

878
J7
337
1674

Dr G. Juergens
1878
Neapoli

Pr. lire 2,—
antiq:
6

2 2 6




Mc
1.5-0
(L) mod 1891

The 10th 12th 13th 14th & 15th
Satires are thought to be
interpolations by another author
Simcox 11.12.0



John G. Lawrence Estate
9t
5-11-1926


Ex Libris

Ms
1.5-0 :
(8) mot 1891

The 10th 12th 13th 14th & 15th
Satires are thought to be
[illegible] by another author
Simcox II.120

[redacted]

Juvenalis, Decimus Junius

D. JUNII JUVENALIS & AULI PERSII FLACCI SATYRÆ

Cum

VETERIS SCHOLIASTÆ


&

VARIORUM

COMMENTARIIS.

Editio nova.

Qua quid præstitum sit, præfatio ad Lectorem docebit.



AMSTELÆDAMI

Apud HENRICUM WETSTENIUM.

cIↃ IↃc LXXXIV.

John S. Lawrence Estate
9t
5-11-1926



PER-ILLUSTRI
VIRO

CONRADO BEUNINGIO

URBIS
AMSTELÆDAMENSIS
CONSULI

HENRICUS WETSTENIUS
S.



UVENALEM, Satyricorum Romanorum facile principem oculis Tuis

ſiſto, CONSUL INTEGERRIME, ſplendido Tuo nomine in ipſo frontiſpicio ſuperbientem. Nimirum ut aculeatus Poetæ candor oblectamento ſit quandoque Viro, qui ceteroquin ſaluti Patriæ omne ſtudium otiumque impendit. Felices nos! quibus Tui uſura contigit, qui elegantiorum literarum amore, ingenii ſuavitate, candore animi, pietatis laude, omnique virtutum genere ornatiſſimus es; quinto præterea Conſulatu, legatione alia atque alia ad maximos Europæ Reges illuſtris; ut nempe in tanto dignitatis gradu conſtitutus, conſpicuas magis redderes præclaras illas divini ingenii Tui dotes. Quantas laborum moles non exantlaſti? quantas pro

Patria curas non ſuſcepiſti? neque perfunctorie nec fucato animo, ſed ſincera plane mente ac heroico niſu, ſpretis propriis commodis, ut Patriæ bene eſſet, unice conſuluiſti. In propatulo ſunt quæ loquor, nec ulla caligine tecta. Macte iſta Tua virtute, VIR undique MAGNE, Patriæque bonus civis, Urbi Conſul egregius eſſe perge. Ego quantum in me erit, virtutes Tuas immortales mirari nunquam deſinam, neque ſub illuſtri præſidio Tuo, ut boni civis officium impleam, partibus meis deero; prolixam denique illam Tuam qua me nuper in Anglia cumulare voluiſti humanitatem & benevolentiam, mereri aliquando ut poſ-

ſim , omni virium contentione elaborabo. Vale decus Patriæ, civiumque Tuorum ocelle, & præcipuo Reipublicæ Batavæ, Urbiſque noſtræ ornamento diutiſſime vive. Dabam Amſtelædami Kalendis Januariis cIↄ Iↄc Lxxxiv.

TYPOGRAPHUS LECTORI S.

IN recudendo hoc Juvenale editionem Schrevelianam secutus sum; ea tamen ratione, ut tautologiæ, quarum non paucæ extabant, eliminarentur, ac earum loco observationes plurimæ, eæque præstantiores ex Grangæo & aliis succederent. Paucas quasdam alias Cl. Grævius adjecit. Illas etiam quas nuper admodum Oct. Ferrarius in Electis suis vulgaverat, suo loco inserui. Indicem omnium verborum, longe accuratiorem eo, qui editioni Britannici accesserat, subjeci: Persio planè novum adjunxi. His omnibus doctissimam Nic. Rigaltii de Satyra Juvenalis dissertationem præfigi curavi, quam Variantes lectiones ex Juvenali MS. qui in Bibliotheca Basiliensi asservatur, excipiunt. Habes hic, benevole Lector, rationem editionis nostræ. Nunc quæ de sua prædicet C. Schrevelius, accipe.

BENIGNO LECTORI

S. P. D.

CORN. SCHREVELIUS,

QUum hunc Auctarem publici juris facere decrevissem, aliquot viris nomine ac fama celeberrimis, mentem consiliumque meum aperui, & obnixe petii, ut si quid in hunc Auctorem observassent, communicare mihi dignarentur, honorificam eorum mentionem pollicitus, quo Auctor hic, Reip. literariæ bono, auctior tersiorque lucem aspicere posset. Plurimi hoc meum consilium approbarunt & currenti, ut ita dicam, calcar addiderunt, promissisque lactarunt, nihil non polliciti. Interim tum, ut & antehac, comperi, verissimum esse quod vulgo fertur:

Promissis posset quilibet esse dives.

Nihilominus quod inceperam, gnaviter absolvere perrexi, & notas variorum Auctorum, quas in meum usum collegeram, in ordinem digessi, & ad incudem revocavi, collatis inter se diversorum notis, selectiores selegi, & præcipue quæ ad mentem Auctoris rectè percipiendam & illustrandam maximè conducerent. Jam vero quod ad textum Auctoris attinet, correctissimum & nitidissimum, si unquam ante, tibi trado: Varias etenim

enim accuratissimasque editiones, collatis inter se exemplaribus, inspexi, examinavi, & ex illis præcipuas judicavi, Rob. Stephani & Pithæi editiones, quas etiam præ cæteris, tanquam correctissimas elegi. Et quod silentio non involvendum, usus etiam sum duobus exemplaribus MSS. *quæ Vir nobiliss. ac incomparabilis* CL. SALMASIUS *mihi suppeditavit, cui uni fere & soli debeo, si quid nominis ac famæ hæc nostra editio merebitur: quique insuper veterem Interpretem propria sua manu, multis in locis castigatum, emendatumque summa cum humanitate ultro mihi obtulit; & ad quem sæpissime tanquam ad Oraculum confugi, si quæ loca essent, vel ab Interpretibus intacta, vel intricatiora, candide tum ibi mentem suam aperuit, nihilque quod proposueram celavit, sed semper voti compotem dimisit. Cujus beneficii ergo me plurimum illi debere fateor, maloque illud Timantis velo tegere, & intimis conscientiæ fibris occultare, quam speciosis verborum pigmentis adumbrare. Cl. Doctiss. Gudius mihi etiam duo Mss. exemplaria commodavit, quæ cum hac nostra Editione contuli, & si quid notatu dignum, in textum intuli. Veterem ergo Scholiasten etiam integrum, & plurimis in locis ita ut diximus emendatum, trado. Inter commentatores omnes quibus usi sumus* LUBINUS *præ cæteris mihi placuit, & ne quid illius laudibus detrectem, mihique arrogem, ubique fere & citavimus & adduximus, ita ut & illum integrum etiam, sed contractum quasi, exhibeam: ut &* FARNABII *notas etiam integras damus: Interim si quæ loca inciderent, quæ & plurima sunt, ubi non satis clare mentem Auctoris assequuti*

illi

illi sunt, alios suggessimus, adduximusque, qui vicem eorum supplerent; inter quos præcipue BRITANNICUS, GRANGÆUS, TURNEBUS, SALMASIUS, *aliique complures, præsertim hac quarta Editione; quorum Catalogum post præfationem adjunximus. Persium etiam illustratum, præcipue notis* CASAUBONI & LUBINI *huic nostræ editioni addidimus, mole quidem perexiguum sed pondere maximum, & qui revera plus in recessu habet, quam in fronte pollicetur. Qui quamvis, ut abstrusam suam eruditionem ostentaret, dedita opera ac de industria, multis obscuritatibus librum hunc suum involverit, tamen, ut spero, jam omnibus planus ac perspicuus erit. His accedunt duo Indices, tum rerum & verborum locupletissimus, tum & Auctorum in notis citatorum. Quibus ergo, Benigne Lector, fruere, & nostro labori, conatibusque nostris, pro animi tui candore, fave, ut ad majora posthac audenda atque suscipienda, hujus nostræ erga te voluntatis comprobatione incitemur.* Vale.


NIC.



NIC. RIGALTII
DE SATIRA JUVENALIS.

Ad Illustrissimum

JAC. AUG. THUANUM.



ORATII Persiique satiras Isaacius Casaubonus & Daniel Heinsius certatim laudibus extulere, ac Persium ille suum tantopere adornavit, ut nihil Horatio, nihil Juvenali præter indignationem reliquisse videatur; hic vero Horatium curiose considerando tam admirabilem esse docuit, ut plerisque jam in Persio nimia Stoici supercilii morositas jure displiceat. Juvenalis ingenium ambo quidem certe laudaverunt, sic tamen ut in eo sæpe acerbiorem increpandi libidinem, sæpe etiam rhetoricæ arrogantiæ quasi lasciviam, ac denique declamationem potius quam satiram esse pronunciaverint. Quod judicium, præstantissime Thuane, cum sit virorum, multiplici doctrina, sicut optime nosti, excellentium, magnæ semper auctoritatis apud omnes fore non dubito. neque fas esse crederem de Juvenalis satira sententiam ab eorum opinione vel minimum discedentem aperire, nisi me id cum eorumdem pace ac venia facturum intelligerem, disceptatione mo-

more majorum, honesto scilicet ac verecundo, non omnino isto, qui tam multos hodie rabidos agit, instituta: præsertimque apud te, quem illi ipsi litteratæ sapientiæ proceres summum sibi suæ caussæ judicem dari ambitiosissime postulassent. Itaque hoc primum ex Quintiliani doctrina verissimum esse pertendo, Satiram totam esse Romanam, ejusque originem ab Satyrica Græcorum poësi nullatenus repetendam. Id autem vel maxime probari mihi videtur, quod nomen ipsum Satiræ sive Saturæ sit pura puta Latina vox à vetustissimis auctoribus pro farcimine primitus usurpata; unde & multorum ac diversorum capitum leges, & complures diversi generis historias appellavere satiras: sed ante hæc omnia ab eadem farciminis significatione jocularia primum delectandæ plebi Romanæ, mox dicteria quædam carpendis ac describendis moribus composita Satiras vocitabant, easque, ut ait Livius, impletas modis descripto ad tibicinem cantu motuque congruenti peragebant. Et hæc jocandi forma nullo certi alicujus argumenti fine continebatur; sed erat varia morum farragine conferta & quasi satura: cujusmodi scriptiunculas apud nos etiamnum variis opprobriis inferciunt vernaculi artifices, quos vulgo fartores nuncupamus. Paulatim vero excitatis ingeniis vaga & proterva satirarum dicacitas ad fabularum argumenta transferri cepit, quarum auctorem Livius Andronicum sibi cognominem laudat, eumque ab satiris ait ausum esse primum argumento fabulam serere: unde manifestissimum fit, scripta sua veteres, quibus non erat propositum alicujus argumenti tractatione suscepta disserere, sed potius varia carptim notare ac reprehendere, ab ea congerie & saturitate inscripsisse satiras. Qui deinceps titulus ab iis fere qui pravos seculi sui mores descripserunt est frequentatus, ut quod hominum scelera à poëtis velut invitis inter indignationes & suspiria expresserant, non peculiari, sed communi & fortuita appellatione censeretur; essetque

quod

quod ait Ælius Donatus, ſine ullo proprii nominis titulo carmen. Ceterum etſi jure Satiram ſibi totam Romani arrogent, non tamen inficior aliquid eſſe inter Græcorum Satyros & Romanorum ſatiras commune; nam ut Poëtæ Græci Satyros primum induxere qui dithyrambos & phallica tripudiando canerent, poſteáque minutis fabellis & ridiculis canticis Satyrica petulantia fuſis tragœdia tandem habitu vultuque graviore culta prodit; ſic etiam Romanæ ſcenæ artifices primum Tuſcos ludiones imitati, verſus inconditos Feſcenninis ſimiles fudere; mox ad pleniores ſatiras, & poſt annos aliquot ab ſatiris ad fabularum argumenta, ſicut ex Livio notavimus, proceſſere: quin & Latinæ ſatiræ cum Satyrica Græcorum in eo convenire videtur, quod utrique ridiculum ineſt. Sed Græci quidem Satyros dixere ab Satyris agreſtibus, quos petulantes & protervos plerique crediderunt: Latini vero ab ſaturitate & copia congeſtiſque ſalibus & jocis Saturam appellavere. Denique ut præcipua Satyrorum gratia conſtabat imitatione, ſic & Satirarum, de quibus nunc agimus, dos maxima in deſcriptione conſiſtit; atque idem omnino eſt Horatio deſcribere, quod Ariſtoteli μιμεῖσθαι· nempe mores alicujus figurate notare, ac repræſentando ſic deformare & illuſtrare, ut pæne oculis ſubjiciantur. Porro cum univerſi homines à natura ſint ad imitandum aptiſſimi; ut ridere, jocari, ludere, æque naturale eſt Græcis ac Barbaris: ſic etiam eadem natura ſuadente, miſtis jocis dicteriisve pravos hominum mores imitari aut deſcribere, æque pronum fuit Latinis, atque Græcis. Sed Græcis quidem Satyrica protervia; Latinis vero per ſatiram, ἐκ τῶν αὐτοσχεδιασμένων. rurſus & Latinos quoque Satyrica petulantia, & Græcos per ſatiram luſiſſe quis dixerit, quando protervia illa ſive petulans dicacitas, quæ Satyrica nuncupatur, æque naturalis Romano fuerit, atque ſatura ſive miſcella jocorum congeries Græco. Imo ſi curioſius inſpiciamus, ſatira fuit Homeri Margites, ex quo formatam

tam

tam esse comœdiam Aristoteles innuit, quemadmodum ex Iliade & Odyssea tragœdiam: & fortean præstantissimus poeta opere illo sub persona Margitis quosdam seculi sui fatuos & moriones descripserat: certe varia metrorum genera miscuerat, sicut & Chæremon, cujus inscribitur Centaurus πολύμετρος ἢ μικτὴ ῥαψῳδία. Ac vetustissimas quidem Latinorum satiras non sola rerum, sed etiam metrorum varietate permistas fuisse auctor est Fabius; eamque diversitatem, quo saturior fieret satura, ab Terentio Varrone prosa versibus intexta variegatam: neque vero defuisse Varroni, discipulos indicant Petronii reliquiæ & salebrosa Martiani Capellæ ἐγκυκλοπαιδεία. nam uterque haud dubie Varronis exemplo satiram condere voluit, non Menippeam quidem, sed simpliciter Varronianam: quippe nonnullas Varro, quas salis mordacitate, vel aceti nequitia paullo liberalius conspersperat, Menippeas inscripsit; eoque titulo scriptorum asperitatem acerbitatemque, non Satiræ, sed cynico Menippei fili nomine significari declaravit: ut hoc tandem sit statuendum semel, Satiram non magis esse proprium alicujus scripti nomen, quam sunt illa, πανδέκται, λειμὼν, κέρας Ἀμαλθείας, & similia Græcorum lautitiarum vocabula, Pliniana ad Vespasianum Cæsarem præfatione derisa: itemque illa, στέφανος, στρωματεῖς, κεστοὶ, unde libris suis titulos confecere Meleager Gadarenus, & Philippus Thessalonicensis, & Clemens Alexandrinus, & Sextus Aphricanus: quamquam de Aphricani Cestis aliter sentire quis possit, proprieque inscriptos fuisse κεστοὶ, quod magica quædam amuleta, sive remedia continerent. Alterum porro fuit Satiræ genus, non carminis, sed rerum multiplicitate confertum: nimirum sententiis, jocis, opprobriis, indignationibus, querelis; quibus inepta vota, turpes voluptates, insidiæ, doli, hominum mores graviores tamquam in tabula describuntur: etenim adversus hæc Horatiani fili nasus acuitur, & grande Persii sophos insurgit,

git, & vehementiſſima Juvenalis noſtri Nemeſis accenditur. Ennius & Lucilius in primis erant nominandi, quandoquidem primi laudem in ſatira ſunt aſſequuti: ſed eorum hodie non ſuperſunt niſi fragmenta quædam & velut oſſa disjecta: quæ etſi rite ſane viri docti legerint, & in poſteritatis memoriam condiderint, tamen ita ſunt diutino ſitu carioſa, ut jam nihil niſi venerandæ antiquitatis nomen exhibeant. Quod ſi cui forte dolendum eſſe videatur, ut eſt ſane damnum haud leve, id omne ex tribus iſtis qui ad nos integri pervenerunt, abunde reparabitur; quorum adeo ſatiræ triplici dicendi charactere triplicem ethicæ philoſophiæ gradum feliciter expleverunt. Nam Horatius quidem humili ſermone ludens hoc agit, ut ſtultos ſaltem inſipientiæ pudeſcat. Perſius autem ſtili gravioris auſteritate honeſto pudori generoſæ mentis conſtantiam addit, viamque ipſam qua ad rigidam ſolidamque virtutem eatur ſerio monſtrat. Juvenalis denique hominum nequitiam impudentem horribili flagello, dolore & indignatione ſuccenſus, corripit & caſtigat. Sic igitur hi tres poetæ per ſatiram fuere philoſophi; neque ulla inter eorum ſatiras quærenda eſt differentia, niſi quam diverſus pro temporum varietate ſtilus impoſuit; quippe aliter affecta atque animata fuerunt Romanorum ingenia Auguſto de reddenda republica cogitante, aliter Nerone Urbis incendium ad Ilij conflagrantis imaginem habitu ſcenico è turri Mæcenatiana proſpectante, aliter etiam Domitiano ſtupris, cædibus, rapinis dominum ac deum ſe gerente. Itaque Auguſti principatu, rebus lætis, imperio ſtante, ſi quid abſurde aut indecore peccatum exciderat, carpere & ridere Horatio licuit; at Neronis Domitianique temporibus, etſi omnia peſſum irent, ne gemere quidem Perſio aut Juvenali fas erat. Quamobrem Juvenalis ſimul cum riſu excandeſcit & jugulat; quippe

animum cohibito risu indignatio subit, deinde dolor; qui altius pressus exardet in iram, & poetæ velut æstuantibus præcordiis stilus ignescit, quo mox armatus & vitia & homines ferro flammaque consectatur: sic plerumque tragicæ grandiloquentiæ cothurnum satiris suis inducit; in hoc à prioribus recedens, quod versibus hexametris quasi tragœdias per satiram scribat, intentatum Græcis & Romanis ingeniis opus, sicut etiam ipse de se fatetur extrema satira sexta, cum ait,

Fingimus hæc altum satira sumente cothurnum
Scilicet, & finem egressi legemque priorum
Grande Sophocleo carmen bacchamur hiatu
Montibus ignotum Rutulis cœloque Latino.

Hinc illud inter Horatium & Juvenalem, non satiræ, sed stili ratione discrimen; quovis enim stilo satira pungat, nihilominus est satira; nisi forte magis satiram esse quis velit, quæ rerum diversarum copia majore stipata est atque conferta; quo sensu Juvenalis non solum Persium, quod erat facile, sed etiam Horatium superavit; nam licet in singulis satiris quorumdam argumentorum species præ se ferat, tamen ea qualiacumque sunt, ita tractat, ut multa præterea summo studio pervestiget, quæ se aliud agenti obtulisse videantur: ac si quando in aliquem sævire proponit, adeo truculentus fertur, ut etiam obvios contrucidet; diceres telum torsisse, quo per latus unius plurimos obiter conficeret; si vero quid ridiculum apponit, tot insertis ridiculis struit & cumulat, ut quod erat præcipuum vix appareat, sed potius exiliat, quæ proprie satira nuncupatur. Jam illa acute arguteque dicta quam multa ingerit: quam multos etiam cum declamare videtur impetu rhetorico rapit & affligit: quam denique omnia illa quæ vulgo mortalium maxime placent, usquequaque habet: verum sæpenumero fallit, & sub hasta pura præpilatam vibrat; quumque vehementissimo urget, declamatorio colore

spar-

sparso sic adumbrat, ut etiam calumniatores fugiat. Atque operis quidem principio indignatiuncula ob recitatorum nationem ea tempestate importunam effusa, ait se quoque recitasse, simul exemplum recitationis subjungit,

---& nos
Consilium dedimus Sullæ privatus ut altum
Dormiret.

quod sic fere accipitur, quasi hoc tantum significet, se adolescentem adhuc, dicis aut animi caussa, suasoriam aliquam recitasse, qua Dictatori Sullæ tot civium Romanorum cædibus cruento suaserat ut nihilominus ad securum vitæ privatæ otium rediret; quod utique fecerat Sulla. Verum subest alius prætereà sensus: nam hoc sane stupendum securitatis exemplum liberrimi spiritus poeta sumpsit, quo turpem ignaviam Romanis exprobraret, qui tam fœdæ servitutis jugo capita summisissent sua, ut L. Sullæ, in quo tot Marios sensèrant, impune fuerit de dictatura descendere, perque urbem privato ac felici ambulare: & abjectissimos Senatorum animos fuisse ostenderet; quos idem Sulla septem millibus civium Romanorum trucidatis tumultuantes una vocula compescuerat. Domitiani tempora, in quæ Juvenalis incidit, haudquaquam meliora Sullanis: imo sive sævitiam principis, sive Romanorum socordiam spectes, deteriora fuisse aperte indicat satira quarta extrema:

Atque utinam his potius nugis tota illa dedisset
Tempora sævitiæ, claras quibus abstulit Urbi
Illustresque animas impune & vindice nullo.
Sed periit postquam cerdonibus esse timendus
Cœperat. hoc nocuit Lamiarum cæde madenti.

Ejusdemque animi sunt illa Corellii Rufi, qui cum gravissimis pedum doloribus Domitiano adhuc grassante ægrotaret, Plinii sui præsentia paululum recreatus, Cur, inquit, me putas hos tantos dolores tamdiu sustine-

re? ut scilicet isti latroni, Domitianum innuebat, vel uno die superſim. Nempe his vocibus erectis & liberis diram servitutem fortiſſimi viri exſecrabantur: & noster quoties ſe dedit occaſio, hujuſmodi aculeis & ſtimulis ſatiras ſuas feliciſſime armavit: ſic tamen ut per duplicis ſenſus ambiguitatem, hebetiore acutior tegeretur, ipſe interea rem ageret. Tale quiddam, ni fallor, in hiſce verſibus latet, Satira quinta:

Cras bibet Albanis aliquid de montibus, aut de
Setinis, cujus patriam titulumque ſenectus
Delevit multa veteris fuligine teſta:
Quale coronati Thraſea Helvidiuſque bibebant
Brutorum & Caſſi natalibus.

Profecto enim quiſquis erit natus ingenuus & liber, intelliget duobus poſtremis verſibus ingens retinendæ libertatis deſiderium ſignificari: ſicut etiam in iſtis è decima quarta:

——— Catilinam
Quocumque in populo videas, quocumque ſub axe:
Sed nec Brutus erit, Bruti nec avunculus uſquam.

item in his ejuſdem venæ:

——— medicamen habendum eſt,
Sorbere ante cibum quod debeat & pater & rex.

Regem cum patre componit, ut ſeculi infelicitatem arguat, adeo deplorandam, ut vitæ ſuæ inſidias ab liberis ſuis patres metuerent, quas rex potius aliquis ab civibus oppreſſis timere debuiſſet. Nempe ſtatim poſt exactum Tarquinium Superbum, regis nomen reipublicæ Romanæ odioſiſſimum eſſe cœpit. At Cæſarum, ſi paucos excipias, adeo ſæva fuit & importuna dominatio, ut præ illis etiam Tarquinius bonus haberi potuerit. Tamen Juvenalis Servium Tullium bonorum regum ultimum appellavit:

Ancilla natus trabeam & diadema Quirini
Et faſces meruit, regum ultimus ille bonorum.

Unde

Unde intelligi voluit, tum primum reges ab Superbo illo male audivisse; ideoque crudelia lanistarum verba, *ure*, *seca*, regia nuncupavit initio undecimæ;

Scripturus leges & regia verba lanistæ.

Et suorum temporum sævitiam regiorum comparatione exaggerat in tertia:

Maximus in vinclis ferri modus, ut timeas ne
Vomer deficiat, ne marræ & sarcula desint.
Felices proavorum atavos felicia dicas
Sæcula, quæ quondam sub Regibus atque Tribunis
Uno contentam viderunt carcere Romam.

Quin & decima tertia umbras & manes ex quo sub regibus degere cœperunt, infeliciores fuisse ait, & continuo paratas ijs pœnas:

—— nondum aliquis sortitus triste profundi
Imperium, aut Sicula torvus cum conjuge Pluto;
Nec rota, nec furiæ, nec saxum aut vulturis atri
Pœna, sed infernis hilares sine regibus umbræ.

Atque hæc eo magis feriunt, quo sunt minus prævisa aut expectata: nam eo loci hoc tantum exprobrari videtur, Homines quondam vixisse pietatis fideique cultores: nunc vero tantam esse morum perversitatem, ut si quis forte juris jurandi religione teneatur, Deumque ultorem fore perjurii credat, ejus simplicitas ut stulta & stolida risu excipiatur; id autem sic demonstrat:

—— nescis
Quem tua simplicitas risum vulgo moveat, cum
Exigis à quoquam ne pejeret, & putet ullis
Esse aliquod numen templis araque rubenti.
Quondam hoc indigenæ vivebant more, priusquam
Sumeret agrestem posito diademate falcem
Saturnus fugiens, tunc cum virguncula Juno,
Et privatus adhuc Idæis Jupiter antris.
Nulla super nubeis convivia cœlicolarum,

 Nec

Nec puer Iliacus, formosa nec Herculis uxor
Ad cyathos, & jam siccato nectare tergens
Brachia Vulcanus Liparaea nigra taberna.
Prandebat sibi quisque Deus: nec turba Deorum
Talis ut est hodie: contentaque sidera paucis
Numinibus miserum urgebant Atlanta minori
Pondere. nondum aliquis sortitus triste profundi
Imperium, aut Sicula torvus cum conjuge Pluto,
Nec rota, nec Furiae, nec saxum, aut vulturis atri
Poena, sed infernis hilares sine regibus umbrae.
Improbitas illo fuit admirabilis aevo. &c.

Si quid aliud quam satiram scribere aggressus esset Juvenalis, in sententiam doctissimi critici concederem eatenus ut faterer Juvenalem heic ἀδόλεσχον fuisse & verborum prodigum. Nam absit ut gravissimum auctorem in turpem sermonis redundantiam aut puerilem luxuriam incidisse judicemus; at cum ipse librorum suorum materiam farraginem & satiram fore pronunciaverit, dicamus potius isto sermonis excessu farraginem & satiram pulcre esse confertam: qua nimirum seculi sui θεολογούμενα derideret, tam inepta quidem & absurda, ut homines ipsos in numinis contemtum adducerent. Qua ratione autem contemtus caussam declarasset, nisi Deorum Dearumque schemata, uti tunc colebantur, descripsisset. Saturnum scilicet fugientem, positoque diademate falce armatum. Jovem Idaeis antris delitescentem; inde super nubeis convivia agitantem, adultera & catamito pocula ministrantibus. Vulcanum ab incude fuliginosum. Atlantem coeli destinam sub nimia Deorum turba gementem & pondere oppressum. Haec enim sunt anilia prope deliramenta, ut cuilibet sanae mentis ludibrium debeant, nedum pro divinis habeantur. Quod autem ait, minore quondam numero ac pondere Deorum pressum fuisse Atlantem, non debuit videri frigidius fabula ipsa qua coelum Atlante fulciri ac sustine-

ne-

neri poetæ finxerunt: nam sive montem sive hominem fuisse Atlantem intelligimus, utique lepidus erit jocus. Ac de monte quidem hæc habet Herodotus: Atlantem Africæ montem in fastigium assurgere undiquaque adstrictum & teres, verum tam excelsæ altitudinis, ut cacumen, quasi nubibus insertum, conspicere non sit; proptereaque cœli columnam ab indigenis appellari. Quo sensu venuste sane dixerit Juvenalis noster, olim cum esset longe minor cœlitum turba, minori pondere pressam fuisse cœli columnam. Sin Atlantem nobis cœli bajulum aut tibicinem fuisse imaginemur, illud etiam aptissime quadraverit: nec erit minus facete dictum, quam id quod Lucianus in Charonte narrat, Atlanti quondam nimio pondere nutanti atque labascenti Herculem suppetias tulisse, ac seipsum oneri supposuisse tantisper dum ille respiraret. Denique nihil video cur insolens judicetur illa ἔννοια Juvenalis, metuendum esse ne densiore deorum turba gravatus Atlas fatiscat; cum eidem Luciano venerit in mentem ista consimilis, præ numinum quoque multitudine ambrosiam & nectar defecisse; ejus enim verba sunt, ἐπιλέλοιπε δὲ ἡ ἀμβροσία καὶ τὸ νέκταρ, ὥστε μνᾶς ἤδη τὴν κοτύλην εἶναι, διὰ τὸ πλῆθος τῶν πινόντων. Omnia igitur toto illo versuum ambitu proba & recta, quibus adeo monentur posteri tam stulta & vana esse quæ de natura Deorum poetæ comminiscuntur, ut pietatem jam tum ab orbe condito hominum mentibus insitam funditus eradicent. Hasce ergo fabulas ut perniciosissimas Juvenalis explodit: neque ullam occasionem prætermittit, quin eas aut subsannet, aut conspuat. Sic in decima, mœchorum injecta mentione, statim apponit emblema Martis in Venere deprehensi.

——— fiet adulter
Publicus, & pœnas metuet quascumque mariti

 Irati

Irati debent; nec erit felicior astro
Martis, ut in laqueos nunquam incidat.

& in secunda:

——leges revocabat amaras
Omnibus, atque ipsis Veneri Martique timendas.

& in sexta, elegantissimo artificio Jovem Martemque adulterii & stupri accusat, occasione sermonis de quadam eximiæ castitatis matrona;

Magna tamen fama est cujusdam rure paterno
Viventis: vivat Gabiis ut vixit in agro,
Vivat Fidenis, & agello cedo paterno.
Quis tamen affirmat nil actum in montibus, aut in
Speluncis? adeo senuerunt Jupiter aut Mars?

Eodemque colore Seneca: Quid ergo est, inquit, quare apud poetas salacissimus Jupiter desierit liberos tollere? utrum sexagenarius factus est, & illi lex Papia fibulam imposuit? Illa vero Deucalionis & Pyrrhæ quam subtiliter insimulat mendacii satira prima; etenim poetico more narrare incipit,

Ex quo Deucalion nimbis tollentibus æquor
Navigio montem ascendit, sortesque poposcit,
Paullatimque anima caluerunt mollia saxa,
Et maribus nudas ostendit Pyrrha puellas.

Sed inter narrandum innuit futile esse ac perabsurdum quod poetæ fabulantur, extinctis olim diluvio ceteris animantibus, Deucalionem & Pyrrham conjuges ob morum sanctitatem servatos tanquam exempla reparandæ posteritati; aitque nec Pyrrham quidem ulla fuisse castimonia commendabilem, sed potius magam & lenam, quæ projectis post terga sua saxis nudas puellas ediderit, quas maribus conciliaret. Sic Martem falso vocitari ultorem demonstrat in XIV.

Ex quo Mars ultor galeam quoque perdidit, & res
Non potuit servare suas.

Deriso Marte vanitatem fabulæ perstringit & Romanos igna-

ignaviæ accusat, qui nihil amplius armis quærerent, sed & olim quæsita sibi eripi turpiter paterentur. Ac majori etiam impetu satira secunda in Martem ipsum invehitur, eumque campo Martio excedere jubet; ea sede scilicet indignum, qui nepotum suorum effeminatissima flagitia non ulciscatur:

Nec galeam quassas, nec terram cuspide pulsas,
Nec quereris patri? vade ergo, & cede severi
Jugeribus campi quem negligis.

Supra omnem vero acerbitatem vehemens est objurgatio illa, qua Jovem ipsum increpat ut socordem, & hominum stuporem arguit, qui simulacris æneis & marmoreis numen inesse aliquod sibi persuaserant:

—— audis
Jupiter hæc? nec labra moves? cum mittere vocem
Debueras vel marmoreus vel aeneus: aut cur
In carbone tuo charta pia tura soluta
Ponimus, & sectum vituli jecur, albaque porci
Omenta? ut video nullum discrimen habendum est
Effigies inter vestras statuamque Vagelli.

Cur autem Jovi marmoreo vel æneo pepercisset, qui eadem satira quicquid esse telorum poetæ in cœlestibus armamentariis repositum fingunt, pro nihilo ducit? hoc enim agit his versibus familiari sibi dissimulatione & κρύψει.

—— aspice quanta
Voce neget, qua sit ficti constantia vultus.
Per Solis radios, Tarpejaque fulmina jurat,
Et Martis frameam, & Cirrhæi spicula vatis,
Per calamos venatricis pharetramque puellæ,
Perque tuum pater Ægei Neptune tridentem:
Addit & Herculeos arcus, hastamque Minervæ,
Quicquid habent telorum armamentaria cœli.

Quæ omnia sic accipienda sunt, tanquam profecta ab rigido veritatis cultore, qui Naturam ducem secutus,

Virtutem pro summo numine habebat, fucum & imposturas detestabatur. Dares illi alium ducem, illum scilicet veritatis auctorem, ipsiusque Naturæ dominum, cœlestissimi viri perfectam imaginem absolvisset. At scelera perpetuis tenebris damnanda prodit & exponit, ac pessimo exemplo aperit quæ reprehendit. Quin potius optimo exemplo scelera sic reprehendit, ut ea nemo non execretur; sic aperit, ut ea nemo non tenebris damnet. Quid faceret? scribebat seculo Cæsarum flagitiis contaminatissimo, legibus una cum elisa magistratuum voce evanidis, Romana illa quondam virtute sopore pæne letali marcescente. Ergo quemadmodum lethargicis excitandis picem crudam, lanam succidam, cepas, galbanum, & similia tetros odores vomentia incendere evocatisque sternutamentis cerebrum concutere medici jubent: sic admotis satirarum facibus fœtida ganearum gurgustia & obscena prostibulorum lupanaria accendi, noctesque Neronianas illustrari profuit, ut inde excitata spurcities nares & cerebrum feriret; ac per hoc somniculosus ille marcor qui Romanorum animos oppresserat, vehementi indignatione, tamquam sternutamento discuteretur. Nam quod aliud fuisse dicemus consilium sanctissimorum Patrum, qui tot nefanda ac detestanda poeticæ theologiæ mysteria verbis etiam obscenissimis aperuerunt? certe non minus pudeat legisse Nævolum, quam in quinta Arnobii disputatione ithyphallorum Græcorum originem. Plerumque autem quos ab rebus turpibus & flagitiosis nec præmia virtuti posita redemerant, nec pœna legibus irrogatæ deterruerant, ingens detectæ turpitudinis pudor revocavit; & Persarum fœdissimam fugam, quam nec disciplinæ militaris sacramentum, nec fortia majorum suorum exempla represserant, matronæ Persides peplos ipsæ sibi suos ab imo sustollentes, interrogantesque an illuc unde ipsi fugacem pedem in-

infantes extulerant confugere vellent, objecto pudore in mediam perſequentium aciem cum victoria converterunt. Itaque non inutile eſſe videtur rerum turpiter geſtarum turpitudinem ſic exprobrare narrando, ut pudorem de frontibus etiam impudentiſſimis exprimamus. Imo hoc potiſſimum quæritur, iſto præſertim ſatirarum genere quod morum imitationibus ac deſcriptionibus conſtat.

—— Quid? cum eſt Lucilius auſus
Primus in hunc operis componere carmina morem,
Detrahere & pellem nitidus qua quiſque per ora
Cederet introrſum turpis?

& id quidem fecit Lucilius exemplo veterum Comicorum, qui, ut ait idem Horatius,

Si quis erat dignus deſcribi, quod malus, aut fur,
Quod mœchus foret, aut ſicarius, aut alioqui
Famoſus, multa cum libertate notabant.

Quare mirari ſoleo Plinium in hiſtoriæ naturalis opere mirabili ac plane divino ſic eſſe opinatum ut diceret, mira humani ingenii peſte ſanguinem & cædes condi annalibus, unde hominum ſcelera noſcantur. Quaſi cunctos ab hiſtoria dehortari voluerit, qui tamen peſſimorum Principum, nec minus quidem ipſius Neronis res geſtas libris uno & triginta à fine Aufidii Baſſi conſcripſerat, quos libros utinam nobis ſuperiora ſecula non invidiſſent, & morem illum veterem, quem ad Pompeii Magni tempora manſiſſe Cornelius Nepos tradidit, revocari placeret, ut hiſtoria non niſi ab honeſtiſſimo quoque ſcriberetur; ſic enim ad exemplorum fidem accederet eximia ſcribentis auctoritas, magnum utique rerum geſtarum narrationi pondus additura. Id autem eo libentius hic commemoro, quod ut hiſtoriam ab honeſtiſſimo ſcribi, ſic & morum ſatiram ab optimo quoque componi addecet; ne aut hiſtoria ſervili mendacio inquinata vaneſcere incipiat, aut ſatira in-

ſce-

sceleratam auctoris conscientiam retorta prorsus hebetscat. Quisquis igitur historicus appellari meruit, res honestas & turpes uti quaeque gestae sunt exponit; recténe an secus gestae sint, curae esse suae vix putat, cum is sit qui ab Aristotele dicitur μέσος καὶ αὐθέκαστος. Satirarum scriptor censuram agit etiam quum narrat, etenim instat ut accusator, disquirit ut judex, castigat ut vindex. Est autem communis historiae satiraeque παῤῥησία, qua cavetur, ne quid illa veri dicere non audeat, neve quid ista probrosi carpere & notare formidet. Itaque cum ex rerum gestarum cognitione pravorumque morum correctione habeant homines unde prudentiores ac meliores fiant; utrumque autem ab historia & satira jucundissime conficiatur; non usque quaque perperam fecisse videntur, qui ingeniis una cum imperio Romano senescentibus, cum jam libros animo fastidiente male singulos tangerent, adeoque doctrinas ut venena detestarentur, Juvenalem & Marium Maximum curatiore studio, ut inquit Ammianus Marcellinus, lectitabant, nulla volumina praeter haec in profundo otio contrectantes: nempe segnitiae suae delicias faciebant, existimabantque ingentem scriptorum turbam negligi impune atque insuper haberi, dum esset unde & moribus depravatissimis extrema remedia, & temporibus difficillimis exempla convenientissima suppeterent. Nunquam enim mihi persuaderi patiar Ammianum haec ideo notasse ut Juvenalis aut Maximi lectionem inter rerum publicarum corruptelas poneret; cum ipse quoties philosophum agit, non pauca commutatis tantum syllabis ex Juvenale transcribat: de quo etiam hoc omni asseveratione affirmetur, & ipsae sedecim satirae clamant, adeo pertinaciter vitiis infensum fuisse, ut cum iis homines una saepissime flagellaret. Marium vero Maximum etsi opera ejus, quae verbosissima & minutis historiis implicata fuisse Flavius Vopiscus autumat, interciderint, tamen

men strenuum vixisse bonarum partium sectatorem declarant plurima quæ ex eo Lampridius, Spartianus & alii historiæ Augustæ scriptores commentariis suis indiderunt. Dicamus igitur hosce duos auctores ut civilium doctrinarum compendia quædam, illius ævi delicatis maxime placuisse: Marium quidem Maximum, ut copiosa exemplorum varietate locupletem, & omnia Cæsarum historica uberrimis septenariis complexum; Juvenalem vero ut magistrum veteris disciplinæ ac totius vitæ humanæ censorem gravissimum, in arcana ipsa morum summo cum imperio penetrantem. Summum voco imperium excelsæ mentis sublimem stilum, quo se supra mortalium nobilissima erigit, & omnia illa tanquam puerorum pupas & crepundia despicit, ut solius virtutis rationem habendam esse commonstret: nam, ut ea mittamus quæ sunt publica & ob oculos omnium posita, puta impietatem, fastum, avaritiam, libidinem, iniqua tyrannicæ potestatis imperia, quæ totis satiris persequitur, si privata, ad quæ ipse quamvis in transcursu divertit, inspicere libet, comperiemus etiam in iis quæ præclara sapientibus videntur, nonnulla censoriæ severitatis judicio ac notatione haud immerito fuisse perstricta. Quid in universa humaniore litteratura prius aut antiquius Homero; & tamen pleraque in eo esse quæ defendi nisi antiquitate non possint, innuit satira septima:

Ipse facit versus, atque uni cedit Homero
Propter mille annos.

& satira sexta, mulierculas inducit Homerum cum Virgilio contendentes, cum ipse interea non solum dubiam faciat illius palmam, sed etiam huic adjudicet.

Committit vates & comparat, inde Maronem;
Atque alia parte in trutina suspendit Homerum.

Etenim iis versibus plus ponderis & majestatis Virgilio tribui intelligunt, qui in trutinarum & examinum ratio-

tione leviora pondera à gravioribus suspendi attollique non ignorant. Verum haec obliqua & subobscura. Illa recta & aperta, quibus Homeri fidem elevat, satira decima:

Rex Pylius, magno si quicquam credis Homero,
Exemplum vitæ fuit à cornice secundæ.

& in decimatertia:

Tu miser exclamas, ut Stentora vincere possis:
Vel potius quantum Gradivus Homericus. ——

Satis insolens fuerat superjectio, Stentorem exclamasse quantum alii quinquaginta; illa vero multo audacior, Martem vociferatum esse, quantum decem millia praestantium; tamen ferri poterat in persona dei, & quidem Martis; at deum, & Martem ob inflictum sibi à Diomede vulnus totum olympum tam impotenti boatu quatefecisse, quis alius poeta dixerit, & continuo non explodatur? quomodo enim Martem tantum clamorem de lateribus adeo firmis ac divinis emisisse homines credent, qui ipsum non secus atque homuncionem vulnerari potuisse acceperint: aut Junonem iratam non vehementius clamasse quam Stentorem? Post Homerum effulsit clarissimum sidus Virgilii, quem & Juvenalis Homero tantum non anteponit, his versibus ex undecima:

Conditor Iliados cantabitur, atque Maronis
Altisoni dubiam facientia carmina palmam.

attamen hujus quoque altiloquentiam in fabulis narrandis occupatam notare videtur in septima:

Nam si Virgilio puer & tolerabile desit
Hospitium, caderent omnes à crinibus hydri:

nempe μεγάλην κεφαλὴν, aut poetam ἰχῶρας ἐκβάλλοντα videre quis putet, cum audit,

Arma virumque cano ——

ac multo magis si haec praecesserint,

—— *at nunc horrentia Martis,*

quae tamen veteres neglexisse patet ex Prisciano, qui

ver-

versuum duodecim Æneidos principalium principem citat *Arma virumque cano.* neque aliud operis eximii principium agnoverat Martialis in XIV.

Accipe facundi Culicem studiose Maronis,
Ne nugis positis Arma virumque canas.

Quod si quis componat cum illo Homeri

Μῆνιν ἄειδε θεὰ ——

sentiet cum Juvenale, aliquid esse in Virgiliano principio horrificum, & velut hydros poetæ crinibus intextos. Quemadmodum vero in Martis Homerici indecora vociferatione quadam, si ita loqui fas est, absurditas; ita etiam in Virgilii Cyclope vanitas poetica reprehenditur. Describit Virgilius Æn. III. ingentem oculum Polyphemi, & fuisse ait

Argolici clypei aut Phœbea lampados instar.

Juvenalis noster mendacium poeticum rhetorico mendacio repercussit; dixit enim adeo latam fuisse illius oculi aciem, ut per eam Ulysses evaserit; atque hoc quam inopinate; est enim illic sermo de importuno rogatore, quem dives aliquis increpat, &,

Improbus es cum poscis, ait. ——

ille autem obstinatius urget:

——*sed pensio clamat,*
Posce, sed appellat puer unicus, ut Polyphemi
Lata acies, per quam solers evasit Ulysses.

Cogor, inquit, improbe & pervicaciter poscere, quia poscit à me diaria puer, qui mihi solus est familia. Sed quid unico puero cum Polyphemi oculo? Nimirum, erat illi misero puer unicus, ut unicus Polyphemo oculus; de quo mythologi tradiderunt alia, sed hæc inprimis: unoculum fuisse Polyphemum, cum tamen tres haberet oculos; unum in fronte, quem Virgilius depingit ingentem instar Græci clypei aut disci lunaris; alterum in animo, scilicet mentem acerrimam, quæ est in animo sicut pupilla in oculo; tertium in Elpe unica filia, quam velut unicum oculum unice diligebat. Ergo Vlyssis astu in-

infelicissimus Polyphemus non stipite præusto, sed meri & amoris ignea vi tribus oculis una captus est; nam exhausto incautius capaciore poculo ebrius, sopori quasi leto datus obdormivit, luminis & mentis vigore aliquantisper mortuo: intereaque dum edormiret, dimotis antri repagulis Vlysses una cum suis evasit; ii vero fugientes Elpen amoris œstro percitam secum abduxerunt.

—— πυρὶ ἐρωτικῷ Ἔλπην τὴν θυγατέρα,
Ἣν εἶχε τρίτον ὀφθαλμόν, ἁρπάσαντες.

ut est apud Joannem Tzetzem. Tres istos oculos intelligit Artemidorus libro primo, ubi de eo qui paulo post quam tres oculos sibi esse somniasset cæcus factus est, οὐχὶ διὰ τὸν Κύκλωπος μῦθον, ἀλλὰ διὰ τὸν τρίτον ὀφθαλμόν, ὃς τὸ ἄλλο φωτὸς ἐσήμαινε δεῖσθαι, διὰ τὸ μὴ αὐτάρκεις εἶναι τὰ οἰκεῖα. somnium interpretatur non per tres Cyclopis oculos, sed per tertium oculum qui tertium & adscititium lumen significabat. Idem Artemidorus in disciplina oniro-critica oculorum specie filios & filias demonstrari docet: ἐοίκασι γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ παισίν, ὅτι καὶ ποθεινοὶ καὶ τοῦ σώματος ὁδηγοί εἰσι καὶ ἡγεμόνες. neque filios filiasve tantum, verum etiam servos custodiæ præpositos, ut vigiles, quorum oculis ipsi videre dicimur. Ita igitur Juvenalis importuno & querulo assectæ unicum fuisse ait puerum, ut Polyphemo persolum oculum. Atque hujus similitudinis occasione Virgilianæ hyperboles transcendentiam carpit. Eadem libertate omnes generatim poetas, qui carminum suorum exordiis Musas invocant, easque canere jubent, vanitatis arguit in III.

Incipe Calliope, licet heic considere, non est
Cantandum, res vera agitur, narrate puellæ
Pierides.

Et in decima quarta,

—— *lucri bonus est odor ex re*
Qualibet. illa tuo sententia semper in ore
Versetur, DIs atque ipso Jove digna poeta.

Deos

Deos & Jovem poëtæ vocat principes viros, ipſumque Cæſarem, quos poeta quiſpiam, ut fecit alicubi Martialis, deos ſuos, Jovemque ſuum turpi aſſentatione nuncupaverat; aut, ſi mavis, Deos poeticos & Jovem poeticum dicit, quaſi vanum aliquod & ſine numine nomen; ut in XII.

—— ſi quando poetica ſurgit
Tempeſtas ——

id eſt, vana & commentitia, quo ſenſu Lucianus in Præceptis hiſtoricis ait, ποιητικοῦ τινὸς ἀνέμου ἐπικελάζοντος τὰ ἀκάτια. Tertium ab Jove, ſecundum à Cæſare Mæcenatem poetæ coluerunt. At noſter in prima, cenſoriam illi notam obiter inuſſit, quod otio ac mollitie pæne ultra fœminam flueret:

——cum jam ſexta cervice feratur
Hinc atque inde patens, ac nuda pæne cathedra,
Et multum referens de Mæcenate ſupino.

& in duodecima,

—— veſtem
Purpuream, teneris quoque Mæcenatibus aptam.

Ecce autem, & quis hoc expectabat? reus citatur etiam Quintilianus: qui tamen maxima nominis claritate ſummus juventutis moderator audiebat & Romanæ togæ gloria: verum ob invidendas opes, ob eamque artem quam profitebatur & mire callebat, ſtruendi ac deſtruendi verſutia ancipitem, currente ſeverioris ſatiræ ſtilo aliquoties perſtrictus videtur, ut in ſexta,

Sed jacet in ſervi complexibus, aut equitis: dic
Dic aliquem ſodes heic Quintiliane colorem.

& in ſeptima,

—— res nulla minoris
Conſtabit patri quam filius. unde igitur tot
Quintilianus habet ſaltus?

noſti quæ ſequuntur. Ac propterea forte nobiliſſimus

 rhe-

rhetor, cum auctores satirarum censeret, laudato Persii libro, Juvenalem praeterit; aut per satiram laudatum cum aliis quos ipse claros tunc fuisse ait posteritati nominandum reliquit. Et ii quidem interciderunt; solus Juvenalis aetatem tulit; atque ut videtur integer: aut si quid ejus collapsum est, tanta id tamque vetere ruina accidit, ut nulla nunc rudera uspiam extent; nihil enim à Servio, Prisciano, aliisve observatur, quod heic non appareat, ac totidem tributum libris: eaque librorum divisione comprehensum fuisse arbitror quantum una recitatione Juvenalis ediderat: ut libri quinque totidem indicent recitationes habitas non coram populo in auditorio, verum in cubiculo coram amicis. Sic enim plerique viri gravissimi scripta sua legere & recitare soliti erant advocatis familiaribus, ex quorum sententia de editione statuerent; itaque advocabant non auditores tantum, sed adjutores; ut jam magis magisque retinenda videatur haec veterum librorum scriptura in Umbricio versibus extremis,

—— Satirarum ego, ni pudet illas,
Adjutor gelidos veniam caligatus in agros.

Maxime vero cum in Suetonii libro de illustribus Grammaticis mentio fiat Ateji philologi declamantium adjutoris atque praeceptoris; & Crassitii cujusdam, qui initio circa scenam versabatur, & mimographos adjuvabat. Porro cum hosce libros summus satirarum artifex emendatissimique judicii censor, adhibita etiam recitationis lima poliverit, si quid transeuntes offendimus aut incurrimus in continuo proscribendum non est aut deturbandum: & quae negligenti per incuriam excidisse credimus, ea si repetantur, appositissima esse reperiemus. Ejusmodi autem est desinentis Autumni descriptio in quarta,

—— jam letifero cedente pruinis
Autumno, jam quartanam sperantibus aegris
Stridebat deformis hiems.

heic

heic enim existimet aliquis manifestam esse ἀκυρολογίαν, qualis est Æneide quarta,

—— tantum sperare dolorem:

cum tamen proprie dixerit Juvenalis, eos qui desinente autumno ægritudine tentari incipiunt, sperare quartanam: hoc est, non fore continui ardoris, sed tantum quadrini circuitus febrem, quæ, ut asserit Celsus, neminem jugulat. Ea vero febre φθινοπώρῳ μάλιστα οἱ ἄνθρωποι ἁλίσκονται, inquit Hippocrates. In iis autem quæ satira secunda legimus,

Solis ara Dea maribus patet. ite profana,
Clamatur. nullo gemit hic tibicina cornu:

si feminam quæ cornu inflat, tibicinam vocasset, aut nihil præterea voluisset, sane plus quam negligentissimum fuisse faterer; sed ait Cotyttia sacra, Bonæ Deæ sacris omnino esse dissimilia, ad illa enim solos mares admitti; deinde addit,

—— nullo gemit hic tibicina cornu.

quod scilicet Bonæ Deæ pulvinaribus acciderat, admisso Clodio, qui sub vestitu cultuque psaltriæ seu tibicinæ, cornu intulerat, nempe virum patrando stupri flagitio paratissimum, atque ut idem Juvenalis ait in sexta,

Majorem, quam sunt duo Cæsaris Anticatones.

nam istud etiamsi prælicenter positum videatur, non tamen est inconcinnius ea similitudine, quam ex vetere comico notavit Longinus: ἀγρὸν ἔχ' ἐλάττω γῆν ἐπιστολῆς Λακωνικῆς. Minime autem culpaverim quod eadem satira dixit,

Ac summum domina femur exclamare coegit,

de alipta qui dominam unguendo fessus erat, ac tandem, ut mitteretur, ψόφοι καὶ πόππυσμα expresserat ab ea dominæ parte, quam in Galla ob consimile vitium Valerius Martialis nequissimo epigrammate garrulam & clamosam appellavit. Neque existimaverim ambitiose po-

 tius

tius quam honeste & decore usurpata fuisse palpitandi & mictúriendi vocabula, sicut & rimæ, cristæ, vesicæ, urinæ, offæ; item urticæ, cornu, herniæ: per quæ alia minus speciosa dictu significantur. Et laudi potius quam vitio duxerim, rhombi spatium, pro rhombo tantæ latitudinis, ut esse videretur instar areæ κ) ἐπιπέδου ῥομβοειδοῦς & navem minorem, pro navi quæ jactura facta pauperior evasit. Denique nunquam reprehenderim satiram verbis audacius translatis ferocientem, aut carpendorum vitiorum causa liberius evagantem; nam illud quidem severitati ac dignitati sermonis, sed hoc inprimis disquisitionis censoriæ libertati convenire censeo. Atque ut uno semel exemplo multa simul ostendam, observemus Juvenalem nostrum celeberrimam figuram, qua poëtæ, cum aliquid difficillimum indicant, rerum omnem fidem exuperantium comparationes acervatim congerunt, sed plerumque tam frivolas quam ingeniosas, ad seria sæpenumero transtulisse, compluriuin moribus pulcre notatis: ut in decima:

——— circumsilit agmine facto
Morborum omne genus, quorum si nomina quæras,
Promptius expediam quot amaverit Hippia mœchos,
Quot Themison ægros autumno occiderit uno,
Quot Basilus socios, quot circumscripserit Hirrus
Pupillos, &c.

Hæc vero non sunt inania rhetoricæ purpuræ segmenta, verum exquisitissimæ satirarum impensæ, quibus adjici quidem semper aliquid possit; adimi autem non secus quam de farcilibus aut lucanicis pulpæ, cerebella, glandulæ, nuclei, liquamen, piper, & hujusmodi alia: quæ etsi omnino disparata sint, & saporum plurimum inter sese differentium, tamen intrita simul & inferta optimam condiunt satiram, quæ si pauciora contineret, minus satira diceretur. Habes, illustrissime Thuane, totam propositæ controversiæ constitutionem,

cui dirimendæ vindicias secundum Juvenalem dari abs te potissimum velim. Nam cum adolescens, ac pæne potius puer, eam sis adeptus gloriam, ut cunctis poëticæ laudibus quam maxime excelleres; nunc autem post amplissimos honores integerrime gestos, in arce Virtutis, extra omnem Satiræ petulantiam, velut extra teli jactum sis collocatus; partium proprie tuarum esse arbitror, de poëtica morum censura, quam istæ Satiræ promittunt, deque ipsis Satirarum scriptoribus, judicare. Quod si tibi operam calamo lusisse videar, hoc præterea me præstitisse reponam, quod hæc legentem ab reipublicæ prope nullius tristissima cogitatione paulisper avocaverim, atque id mihi fuerit abunde pretii,

Si quid ego, Auguste, adjuto, curamve levasse,
Quæ nunc te coquit & versat sub pectore fixa.

Scribebam a. d. III. Cal. Novemb. CIƆ IƆC XV.

Libris quinque Satyrarum Juvenalis continentur Satyræ XVI.

LIB. I.	SAT. I.	Præfatio, cur satiras scribat.
	II.	Hypocritæ.
	III.	Urbis incommoda.
	IV.	Convivæ Domitiani.
	V.	Parasiti.
LIB. II.	SAT. VI.	Mulierum flagitia & scelera.
LIB. III.	SAT. VII.	Artium neglectarum querela.
	VIII.	Natalium claritas.
	IX.	Cinædi.
LIB. IV.	SAT. X.	Vota.
	XI.	Luxus.
	XII.	Heredipetæ.
LIB. V.	SAT. XIII.	Scelera tandem punita.
	XIV.	Parentum exempla.
	XV.	Religiones peregrinæ.
	XVI.	Militiæ privilegia.

VARIANTES LECTIONES IN JUVENALI E CODICE MS. ACAD. BASILIENSIS ERUTÆ.

	Lectio Schrevel.	Cod. MS.
	Sat. I.	
V. 8.	In tergo mec-dum	à tergo mon-dum.
46.	premat	premit.
55.	ſi	ſed.
60.	citato	rotato.
62.	cum ſe	dum ſe.
74.	aliquis.	aliquid.
80.	clavienus	clavenens.
106.	purpura ma-jor.	purpura ma-jus.
119.	faciunt	faciant.
130.	Arabarches	Arabales.
131.	mejere	mingere.
142.	amictus	amictum.
168.	ira	ira.
	Sat. II.	
V. 5.	invenies	invenias.
36.	Laronia	Latonia.
44.	Scantinia	Scatinia.
49.	cluviam	clpviam.
50.	Hippo	Hyſpo.
52.	veſtra	noſtra.
58.	ſolo	ſoli.
65.	Laronia	Latonia.
68.	Pollineas Faballa	Pollnicas Laballa.
76.	deceant	deceat.
80.	porrigine	prurigine.
92.	cotyton	cochiton.
93.	tactum	tinctum.
97.	galbina	galbana.
100.	arunci	aurunci.
117.	quadringenta	quadraginta.
118.	cantaverat	cantaverit.
119.	dictum	actum.
120.	moriantur	morientur.
142.	me.	en.
146.	catuli Paulique	catulis Pauliſq.
159.	illuc	illic.
ibid.	quidem	quid.
160.	juberna	viverna.
170.	referunt	referent.
	Sat. III.	
V. 8.	ac	&.
36.	vulgus	vulgum.
83.	cottona	cottana.
118.	pinna	penna.
120.	Erimanthus	Erimachus.
133.	catiene	catione.
158.	juvenesque	juvenemque.
169.	ſabellam	ſabbilam.
177.	ſimilesque	ſimilemque.
187.	iſtud	illud.
190.	gelida	gelida.
191.	Volſiniis aut	Volſinis aut in
206.	ſervabat.	ſervavit.
212.	Aſturici	Aſcuri.
215.	& jam accurrit	etiam occurrit.
220.	&	ac.
231.	Lacerta	Lacerna.
232.	illum	ipſis.
246.	Tignum	tignum.
260.	obtritum	obtritu.
261.	more	morte.
263.	ſtrigilibus	ſtriglibus.
271.	percuſſum.	percuſſu.
288.	proemia	premia.
304.	ſilvit	ſolvit.
306.	tuta	tuto.
307.	pomptina	pomptina.
319.	reddet	reddit.
	Sat. IV.	
V. 7.	quas	quot.
13.	Sejoque	ſerioque.
22.	exſpectet	exſpectat.
25.	pretio	pretium.

33. fa

Lectio Schrevel.	Cod. MS.
33. *faria*	*fracta.*
34. *&*	*hic.*
63. *ut cessit*	*excessit.*
64. *spectant*	*exspectant.*
78. *atque*	*atque hic.*
84. *illa*	*ipsa.*
96. *tam festinato*	*jam, destinata.*
97. *cum*	*in.*
117. *aricinos*	*ariciinas.*
125. *habet*	*habens.*
127. *Excidat Arviragus*	*excidit Arviraches.*
145. *Albanam*	*Albani.*
146. *corctus*	*coactus.*
147. *cattis*	*getis.*
149. *pinna*	*penna.*
150. *illa*	*ille.*

S A T. V.

Lectio Schrevel.	Cod. MS.
V. 4. *Gabba*	*Galba.*
5. *credens*	*reddere.*
11. *sordes*	*sordem.*
15. *raroque*	*raro.*
23. *serraca*	*saraca.*
24. *nolit*	*nollet.*
38. *Berillo*	*Berilles.*
51. *vobis*	*nobis.*
73. *arrepta*	*artacepi.*
74. *viu' tu*	*vis tu.*
83. *cum*	*dum.*
84. *cammarus*	*gamarus.*
90. *Bocchore*	*Boccare.*
91. *afros*	*atris.*
111. *gloria*	*gratia.*
119. *Libye*	*Libya.*
121. *Cheironomonta*	*Chironomanta.*
122. *Magistro*	*Magister.*
154. *mali*	*pomi.*
155. *hirsuto*	*hirsuta.*

S A T. VI.

Lectio Schrevel.	Cod. MS.
V. 13. *compositive*	*compositique.*
52. *tende*	*necte.*
53. *vix*	*vir.*
64. *Thuccia*	*Tuscia.*
75. *Quintilianus*	*Quintianus.*
81. *mirmillonem*	*aut mirmillonem*
90. *contemserat*	*contemserit.*
100. *maritum*	*marito.*
103. *juventa*	*juventa est.*
120. *sed*	*&.*
122. *prostitit*	*constitit.*
128. *mendum*	*mendum.*
152. *quo*	*cum.*
182. *diem*	*die.*

Lectio Schrevel.	Cod. MS.
212. *nolet*	*nolit.*
217. *distabitur*	*ditabitur.*
225. *advolat*	*avolat.*
228. *numeris*	*numerus.*
237. *silet*	*paret.*
252. *hac*	*&.*
263. *vide*	*videt.*
273. *exsp. ctantibus*	*ipsis spectantibus.*
276. *exsorbes*	*absorbes.*
ibid. *quos*	*quot.*
279. *Quintiliane*	*Quintiane.*
287. *contingi parvaque sinebant*	*conjungi parva sinebat.*
290. *in turre.*	*turre.*
292. *ulciscitur.*	*ulciscimur.*
294. *ister*	*histros.*
306. *collacta*	*collusica.*
307. *cum*	*non.*
315. *priapi*	*priapo.*
319. *Saufeja*	*Laufeia.*
323. *nil ibi*	*nil ibi.*
328. *jam dormit*	*dormitat.*
329. *sumta*	*sumta.*
ibid. *cucullo*	*cuculla.*
344. *cludere*	*claudere.*
364. *reputat.*	*reputant.*
384. *Appi*	*alii.*
385. *&*	*cum.*
391. *pertulit*	*protulit.*
394. *vos*	*nos.*
396 *fiet*	*fiat.*
398. *possit qua*	*qua possit.*
400. *strictisque*	*strictisque.*
407. *famam*	*flammam.*
412. *qua*	*quod.*
414. *curata*	*cubertata.*
418. *lato terram*	*terram lato.*
440. *tot tintinnabula*	*& tinnt-*
441. *nemo ora*	*atque ora.*
455. *marito*	*maritum.*
458 *extensis magna commisit*	*extensis magna commi-tit.*
472. *dicetur*	*dicatur.*
473. *totus*	*toto.*
478. *flagello*	*flagellis.*
482. *transacta*	*transversa.*
485. *praefectura domus*	*praefectura domus.*
489. *disponit*	*componit.*
497. *cessat*	*cesset.*
513. *rupta*	*rapta.*
526. *calidaque*	*calidasque.*
530. *loquantur*	*loquuntur.*
532. *lanigero*	*lanigero.*

c 4 542. po-

Lectio Schrevel.	Cod. MS.
540. ponant	perone.
541. in	ad.
550. rimabitur	rimatur &.
551. deferat	deferet.
581. utrinque	utrumque.
582. ducet	ducit.
584. Indus	inde.
591. partes	partus.
595. steriles	sterilem.
601. sæpe	semper.
608. atque sacs videns	atque sacs semper.
642. longa - saliva	longam saliva.
647. rabie	& rabie.
657. insulsam	insulsam.

Sat. VII.

V. 3. celebres notique	multi celebresque.
12. & Thebas-gallica	Thebas-gallica.
20. vos	nos.
21. spectanda	expectanda.
25. componis	conscribis.
26. claude	claude.
39. &	aut.
40. maculonis	macculonus.
43. in parte	parte.
45. constent	constant
60. fama	fama.
73. alveolos	albidos.
80. falcejo	faltius.
88. multis.	& multis.
92. Philomela	Philomena.
96. nunc	tunc.
99. petitur	petit hic.
114. lacerna	lacerta.
120. Maurorum	Afrorum.
123. in fœdere	in fœdera.
134. stlataria	stlataria.
139. Fidimus eloquio	ut redeant veteres.
145 Gallus	Cossus.
146. producere	deducere.
149. ponere	imponere.
156. diversa parte	diversâ parte.
157. veli:nt	velunt.
163. fulmina	flumina.
166. hæc	est.
167 vel	&.
215. Celadi	Enceladi.
218. Acœnonetus	Acenetus ipse.
223. sederet	sedebat
237. cen pollice ducat	cum pollice ducant.
242. cura, sed	curas &.

Lectio Schrevel.	Cod. MS.

Sat. VIII.

V. 2. pictosque	& pictos.
4. humerosque	nasumque.
5. Corvinum & Galbam	Corvinum & Galbam.
8. fumosos	famosos.
17. tradidit	produxit.
38. sic	sis.
47. plebe	gente.
90. excussa	tecta.
109. eripiatur	arripietur.
135. ambitio	ambitus.
147. 151. 167. } Lateranus.	Damasippus.
174. & furibus, ac	aut furibus, aut
201. pugnantem, aut	aut pugnantem
203. faciem.	frontem.
204. librata	fibrata.
225. cantu	saltu.
229. Antigona	Antigones.
236. vestra	nostra.
256. pube	plebe.
258. qua	qui.
266. produxit.	eduxit.

Sat. IX.

V. 14. Bruttia præstabat calidi tibi	Præstabat calidi circumlita.
25. scelerare	celebrare.
26. quodque taces	quod taces, atque.
40. ac cevet	atque cevet.
46. quam dominum	non dominum.
48. adsecula	assecla.
62. legatum	legatus.
69. puerorum aquilone	servorum nequit
84. alterum	auctorum.
100. cura est	corgar.
106. taceant	clament.
117. Saufeja	Lanfeia.
138 exornare	exorare.
139. figam	fingam.
149. adfixit	adfigit.

Sat. X.

V. 2. dignoscere	discernere.
21. umbram	umbras.
30. auctor	alter.
37. in pulvere	pulvere.
73. Remi	trement.
78. effudit	effugit,
81. panem	pan.

90. hon

Lectio Schrevel.	Cod. MS.
90. *habere*	*haberi.*
97. *tanti*	*tantum.*
116. *tuis*	*& totis.*
162. *vigilare*	*jugulare.*
164. *hos*	*non.*
189. *hoc recte vultu solum hoc & pallidus optas*	*hoc altus cuicunque tinens, hoc pallidus optas.*
211. *Citharœdo sive seleuco.*	*Citharœdus sive seleucus.*
241. *adspiciendus*	*aspiciendus.*
254. *socius*	*socio.*
263. *quo non*	*quo jam.*
310. *I nunc & juvenis specie*	*Nunc ergo speciem juvenis.*
322. *Hippia*	*optia.*
341. *aureis*	*aureum.*

SAT. XI.

V. 4. *therma*	*turma.*
22. *laudabile*	*miserabile.*
49. *ostia*	*ostrea.*
91. *postremo*	*rigidique.*
97. *coronati*	*coronatum.*
106. *venientis,*	*fulgentis.*
124. *mittit*	*nutrit.*
134. *unquam obsonia.*	*nunquam ulla obsonia.*
153. *notos*	*natos.*

SAT. XII.

V. 1. *dulcior*	*charior.*
3. *cadimus*	*ducimus.*
20. *percussum*	*pertusum.*
54. *recidit*	*decidit.*
73. *sumen*	*numen.*
77. *currunt*	*occurrunt.*
81 *Tuti stagna sinus*	*tunc stagnante sinu.*
100. *tabellis*	*libellis.*
106. *paratum*	*solebant.*
110. *turrem.*	*turbam.*

SAT. XIII.

V. 13. *malorum*	*laborum.*
26. *numerus vix est*	*numero vix sunt.*

Lectio Schrevel.	Cod. MS.
57. *fraga*	*farra.*
73. *illa*	*ille.*
86. *in fortuna qui*	*qui in fortuna jam.*
119. *Vagelli*	*Bacilli.*
135. *parte*	*in parte.*
140. [illegible]	*te nunc.*
143. *nos viles pulli*	*nos vilis populus.*
145. *incendia*	*& incendia.*
175. *abreptum*	*affectum.*
226. *judicet*	*vindicet.*

SAT. XIV.

V. 1.2. *Sinistra - & nitidis.*	1 - *Sinistra.* 2. *Et quod majorum vitia sequiturque minores,* 3. *Et nitidis.*
11. *puerum*	*puero.*
16. *præcipit atque*	*præcipitat, qui.*
38. *damnandis hujus*	*damnis hujusce*
45. *puer est*	*pater est.*
63. *furit*	*fremat.*
67. *emendat*	*emundat.*
95. *meliora*	*meliore.*
111. *laudetur*	*laudatur.*
120. *miratur - qui*	*mirantur - hi.*
121. *putat - hortatur*	*putant - hortantur.*
152. *quam*	*qua.*
164. *hac*	*ea.*
176. *immedici*	*indomiti*
184. *homini veteris*	*homines veteres*
199. *trepidum*	*trepido.*
228. *producis*	*providis.*
269. *ac vilis*	*ficalis.*
315. *habes*	*abest.*

SAT. XV.

V. 46. *turba*	*ripa.*
95. *quæ ultima*	*culmina.*

SAT. XVI.

V. 23. *mulino*	*mutinensi.*
29. *cum*	*quem.*
39. *puls*	*plus.*

D. JUNII
JUVENALIS
VITA

JUNIUS JUVENALIS liberti locupletis incertum filius, an alumnus, ad mediam fere ætatem declamavit, animi magis cauſſa, quam quod ſcholæ aut foro præpararet. Deinde paucorum verſuum Satira non abſurde compoſita in Paridem pantomimum, poëtamque * Claudii Neronis, ejus ſemeſtribus militiolis tumentem, genus ſcripturæ induſtrioſe excoluit. Et tamen diu ne modico quidem auditorio quicquam committere eſt auſus. Mox magna frequentia, magnoque ſucceſſu bis ac ter auditus eſt, ut ea quoque quæ prima fecerat, inferciret novis ſcriptis:

Quod non dant proceres, dabit hiſtrio: tu Camerinos,
Et Bareas, tu nobilium magna atria curas.
Præfectos Pelopea facit, Philomela tribunos.

Erat tum in delitiis aulæ hiſtrio: multique fautorum ejus quotidie provehebantur. Venit ergo Juvenalis in ſuſpicionem, quaſi tempora figurate notaſſet, ac ſtatim per honorem militiæ, quanquam octogenarius, urbe ſummotus, miſſuſque ad præfecturam cohortis in extrema parte tendentis Ægypti. Id ſupplicii genus placuit, ut levi atque joculari delicto par eſſet. Verum * intra breviſſimum tempus angore & tœdio periit.

P. PITHOEI
NOTÆ AD SUPERIOREM VITAM.

JUVENALIS vita quæ præponitur, non est, opinor, ejusdem interpretis. Et vero in opt. codice. ad finem adscripta fuit recentiore manu, & in plerisque aliis separatim extat. Suetonio etiam à quibusdam tribuitur. Hujus loco, initio vetustiss. ex. ad illa verba, Semper ego auditor, hæc legebantur: Juvenalem aliqui Gallum propter corporis magnitudinem, aliqui Aquinatem dicunt. Ea tempora Domitiani Tyranni, quibus etiam ipse vixit, eo quod in aula ipsius plus histriones, quam bonæ vitæ homines possent, graviter carpsit. Hos autem libros in exilium missus ad civitatem ultimam Ægypti. * Hos ab ipso Domitiano, scripsit. Ideo autem in exilium missus est, quia dixit* versum illum,

Quod non dant proceres dabit histrio,

Nunc autem hoc inducit quasi carptum se per figuras à miseris poëtis, qui nil novum, sed omnibus notas fabellas recitarent; & dicit magis ideo Satyram se scribere, ut possit mores illius temporis demonstrando notare. Hactenus vet. ex. quod prætermissum nolui. Quin & illud addam pro Hos, civitatis illius Ægypti nomen reponendum Oasa, sive Oasin peninsulam exiliis celebrem; cujus & hic idem interpres meminit ad Satyr. 4. Sed & apud Hieron. in Epitaphio Nepotiani male hodiéque Assæ, pro Oasæ. Nam de Timasio loquitur, quem Oaso relegatum Zozimus ex advocato fisci clare narrat.

Pag. antec. lin. 6. *Claudii Neronis.*) Hæc verba in quibusdam ex. desunt. Quod sequitur de semestribus militiolis, pertinet ad illud Satyr. 7.

Semestri vatum digitos circumligat auro.

Est & semestris Tribunatus mentio apud Plin. lib. 4. Epist.

Ib. lin. ult. *Intra brevissimum tempus periit.*) Non satis hic convenit cum Suida, quem tamen ex Dione sumpsisse verisimile est. Neuter cum iis quæ ex Juvenale ipso Sat. 4.6.13. 15. colligi possunt, quæ hic accuratius persequi non est otii nostri. Summa tantum quædam breviter notasse satis erit.

TESTI-

TESTIMONIA VETERUM SCRIPTORUM DE JUVENALE.

M. Fabii Quintiliani lib. x. *Institut. Orat. de Satyræ scriptoribus.*

Sunt clari hodieque & qui olim nominabuntur.

M. Val. Martialis ex lib. VII. *Epigr.*

Cum Juvenale meo quæ me committere tentas,
  Quid non audebis perfida lingua loqui?
Te fingente nefas, Pyladen odisset Orestes:
  Thesea Pirithoï destituisset amor.
Et Siculos fratres, & majus nomen Atridas,
  Et Lædæ poteras dissociare genus.
Hoc tibi pro meritis & talibus imprecor ausis:
  Ut facias illud, quod, puto, lingua facis.

Ejusdem ex lib. XI.

Dum tu forsitan inquietus erras
Clamosa, Juvenalis, in Suburra,
Aut collem dominæ teris Dianæ:
Dum per limina te potentiorum
Sudatrix toga ventilat, vagumque
Major Cœlius & minor fatigant:
Me multos repetita post Decembres
Accepit mea, rusticumque fecit,
Auro Bilbilis & superba ferro.

Rutilii Claudii Numantini Galli ex Itinerario.

Hujus vulnificis, Satyra ludente, Camœnis
  Nec Turnus potior, nec Juvenalis erit.
Instituit veterem censoria lima pudorem:
  Dumque malos carpit, præcipit esse bonos.

Amm.

Amm. Marcellini ex lib. XXVIII. *Histor.*

Quidam detestantes ut venena doctrinas, Juvenalem & Marium Maximum curatiore studio legunt, nulla volumina, præter hæc, in profundo ocio contrectantes.

C. Sollii Sidonii Apollinaris ex carmine ad Magnum Felicem.

Non qui tempore Cæsaris secundi
Æterno incoluit Tomos reatu:
Nec qui consimili deinde casu,
Ad vulgi tenuem strepentis auram;
Irati fuit histrionis exul.

Porphyrionis, seu, quisquis est, in Horatium veteris Grammatici.

Satyra Horatii inter Lucilii Satyram & Juvenalis est media. Nam & asperitatem habet, qualem Lucilius: & suavitatem, qualem Juvenalis.

Jul. Cæsar Scaliger Poëtices VI. *cap.* VI.

Juvenalis autem candidus, ac Satyrorum facile princeps. nam ejus versus longe meliores quam Horatiani: sententiæ acriores: phrasis apertior.

Idem alio loco.

Horatius, inquit, est irrisor, & ob id Sermonum titulo contentus fuit, qui modo sententiæ lacertos expressos ostendat sermone vulgato, sed lecto tamen; parum curat numeros; & denique, modò purè diceret, nihil pensi habuit. In Juvenale omnia contra. Ille ardet, instat, apertè jugulat. Stylus valdè arridet, in quo cum Romana puritate juncturas molles felicissimè consecutus est. Versus ejus, inquit, longè meliores, quam Horatiani, sententiæ acriores, Phrasis apertior. Cæterum urbana, inquit, & salsa multò plura Juvenali attribuas, quam excipias ab Horatio. Quibus sane locis neque temere, neque frustrà contendemus Juvenalem longè accuratioris Satyræ auctorem esse: & eum tanto antepone-

re

re decet Horatio, quanto melior Horatius Lucilio judicatur. Cum neque argumentorum varietate par sit illi Horatius, neque dexteritate tractandi, neque ubertate inventionis, neque crebritate sententiarum, neque acrimonia reprehensionis, neque facetiis & urbanitate.

Justus Lipsius Theodoro Pulmanno Epist. quæst. Epist. IX.

Juvenalem Poëtam à Scaligero patre, in Satira præpositum Horatio, vidi qui indignarentur. At ille, me judice, inter multa certi & elegantis judicii, nihil verius protulit.

Idem paulo post:

De Juvenali verè judicat. Ardore, altitudine, libertate, id est, suo quodam genere supra Horatium est, quod ipsum maximè Satyræ proprium videtur. Tangit vitia, objurgat, inclamat: raro jocos, sæpius acerbos sales miscet. Quæ omnia in Horatio contra, qui placidus, lenis, quietus, monet sæpius, quam castigat. Sed ita præclarè tamen hoc ipsum, ut in ea parte & arte nihil possit supra eum.

Idem M. Antonio Mureto Epist. Quæstion. lib. IV. *Epist.* XV.

Quod Juvenalem doces M. Antoni, rectè & ordine te facere puto ut in Sacramenti formulis est. Certe si illa tempora, hæc Satiram desiderant: & in Satira nemo idoneor ad mores corrigendos Juvenali.

Casaubonus prolegomenis in Persium.

Longe salibus ab Horatio superatur, & à Juvenale Persius: quorum uterque feliciter est assecutus, quod voluit noster, nec potuit. Excellunt igitur in eo Horatius & Juvenalis, etsi ratione diversa: nam illius sales τὴν ὀχλικὴν ἀναγωγίαν, & ut ita dicam, plebeium aliquid fere sapiunt: hujus omnes joci quibus abundat, sic sunt urbani & salsi, ut acumen sæpe atque eruditionem præ se ferant, & ingenium longo declamandi usu probe subactum.

DE-

DE SULPICIA.

M. Val. Martialis ex lib. 10.

Omnes Sulpiciam legant puellæ,
Uni quæ cupiunt viro placere.
Omnes Sulpiciam legant mariti,
Uni qui cupiunt placere nuptæ.
Non hæc Colchidos asserit furorem,
Diri prandia nec refert Thyestæ,
Scyllam, Biblida nec fuisse credit:
Sed castos docet & pios amores,
Lusus, delicias, facetiásque.
Cujus carmina qui bene æstimarit,
Nullam dixerit esse sanctiorem.
Tales Egeriæ jocos fuisse
Udo crediderim Numæ sub antro.
Hac condiscipula, vel hac magistra,
Esses doctior & pudica Sappho.
Sed tecum pariter simúlque visam
Durus Sulpiciam Phaon amaret.
Frustra namque ea nec Tonantis uxor,
Non Bacchi nec Apollinis puella,
Erepto sibi viveret Caleno.

C. Sidonii Apollinaris ad Magnum Felicem.

Non Gætulicus hic tibi legetur,
Non Marsus, Pedo, Silius, Tibullus,
Non quod Sulpiciæ jocus Thaliæ
Scripsit blandiloquum suo Caleno.

Catalogus eorum AUCTORUM, ex quibus Notæ Variorum ſunt deſumptæ.

A.

ALciatus.
Alex. ab Alexandro.

B.

Beroaldus.
Boëthius de Bobdt.
Bond.
Bongarſius.
Briſſonius.
Britannicus, *paſſim.*
Brodæus.
Budæus.

C.

Camerarius.
Canterus.
Caſaubonus, *in Perſio paſſi.*
Caſtalio
Chalderinus.
Crucius.
Cunæus.

D.

Delrio.
Dorleans.
J. Douza.

E.

Egnatius.
Eraſmus.

F.

Farnabius, *paſſim.*
Ferrarius.
Flavius.
Floridus.

G.

Gatakerus.
Grangæus, *paſſim.*
Gyraldus.

I.

Junius.

L.

Leopardus.
Lipſius.
J. Loënſis.
Lubinus, *paſſim.*
Lud. Carrio.

M.

Magius.
Mancinellus.
Manilius.
Manutius.
Marcellinus.
Mercerus.
Meurſius.
Muretus.

P.

Parrhaſius.
Pierius.
Pithœus.
Pius.
Politianus.
Pulmannus.
Puteanus.

R.

Realinus.
Rhodiginus.
Rigaltius.
Rutgerſius.

S.

Salmaſius.
Joſ. Scaliger.
Scheg.
Scoppa.
Stephanus.

T.

Thyſius.
Turnebus.

V.

Valla.
Voſſius.

D. JU

[redacted]



D. JUNII JUVENALIS

SATYRARUM

LIBER PRIMUS.

SATYRA I.

ARGUM. Deliberanti Poëtæ jamque in animo habenti temporis sui Poëtis tragœdias recitantibus, vicem referre, & pantheram (quod ajunt) leone remunerare, occurrunt urbis Romanæ scelera, quæ ipsum ab instituta Tragœdia ad Satyram abducunt.

SEmper ego auditor tantum? nunquamne reponam,
Vexatus toties rauci Theseïde Codri?
Impune ergo mihi recitaverit ille togatas,

Hic

VET. SCHOLIAST.

2. *Theseide Codri.*] Codrus hic Poëta fuit vitiosus, qui Tragœdiam Theseida scripsit: de quo Virgilius dixit:

—— *Sedet æternumque sedebit*
Infelix Theseus.

3. *Ille togatas.*] Togatæ sunt Comœdiæ Latinæ, quales Afranius fecit: Palliatæ Græcæ.

VARIORUM.

1. *SEmper ego auditor.*] Poëta suam ignaviam & patientiam accusat, & ægre fert, quod toties ab aliis audiendi molestia & tædio adfectus; nunquam contra alios, sua poëmata recitando, pari molestia affecerit. *Ego.*] κατ' ἐξοχὴν καὶ ἔμφασιν. Cum docti & indocti passim omnes aliquid scribant & recitent; ego Juvenalis semper alios audiam tantum, & nunquam alii me vicissim audient? *Nunquamne reponam.*] Scribam, vel recitabo, vicem iis referam, eadem scribendi recitandique molestia obtundam qua illi me. *Farnab.* Est translatio à creditoribus, qua usus est simili in re, dissimili mente Plinius Nepos epist. 1. *Possum iam repetere secessum, & scribere aliquid, quod non recitem; ne videar, quorum recitationibus adfui, non auditor fuisse, sed creditor: Nam ut in cæteris rebus, ita in audiendi officio perit gratia, si reposcatur.* Male ergo Lucius Scopas Collect. 1. cap. 27. *Rejectare* explicat. Nec bene Jan. Parrhasius. epist. 29. translationem ductam putat à conviviis. Scopum attigit Adrianus Turnebus lib. xx. Advers. cap. 8. *Grang.*

2. *Vexatus.*] Toties longo illo & verboso Poëmate de Theseo, quod Codrus obscurus Poëta, longa & assidua recitatione raucus, ad ravim usque recitavit, defatigatus, molestiaque ac tædio affectus. Sunt qui leg. *Cordi.* *Toties.*] Cum tot dies mihi impendendi fuerint recitationi. *Rauci.*] Clamando, recitando. *Farnab.*

3. *Impune ergo*] Nec par pari referam? et illum meorum carminum recitatione rursus non puniam. *Ille.*] Per contem-

A 4 [illegible]

Hic elegos? impune diem consumserit ingens
Telephus? aut summi plena jam margine libri,
Scriptus & in tergo, necdum finitus, Orestes?
Nota magis nulli domus est sua, quam mihi lucus
Martis, & Æoliis vicinum rupibus antrum
Vulcani. quid agant venti, quas torqueat umbras
Æacus: unde alius furtivæ devehat aurum
Pelli-

VET. SCHOLIAST.

5. *Summi plena jam margine.*] Notandum *marginem* fœminino genere dici, cum Ovidius masculino dixerit.

7. *Quam mihi lucus Martis.*] Lucum Martis dicit, qui Romæ est in Appia, in quo solebant recitare Poëtæ. Aut illum, qui apud Colchos est, in quo fuit pellis aurea: aut in quo Ilia peperit.

9. *Vulcani venti.*] Pro follibus posuit.

VARIORUM.

tum. Ut hac ipsa satyra v. 97. *Illa tamen faciem prius inspicit.* Grang. *Togatas.*] Argumenti Latini fabulas, à toga Romanorum habitu dictas: ut & Græcorum palliatæ, dicebantur, à Græcorum palliis, *Scaliger* Poët. 1. cap. 7.

4. *Hic elegos.*] Alius impune Elegos, id est, versus impariter junctos, lugubres vel amatorios, mihi recitaverit. *Impune diem.*] Ergo Tragœdia illa ingens, de Telepho Herculis & Auges filio, rege Mysiæ, cui *vulnus* & *auxilium Pelias hasta tulit*; per totum diem, non sine magna molestia impune me detinuerit. *Lubin.*

5. *Aut summi.*] Periphrasis est ingentis fabulæ de Oreste, quæ in summo vel magno libro scripta, & cujus etiam libri margo, ad summitates usque, ne vacua quidem sit relicta. Imo vero quæ etiam in tergo vel exteriori membranæ parte (quæ vacua relinqui solebat) scripta est. necdum tamen finita. *Lubin.* Sidon. Apollin. ex, 16. lib. VIII. *Jam venitur ad margines umbilicorum, jam tempus est, ut Satyricus ait, Orestem nostrum vel super terga finiri.* Grang.

6. *Orestes*] Agamemnonis & Clytæmnestræ filius. De quo Maro;

— *Scenis agitatus Orestes,*

Vide de illo Tragœdiam Euripidis.

7. *Nota magis.*] Quasi nulli res sua domestica notior esse possit, quam sibi illæ fabulæ. Quasi diceret, Fabulæ & historiæ mihi æquè notæ sunt ac alteri cuipiam poëtarum; si velim, quod illi faciunt, Principibus adulari, aut famæ meæ recitando velificari; taxarique hic videtur Valer. Flaccus. Vide Jan. Parrhasii Epist. 2. *Lucus Martis.*] Qui & in Ponto erat, etiam Athenis & Albæ, ubi Rhea peperit. Alludit ergo ad ambitiosas Poëtarum descriptiones: vel intelligit historiam integram Martis, quæ materia Poëtarum amplissima est. Turneb. lib. 20. cap. 8. Flavii Conject. cap. 29. *Lucus Martis*] pro quocunque luco, ad derisionem Poëtarum, qui à luci descriptione colorem artis petunt. vide Bapt. Egnatii racemat. cap. 6.

8. *Et Æoliis.*] Septem insulis Liparæis in mari Tyrrheno. Intelligit autem fabulam Cyclopum & Vulcani. Cujus antrum describit Virgil. VIII. Æneid. *Grang.*

9. *Quid agant.*] Est autem hic verborum ordo. Platani Frontonis, & convulsa marmora & columnæ ruptæ assiduo lectore, semper clamant, quid agant venti, quas umbras torqueat Æacus. Per *ventos* ergo intelligit poëmata de ventis, & eorum effectus, &c. Per *Æacum* intelligit poëma & fabulas de inferorum judice Æaco, quas animas ille judicet torquendas. *Lubin.* Ad fabulas ventorum, & Orithyæ raptus & similia referendum censeo. Grang. *Torqueat.*] Examinet, vel judicet torquendas animas *Idem.* Judicet puniat. *Britannic.*

10. *Æacus*] Jovis filius ex Ægina. Alii ex Europa, unus è tribus apud inferos judicibus. *Unde alius, &c.*] Id est, ex quo

Pelliculæ; quantas jaculetur Monychus ornos:
Frontonis platani; convulsaque marmora clamant
Semper, & assiduo ruptæ lectore columnæ.
Exspectes eadem à summo; minimoque poëta.
Et nos ergo manum ferulæ subduximus, & nos
Consilium dedimus Sullæ, privatus ut altum
Dormi-

VET. SCHOLIAST.

12. *Frontonis platani.*] In Horatiana domo, in qua Poëtæ recitabant.

VARIORUM.

ex quo loco, scilicet ex Colchide. *Alius.* quispiam, scilicet Jason cum reliquis Argonautis. Argonautica & cætera quæ dicuntur de Jasone, Medea & vellere aureo. *Grang.* *Furtivæ pelliculæ.*] Id est, vellus aureum furtim & clam dolo Medeæ ablatum in Græciam afferat. *Devehat.*] Ex Colchide in Thessaliam Argo navi transportet. *Lubin.*

11. *Quantas jaculetur*] In pugna illa Centaurorum cum Lapithis, in nuptiis Pirithoi. Notat hanc pugnam à Valerio ambitiose in Argonauticis expressam. Eandem elegantissime Ovid. lib. XII. Metamorph. expressit, Monychi memor; sic enim ille:

Fert gravis invito victorem Nestora tergo
Monychus;

Jaculetur, id est, Torqueat in hostes Lapithas.

12. *Frontonis platani.*] Synecdochice pro horto, porticu, vel domo, in qua platani. Erat autem Fronto nobilis quidam Romanus, summus Literatorum & Poëtarum fautor: in cujus domo assidue, dicit, recitatur;

—— quid agant venti: quas torqueat umbras
Æacus: unde alius, &c.

Lubinus. Vide de hoc Julio Frontone Marcilium ad 1 Pers. satyr. *Convulsaque marmora.*] Quæ assiduò recitantium clamore ex parietibus convelli & concuti videbantur: nam potentiorum parietes marmorum crustis integebantur. *Britannic. Clamant.*] Resonant, clamore referunt, quid agant venti, &c. vel per [illegible] marmora assidua Poëtarum recitatione edidicerunt, & inculcata toties, clamant quid agant venti, &c. Satyrice, quasi illa etiam continua recitatione declamare didicerint. *Lubin.* *Platani.*] Porticus, quam adumbrant platani.

13. *Ruptæ.*] Sic Sat. 7. vers. 85.

Cum fregit subsellia versu, Statius. Vide Graevium ad Hesiod. Ἀσπίδα. v. 203. *Columnæ*] Ædium Frontonis. Sic Virgilius:

Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ.

14. *Exspectes eadem.*] Cum indignatione legendum, quod non solum docti scribant, sed & indocti; juxta illud Horatii:

Scribimus indocti, doctique poëmata
passim. Britan.

Eadem.] sc. fabularum deliria, easdemque nugas.

15. *Et nos ergo manum.*] Cum ergò toties ab aliis vexatus sim, & non sine ingenti tædio aliorum fabulas audierim; addo quod docti indoctique scribant: quid restat, nisi ut & ego diuturno silentio interrupto, & clementia hac exuta, ipse aliquid scribam, ut alios pari molestia afficiam; & relictis Grammaticæ & declamandi studiis, carmen aliquod scribere aggrediar? *Lubin.* Vel, an ergò nos jam Grammaticen & Rhetoricen didicimus, ut sileamus & nihil scribamus? cum passim docti indoctique scribant. *Britannicus.* Non jam Grammaticen moror aut eloquentiam: uni Poëticæ addictus sum: jam cum Grammaticorum ferulis & Rhetorum declamationibus, mihi nihil negotii, iisque jam valedixi. *Turneb.* lib. XXVIII. cap. 24. Proverbialis formula est de iis qui ludimagistri potestatem exuerunt. *Grangæus.*

16. *Consilium dedimus Sullæ.*] Id est, Rhetoricen didicimus, ex cujus præceptis & exercitatione, ficto themate de-

Dormiret. stulta est clementia, cum tot ubique
Vatibus occurras, periturae parcere chartae.
Cur tamen hoc potius libeat decurrere campo,
Per quem magnus equos Auruncae flexit alumnus:
Si vacat, & placidi rationem admittitis, edam.
Cum tener uxorem ducat spado, Maevia Tuscum
Figat aprum, & nuda teneat venabula mamma:
Patricios omnes opibus cum provocet unus,

Quo

VET. SCHOLIAST.

20. *Magnus equos Aurunca flexit alumnus.*] Turnum dicit Scaevae Memoris Tragici Poëtae fratrem. Turnus hic libertini generis ad honores ambitione profectus est, potens in aula Vespasianorum Titi & Domitiani. Vel Lenium dicit, qui & ipse Satyras scripsit, vel Silium, & ipsum sui temporis Satyricum. Qui omnes ex Aurunca fuerunt.

VARIORUM.

clamavimus, & difficillima materia proposita suasimus Syllae, ut dictatura & tyrannide deposita, privatam vitam viveret, & alienus à molestiis & periculis, in utramque aurem, altum & securus dormiret. *Lubinus.*

17. *Stulta est clementia.*] Conclusio est, qua ad scribendum se exhortatur, suamque ignaviam condemnat. Quasi dicat: quae haec stolida mea patientia, cum tot Poëtis occurras quotidie, qui te toties recitatione verbosorum suorum carminum, tam inclementer tractarunt, illos non punire, & pari molestia afficere? *Idem.*

18. *Peritura parcere charta.*] Cui si ego pepercero, alia tamen manu peribit.

19. *Cur tamen hoc potius.*] Hactenus exposuit caussas cur scribendum sibi aliquid duxerit. Jam rationes adfert, cur ad Satyras scribendas animum potius appulerit. *Campo*, id est, in hoc studio & stadio, hoc poëmatis genere. *Decurrere*, est scribere & ingenii vires exercere, & decurrendo variorum vitia reprehendere. *Lubin.*

20. *Per quem magnus.*] Id est, in quo se Lucilius exercuit, quem tamen non Auruncae, Rutulorum civitate, sed Suessae natum dicunt, & Latinae Satyrae primum autorem. Vide Jos. Scalig. Ausonianar. lect. lib. II. cap. XI. qui ait, ideo Auruncae alumnum dici à Juvenale Suessa oriundum Lucilium, quod cum bellum inter Sidicinos & Auruncos esset ortum, opidum deseruerint Aurunci, profugique cum liberis & conjugibus Suessam venerint, quae ideo post Aurunca dicta. *Lubin.*

21. *Si vacat, & placidi.*] Si libeat & sit otium, manifestabo, & dicam.

22. *Cum tener uxorem ducat spado.*] Difficile est, dicit, aliquem non Satyram scribere, cum tener & mollis spado uxorem ducat, &c. Nobiliores enim mulieres nolebant parere, ob id nubebant spadonibus, ut ex Satyra VI. constat: aut si ulla ratione concepissent, partum abigebant poculo abortivo. *Spado* ergo est cui testes evulsi sunt, aut nervi è quibus testes dependent. Castratus, cui colis & testes. vide Satyr. 6. 366. vers. *Maevia Tuscum, &c.*] Alia indignatio in mulierum impudentiam, quae temporibus Domitiani in venationes & pugnas theatrales descendebant: unde Martialis Epigr. 6. lib. spect.

Hac jam foeminea vidimus acta manu.

Vid. Sueton. Neron cap. II. Tacit. Annal. 15. &c. *Britan.* Sumitur autem *Maevia* pro quacunque impudica & lasciva. *Tuscum*, ferociorem, utpote è Tuscia.

24. *Patricios omnes opibus.*] Alia indignatio, quod ignobilissimi adulationibus & aliis malis artibus, ad tantas opes pervenerint, ut suis divitiis omnes *patricios*

Quo tondente gravis juveni mihi barba sonabat:
Cum pars Niliacæ plebis, cum verna Canopi
Crispinus, Tyrias humero revocante lacernas
Ventilet æstivum digitis sudantibus aurum,

Nec

VET. SCHOLIAST.

26. *Canopi*] Canopus opidum Ægypti, dictum à gubernatore Menelai, qui ibidem morsu serpentis extinctus est.

27. *Crispinus.*] Niliacus, unus de Consulibus Liciniæ, ac de plebe Ægypti fuit, magnarum postea Romæ facultatum.

28. *Ventilet æstivum.*] Per luxuriam enim annulos æstivos, & hiemales invenit.

VARIORUM.

tricios, ex nobilibus & senatoribus natos, *provocare*, & opibus cum ipsis certare non erubescant. Vide Jac. Loënsem Epiph. 8. cap. 13. *Provocet.*] Adæquet.

25. *Unus, Quo tondente*] Cum unus Cinnamus, qui me puero vilis tonsor erat, cum omnibus patriciis, divitiis certare possit. de quo Mart. lib. 7. Alii Licinium quendam intelligunt. *Gravis.*] Adeo longa, ut mihi molesta esset & gravis. *Sonabat.*] Sub forfice sonanti cadebat. Videtur alludere ad τρίχας Græcorum, παρὰ τὸ τρίζειν dictas, quod inter tondendum stridorem quendam edant. *Junius* lib. de Coma. Hic versus repetitur Sat x. v. 226.

26. *Cum pars Niliacæ plebis.*] Indignatur Juvenalis, Crispinum hominem Ægyptium, ex servili conditione, ad censum equestrem esse provectum. *Pars Niliacæ plebis*, id est, servus ex plebe. hincque potissimum est indignatio. *Niliacæ*, Ægyptiæ. Nilus enim est fluvius Ægypti, Africam ab Æthiopia dividens. *Britannic.* Plin lib. 5. cap. 10. *Canopi.*] Civitas est in Ægypto duodecim milliaribus ab Alexandria distans, fano Serapidis celebris, omnium libidinum atque impuritatum domicilium. Strab. 17. *Farnab.*

27. *Crispinus.*] E servo factus magister equitum Neronis. Quæ vero sequuntur de vestibus purpureis & anulo, equestria signa denotant. *Tyrias*, id est, purpureas à Tyro. Sat. 10. vers. 38. Apud Scholiasten legendum videtur *de conjugibus Sabinæ*, & Sabina Poppæa intelligenda, Neronis quoque uxor. *Gronov. Humero revocante, &c.*] Quæ vel mollitie vel pondere defluxere: vel quæ rejectæ sunt in humeros:

Suam qui undantem chlamydem quassando facit.

Plautus Epidic. Adeo enim fractus erat mollitie, ut penulam in humero propter pondus non retinuerit, sed deorsum vergere passus sit, ita ut humerus ipsum crebro revocaret. *Lacerna* sive penula, erat vestis, quæ tunicæ vel togæ adversus aeris injuriam induitur, eadem & *abolla* dicebatur. *Crispinus Tyrias humero revocante lacernas.*] Id est, dibaphas & bis tinctas, & ideo pretiosiores. Idem & alibi indignatur Græcorum secem conchyliatam incedere. Sat. 3.

Horum ego non fugiam conchylia?

Id est, lacernas conchyliatas. *Crispinus &c.*] Quem locum veteribus intactum sic nuperi interpretantur, *humero revocante lacernas, quæ mollitie, vel pondere, defluxere.* Sed nec mollitie, nec pondere fluere lacernæ poterant, quæ in humero fibula nectebantur. Addunt, vel *quæ rejectæ sunt in humeros.* Plauti verba supra citata huc quadrant. Atqui undantem vestem facit non qui in humerum rejicit, vel humero revocat, sed potius quiexplicat, & vento reflandam atque implendam aperit. Magnus Ægyptii vernæ luxus fuit, qui lacernas Tyrias, id est, dibaphas gestaret, sed major & non ferendus, quod plures in die lacernas mutaret easque Tyrias. Hoc est, *humerum revocare lacernas*, quemadmodum Zoilus apud Martialem toties in hora syntheses mutabat. *Ferrar. Revocante*, id est, adstrictas fibula & nodatas habente. Vide lib. 2. Observ. cap. 19. *Gronovius.*

28. *Ventilet æstivum digitis*] Delicatus & mollis, quia vix ferre poterat pau-

 lu-

Nec sufferre queat majoris pondera gemmæ:
Difficile est Satyram non scribere. nam quis iniquæ
Tam patiens urbis, tam ferreus, ut teneat se?
Caussidici nova cum veniat lectica Mathonis
Plena ipso; post hunc magni delator amici,
Et cito rapturus de nobilitate comesa

Quod

VET. SCHOLIAST.

32. *Mathonis.*] Advocati, qui sceleribus dives effectus est & lectica, genus vehiculi, quo nobiles vehebantur: plena autem ipso, quia crassus fuit.

33. *Magni delator amici.*] Heliodorum dicit Stoicum Philosophum, qui Licinium Silanum discipulum suum, cum argueretur conjurationis, inficiantem, præter domesticam delationem, etiam testimonio oppressit. Alii Philosophum Eguatium Celerem, Bareæ Sorani magistrum, qui ipsum apud Neronem detulit, & damnavit: & ipse postea sub Vespasiano hoc, ipsum Musonio Rufo accusante, damnatus est. Nonnulli Demetrium caussidicum dicunt, qui multos Neroni detulit.

34. *Et cito rapturus.*] Delatione Siciliæ maximam partem proscripserunt: ex quorum bonis multa diripuerunt. Namque hoc, quod *rapturum* dicit, ad crudelitatem refert. Et à Sylla multi occisi sunt & proscripti.

VARIORUM.

lo majoris ponderis gemmam, annulos faciendos curabat ex auro leviore, per æstatem præsertim gestandos, ne graviores in sudorem darent digitos. Hoc in Crispino Satyricus notat & carpit, quasi inauditæ mollitici argumentum. *Salmasius.* Legendum est *Ventilet æstivo digitis sudantibus auro.* Nam dixit Crispinum ventilasse Tyrias lacernas, non aurum sive annulos. Festive eum reprehendit, quod ut annulos & sardonychatam manum ostendat, assidue ventilarit togam & sublevarit, infirmis illis & teneris digitis, ut vel minimo illo pondere annuli æstivi sudarent. Annulos æstivos Martial. leves vocat. lib. v. ep. 62. *Per cujus digitos currit levis annulus omnes.* Graevius.

29. *Nec sufferre queat majoris.*] Duo enim genera annulorum delicatioribus Romanis: hyberni, majoris ponderis; & æstivi, levioris. *Turneb.* lib. xx. Advers. cap. 11.

32. *Caussidici nova.*] Hinc maxime movetur Poëta ad scribendum Satyras, quod sub Domitiano frequens & penè publicè accusandi rabies existeret: adeo enim aures Imperator delationibus patefaciebat, ut nihil propemodum tutum esset; ita ut delator delatorem timeret. Multi igitur, inter quos & Caussidici, cum in ea re quæstum & Principis gratiam esse cognoscerent, relictis actionibus forensibus, ad delationes se conferebant, ut Matho & Pompejus Falco. *Britannic.* Cum sale τὸ *nova*, ut qui antea pedes ambularet: & magnopere hunc ut obesum sugillat, dicendo *plena ipso*; vel quia solus inerat, tanquam superbus & delicatus. *Brodæus* Miscell. VIII. c. 6. Sic Martial. Epigr. 57. lib. 2. *Sella recens Mathonis*; ex advocato delatoris facti.

33. *Magni amici.*] Vel sui, vel imperatoris & quasi imperatorii. *Magni delator.*] Britannicus & alii M. Regulum hic intelligi volunt, cum suis & imperatoris amicis, tum ipsis quadruplatoribus formidabilem. verisimilius tamen est dici Heliodorum Stoicum Phil. quo deferente occisi sunt.

34. *Et cito rapturus &c.*] Absumturus. nam partem bonorum, delationibus consequebantur, nobilibus ipsis aut in exilium ejectis, aut trucidatis. *Nobilitate comesa.*] Per delationes interemtas nam illorum bona proscriptio abstulerat. *Lubin.*

35. Quem

Quod superest, quem Massa timet, quem munere palpat
Carus, & à trepido Thymele summissa Latino:
Cum te summoveant, qui testamenta merentur
Noctibus, in cœlum quos evehit optima summi
Nunc via processus, vetulæ vesica beatæ:
Unciolam Proculeius habet, sed Gillo deuncem:
Partes

VET. SCHOLIAST.

35. *Quem Massa timet.*] Massa morio fuisse dicitur, & Carus mimus; Latinus vero, actor mimicus. Hi omnes Neronis fuerunt liberti & deinde Augusti: sed & nequissimi delatores. Latinus autem mimus quasi conscius adulterii Messalinæ uxoris Neronis, ab ipso occisus est. Massa autem & Carus Heliodoro defereme occisi sunt: cujus futuram delationem ita metuebant, ut ei munera darent. Nam Latinus mimus Thymelem mimam summittebat ad mitigandum.

VARIORUM.

35. *Quem Massa timet.*] Delatorem illum amici magni, Massa, Carus & alii delatorem timuerunt. Hic est Bebius Massa, infamis notæ delator, Neronis libertus, de quo Sidon. ep. VII, lib. V. *Grang.* *Munere palpat.*] Cui Heliodoro Carus muneribus blanditur & mitigat. *Idem.*

36. *Et à trepido Thymele.*] Cui blanditur Thymele, usu sui corporis ei submissa, à trepido & valde anxio Latino marito, verente ne deferretur ab Heliodoro. *Grangæus*, non veram Thymelen intelligit, sed quandam ex matronis Romanis, cujus personam sustinuerit in scena Thymele, cum submitteretur adultero, cujus partes agebat Latinus mimus. *Latinus* mimus fuit, cujus joco & uxoris Thymeles mimæ plurimum delectatus est Domitianus. *Britannic.* *Thymele.*] Mima, uxor Latini mimi, cui inditum videtur nomen à θυμέλη, quod est pulpitum seu ara theatri, quod hæc vel prima vel optima fuerit scenicis. Sed neque Politianus 7. lib. Epist. Thymelen fuisse uxorem Latini. *Summissa.*] Ut vel usu corporis vel blanditiis propitium Latino redderet Heliodorum seu Regulum. vel generaliter, uxor à marito missa deprecatur ad delatorem. cujusmodi aliquid in Mimo repræsentavit Latinus cum Thymele.

37 *Cum te summoveant.*] Alia est scribendæ Satyræ indignatio, quod multi venaliarum turpi consuetudine ditescerent. Vel quod stupratores ex testamento hæredes fiant, & *te* optimo jure heredem legitimum, hæreditate *summoveant* & expellant. *Lubin.* Male *Te summoveant* est, cogaris illis venientibus de via decedere, propter turbam servorum, qui divites comitabantur & obvios instar lictorum submovebant. Ad hic sensus est versus 46.

Cum populum gregibus comitum premat hic spoliator. Nam populus cum premeretur, cogebatur cedere de via, & quasi submovebatur. *Grang.* *In cœlum quos evehit.*] Id est, quos optima & expeditissima via & cursu summi & maximi *processus evehit in cœlum*, & adspirantes opes & dignitatem ducit, est *vesica*: illa pars quæ muliebris est. *Vetulæ beatæ.*] Locupletis & divitis. *Noctibus.*] Id est, nocturni concubitus opere.

40. *Unciolam Proculejus.*] Duodecimam hæreditatis partem, cum hæreditas ut libra divideretur in duodecim partes seu uncias. Amplificat hanc turpitudinem admodum Satyricæ, quod venalarum amatores, & adulteri, juxta *inguinis* vel mentulæ *mensuram* vel proportionem, etiam magnam vel parvam partem hæreditatis ex testamento obtinerent. Inde factum ut *Proculejus*, *unciolam* tantum, vel unam duodecimam partem adeptus sit. Sed *Gillo*, adulter, vir bene mentulatus, *deuncem*, vel undecim partes hæreditatis habeat: totam scilicet hæreditatem, una unciola dempta. Libra autem, sive as, dividitur in

12 par-

Partes quisque suas ad mensuram inguinis hæres;
Accipiat sane mercedem sanguinis, & sic
Palleat ut nudis pressit qui calcibus anguem,
Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram.
Quid referam, quanta siccum jecur ardeat ira:
Cum populum gregibus comitum premat hic spoliator
Pupilli prostantis? & hic damnatus inani
Judicio (quid enim salvis infamia nummis?)

Exul

VET. SCHOLIAST.

43. *Palleat.*] Nimia coitus libidine fatigatus, aut exspectatione hereditatis, aut pretii adulterii.

47. *Inani Iudicio.*] Non ademtis bonis * decius dicitur, sine litium æstimatione. Legis æstimatio illi non profuit. subauditur nota.

VARIORUM.

32. partes, quæ appellantur unciæ. Et vid. *Turneb.* lib. 28. Adversar. cap. 24.

41. *Ad mensuram inguinis.*] Id est, juxta proportionem genitalis membri.

42. *Accipiat sane mercedem.*] Verba Poëtæ Satyrice & acerbe hanc turpitudinem irridentis. Quasi dicat: Ego sane talem illis hæreditatem non invideo, quam sudore, sanguine & pallore sibi compararunt. *Sanguinis*] Seminis coitu exhausti. *Lubin.* *Sanguinis*] Seminis, quod ex sanguinis quarta digestione gignitur. *Avicenna*, cap. 3. de caussa spermatis. Hinc *Nati* Latinis *Sanguis* dicitur. Virg. VI. Æneid. *Projice tela sanguis meus.* Grang.

43. *Palleat.*] Adulteri enim exhausti & exsangues, nimia coitus consuetudine, pallent non minus, quam qui pedibus anguem calcavere. *Britan.*

44. *Aut Lugdunensem rhetor dicturus.*] Caligula teste Sueton. cap. 20. Lugduni in Gallia certamina oratoria ea lege instituit, ut victi victorum laudes componerent, vel præmia illis conferrent: qui maxime displicuissent, spongia, linguave scripta à se delerent, nisi maluissent aut ferulis objurgari aut in proximum flumen mergi. Oratores autem illic dicturi, metu pallebant, propositum supplicium metuentes. *Lubin.*

45. *Quid referam.*] Alia indignationis caussa: in spoliatores enim, cum pupillorum, tum provinciarum invehitur. Quid enim opus est inquit, me ulterius iræ & indignationis meæ caussas exponere, & *referre quanta ira* & indignatione *jecur* meum continua & frequenti indignatione exsiccatum *ardeat*; cum videam pupillorum *spoliatores*, pessimis flagitiis ad tantam potentiam pervenisse, ut *gregibus* & multitudine *comitum* ac clientum, cum per publicum incedunt, *populum premant*, molestiaque afficiant. *Idem.*

47. *Pupilli prostantis.*] Quem ad extremas incitas redegit, ita ut ob paupertatem cogatur victum turpissimo corporis quæstu sibi acquirere. *Et hic damnatus inani.*] Marius Priscus proconsul, cum Africam provinciam spoliasset, ab Afris accusatus jubente Cornuto, septingenta millia nummorum, quæ provincialibus eripuerat, ærario, damnatus intulit, ipsique urbe & Italia interdictum. Qui multis opibus & nummis sibi adhuc relictis, probe genio dies noctesque indulgebat. Plin. epist. 11. lib. 2. *Inani Judicio.*] Sic Scholiast. corrigo: *Non ademtis bonis judicium dicitur sine litium æstimatione. Litis æstimatio illi non obfuit. Quid enim salvis infamia nummis.*] Subauditur *notat.* *Rutg. Var. lect.* Lege, *nocet.* Gronovius.

48. *Inani Judicio.*] Pecunias provinciis non restituente. Inane judicium est, aut quod victori non prodest, aut quod reo non talem pœnam infligit, qualem meretur, & quam ille non magni facit. Vel quod nullius momenti fuerit. Marium

Exul ab octava Marius bibit, & fruitur Dîs
Iratis: at tu victrix provincia ploras.
Hæc ego non credam Venusina digna lucerna?
Hæc ego non agitem? sed quid magis Heracleas,
Aut Diomedeas, aut mugitum Labyrinthi,
Et mare percussum puero, fabrumque volantem?

Cum

VET. SCHOLIAST.

49. *Ab octava.*] Qui judicio vacabant decima hora cœnabant. Hic enim ab octava.

51. *Venusina digna lucerna.*] Lucernam dicit, quia Satyrici ad omnium vitia, quasi lucernam admovent, & ut adurant, & ut ostendant crimina *Venusinam* autem ideo, quia hæc fuit civitas Horatii. Sive à Venusio, ubi laternæ leves fuerunt, quæ pro vilissimo venibant.

52. *Non agitem.*] Non persequar. ut Virgilius,

——— *Palantes Troas agebat.*

Heracleas.] Aut columnas in Hispaniis, aut Atlantem.

VARIORUM.

rium condemnasse, & in exilium conjecisse, relicta ipsi adhuc parte majori nummorum & opum.

49. *Ab octava Marius bibit.*] Moris fuit Romæ, ut octava hora lavarent, nona decumberent: Ergo ante tempus cibo destinatum, genio indulsit. *Et fruitur Dis Iratis.*] Marius ergo licet Deos haberet iratos ob flagitia, in summa tamen hilaritate vivebat, nullum ab iis sentiens incommodum: probe ergo fruebatur suo exilio: nam in exilio plus sibi indulget, quam prius. *Fruitur diis Iratis.*] Id est, mollius & lautius vivit, quia deos habuit iratos, quum damnaretur. Nam si damnatus non esset, viveret in negotiis, eoque non ante nonam cœnaret, ut solebant homines frugi & occupati. Sic apud Senecam Juno de Hercule: *Superat & crescit malis, Iraque nostra fruitur.* Gronovius.

50. *At tu victrix provincia ploras.*] *Victrix*, quia Marius condemnatus est. *Ploras*, quia spoliata es, & nummi tibi restituendi, ærario illati sunt, aut à Mario exule prodiguntur.

51. *Hæc ego non credam Venusina.*] *Hæc* & similia cum flagitiosissima videam, possumne me continere à scribendis Satyris? nonne merito existimem digna esse hæc scelera *Venusina* seu Horatiana *lucerna* & diligenti lucubratione nocturno tempore confecta. Et existimemne digna esse hæc, quæ *ego agitem*, quæ ego mordacissimis Satyris persequar & insecter? id est, an non digna hæc, quæ Satyra, qualem Horatius scripsit, exagitentur? *Lubin.*

52. *Sed quid magis Heracleas.*] Tacitam objectionem diluit. Respondet enim iis, qui possent dicere, longe satius esse, si scribantur fabulæ. His enim moribus, hoc seculo cur potius fabulas scriberem, cum maritus leno, mœchi vel adulteri bona, pessimis artibus occupet, &c. *Sed quid magis.*] Scilicet scribam. Per *Heracleas aut Diomedeas*, intellige fabulam de ærumnis Herculis: aut de Diomede ab uxore non recepto & sociis in aves versis. *Turneb.* cap. 24. lib. 28. Adversar.

53. *Mugitum Labyrinthi.*] Intelligit fabulam de Theseo & Minotauro, qui mugitum in Labyrintho à Dædalo fabricato edidit.

54. *Et mare percussum puero.*] Icarum intellige, qui patris mandatorum immemor, in mare decidit. *Fabrumque volantem.*] Patrem Dædalum intelligit, qui cum medium teneret, incolumis in Siciliam evasit.

Cum leno accipiat mœchi bona, si capiendi
Jus nullum uxori, doctus spectare lacunar,
Doctus & ad calicem vigilanti stertere naso.
Cum fas esse putet curam spectare cohortis,
Qui bona donavit præsepibus, & caret omni
Majorum censu, dum pervolat axe citato
Flaminiam: puer Automedon nam lora tenebat,
Ipse lacernatæ cum se jactaret amicæ.

Nonne

VET. SCHOLIAST.

55. *Si capiendi Jus nullum uxori.*] Si uxor ejus jure impediatur adultero succedere, ipse maritus leno succedit adultero heres, ut per fideicommissum res adulteri ad adulteram veniant.

58. *Curam cohortis.*] Militum tribunatum.

59. *Præsepibus.*] Propter equos hoc dixit, & Neronem tangit.

62. *Lacernata.*] Satyrice, habitu virili fœminam describit.

VARIORUM.

55. *Cum leno accipiat mœchi bona.*] Fœdam sui temporis avaritiam notat, quo multi mariti, pecuniæ cupiditate ducti, uxores suas ab aliis tractari permittebant; iidem edocti dissimulare turpitudinis conscientiam, suspiciendo scilicet lacunaria, aut stertendo, cum mœchus ingrederetur. *Britannic. Si capiendi Jus nullum uxori.*] Domitianus probrosis fœminis lecticarum usum ademit, iisque capiendi legata, hæreditatesque. Suet. cap 8. Cum ergo per legem, adulterorum suorum bona capere non possent, ea bona maritis, qui tanquam uxorum suarum lenones erant, relinquebantur. Ait ergo Juvenalis inventæ legi, inventam fraudem. *Idem.*

56. *Doctus spectare lacunar.*] In obsequium adulteri sursum spectare, & velut ebrium, simulare profundum somnum ronchisono naso.

57. *Doctus & ad calicem.*] Juxta calicem. *Vigilanti stertere naso.*] Homo enim quanto altiore somno dormit, tanto sonantius stertit. Sonus autem ille stertentis, & ronchus fit naso, unde festive hoc loco dormientis nasum *vigilantem* vocat, cum sit clamosus & obstreperus. *Vigilanti naso*, id est, ronchos ducenti, stertenti. *Beroald.* Sic Ovid. V. Eleg. lib. Amorum: *Ipse miser vidi, cum me dormire putares, sobrius apposito crimina vestra mero.* Vid. Erasm. in proverb. *Non omnibus dormio.* Grang.

58. *Cum fas esse putet.*] Subtexit aliam indignationis caussam: ægreque fert, quod, qui bona suis equis alendis & aliis inutilibus sumtibus consumserant, ad summas dignitates aspirare non vereantur. *Curam sperare, &c.*] Ambire, affectare & expetere curam & præfecturam cohortis Prætorianæ.

59. *Qui bona donavit præsepibus.*] Id est, equis alendis bona sua perdidit. *Et caret omni majorum.*] Non quod nullum censum è majoribus habuerit, sed quod omnem alendis equis decoxerit. Doctiss. Turnebus hic Fuscum intelligit, qui aurigando patrimonium dilapidaverat, & puer aurigæ officium Neroni præstiterat, postea à Domitiano cohortibus prætorianis præfectus. Mancinellus vero & alii de Tigillino intellexerunt, interpretati illud, *Carere majorum censu*, de majoribus, qui in nullo censu fuerint, obscuris.

60. *Pervolat axe citato.*] Qui equis alendis omnia prodigit, dum curru celerrime incitato, velociter per viam Flaminiam vehitur; & illam viam quasi pervolat. *Lubin.*

61. *Puer Automedon.*] Fuscus auriga Neronis, ut Automedon Achillis. Dicit autem *puer*: nam puer bona sua aurigando perdiderat: jam senior & pauper, ad Præfecturam aspirabat.

62. *Ipse lacernata cum se.*] Emphatice. *Ipse* Nero, vel Fuscus. Turnebus libro XXVIII.

Nonne libet medio ceras implere capaces
Quadrivio: cum jam sexta cervice feratur
Hinc atque inde patens, ac nuda pene cathedra,
Et multum referens de Mecœnate supino
Signator falso, qui se lautum, atque beatum
Exiguis tabulis, & gemma fecerat uda?

Occur-

VET. SCHOLIAST.

64. *Sexta cervice.*] Lectica, faciente luxuria, à sex hominibus portabatur.

68. *Gemma fecerat uda.*] Saliva tacta, propter signaculi impressionem.

VARIORUM.

bro XXVIII. cap. 24. Adverſ. *Britannicus* hic intelligit Sporum, quem *amicam lacernatam* genere fœminino Poëta per cavillationem appellavit: ac si diceret, amicæ masculæ, hoc est, amicæ, quæ vir omnino erat: nam lacerna vestis est virilis. Et *jactare* se alicui, est seipsum illi dare, ingerere, insinuare. *Ipse lacernatæ cum se jactaret amicæ.*] Satyricus hic de Sporo loquitur, quem uxoris loco habuit Nero, quemque ob hoc Poëta lacernatam amicam vocat, quod *lacerna* virorum tantum esset: quod idem est, ac si quis nunc amicam braccatam vocaret. *Ferrarius.*

63. *Nonne libet medio ceras*] Alia indignationis caussa, quod falsarii malis suis artibus, ad summas opes & honores perveniant, & superciliosi & elati, alios contemnant. Quæso *an non libeat*, vel placeat *capaces ceras*, ingentes tabulas ceratas, & pugillares Satyris implere, occurrente passim & palam per compita Satyrarum materia; idque *medio quadrivio* & publico loco, in quem quatuor viæ concurrant & plures conveniunt, ut ab omnibus manifeste conspiciantur: cum falsorum testamentorum consignator jam sexta cervice, vel hexaphoro, seu lectica, quam sex portabant, feratur. *Lubin.*

65. *Hinc atque inde patens.*] Id est, ab omni parte aperta: & ejus *Cathedra* vel sella pene nuda, cui remota erant vela ac plagæ. id est, disco operta, ut ab omnibus conspici possit, ob jactantiam. Vel *nuda*, id est, vacua pene, quum in ea nemo esset præter eum. Martial. 11. lib. epigr. 99. *Idem.*

66. *Et multum referens de Mecœnate.*] Id est, probe *referens* & repræsentans, mollem & delicatum Mecœnatem, erecta cervice, superbe, & luxurioso habitu incedens. Mollitiei enim nomine male audiebat Mecœnas, Seneca Epist. 114. *Casaubonus* dicit Poëtam hic alludere ad morem eorum, qui vehementissime aliquid à Deo peterent, supini quippe orabant, &, ut ait Horatius:

Cælo supinas ferebant manus.

Et de Mecœnate supino.] Carpit hic quendam, quem Mecœnati comparat. Vocat ergo illum *supinum*, vel propter desidiam & otium; & quod supino ventre dormiret: Vel propter aversam Venerem, quam ille patiebatur. Nam Mecœnate in negotiis nihil acrius & negotiosius; in otio nihil otiosius & mollius & supinum magis; unde *Malchinus* dicitur ab Horatio. *Dorleans.*

67. *Signator, falso qui se lautum.*] Id est, falsarius vel falsorum testamentorum consignator, qui se *falso*, falsitate & adulterinis testamentis, *lautum*, comtum, mollem ac delicatum reddidit & se fecit *beatum*, divitem & opulentum, compendiosissimo labore, *exiguis* tantum *tabulis* seu testamentis, quæ modico verborum anfractu & paucis verbis condita essent, ut scilicet omnia bona uni relinquerent, eumque heredem ex asse facerent. *Brit.* *Signator.*] Aquilius Regulus testamentorum corruptor. Plin. Epist. 20. lib. 2. vel Sophonius Tigellinus, qui trium patruorum veneno sublatorum subtractis tabulis & falso signatis, hæreditates invasit. *Lubin.* Sic interpungen-

Occurrit matrona potens, quæ molle Calenum
Porrectura viro miscet sitiente rubetam,
Instituitque rudes melior Locusta propinquas
Per famam, & populum nigros efferre maritos.
Aude aliquid brevibus Gyaris & carcere dignum,

Si vis

VET. SCHOLIAST.

71. *Locusta.*] Locustam ex Galliis matronam veneficam Nero excivit μεταπέμψασθ ad se, propter venena conficienda, quoniam magnæ famæ erat, & in familiaritate habuit, ut etiam eum doceret venena miscere. Inde ait Turnus in Satyra,

* *Ex qua Cæsareas soboles horrenda Locusta*
Occidit, curans sævi venenata Neronis.

Hæc increpitata à Nerone, quod lentum venenum Britannico privigno suo parasset, tam efficax dedit, ut antequam poculum Britannicus exhauriret, in convivio Neronis exspiraret. *Propinquas* autem dicit, tanquam à Locusta doctas: velut quidam, uxores. * *

VARIORUM.

pungendum, non ut alii *Signator*, *falso* &c. ut docte Turneb. 28. 24. Adv. *Signator falso*, sc. testamento, qui obsignavit suppositicium testamentum, signator in falsis tabulis. Sic *falsi rei* lictis dicuntur. *Gronov.*

68. *Exiguis tabulis.*] Compendiosa & brevi opera, falsas testamentorum tabulas condendi. vel, *Exiguis*, id est, paucis verbis testamentorum tabulis scriptis, quum falsarius se hæredem ex asse inscripserit. *Gemma fecerat uda.*] Id est, annulo signatorio, qui saliva humectatus, imprimitur ceræ, & qui gemmam ectypam, id est, effigiatam habet inclusam.

69. *Occurrit matrona potens.*] Jam mores urbis Romanæ si ulterius consideres, occurrent etiam mihi Satyram scripturo, magnæ & potentes matronæ, quæ venenis maritos suos tollunt. *Potens* ergo, quia *nulla aconita bibuntur Fictilibus.* Britannicus hic intelligit Agrippinam, quæ Claudium maritum medicato sustulit boleto, post adoptatum Neronem. *Molle Calenum.*] Id est, suave, dulce & lene vinum, à Calibus opido Campaniæ sic dictum. *Lubin.*

70. *Viro miscet sitiente rubetam.*] Cum videt virum sitire, & dum simulat se vinum miscere, miscet *rubetam*, forte è bufone venenum ita dici potest, quod inter rubos degat. *Sitiente* pro sitienti.

71. *Instituit rudes.*] *Instituit* tanquam in schola, *rudes* & hujus præclaræ artis, & veneficii ignaras *propinquas* & vicinas, *efferre* ad rogum, impune, *maritos nigros*, & cadavera veneno lurida. *Lubin.* *Melior Locusta.*] Peritior venefica, quam illa Locusta nuper veneficii damnata, & diu inter instrumenta regni habita, cujus arte usa Agrippina, boletum venenatum Claudio paraverat, ejusdemque ex Galliis vocatæ Nero usus opera, Britannicum sustulit.

72. *Per famam, & populum.*] Populo sciente, vidente, adeoque permittente: quia illæ bestiæ impune abeunt. Vel per famam populi: nam varius solet esse populi rumor; orta veneficii suspicione. *Nigros maritos.*] Quod indicium est veneno sublatos fuisse. Veneno enim extincti contrahunt sibi colorem lividum, & plumbeum.

73. *Aude aliquid brevibus Gyaris.*] Sarcastice, cum ira ac summa indignatione. Quasi dicat: Res eo redit, ut si Romæ aliquid esse cupias, id est, alicujus existimationis ac in pretio; nulla faciliori ratione ac compendiosiori via eo pervenies, quam si audacter magnum aliquod & pessimum facinus exilio & carcere dignum perpetres. *Gyaris.*] Gyaros insula in mari Ægæo, una Cycladum, vel Sporadum, locus exilii gravissimi, insula execrabilis & sterilis. *Lubin.* *Dignum.*] Dignum exilio in breves, id

est,

Si vis esse aliquis: PROBITAS laudatur, & alget.
Criminibus debent hortos, prætoria, mensas,
Argentum vetus, & stantem extra pocula caprum.
Quem patitur dormire nurus corruptor avaræ,
Quem sponsæ turpes, & prætextatus adulter?
Si natura negat, facit indignatio versum,
Qualemcunque potest: quales ego, vel Cluvienus.
Ex quo Deucalion nimbis tollentibus æquor

Navigio

VET. SCHOLIAST.

76. *Extra pocula caprum.*] Dicit emblematum opus. Caper hic præcipue ab omnibus prædicatur, quem etiam Martialis carmine suo laudavit,

Stat Caper in phiala, Thebani vellere Phrixi.
Cultus: ab hoc mallet vecta fuisse soror.

VARIORUM.

est, angustas insulas Cycladas, inter quas Gyarus. Sic Sat. 10. *ut Gyaræ clausus scopulis, parvaque Seripho.*

74. *Probitas laudatur, & alget.*] *Alget*, misera & infortunata est. Id est probitas laudatur quidem, sed parum colitur & frequentatur.

75. *Criminibus debent hortos.*] Illi qui habent hortos excultos, magnifica prætoria, mensas, &c. hæc debent & accepta referunt criminibus, quia per fraudes & crimina, illa sunt assecuti. *Prætoria*] Villas lautiorum civium magnifice exstructas in suburbanis suis. *Mensas.*] Citreas, marmoreas, eburneas.

76. *Argentum vetus.*] Id est, veteris cælaturæ & artificii. *Et stantem extra poculæ caprum.*] Intelligit, signum Capri seu Phrixi in exteriore parte poculi cælatum & exsculptum: nam variæ in poculis figuræ excidebantur.

77. *Quem patitur dormire.*] A Satyra scribenda quiescere. Alia indignationis caussa, quod soceri nurus pecunia corruptas stuprarent. Id est *quem* Satyricum & Poëtam *patitur* otio frui & secure quasi *dormire* & tacere, ille, qui filii sui uxoris *avaræ corruptor* est, & incestum cum ipsa designat; vel qui avaras nurus pecunia corrumpit, ut se violari patiantur; quibus facile assentiuntur, cum avaræ sint. *Lubin.*

78. *Sponsæ turpes.*] Sunt pueri viris nubentes & fœminæ. *Et prætextatus adulter.*] Id est puer nobilis, qui nondum egressus annum 15. & in prætexta adhuc, didicit adulterum agere, pædicatur. *At prætextatus* est magistratu vel sacerdotio præditus, quem omnium maxime hæc flagitia vitare oportebat. *Gronovius.*

79. *Si natura negat, facit.*] Conclusio. Quare cum talia ac tanta quis accurate consideret & examinet, Licet natura versuum compositionem ipsi negarit; tamen indignatio, de tot scceleribus versum qualemcunque exprimeret, & talem, qualem ego facio, vel Cluvienus facit. *Lubin.*

80. *Quales ego, vel Cluvienus.*] Se & sua carmina per modestiam extenuat; & simul Cluvienum notat, ut malum Poëtam sui temporis, cum quo se per modestiam confert.

81. *Ex quo Deucalion.*] Ostendit jam quam facile ac proclive sit Satyram scribere, cum tam copiosam materiam habeat. Omnia enim vitia à diluvio Deucalionis, usque ad nostra tempora, & omne illud, quicquid interea agunt homines, est farrago vel materia carminis Satyrici. *Deucalion* erat Promethei & Clymenes filius. Vide totam fabulam apud Ovid. in Metamorph. *Nimbis tollentibus æquor.*] Id est, repentinis imbribus *æquor* vel mare tollentibus & cre-

scens

Navigio montem ascendit, sortesque poposcit;
Paulatimque anima caluerunt mollia saxa,
Et maribus nudas ostendit Pyrrha puellas:
Quidquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas,
Gaudia, discursus, nostri est farrago libelli.
Et quando uberior vitiorum copia? quando
Major avaritiæ patuit sinus? alea quando
Hos animos? neque enim loculis comitantibus itur
Ad casum tabulæ, posita sed luditur arca.
Prælia quanta illic dispensatore videbis

Armi-

VET. SCHOLIAST.

82. *Sortesque poposcit, &c.*] A Themide, quæ ante Apollinem responsa dabat.

83. *Paulatimque anima caluerunt mollia saxa.*] Anima, id est, spiritu. Et *mollia saxa*, ut Virgilius, *Inde homines nati, durum genus.* Et quod addit, *Et maribus*, per consensum ostendit esse doctissimum.

VARIORUM.

stare facientibus, & est descriptio diluvii.

82. *Montem.*] Parnassum. *Sortesque, &c.*] Oraculum consuluit Themidos. *Sortes* enim erant responsa Deorum. *Lubin.*

83. *Paulatimque anima caluerunt.*] Id est, cum ex oraculo saxa post tergum projecta exuerent duritiem, & mollia facta in carnem & cutem humanam concreverunt, & anima, spiritu vitali, & calore naturali incalescere cœperunt.

84. *Et maribus nudas.*] Natis è Deucalionis lapidis jactu. *Pyrrha.*] Epimethei filia ex Asia.

85. *Quidquid agunt homines.*] Ab illo scilicet tempore.

86. *Discursus.*] Intelligo inconstantiam hominum, quæ modo hoc, modo illud adfectat & desiderat: vel etiam varios vitæ humanæ cursus, casus.

87. *Et quando uberior.*] Nunquid à tempore Deucalionis, usque ad hoc tempus, *uberior* ac major *vitiorum copia* fuit & abundantia, quam nunc est? Jam ergo amplissima Satyræ scribendæ se offert occasio.

88. *Quando Major avaritiæ patuit sinus.*] Quod unquam seculum majorem sinum, majusque receptaculum avaritiæ patefecit quam hoc præsens nostrum? *Lubin.* *Alea quando.*] Subauditur, *habuit*, possedit, invasit. Id est, quando ludus aleæ unquam vehementius occupavit animos hominum, quam hoc seculo?

89. *Neque enim loculis comit.*] Usque adeo sæcerrimus hic aleæ ludus, hos animos hominum invasit, ut cum *ad casum tabulæ* vel aleæ lusum *eunt*; non *loculos* vel crumenas modico ære refertas sibi *comitantes* habeant, & secum sumant, sed *ludant posita* integra *arca*, in qua vel totum patrimonium, sortis & aleæ ludibrio exponitur.

90. *Ad casum tab.*] Ita dicit, vel quod in tali ludo, casus & fortuna omnia possint: & Græci recentiores πεσσίζειν, id est, ad casum tali ex fritillo in tabulam decidentis. *Arca.*] Universa re familiari, cujus naufragium faciunt περὶ ὄντα μακρῷ ἴσμεν τῷ κύβῳ, ut facete Lucianus 13. ποῖε περὶ χρόνον non ad Maleam, sed Aleam περιεδόντες αὐτοῖς τῷ ναυάγιον.

91. *Prælia quanta illic.*] Id est, ibi cum ludunt, *quanta prælia*, jurgia, rixas & contentiones *videas* & audias; Domini scilicet cum servo suo *dispensatore* qui tanquam armiger, tabulam & aleas gesta-

Armigero! ſimplexne furor ſeſtertia centum
Perdere, & horrenti tunicam non reddere ſervo?
Quis totidem erexit villas? quis fercula ſeptem
Secreto cœnavit avus? nunc ſportula primo
Limine parva ſedet, turbæ rapienda togatæ.
Ille tamen faciem prius inſpicit, & trepidat, ne

Suppo-

VET. SCHOLIAST.

92. *Armigero.*] Metaphora à bellantibus, id eſt, qui arma præbet, teſſeras & tabulas, & ipſe qui nummos ſub pignore portat, vel qui ſubminiſtrat pecuniam.

95. *Secreto.*] Non in publico convivio, ſed privato. Moris autem erat apud antiquos, nequis adderet poſſeſſionibus ſuis, aut ex illis minueret.

VARIORUM.

geſtabat, cui herus amiſſa pecunia tunicam vult eripere, & in ludo ulterius exponere. Mordet Romanos, qui ſtrenui quaſi milites ſint in talibus armis, quibus opes & fama atteruntur. *Lubin.*

92. *Simplexne furor ſeſtertia.*] Verba ſunt diſpenſatoris irati. Non *ſimplex furor* profecto, ſed inaudita incredibilis inſania, uno tempore *centum ſeſtertia* alea *perdere:* ac miſero tuo ſervo, veſtium inopia frigore trementi ac *horrenti, tunicam* nolle dare. *Seſtertia centum.*] Sunt autem 100. H. S. 2500. Coronati Gallici.

94. *Quis totidem erexit villas?*] In extruendis villis luxum notat: nam non una contenti villa, plures extruebant, marmoribuſque adornabant. *Quis fercula ſeptem Secreto.*] Taxat etiam luxuriam cœnarum. Quis majorum noſtrorum tam fuit perditæ luxuriæ, qui *ſecreto* vel in domo ſua privatim, *ſeptem fercula cœnarit*, vel in cœnam appoſuerit, nullo adhibito conviva, ut jam Romæ moris eſt? Divites enim Romani tanquam ſordidi, miſeros clientes cœna excludebant. Servius ad 1. Æn. Antiquos tantum duobus ferculis epulari ſolitos fuiſſe teſtatur. *Ferculum* autem ut notat Fulgentius de priſco Sermone, eſt miſſus carnium. *Cœnare fercula* dixit eodem modo, quo Horat. *Cœnare porcinas.* Grang.

95. *Secreto cœnavit.*] In ſua domo privatim, ſolus. Priſci enim illi in propatulo & atriis cœnabant, frugali & plebeio contenti cibo. Valer. Max. c. 5. lib. 2. Cœnationes habuerunt ſuas novi iſti ganeones, in quibus civium oculos fugerent. *Avus.*] Quis è majoribus. *Nunc ſportula primo.*] Conqueritur, quod divites illi, una cœna ſeptem fercula privatim conſumant: ſuis contra clientibus, loco rectæ cœnæ, ſportulam in introitu domus collocant, & appellabatur δεῖπνον ἐν σπυρίδι: erat autem centum quadrantum. *Sportula* dicebatur, quia interdum cibum in ſportula accipiebant. *Lubin.*

96. *Limine.*] In atrio, vel introitu & veſtibulo domus divitum. *Turbæ rapienda togatæ.*] Id eſt, clientibus & pauperibus conſtituta; nam togati in officiis erant. *Rapienda.*] Id eſt, violenter quaſi occupanda, ut apud nos mendici, quorum uni alter præripit. Porro clientes, mane patronos ſuos ſalutabant, & officii gratia in forum deducebant: pro hoc officio, veſpere ad cœnam vocabantur, rectam, quam ſuſtulit Nero, introducta ſportula, reſtituit Domitianus.

97. *Ille tamen faciem prius inſpicit.*] *Ille* cuſtos ſcil. balneorum (nam ab illo ſportula vel centum quadrantes dividebantur) accurate *prius inſpicit* & conſiderat *faciem* tuam, antequam ſportulam porrigat: Et *trepidat* timetque ne *ſuppoſitus*, vel clam loco alterius *poſitus* veniat, *ac falſo* & ſimulato, non tuo *nomine* poſcas tibi, non debita vel deſtinata. *Lubin.*

99. Agni-

Suppositus venias, ac falso nomine poscas.
Agnitus accipies. jubet à præcone vocari
Ipsos Trojugenas. nam vexant limen & ipsi
Nobiscum. da Prætori, da deinde Tribuno.
Sed libertinus prior est: prior inquit, ego adsum.
Cur timeam? dubitemne locum defendere? quamvis
Natus ad Euphratem, molles quod in aure fenestræ
Arguerint, licet ipse negem; sed quinque tabernæ
Quadrin-

VET. SCHOLIAST.

100. *Trojugenas*] Patricios majorum gentium.

104. *Natus ad Euphratem.*] Mesopotamini homines effrenatæ libidinis sunt in utroque sexu, ut Sallustius meminit. *Molles quod in aure fenestra.*] Arguit homines qui cum propter libidinem libertatem meruissent, & in libertinorum corpus & tribus relati essent, pertusis auribus signa libertinorum celare non poterant.

VARIORUM.

99. *Agnitus accipies.*] Si cognoscat te non suppositum; sportulam, vel centum quadrantes accipies. *Jubet à præcone vocari.*] Hinc est omnis Poëtæ indignatio; quod nobilissimi Trojugenæ Romani per extremas sordes, sportulam tenuioribus constitutam præripiant. *Lubin.*

100. *Ipsos Trojugenas*] Exagitat Romanos, qui à Trojanis & Ænea se oriundos jactabant. *Nam vexant limen & ipsi.*] *Limina* & atria domuum divitum, nobiscum *vexant*, terunt & frequentant, & nobiscum mendicatum eunt.

101. *Da Prætori, da deinde Tribuno.*] Verba nobilium, manus porrigentium & clamantium: Prætor clamat, da Prætori: Tribunus, da Tribuno: *Tribunus* est, vel plebis, vel militum.

102. *Sed libertinus prior est.*] Hæc fallit Poëta sub persona libertini. Describit jam satis ridicule, contentiones nobilium horum mendicantium de primatu. *Prior est.*] Hæc de tempore intelligenda non esse, sequentia indicant. Dicit enim *venanr divitas*: ob id, de opibus intelligo. Crispinus autem, teste Fabio, è servo libertus ditissimus evaserat. *Prior adsum.*] Prætore sc., & Tribuno.

103. *Cur timeam? dubitemne?*] Verba Crispini vel alius libertini, quæ cum indignatione profert, quasi ab astante aliquo increpatus, quod Prætori & Tribuno, ratione dignitatis non cederet. Cur meum locum non defenderem, quem opibus, vel tempore aliis prior occupo? *Lubin.*

104. *Quamvis Natus ad Euphratem.*] Licet *ad Euphratem natus* & servilis olim conditionis, ex Cappadocia vel Mesopotamia sim oriundus (id quod non inficior, & si maxime *negem*, *fenestra in aure* vel fissuræ aurium, quas habeo more patriæ, mendacii me *arguerint* & convicerint) non tamen meum locum defendere vereor. Perstringit ergo hos, qui cum paulo ante vilissimi nequam servi fuissent; jam malis artibus divites, volebant se prætoribus & tribunis præferri. *Molles.*] An quod hominem mollem ostendant? an per hypallagen, pro molli aure? Vide Erasmi Proverb. *Auricula mollior. Fenestra.*] Foramina in lobis.

105. *Sed quinque tabernæ.*] Quas in foro habeo. Turneb. lib. 10, cap. 8. Hinc stultam hominis elationem ostendit, qui divitiis & bonis tantum fortunæ gloriatur. Quinque, inquit, sunt mihi tabernæ in foro Romano, ab inquilinis inhabitatæ, quæ mihi censum equestrem comparant, ob quem recipior in XIV. gradus theatri, id est, quæ ex vectigali & proventu reddunt mihi quadra-

Quadringenta parant. quid confert purpura major
Optandum? si Laurenti custodit in agro
Conductas Corvinus oves? ego possideo plus
Pallante, & Licinis. exspectent ergo tribuni:
Vincant divitiæ: sacro nec cedat honori,
Nuper

VET. SCHOLIAST.

106. *Quadringenta.*] Qui erat census antea Equitum Romanorum. *Purpura major.*] Laticlavium.

109. *Pallante & Licinis.*] Pallas & Licinus in aula Claudii Cæsaris præpositi, curam Reip gesserunt, cum libertini essent. Pallas libertus Claudii Cæsaris; officium rationum administravit, & in numerum Prætorum relatus, quod primum percunctantem Cæsarem de incesto Agrippinæ, ad nuptias confirmasset. Eamque ipse consuetudinem stupri adeo palam fecerat, ut in quodam simulacro Palatinæ Minervæ adscriptum sit, ΠΑΛΛΑΣ ΑΙΤΙΩΤΑΙ. Licinius ex Germania puer captus, tantæ industriæ fuit, ut reliquias cibariorum inter conservos foeneraret, & cui quid credidisset, quasi poterat chirographo pugillaribus subnotaret; quos cum in expeditione quadam transiturus flumen in vestimentis recondidisset, C. Julio Cæsari quondam deneganti, ei pugillaribus quicquam annotatum, barbarus lugens eos obtulit. statim ad dispensationem admissus, non multo post manumissus est, dein curationi Galliarum ab Augusto præpositus, eas spoliavit: & cum flagraret invidia, basilicam sub nomine C. Julii Cæsaris ædificavit. Decessit sub Tiberio, proinde dives, quod Cassii opes etiam exhausisset, & dictus est habuisse nummos quantum milvi volant. Unde Persius.

Nunc Licini in campos, nunc Crassi mittit in ædes.

VARIORUM.

dringenta millia sestertium. *Quinque tabernæ.*] Quæ tum *quinque* & argentariæ, antea dicebantur & erant septem, postea Novem tabernæ. Vid. Liv. lib. 36.

106. *Quid confert purpura.*] Equestris nobilitas purpura & annulo designata. Quid purpura vel laticlavium, habitus equitum, majus & accumulatius bonum potest conferre, quam honores ac tantas divitias? *Lubin.* Quidam pro *major*, legunt, *majus*, & optandum magis.

107. *Si Laurenti custodit in agro.*] Quasi dicat, quid juvat majoribus nobilissimis progenitum esse, si divitiæ non accedant. Siquidem Corvinus nobilissimus, *in agro Laurenti, conductas* per inopiam, non proprias, sed alienas *oves custodit* & pascit. Erat autem Laurentum opidum prope Lavinium in antiquo Latio, ubi magni campi & pascua. *Strabo* lib. v.

109. *Pallante & Licinis.*] Id est, sum ditior & Locupletior Pallante, Claudii liberto ditissimo nec non quæstoriis & prætoriis ornamentis insignito. & *Licinis.*] Licinio Stolone Crasso, P. Licinio cogn. divite, & Licinio Cæsaris liberto & tonsore. In antiquo interprete lege ΠΑΛΛΑΣ ΑΓΙΩΤΑΤΗ Graev. Nisi forte ΑΙΤΙΩΤΑΤΗ. *Exspectent ergo tribuni.*] Verba Poëtæ irrisorie & ironice ipsi libertino attributa, quasi dicat, ergo cum divitiis affluam, exspectent tribuni, & priorem locum occupet ditissimus.

110. *Vincant divitiæ.*] Id est. Horatiani *Virtus post nummos.* Grang. *Sacro nec cedat honori.*] Est Ironia, quasi dicat: Quia jam libertus ditissimus est, qui *nuper*, vel ante paucos annos *in hanc urbem venit pedibus albis* vel gypsatis, servus venum expositus, *non cedat*, nec locum concedat *sacro honori* vel dignitati prætoriæ & tribunitiæ, quæ sancta, veneranda. Consueverant enim pedes servorum venalium, trans mare advectorum, creta vel gypso notare; signato sigillo domini, si privati essent, Reipublicæ si publica mancipia. *Brodæus* 1. Misc. 17. *Plin.* lib. 35. cap. ult. *Cl. Salmas.*

Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis:
Quandoquidem inter nos ſanctiſſima divitiarum
Majeſtas; etſi funeſta Pecunia templo
Nondum habitas, nullas nummorum ereximus aras,
Ut colitur Pax, atque Fides, Victoria, Virtus,
Quæque ſalutato crepitat Concordia nido.

Sed

VET. SCHOLIAST.

111. *Pedibus qui venerat albis.*] Oſtendit plus honoris videri in calceis, quam in perſona. Illo enim tempore necdum Senatores nigris calceis utebantur: ſed nudis erant pedibus; vel albis pedibus, id eſt, pulverulentis, vel *braccis*; vel pedules novos intelligit in braccis quos * pedornes dicunt, ut peregrinos.

113. *Funeſta.*] Quoniam per ſcelera adquiritur: vel quod funerum faciendorum ſit cauſſa: vel quod per parricidia congeritur.

116. *Concordia nido.*] Ciconia quæ contra templum Concordiæ ex conſilio roſtri ſonitum fecit. Et ſatyrice ſalutato nido, non templo. Templum Concordiæ vetus, in quo ciconia multa eſt.

VARIORUM.

Cl. Salmaſ. τὸ *pedibus* de bracis vel de pedulibus accipit, & bracas ibi manifeſto, pro pedum quoque tegmine poſitas dicit. *Pedornes* autem ab ornatu pedum fortaſſe. *Peregrinos*, quod Romani non eſſent calcei, ſed externi & peregrini.

111. *Albis.*] Qui adeo pauper huc venit, ut nudis pedibus incederet. *Thyſius.*

112. *Quandoquidem inter nos, &c.*] Perſeverat in Ironia, quaſi dicat: Æquiſſimum eſt, ut divites omnium ſint optimi: & probat hoc. In antiquo Scholiaſte legendum videtur *quos Perones vocant.* Graev. Quidni cum Meurſio legas *pedortes*, quia Achmes dicit ποδόρϑια, rectius ποδάρϑια, i.e. *pedibus apta*: niſi placeat retinere *pedornis*, q. *pedem ornans*, in plur. pedornes.

113. *Majeſtas.*] Amplitudo, reverentia & æſtimatio divitiarum, Romæ ſanctiſſima ac inviolabilis eſt. *Lubinus.*

Etſi templo nondum habitas.] Quamvis templa & aræ ipſi nondum erectæ ſint, tamen pro Dea colitur; nam aram & delubra habet, quaſi in hominum cordibus & animis. Arnob. lib. III. *Quis ad extremum Deam Pecuniam eſſe credat, quam velut maximum numen, veſtra indicant litera.* lib. II. cap. 20. *Funeſta.*] Exitioſa. Quod per fas, nefas, per ſacrilegia, parricidia, latrocinia, furta congeritur.

114. *Habitas.*] De Diis habitare dicunt primi Poëtæ: Virg. *Habitarunt Di quoque ſylvas.* Grang.

115. *Ut colitur pax.*] Ejus templum Veſpaſianus foro proximum fecerat, teſte Tranquillo. *Fides.*] Cujus ſolenne Numa Pompilius inſtituit. *Liv* l. I. *Virtus.*] Ejus ædes ad portam Capenam. *Liv.* l. 29. *Victoria.*] Ejus templum unum in Palatio fuiſſe oſtendit *Liv.* ibid. Alterum adhuc fuit in foro Romano, de quo Publ. Victor. Dionys. tamen Halicarnaſſ. templum victoriæ in Aventino conſtructum prodit. *Grang.*

116. *Quæque ſalutato crepitat.*] Turneb. lib. 8. Adverſ. cap. 18. Ciconiam intelligit, quod tunc temporis fortaſſe in faſtigio templi Concordiæ, nidus ciconiarum fuiſſet, quorum proprium eſt crepitare. Nam dum ex paſcuis redeuntes in nido reſident, roſtris crepitum faciunt, quaſi nidum ſalutantes. Ovid. 6. Metamorph.

Crepitante ciconia roſtro.

Vid. Politian. Miſcellan. cap. 67. *Concordia nido.*] Farnabius credit Juvenalem hic reſpexiſſe ad Ovidii verſum 5. Metam.

Ipſa ſibi plaudit crepitante ciconia nido.

Porro ciconias in auſpiciis concordiam polliceri ſcribit Jan. Douſa ad Arbitr. lib. I. Flavius Conjectan. cap. 53. Ædem concordiæ ſimpliciter intelligi vult, in qua Senatus aliquando haberi ſolitus, teſtibus Varrone & Lampridio, & quo cum

Sed cum summus honor finito computet anno,
Sportula quid referat, quantum rationibus addat:
Quid facient comites, quibus hinc toga, calceus hinc est,
Et panis, fumusque domi? densissima centum
Quadrantes lectica petit, sequiturque maritum
Languida, vel prægnans, & circumducitur uxor.
Hic petit absenti, nota jam callidus arte,
Ostendens vacuam, & clausam pro conjuge sellam:
Galla mea est, inquit. citius dimitte. moraris?
Profer

VET. SCHOLIAST.

117. *Summus honor.*) Senatorum.

119. *Comites.*] Quid facient parasiti, cum senatores sic avidi sint ad sportulam?

121. *Lecticapetit.*] Lecticarum usum primi dicuntur invenisse Bithyni. Cicero: Nam una haud mos est Bithyniæ Regibus vehi lectica, id est, octophoro.

VARIORUM.

cum strepitu confluxere Patres. Sed hæ meræ nugæ judicante Grangæo.

Crepitat concordia nido.] Vetus Scholiastes inquit: *Ciconia, quæ contra templum Concordiæ ex consilio rostri sonitum facit*: Quis non videt legendum *concilio*? eleganter enim ciconia ex concilio rostri sonitum & crepitum edere dicitur, quæ rostrum conciliando & componendo, crepitat: sic *concilium nominis* apud Tertullian. de pallio, est compositio nominis, ex duabus scilicet vocibus, nomen unum compositum: ut *concilium rostri*, ex duabus rostri partibus, inferiore & superiore, coactio & coagmentatio. *concilium* & *conciliatus* apud Lucret. pro conjunctione & coactione. *Salmas.*

117. *Sed cum summus honor.*] Invehitur in extremas nobilium Romanorum sordes, qui sportulam, rem vilissimam, inter reditus & proventus annuos numerabant. Cum ergo summus magistratus, prætores, tribuni, (quorum quidem *summus honor*) computent & numerent; *quid referat*, quantum pecuniæ *anno finito* ei conferat. Quæso, quid *comites*, clientes, parasiti & asseclæ facient, qui *hinc*, nempe ex sportula victum habent & amictum? Vel, quid miseri clientes & pauperes habebunt, cum sportula à ditioribus illis præripiatur? *Martialis* diserte totum hunc locum expressit, Epigr. x. lib. x. *Lubin.*

120. *Fumusque domi.*] Ignem & ligna intelligit ad concoctionem. *Ligna viridia* dicit; non enim iis tantum est peculii, ut emant ligna acapna, de quibus Martial. epig. 15. l. 14. quæ in jure *recocta* vocantur. *Densissima tantum.*] Novam capiendæ sportulæ notat artem. Multi enim collocatas in lecticis uxores suas, languidas, aut prægnantes circumducebant, multi etiam lecticas vacuas, simulantes in his esse conjuges ægrotas, eoque modo sportulam captabant. *Britannicus.* *Densissima.*] Multis Eunuchis stipata: vel plena hero, uxore, liberis: vel denique, potius divitum prætorum & tribunorum frequens densissima multitudo lecticis vectorum.

123. *Hic petit absenti.*] Mira ac nova captandæ ars exprimitur. *Hic*, id est, alius quispiam *callidus* & versutus *petit* sportulam uxori suæ *absenti*, illam præsentem adesse simulans. Et inquit ad distributorem, uxor mea *Galla est* in lectica hac, da illi sportulam, & *citius* domum *dimitte*, quid moras nectis?

124 *Ostendens.*] Distributori. *Sellam.*] Differt sella a lectica, quod illa esset apta ad sedendum, hæc etiam ad jacendum. Lips. in elect.

125. *Galla.*] Uxor mea, fictitium nomen.

 126. *Pro-*

Profer Galla caput. noli vexare, quiescit.
  Ipse dies pulchro distinguitur ordine rerum,
Sportula, deinde forum, jurisque peritus Apollo,
Atque triumphales, inter quas ausus habere
Nescio quis titulos Ægyptius, atque Arabarches:

Cujus

VET. SCHOLIAST.

127. *Ipse dies.*] Totos dies sic consumunt divites, dum ad sportulam, aut ad templum Apollinis tractatum vadunt.

128. *Jurisque peritus Apollo.*] Aut quia juxta Apollinis templum Jurisperiti sedebant, & tractabant: aut quia bibliothecam juris civilis, & liberalium studiorum in templo Apollinis Palatini dedicavit Augustus. Nam hic est Apollo, cujus & Horatius meminit: *Sic me servavit Apollo.* Sive quod Cicero dominum Scævolæ omnium dixit, sive quod tam devia Jurisperitorum responsa sint, quam Apollinis.

129. *Atque triumphales.*] Id est, itur ad rostra, ubi habere solent triumphales statuas viri magni, sive quadrigas.

VARIORUM.

126. *Profer Galla caput,*] Verba dispensatoris, qui cum illam absentem sciret, sæpius deceptus ab illis, qui vacuas lecticas advehebant, simulantes se conjuges advehere: *O Galla profer* & attolle *caput* tuum, ut te videam. Cui respondet maritus, ô dispensator *noli* meam conjugem *vexare*, eaque molestus esse, *quiescit* & dormit capitque requiem post longam infirmitatem. *Lubin.*

127. *Ipse dies, &c.*] Persequitur ulterius divitum & nobilium sordes: & ait, clientes in his rebus totos dies consumere, in salutatione & sportulæ petitione, in deductione in forum, ad templum Apollinis, ubi caussæ agebantur; ad spectacula statuarum triumphalium, & domum reductione; nec tamen a patronis, miseros & lassos clientes, qui illos toto die deduxerant, cœna dignari. *Distinguitur ordine.*] Ironice. Notat divites Romanos accurate totius diei horas disponere & pulchre rebus agendis distribuere & ordinare norunt. *Idem.*

128. *Sportula.*] Prima diei hora sunt patronos salutabant, & ab iis sportulam petebant: vel sportulæ caussa salutabant. *Deinde forum.*] Hora dein tertia forum judiciale petunt & templum Apollinis Palatini, ubi judicia agebantur, & caussas agi audiebant: hinc Jurisperitus dicitur. Non placet ut intelligas de templo Apollinis, quod extructum fuit auctore Tranquillo, in ea parte palatii, quæ a fulmine dejecta fuerat; ubi Colossus erat Apollinis æreus: sed de foro Augusti, ibi enim, & non in templo jura reddebantur, & illic erat statua Apollinis eburnea. *Britann.* Cui adstipulatur *Grangæus.*

129 *Atque triumphales.*] Scilicet statuas adeuntur, id est, itur ad rostra, ubi viri magni, rebus ardais præclare gestis, triumphales statuas aut quadrigas habebant. Hæc omnia erant in uno foro. *Inter quas.*] Scil. triumphales statuas, etiam Ægyptius & Arabarches quidam suos titulos & suam statuam habere ausus est; dignam profecto, quæ non solum urina perpluatur & permingatur; verum etiam stercore inquinetur. Notat tempora Domitiani, quibus etiam triumphales statuæ servis donabantur. *Lubin.*

130. *Nescio quis.*] Semper per contemtum dicitur. *Ægyptius atque Arabarches.*] Crispinum Ægyptium incessit, *Arabarchem* illum vocans, quasi Arabum archonta, principem, invidiose & Satyrice. Vel omnium vernarum ex Canopo vel Arabia summum & notissimum, id est, pessimum. *Farnabius* hic alium intelligit: nam cum non constet de regimine nec statua Crispini, magis propendet in sententiam Alciati, ut sit Tib. Alexander, qui regebat Ægyptum ipse ejusdem nationis, teste Tacito 1. hist. cui adstipulatur Euseb. lib. 2. Hieronymus tamen Josephum à Judæis creatum ducem intelligi vult, cui postea propter ingenium

Cujus ad effigiem non tantum mejere fas est.
Vestibulis abeant veteres, lassique clientes,
Votaque deponunt, quanquam longissima, cœnæ.
Spes homini. caulis miseris, atque ignis emendus.
Optima silvarum interea, pelagique vorabit
Rex horum, vacuisque toris tantum ipse jacebit:
Nam de tot pulchris, & latis orbibus, & tam
Antiquis, una comedunt patrimonia mensa.

Nullus

VET. SCHOLIAST.

138. *Mensa*] Mensis citreis, quas antiquitus magno in pretio habebant; aut de ebore.

VARIORUM.

nium, virtutem & vaticinium de imperio, Vespasianus statuam dedit triumphalem. Vide & Turneb. lib. 27. cap. 25. & Flav. Conject. c 49. Brod. 4. Miscell. 2. Parrhas. Epist 23. *Titulos.*] Imaginem, triumphali effigie, & sub ea res gestas breviter positas & explicatas, quod acta vocat Ovidius, *Claraque dispositis acta subesse viris.* Grang. *Arabarches.*] Cujacius legendum esse censet *Alabarches*: est enim ἀλάβα teste Hesychio, μέλαν ὦ γράφομεν, id est, atramentum quo scribimus; *Alabarches* scripturæ magister. Cic. ad Attic, lib 2. Epist 17. legit etiam *Alabarches*. Vide Brod. Miscell. lib 4. cap. 2. *Palmannus*. Ruffinus præfectum salis interpretatur, quasi a Grajorum ἅλς

131. *Cujus ad effigiem.*] Ad cujus imaginem vel statuam non tantum fas est ac licitum mingere, sed etiam cacare: quod propter honestatem decore subticuit. Sic Nero, autore Suetonio, in ludibrium religionis, Deam Syriam urina conspurcavit. Hinc Pers. *Sacer est locus; Extra mejite.* Grangæus hunc locum aliter exponit, & dicit hujus Ægyptii statuam, tam sanctam à Romanis habitam, ut ne quidem ad eam mejere auderent, tanquam si fuisset statua principis.

132. *Vestibulis, &c.*] Id est, ubi veteres clientes & asseclæ hunc suum patronum, multum diuque deduxerunt & in forum & ad statuas & rursus domum, ibique frustra diu exspectarunt, sperantes fore, ut ad cœnam invitentur: postquam se spe sua excidisse viderint, tandem eundo, stando & exspectando defatigati, à vestibulis patronorum suorum abeunt, & tristes domum remeant.

133. *Votaque deponunt.*] Vota sua ac desideria (quanquam diu illa animo conceperunt) de cœna recta jam deponunt & abjiciunt. Recte, quoniam vota suscipi dicuntur, ideo bene etiam poni, quasi onera. *Grang.* Dicuntur autem *longissima vota*, quia illi miseri diu votis suis intenti fuerunt.

134. *Spes homini.*] Al. legunt *hominum*: Exclamatio est in miseriam elusorum clientum, qui parvo edere coguntur. Sunt qui sic legant, *Quanquam longissima cœna spes homini*, ut sensus sit, unica spes illis miseris erat cœna, quæ quia fefellit, caules vel olera, & ligna quibus coquant, quadrantibus illis sportulæ sibi emunt, & cœnam miserrimam sibi parant. *Ægroto dum anima, spes est.* Adagium.

135. *Optima &c.*] i. e. optimas feras & delicatissimos pisces.

136 *Rex horum.*] Dives patronus clientum. *Tantum ipse jacebit.*] Solus accumbet in triclinari.

137. *Nam de, &c.*] Hoc dictum est in profundam gulam & luxuriam ciborum: dicit enim; tam laute tantoque impendio epulantur divites Romani, ut una cœna absumant patrimonia. *Britan.* Vel delicatissimi illi avari, *comedunt patrimonia* & universa bona ex hæreditate parentum sibi relicta, prodigunt & absumunt *una mensa*, ad quam ipsi soli accumbunt, in cœna vel obsonio delicatissime & exquisitissime comparato: Vel

absumunt

Nullus jam paraſitus erit: ſed quis feret iſtas
Luxuriæ ſordes? quanta eſt gula, quæ ſibi totos
Ponit apros, animal propter convivia natum?
Pœna tamen præſens, cum tu deponis amictus
Turgidus, & crudum pavonem in balnea portas.
Hinc ſubitæ mortes, atque inteſtata ſenectus.

It

VET. SCHOLIAST.

141. *Ponit apros.*] Apud antiquos munificentia videbatur apparatior, ſi in convivio aper integer fuiſſet exhibitus.

142. *Pœna.*] Quia ſolus voraverit, quod multis ſufficere potuiſſet.

VARIORUM.

abſumunt illa omnia ſuper una menſa, inter tot *pulchros, latos* & *antiquos orbes*, vel menſas. Vel *una menſa*, id eſt, ſola, nemine ad cœnam vocato. Clariſſ. Graevius dicit, ad hunc locum nihil vidiſſe interpretes, & pergit, Una menſa eſt prima menſa, qua carnes & piſces apponebantur: Recte enim Serv. ad 1. Æneid. *Duas habebant menſas, unam carnis, alteram pomorum:* Nota eſt menſa ſecunda Virgil. *Poſtquam prima quies epulis menſaque remota:* Sed (quod dixiſſe liceat) omiſerunt hæc hic interpretes, putantes hoc non eſſe hujus loci, quia Poeta per unam menſam, tam ſecundam, quam primam intelligit, nempe unam cœnam. *Pulchris orbibus.*] Citreas menſas, nam cariem, vel putredinem non ſentiunt: vel ex ebore intellige, vel etiam argenteas patinas. *Antiquis.*] qui fuiſſent multorum per ſucceſſionem dominorum. *Britannic.*

139 *Nullus jam paraſitus, &c.*] Magna hic feſtivitas Poëtæ, quaſi dicat: At jam pulchre & decore divites noſtri ſceleratiſſimum illud genus hominum paraſitos & adulatores menſa ſua excludunt, & nullum ex asſeclis cœna dignantur. *Erit.*] Al. legunt *Edit.*

140. *Luxuriæ ſordes.*] Luxurioſe ſibi, amicis ſordide. *Sordes*, id eſt, Avaritiam: hinc *Sordidi* appellantur avari. *Lubin.* *Quanta eſt, &c.*] Exclamatione Satyricà, plenâ indignationis; id quod de luxuria dixit, probat. Immenſa profecto *gula*, quæ ſibi uni ac ſoli *totum* ac integrum *aprum apponit*; illud inquam *animal*, quod ob *convivia natum* eſt; ſed quod pluribus & toti convivio ſufficit, Primus autem ſolidum aprum convivio appoſuit, Servilius Rullus, ut autor eſt Plin. lib. 8. cap. 51.

142. *Pœna tamen præſens.*] Quaſi dicat, hanc luxurioſam voracitatem ipſis non invideamus, qua morbos & mortem ſibi ante tempus accelerant, & ſic ſtatim eos pœna comitatur. *Cum tu deponis amictus.*] Nam *tu* qui ſolus voraveris, quod multis ſufficere potuiſſet; *cum tu* lavaturus in Apodyterio, vel, ut ita loquar, exutorio, *amictus* vel veſtes exuis; & *deponis*, & *turgidus* adhuc ex nimia repletione ventris pridiana; *crudum pavonem*, indigeſtum & incoctum vitio ſtomachi, *in balnea portas* tecum, in morbos & mortis pericula incidis. Nihil enim ſanitati magis contrarium, quam ubi cruditate laboras, crebra balnea adhibere. Lautiora vero convivia Romæ agitaturi lavabantur & ungebantur. *Lubin.* ita Perſius Sat. 3. *Turgidus hic epulis, atque albo ventre lavatur.* putabant enim Caldariis cruditatem decoquere. Marcil. in dict. loc. Perſ. *Pœna tamen præſens.*] Horat. *Culpam pœna premit comes.*

143. *Pavonem.*] Ille Romæ in deliciis habitus, omnium difficillimæ concoctionis eſt, cujus mortui caro nunquam putreſcit, quod experientia ſæpius probatum, & Auguſtini autoritate, lib. 21. cap. 4. de Civitate Dei, confirmatur. Pavonem autem primus Hortenſius poſuit cœna pontificia, cum augur eſſet. *Varro.*

144. *Atque inteſtata ſenectus.*] Subita ſcilicet morte præoccupatus ac præventus

It nova, nec tristis per cunctas fabula cœnas:
Ducitur iratis plaudendum funus amicis.
Nil erit ulterius, quod nostris moribus addat
Posteritas: eadem cupient, facientque minores.
OMNE in præcipiti vitium stetit. utere velis:
Totos pande sinus. dicas hîc forsitan, unde
Ingenium par materiæ? unde illa priorum
Scribendi quodcunque animo flagrante liberet

Sim-

VET. SCHOLIAST.

146. *Iratis plaudendum.*] Quod de indigestione sit mortuus intestatus, de cujus testamento nihil consecuti sunt.

151. *Priorum.*] Lucilii, & cæterorum.

VARIORUM.

ventus, facere nullum potuit testamentum.

145. *It nova, &c.*] Id est, nova confabulatio, & læta illa quidem, de subitanea tua morte divulgatur passim per omnes cœnas & convivia. Alii legunt *&nova*, sc. sunt.

146. *Ducitur funus.*] Est verbum funebre. Virg. *Et tristia funera ducunt.* Eodem modo Pers. *Ast illum hesterni capite induto subiere Quirites. Iratis, &c.*] Utitur antithetis, cum ait *iratis plaudendum*: non enim facile cum lætitia plaudunt irati. *Iratis.*] Quod ejus mortem tam diu exspectaverint: vel quod iis nihil profuerit, & quod non prius mortuus sit: & quibus intestatus, nihil reliquerit. Sic & Pers. *Sed cœnam funeris heres negliget iratus, quod rem curtaveris Plaudendum.*] Quod mortuus fortasse sit, antequam omnia consumserit: vel quod avari & pessimi hominis casu lætentur. *Lubin.* Nam *avarus, nisi cum moritur, non recte facit.*

147. *Nil erit, &c.*] Nil sceleris aut vitii restat, quod, &c. Postquam Poëta varia & diversa vitia populi Romani recensuit, quibus ad Satyram scribendam compulsus sit: concludit jam, eo hominum impietatem crevisse, ut altius conscendere nequeat, & *nil esse ulterius* sceleris, *quod posteri* depravatis nostris *moribus* possint *addere*, & posteros nihil novi sceleris posse excogitare: sed *eadem* omnino vitia & scelera sint appetituri & *facturi*: adeoque *omne vitium* jam constitutum esse *in præcipiti*, & summo, vel in abrupta summitate & cacumine, adeo ut altius surgere ac crescere nequeat. Quare se cohortatur; ô Juvenalis, jacta tibi sit alea, navim ventis committe, *utere velis*, & *totos sinus* velorum ventis *pande* & audacter Satyram scribe. Plin. epist. 4. lib. 8. Discordare videtur Horat. cum inquit, *Ætas parentum pejor avis, tulit nos nequiores, mox daturos progeniem vitiosiorem.*

150. *Totos pande sinus.*] Supp. velorum. Poëtæ & oratores frequentes in hac metaphora à nauticis. *Dicas hic, &c.*] Sed tu quisquis es admonitor, *forsitan hic dicere* mihi posses; ô Juvenalis, *unde autem* tibi illud *ingenium*, illæ ingenii vires & facultates, quibus *par* sis arduæ illi ac *materiæ* difficili pro dignitate tractandæ. Deinde ut maxime ingenium adsit, *unde illa priorum* Eupolidis, Aristophanis & Lucilii aliorumque *simplicitas*, παῤῥησία, ac libertas dicendi ac scribendi; quæ usque adeo hoc tempore sublata est, *ut ejus nomen* amplius dicere non audeam, & cujus nomen vix amplius restat, nedum ipsa. Ad prius autem objectum non respondit, forte quia superius dixit: *Si natura negat, facit indignatio versum, &c.*

152. *Animo, &c.*] Ira & odio adversus vitia. Id est, quicquid libitum esset animo flagranti, & indignatione, odio adversus vitia & homines flagitiosos ardenti. *Lubin.*.

153. Sim-

Simplicitas, cujus non audeo dicere nomen?
Quid refert dictis ignoscat Mucius, an non?
Pone Tigellinum, tæda lucebis in illa,

Qui

VET. SCHOLIAST.

155. *Pone*; *&c.*] C. Fulcinius Tigillinus patre Agrigentino, Scylaceum relegatus, juvenis, egens, verum admodum pulcher, in concubinatum à Vinicio, & Lucio Domitio maritis Agrippinæ, & Juliæ, sororum Cæsaris, atque *hinc* utrisque uxoribus suspectus; ob hoc urbe summotus, piscatori machinam exercuit: quoad accepta hereditate reditum sub conditione impetravit, ut concubitu Claudii abstineret. Quare saltibus in Apulia & Calabria comparatis, cum studiosius equos quadrigarios aleret, amicitiam Neronis nactus primus illum ad studium Circensium movit. Mortuo autem Nerone, Galba imperator populo Rom. deposcente supplicium Haloti & Tigillini, solos ex omnibus Neronis emissariis, vel maleficentissimos incolumes præstitit: atque insuper Halotum procuratione amplissima ornavit. Pro Tigillino etiam *sævitia* populum edicto increpuit. *Pone.*] Hoc est in Satyra ponere, vituperare Tigillinum, quem si læseris, vivus ardebis, quemadmodum in munere Neronis vivi arserant, de quibus ille jusserat cereos fieri, ut lucerent spectatoribus, cum fixa essent illis guttura ne se curvarent. Nero maleficos homines tæda & papyro & cera supervestiebat, & sic ad ignem admoveri jubebat, ut arderent. *Pone, &c.*] Nunc, sicut olim Mutium Lucillius, ut Persius,

——*Secuit Lucilius urbem*,
Te Lupe, te Muti, & genuinum fregit in illis.

Hunc tamen Mutius fortiter ac sapienter tulit, quanquam in eum dictum sit, Si Mutium insectabere, futurum est ut miser sis. Vel, utrum ignoscat Mutius an non, haud laboraveris. Sed si Tigillinum læseris, vivus ardebis, quemadmodum multi imperante Nerone: Aut, Non tantum non deferenda libertas, sed etiam maxima persona carpenda in vitiis, cum etiamsi tacueris, plebeio funere moriturus sis. Vel, quasi ex persona alterius sit, quæ communem futuram cum vulgaribus cadaveribus ustrinam denunciet, etiamsi à Satyra abstineat: notiorem vero futurum, si insignem notaverit. ut sit locus hic ita accipiendus: Pone Tigillinum, nobilem ut Tigillinum, quod nisi facias, in rogum cadaverum mitteur, in quo non jacentia corpora, sed ad lignorum parsimoniam, stantia exuruntur. Unde putant dici,

Et latum media sulcum deducit arena.

Quod parcus uxor subditi ligni inopia scrobe subter facto subcavet, ut ardere possit.

VARIORUM.

153. *Simplicitas.*] Libertas, quæ simpliciter sine velamento aut ambage loquitur quod sentit. *Cujus non audeo, &c.*] Domitianus enim ipsam libertatem oppresserat. Vetus Commentator hic addit. Cum in Senatu Cæsarem occidissent, dies qua interfectus, libertati consecrabatur, & dies libertatis dicebatur: postea Augustus occisis percussoribus Cæsaris, sub pœna prohibuit, ne quis amplius nomen libertatis, illi diei attribueret; quasi dicat, illis libertatis nomen vix ausum dicere; nedum, ut ipsum mihi ausim usurpare. Ptol. Flavius Conjectan. Cent. 1 *Nunc* legit, pro non. Graevius legit *Cujus non audent dicere nomen?*

154. *Quid refert, &c.*] Illo antiquo seculo, ô Juvenalis, & Lucilii tempore, nihil referebat, an Mutius à Lucilio versibus ita proscissus aut laceratus, Lucilio ignosceret, an non. Hoc vero seculo, si Tigellinum, vel alium quendam Imperatori amicum carpas, vivus ardebis. *Ignoscat Mucius.*] Mucius fortissimus & sapientissimus fuit, qui patienter ferebat, quicquid de se dicebatur. *Pulm.*

155. *Pone Tigellinum.*] Verba cujusdam respondentis Poëtæ, dicis te omnium nomina impune tangere posse; Tange igitur Tigellinum. Hic est autem *C. Offenius Tigelinus*, Neronis deliciæ, quem male Scholiastes

Qua stantes ardent, qui fixo gutture fumant,
Et latus mediam sulcus diducit arenam.
Qui dedit ergo tribus patruis aconita; vehatur

Pen-

VET. SCHOLIAST.

157. *Et latum, &c.*] Adductus cum per arenam traheretur, sulcum corpore suo fecit: vel fossam, in qua stipites *figebantur*, in quibus ardebant.

VARIORUM.

liastes vocat C. Fulcinium: nec minus recte alii C. Softonium Iust. Lips. ad Annal. Tacit. Neque *Tigillinus* sed *Tigellinus*, ut vidit Ramires ad Martial. lib. 3. epig. 20. *Pone Tigellinum.*] Fac eum vixisse ævo Neronis, & pro Mutio posuisse Tigellinum, nihil certius fore spondeo, quam ut luceret in illa tæda molestæ tunicæ, & defossus in media arena sulcum latum diduceret, vel mediam arenam sulco aperiret ac divideret. Cato apud Gell. III. 14. *Homines defoderunt in terram dimidiatos, ignemque circumposuerunt; ita interfecerunt.* J. Frid. Gronov. *Tæda lucebis &c.*] Accenderis loco pœnæ pro lychno, lucerna ac tædis: non secus ac Christiani, qui in usum nocturni luminis à Nerone urebantur. Graevius legit *tæda lucebit in illa &c.* De immani hac in Christianos sævitia vide Tacit. lib. 14. & Lips. & Sulpit. l. 11. *Tæda, &c.*] Id est, *tæda* & lino circumdatus & ince sus, *lucebis* & cremaberis: *quo* Christiani *stantes* & alligati *ardebant*, cum *fixa* illis essent *guttura*, Juvenal. Sat. VIII. vers. 235. hoc genus supplicii describit.

Tunica punire molesta.

Vide Brodæum Miscellan. lib. 2. cap. 9. Aliud genus supplicii non absimile notatur à Vulcatio Gallicano in vita Avidii Imp. his verbis: *Primus etiam id genus supplicii invenit, ut stipitem grandem poneret pedum 180. & à summo usque ad imum damnatos ligaret, & ab imo focum apponeret, incensisque aliis, alios fumi cruciatu, timore etiam enecaret. Tæda.*] Arbor est resinam defudans aptam (ut & ipsa arbor apta) ad comburendum.

156. *Qui fixo gutture.*] i. e. alligato collo: sic Plin in Panegyrico: *Contigit desuper intueri delatorum supina ora retortasque cervices*, & Sueton. de Vitellio cap. 17. *Reducto coma capite, ceu noxii solent, atque etiam mento, mucrone gladii subjecto, ut visendam præberet faciem, neve submitteret.* Vel unco impacto. Senec. 3. de Ira: *circumdati defixis corporibus ignes.* Et ita sulcus est ipsa fossa, Lipsius ibid.

157. *Et latum, &c.*] Sensus est, unco perare nam tractum fuisse maleficum sulcumque quendam impressisse. Vel fossam intelligit; in qua stipites fiebant, in quibus ardebant. Vide Flavii Conject. cap. 48. *Et latum media.*] Lipsius loco citato legit ex vet. cod.

Et latus mediam sulcus diducit arenam.

Ut sulcus sit fossa in media arena, qua defossi & ad palum defixi cremabantur vivi. Verum ad necis adactæ vel spontaneæ necessitatem redactis scrobes vel ab aliis, vel ab ipsis præparari solitæ, forte ad evitandum casum ἀσχήμονα in ipsa morte. Ejusmodi scrobem Niger tribunus Flavio Vejano affodi in proximo agro jussit. Si per parenthesin inserantur illa verba (*Qua stantes ardent &c. fumant*) & priora verba *Tæda lucebis in illa* copulentur cum seq. *Et latum media sulcum deducit arena* (uti multi libri habent) sensus erit concinnus & conveniens, *Ardebis in illâ tædâ, & media arena, per quam tu curris palo alligatus, vel, per quam corpus tuum trahitur comburendum, deducit*, seu *deducet*, *i. e. patefaciet*, *monstrabit latum sulcum*, nec obstat, quod ultima in *media* nom. cal. sit brevis; nam per penthemimerin brevis est producta licenter.

158. *Qui dedit ergo, &c.*] Respondet Poëta cum indignatione: Tigillinus igitur hominum ille sceleratissimus, *qui tribus* suis *patruis Aconitum* & venenum dedit, ut illorum hæreditatibus potiretur, *pensilibus plumis* in lectica vehetur, & *inde* ex alto *despiciet nos* atque contemnet, à nullo unquam ob atrocia ejusmodi malefacta reprehensus? *Labia. Aconitum.*] Lethalem herbæ venenosæ succum.

159. *Pen-*

Pensilibus plumis, atque illinc despiciet nos:
Cum veniet contra digito compesce labellum:
Accusator erit, qui verbum dixerit, hic est.
Securus licet Ænean, Rutilumque ferocem
Committas, nulli gravis est percussus Achilles,
Aut multum quæsitus Hylas, urnamque secutus.
Ense velut stricto, quoties Lucilius ardens

In-

VET. SCHOLIAST.

159. *Pensilibus, &c.*] Lectica plumis strata, *Pensilibus*, in altum exstructis.

162. *Securus licet, &c.*] Securus de mortuis loqueris, nec metuis legem Juliam, quæ vivorum vitia carpit.

164. *Aut multum, &c.*] Virgil. *Ut littus Hyla Hyla omne sonaret.*

VARIORUM.

159. *Plumis.*] Pulvino lecticæ ex pluma delicata tumente, alias ex rosis farto. *Lips. in elect.* Lectica, plumis & pulvinis inaltum exstructis, strata, suffultus. *Despiciet.*] Quidam legendum esse censent *Despiciat*.

160. *Cum veniet, &c.*] Respondet admonitor: Imo vero, *cum* Tigillinus, vel ejusmodi quispiam *contra veniet*, obviamque tibi fiet (sic Galli *Venir à l'encontre.*) *digito* os seu *labellum* comprime & *compesce* & etiam atque etiam cave, ne verbis ipsum lædas: ejusdem significationis est simplex *pasco*, unde in sacris *pascito linguam*. Festus.

161. *Accusator erit, &c.*] Id est, si quis tantum vel verbum hoc dixerit, *hic est*; statim accusator vel delator aderit, qui illum Imperatori prodat. Vel, si pergas dicere in vitia, erit qui dicat imperatori: Hic est ille, qui tam audacter vitia notat, & tuos amicos carpit; quamvis vel unicum verbum dixeris. *Qui verbum.*] I. Britannicus legit *Qui verum &c.* ut Poëta occurrat tacitæ responsioni, quæ potuisset hæc esse: Accusabitur tantum, qui falso & mendaciis aliquem perstrinxerit: imo, inquit, accusabitur etiam qui verum dixerit. *Hic est.*] Recte Lambinus *Hic'st.* hic tace, nisi velis perire. Nihil verius videtur Graevio. Legit quoque Lubinus hoc loco; *Hic 'st* idem quod *compesce labellum* Autor noster dixerit: quo ad Harpocratem respicit, cujus hæc litera *'st*, silentii nota est. *Lub.*

162. *Securus licet, &c.*] Tutius Epico carmine historias scribes & prælia, ut Virgilius certamina Æneæ & Turni Rutilorum ducis. His verbis indicat, in mortuos scribere Satyram, tuto licere: contra in vivos periculosissimum. *Committere*, in pugnam deducere.

163. *Committas.*] Allusum ad ἐπιδείξεις vel ἀγῶνας, uti committebantur paria in μονομαχίᾳ aut arena. vel uti committebantur artes expendendæ in odeo, theatro, locove alio publico: sub præmio indice, spectaculo judice, voluptate sententia. *Nulli gravis est, &c.*] Neminem offendit historia de Achille, Græcorum fortissimo, percusso. Putem nostrum legisse & innuere illud Ovidii, *Nec nocet Autori, mollem qui fecit Achillem, infregisse suis mollia facta modis.*

164. *Aut multum quæsitus.*] Ab Hercule. Hylas puer formosissimus, cum Hercule, à quo amabatur, fuit inter Argonautas; qui missus è navi, ut aquam hauriret ex Ascanio flumine, à Nymphis adamatus & abreptus est; vel, una cum urna decidit in flumen: quem multum & diu Hercules inquisivit, sed frustra; *ut littus Hyla Hyla sonaret.* Vid. Virgil. eclog. 6. Hygin. Fab. 14 & 271. *Urnamque secutus.*] Qui una cum urna submersus, & in aquam urnam secutus.

165. *Ense, &c.*] Indicat jam, quam periculosum sit in viventes scribere. *Quoties* enim *Lucilius* egregius ille Satyricus, *ardens* ira & indignatione contra flagitiosos, *velut ense stricto* & evaginato sonitum dedit: sermo enim (si D. Paulo credimus, est instar gladii) & ore indignabundo *infremuit*; *auditor* male sibi con-

Infremuit, rubet auditor cui frigida mens est
Criminibus, tacita sudant præcordia culpa.
Inde iræ, & lacrymæ. tecum prius ergo voluta
Hæc animo ante tubas: galeatum sero duelli
Pœnitet. experiar, quid concedatur in illos,
Quorum Flaminiâ tegitur cinis, atque Latinâ.

SAT.II.

VET. SCHOLIAST.

168. *Inde iræ.*] Virgilius.
Hinc mihi prima mali labes,
Iracundiâ accenditur nocens, criminum conscientia lacessitus.

169. *Galeatum.*] Metaphora. tarde pœnitet indixisse bellum, cum jam pugna commissa sit.

171. *Quorum, &c.*] Viæ in quibus nobiles sepeliebantur.

VARIORUM.

conscius, cui mens friget & ob commissa crimina percellitur; ac tacita & latente culpa pectus illi ac præcordia propter anxietatem culpæ sudant: quia ægre fert sua vitia manifesta reddi, hinc auditor præsens, irâ ardet vindictam cogitans, & pudore *rubet*: *inde lacrymæ* & ardens odium contra Poëtam. *Lubin.*

166. *Frigida, &c.*] Nam mali, scelerum conscientia & pœnæ timore, frigore concutiuntur & horrent. *Frigida.*] Perniciosa, virulenta: Virgil.
Frigidus, ô pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.

167. *Sudant.*] Mira malæ conscientiæ descriptio, qua rei ac conscii, modo frigore, modo calore alternis vicibus torquentur: illud fit propter metum, hoc ob pudorem; nam utrumque malæ conscientiæ inest.

168. *Inde iræ.*] Iracundia incenditur, criminum conscientia lacessita, cujus acrimonia etiam lacrymas exprimet. Sic in Andria Terent. *Hinc illæ lacrymæ.* *Tecum, &c.*] Verba monitoris, Quare, ô Juvenalis, hæc probe & accurate tecum voluta & perpende, priusquam classicum canas & antequam stylum in Romanos stringas.

169. *Hæc animo, &c.*] Sic cum doctissimo Turnebo legendum censemus. Alii legunt, *hæc animo, ante tubas.* Alii *hæc animante tuba.* *Galeatum sero duelli.*] Pulchra sententia: Sero ac tarde nimis duelli, bellique eum pœnitet, qui jam ab armigero galeam acceptam induit, ut congrediatur. Pugnæ enim commissæ sera pœnitentia. Sic qui Satyram scripsit: facta enim infecta fieri, & vox missa reverti nequit. *Lubin.*

170. *Experiar, &c.*] Responsio Poëtæ promittentis, morem se fideliter monitori gesturum, & se tantum mortuos reprehensurum, quoniam periculosæ est plenum opus aleæ, & lege est cautum. Nam *non licet scribere in illos, qui possunt proscribere.* *Via Flaminia, & Latina,* erant celebriores, stratæ lapidibus, & multorum divitum monumentis ornatæ sepulcralibus. Hinc in inscriptionibus frequens *viatoris* mentio & admonitio ad illos. *Cinis.*] Nam illo tempore cadavera cremabantur. Docet ergo se tantum in mortuos scripturum: tametsi Domitiano, Neroni (ut Persius) non parcit.

SATYRA II.

ARGUM. Reprehendit hypocrisin in Philosophis, Judicibus, Sacerdotibus, Ducibus, Nobilibus: qui omnes impie de interorum suppliciis sentientes, ipsis victis gentibus corrumpuntur, nec non alios corrumpunt.

ULtra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem
Oceanum, quoties aliquid de moribus audent
Qui Curios simulant, & Bacchanalia vivunt.
Indocti primum: quanquam plena omnia gypso
Chry-

VET. SCHOLIAST.

1. *Ultra Sauromatas.*] Sarmatæ ultimi ultra Pontum sunt, vicini Amazonum, unde * Sauromatides appellantur.

3. *Bacchanalia, &c.*] Criminose vivunt: id est, qui sub figmento severitatis, sunt impudici. nam sacra Bacchanalia ex iis condemnata sunt, cum probatum esset Senatui honestissimas fœminas ad Stimulæ Deæ lucum fœde adulterari.

VARIORUM.

1. *Ultra Sauromatas.*] In hac Satyra, quæ post primam, quæ procœmii aut Prologi vice esse potest, proxima est, Juvenalis primum in Philosophos hypocritas invehitur, qui cum essent indocti, & nulla non vitæ, & morum infamia notati, virtutem tamen, honestatem, & sanctitatem verbis profiteri non erubescunt. Sensus verborum hic est: *Quoties* illi Philosophi, qui verbis, & sermone *Curios*, viros castissimos, maxime sobrios, & continentes, *simulant*, & præ se ferunt, & præterea in vita & moribus *vivunt* omni scelere contaminati, *bacchanalia* exercent, & flagitiose vivunt, & *aliquid audent*, *de moribus* juxta virtutem instituendis, & confirmandis docere, scribere, & disputare: *libet*, & placet mihi præ indignatione, ne hypocritas tales videam & audiam, ubivis potius terrarum, quam apud illos esse, & aufugere, & celerrima fuga abripi *ultra Sauromatas*, populos illos longissimo terrarum tractu à nobis dissitos, & ultra *Oceanum*, mare illud perpetuo frigore induratum. Sunt autem *Sauromatæ*, Græcis Sarmatæ, populi qui in superiore Asiæ parte versus Boream habitant circa Mæotidem paludem, Scythis vicini, ab Amazonibus oriundi: quæ regio vastissimis nivibus & immensa glacie semper horret & riget. *Glacialis Oceanus* est mare illud Oceanum, versus Boream glaciale. Ubi jam nova Zembla detecta est ab Hollandis. *Ultra Sauromatas.*] Ex mente antiquorum, qui hæc loca terrarum terminos existimabant. *Grang.* Belg. *uit de wereld.*

2. *Oceanum.*] Mare, ad ὠκὺς *celer*, & νάειν fluere. *Audent.*] Scilicet disserere, aut præcipere.

3. *Curios.*] Continentiam Curii. *Bacchanalia.* Omnium scelerum seminarium. Id est, vivunt illorum more, qui celebrant Bacchanalia: quæ nocturna festa clam in urbibus à maribus & fœminis fiebant, in quibus inter vina & epulas promiscua stupra. *Lubin.* Vide Erasmi Adag. *Bacche more.*

4. *Indocti primum.*] Invehitur omnium primo in illos qui indoctissimi erant: & tamen docti videri volebant comparatis doctrinæ instrumentis & insignibus. *Quamquam plena omnia gypso Chrysippi invenias.*] Id est, quamvis in illorum domibus, & museis omnes angulos, omnia loca plena, & ornata invenire possis, *gypso*, statua, effigie ex gypso, (quod calci non absimile) doctissimi illius, & diligentissimi Philosophi. Fuit ille Stoicus Zenonis & Cleanthis auditor inge-

Chrysippi invenies. nam perfectissimus horum est,
Si quis Aristotelem similem, vel Pittacon emit,
Et jubet archetypos pluteum servare Cleanthas.
FRONTIS NULLA FIDES: quis enim non vicus abundat
Tristibus obscoenis? castigas turpia cum sis
Inter

VET. SCHOLIAST.

6. *Aristotelem similem.*] Aristotelis imaginem similem, ut statuam.

7. *Pluteum.*] Armarium.

VARIORUM.

ingeniosus & tantus Dialecticus, ut dicerent, si apud Deos usus esset Dialecticæ non fore nisi Chrysippeam. *Lubinus.* De eo Carneades, *Nisi Chrysippus esset ego non essem.*

5. *Nam perfectissimus, &c.*] Respondet quæstioni. Nam *si quis* ex illis *Aristotelem similem*, vel picturam & statuam Aristotelem referentem *vel Pittacum* illum Mitylenæum, unum ex septem sapientibus sculptum vel pictum *emit*, & sibi comparavit; ille horum omnium perfectissimus, doctissimusque habetur, vel existimat se esse. *Lubin.*

7. *Et jubet Archetypos, &c.*] Ordo est: jub. pl. serv. arch. Cl. Id est, quisquis Cleanthem continentissimum illum Philosophum quasi suorum librorum custodem adhibuerit, qui jubet ut Archetypi, & ad vivam imaginem sculpti & picti Cleanthes, pluteum & armarium librorum suorum custodiant. Pulchre dixit illos *jubere* & mandare, ut appositæ figuræ, vel statuæ, museum conservent: nam plerunque indoctissimi illi otiantur, & aliud agunt, & pulchros tantum & egregios libros possident, sibi nec lectos, nec intellectos. Est autem *Archetypus* hoc loco ipsa principalis, vel originalis figura, ab ipso pictore vel sculptore, ad ipsam vivam alicujus imaginem expressa, vel formata. Derivatur ad ἀρχὴ, quod principium vel origo, & τύπος, quod forma aut imago: Alias *Archetypus* sumitur pro antiquo, ut Turneb. libro 21. cap. 24. *Pluteus.*] Dici potest πινακοθήκη vel tabularum pictarum repositorium, vel armarium potius; Vel pro Bibliotheca posuit. *Cleanthas.*] Accusativus primæ declinationis simplicium Atticus; quo dicimus Socratas, Diogenas. Turneb. lib. 15. cap. 17. Cæterum Cleanthes primum pugil, inde Athenis Philosophi Zenonis Stoici auditor, cum inops esset, interdiu studiis operam dedit, noctu operam mercenariam in hortis irrigandis, & aqua haurienda locavit; unde φρεάντλης dictus fuit. *Lubin.* Leges, si placet, ex mente Graevii, *Et, jubet archetypos puteum servare Cleanthas*: hoc est (ait) habeat imagines fictas Cleanthis ex puteo aquam haurientis, ut esset unde se tueretur dum in vivis erat: nam (pergit) *pluteo* hìc nullus est locus; cur enim hic magis pluteos servaret quam Aristoteles aut Pittacus, quamvis, inquit Juvenalis, jusserit fingi Cleanthas puteum servantes, hoc est apud puteum hauriendis aquis stantes. Sic enim legendum censeo & Nic. Heinsio persuaseram; sed & post lætus intellexi eandem sententiam fuisse magni Henr. Vallesii *Graevius.*

8. *Frontis nulla, &c.*] Id est talium hypocritarum gravis & severæ frontis nulla fides adhibenda est. Alii legunt *Fronti*, quod verissimum est. Grang. *Quis enim non?*] i. e. omnes vici sunt pleni. *Tristibus obscænis.*] Impudicis, qui tristitiam vultu profitentur, quales hi apud Pers. ——— *ærumnosique Solones, Obstipo capite & figentes lumine terram.*

9. *Castigas turpia?*] Tune scelerate audes turpia aliorum facta reprehendere, cum sis notissima fossa, locus & receptaculum vitiorum inter omnes, qui Cinædi & Pathici pessime vivunt, & interea de vita & moribus honestis, more Socratico disputant. Dicuntur autem *Cinædi* à κινεῖν quod est movere, & αἰδῶ pudenda. *Lubin.*

10. *Inter*

Inter Socraticos notissima fossa cinædos:
Hispida membra quidem, & duræ per brachia setæ
Promittunt atrocem animum: sed podice levi
Cæduntur tumidæ, medico ridente, mariscæ.
Rarus sermo illis, & magna libido tacendi,
Atque supercilio brevior coma. verius ergo,
Et

VET. SCHOLIAST.

10. *Inter Socraticos.*] Aristophanes lacerat Socratem, & discipulos ipsius, cum sit & ipse pejor plerisque.

13. *Medico ridente.*] Nam invenientes stupri vestigia, Medici rident.

VARIORUM.

10. *Fossa.*] Ego de corporis posteriori fossa illa, non nominanda pathica sentina hæc intelligo, quam sceleratissimi illi infamibus pædiconibus & subagitatoribus prostituebant, abutendam. *Notissima.*] Omnibus enim notissimum est, te esse sceleratissimum. *Lubin. Socraticos.*] Leopard. Emend. lib. 13. cap. 10. legit *Sotadicos*, à Sotade Poëta Mantinensi qui primus scripsit Cinædica. De quo Suidas. *Cinædos.*] Cinædos & Draucos, qui tamen Socratis sanctimoniam & doctrinam præ se ferunt. & ipse Socrates malè audiebat nomine masc. amoris. Lucian. βίων πρᾶσις & ἀληθῆς ἱστορίας λόγ. β. & εἰκόν. Firmicus libr. 7. cap. 14.

11. *Hispida membra, &c.*] Eo dicit, nam qui in externo habitu neglectiores, illi non facile libidinis turpitudine se polluunt: Sic *hispida*, hirta, & pilosa tua *membra*; *& dura seta*, ut porcorum, *per brachia* & corpus tuum, *promittunt* Polyphemum aliquem & Herculeum, *atrocem*, invictum, gravem & severum animum, non mollem. Polyphemus apud Ovid.

Barba viros, hirtaque decent in pectore seta.

Vide Macrob. lib. 7.

12. *Podice levi.*] Posteriora intelligit, quæ levia & glabra reddebant, & psilothro vel volsella depilabant, ut molliores & delicatiores, puerorum instar, amatoribus suis apparerent. Vita & mores tui non respondent, sed contrarium demonstrant: Nam *marisca tumida*, seu ulcera inflata ex fœdo, & non nominabili coitu masculo nata, *caeduntur*, & secantur tibi ferro, in podice levi & depilato. *Lubin.* Sunt qui *levem* dicant q. friatione assidua politum, ut hic, perpetua pædicatione; alias iis, qui nudo equo insident.

13. *Caeduntur.*] Secantur. Itali nostro tempore talia non secant, sed urunt argentea quadam lamina candenti. *Medico ridente.*] Qui novit caussam ulceris esse turpitudinem tuam, teque detestatur, & tuam sceleratam obscœnitatem. *Marisca.*] Fortè à Chald. *Maras*, quod est *Terere, fricare.* Nascuntur circa os ani, ut fungi; fici etiam appellantur. Tubercula in ano ad fici similitudinem sunt. Gr. σύκωσις. Martial. lib. 14. Epigr. 86.

14. *Rarus sermo illis.*] Nam sapientissimi rari sermonis. *Libido tacendi.*] Magna voluptas in silentio; delectantur silentio. *Lubin. Rarus, &c.*] Speciosum silentii studium: Vel ut Pythagoricæ sectæ germani appareant imitatores; qui nihil prius discipulos suos docuit, quam tacere, meditari condiscere, loquitari dediscere.

15. *Atque supercilio, &c.*] Pili capitis breviores supercilio, vel capillus non demissus, usque ad supercilium. Nam Philosophi Stoici detondebantur ad cutem usque, unde illorum discipuli Persio dicti,

—— *detonsa juventus.* & hinc Proverb. *Crine Stoicus.*

Comam enim alere parum virile existimabant. *Lubinus.* Aliæ Philosophorum sectæ crinibus longis & prolixa barba conspicuæ erant. *Atque supercilio.*] Male existimant comam abrasisse eos, qui hic à Juvenale notantur, ne Cinædi viderentur

Et magis ingenue Peribomius: hunc ego fatis
Imputo, qui vultu morbum incessuque fatetur.
Horum simplicitas miserabilis, his furor ipse
Dat veniam: sed pejores, qui talia verbis
Herculis invadunt, & de virtute locuti
Clunem agitant. ego te ceventem, Sexte, verebor,
Infamis

VET. SCHOLIAST.

16. *Peribomius.*] Nomen Archigalli cinædi, quem magulum conspurcatum dicimus, qui publice impudicitiam perpessus est.

21. *Clunem agitant.*] Ad patiendum stuprum. *Ceventem.*] Inclinatum ad stuprum, & sustinentem. *Sexte*] Senator.

VARIORUM.

derentur. Comam enim brevem de more cæterorum Philosophorum gerebant. Hæc tamen comæ abrasio modestiæ ac continentiæ indicium credebatur. Nam qui lasciviores & insolentiores, comam alebant. Ut hâc notâ Stoicorum dogmata persequi videantur & persuadeant credulo popello: Aliæ enim sectæ Philosophorum crinibus longis prolixaque barba: At qui ex Stoa capillis rasis, & ut loquitur Lucianus ἐν χρῷ κουρίας erant. Vid Turneb. Adversf. c. 17. l. 15, & hoc ex Phocylidis sententia, cujus hæc ἄρσεσιν οὐκ ἐπέοικε κόμα. Sic ergo comam & cæsariem abradebant, capillos contra in medio capite negligenter tondebant. Seneca Epist. v. *Herald.* in Adv. l. 1. c. XVI. *Verius, &c.*] Quare cum illi se sanctissimos simulent, cum sint turpissimi, *verius*, rectius, simplicius & *magis ingenue* facit *Peribomius*, qui vitia sua non celat, sed ingenue fatetur.

16. *Peribomius.*] Divulgator aliquis suæ turpitudinis, nomine ficto. *Hunc ego fatis imputo.*] Unde, quia Peribomius mala sua non abscondebat, dicit illa sibi fataliter contigisse. *Fatis.*] Hujus vitia non malitiæ suæ, sed, fatis imputo vel crasi, seu potius ἀφυΐᾳ, imo ἀκολασίᾳ, ut Pers. 3. de Natta: *Sed stupet hic vitio.*

17. *Morbum.*] Id est, peccatum, quod animi morbus. Vitium & turpitudinem suam. Vel etiam corporis morbum, scilicet mariscas. *Incessu fatetur.*] Qui non sancto & severo vultu incedit, sed qualis animo est, talis habitu & externis moribus venit. *Fatetur.*] Manifestat facie & pedibus.

18. *Horum simplicitas, &c.*] Peribomii & aliorum: Qui vultu sanctitatem aliquam non mentiuntur, ut alii: id est, horum inscitia & ignorantia veniam & commiserationem meretur. *His furor ipse.*] Id est, cæcitas mentis, & violentus impetus, cui moderari nesciunt, ita ut furere videantur, veniam hujusmodi dat.

19. *Qui talia.*] Qui tales simplices peccatores: sic *vitium* pro *vitioso*, scelus pro scelesto.

20. *Herculis verbis, &c.*] Qui hæc vitia gravissime & severissime reprehendunt & castigant, cum toti vitiis scateant. Severis, censoriis, quibus Hercules monstrorum domitor, & vitiorum profligator utebatur, in corripiendis sceleratis: vel quæ Herculem, Prodici illum, in bivio virtutis & voluptatis, deceant. *Et de virtute locuti Clunem agitant.*] Id est, ubi multa multis verbis de virtute ejusque majestate, & dignitate splendide, & eleganter locuti sunt, interea vita, & factis flagitiosissimi, dum subiguntur Cinædi turpissimi, clunem & podicem agitant, & movent ad patiendum stuprum. *Qui alterum accusat probri, eum ipsum se intueri oportet.* Plaut. Trucul. sic & Pers.

Ut nemo in sese tentat descendere, nemo!
Sed præcedenti spectatur mantica tergo.

21. *Egone, o Sexte, te ceventem?*] posterioraque motantem, & artificiose stuprum

Infamis Varillus ait? quo deterior te?
Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus.
Quis tulerit Gracchos de seditione querentes?
Quis cœlum terris non misceat, & mare cœlo,
Si fur displiceat Verri? homicida Miloni?
Clodius accuset mœchos, Catilina Cethegum?
In tabulam Sullæ si dicant discipuli tres;
Qualis erat nuper tragico pollutus adulter

Con-

VET SCHOLIAST.

23. *Loripedem.*] Solutum pedibus, aut curvis.

27. *Clodius*] Clodius C. Cæsaris uxorem in templo Bonæ Deæ adulteravit: & licet Ciceronis testimonio gravatus, tamen absolutus est. Sed & Clodius fratris Domitiani filiam Juliam in adulterio sumserat maritam, cum ipse de adulteriis leges severissimas promulgavit.

28. *Discipuli tres.*] Cæsar, Pompejus, Crassus, qui Syllæ fuere discipuli aut certe Augustus, Lepidus, Antonius Triumviri; qui per cruentum foedus juncti, cum remp. invasissent, Syllam imitati, Senatum, & equestrem ordinem proscripsere.

29. *Qualis erat tragico*] Id est, scelerata, Claudium Cæsarem dicit, qui

VARIORUM.

prum patientem, *verebor*, & timebo? nam *quo*, vel in quo ego te sum *deterior*, aut pejor? certe in nullo. Quid igitur me vituperas, & reprehendis? Careat vitio necesse est, qui alterius vitia carpere studeat; & qui recte incedit, *loripedem*, aut curve incedentem *derideat*; & qui *albus*, pulcher, derideat *Æthiopem* nigrum, & turpem. Est autem *os vere* marium, *crissare*, mulierum. *Lubinus.*

22. *Varillus.*] Ponitur & fingitur hic Sextus pro summo viro, Varillus pro vulgari, qui tempore Juvenalis notissimæ fuit infamiæ. *Lubin. Infamis.*] Libidinis enim comes infamia.

23. *Loripedem.*] Claudum. Rectus malum notet, sed non malus malum. *Vid.* Erasmi Adag. Chil. III. Cent. II. Proverb. 22.

24. *Quis tulerit Gracchos.*] Tiber. & Cajum, tribunos, qui dum reducere leges agrarias conarentur, ipsi oppressi sunt cæsique. Quis ergo tolerare posset, & non indignatione irascatur, si Gracchi illi novarum rerum studiosi, & seditiosi, de seditione querantur? Gracchos pluraliter dicit, quod multi ejus nominis seditiosi. *Lubin.*

25. *Quis cœlum terris non misceat?*] Id est, quis præ indignatione clamando non confundat? Quis præ indignatione non exclamet, ut apud Terentium, *ò cœlum, ò terra, ò maria Neptuni*, Ex Lucretio versus imitatus:

Non si terra mari miscebitur, & mare cœlo. *Lubin.*

26. *Verri*] Qui furtis non unum hominem, non unam civitatem, sed universam Siciliam spoliavit. Vide Asconium & Ciceron. ipsum: de reliquis Florum & Plutarch. & Salust.

27. *Clodius &c.*] Mœchorum maximus, nobilis adulterio C. Cæsaris uxoris, & incestu sororum germanarum. In antiquo Scholiaste lego, *Sed & Domitianus Titi fratris filiam Juliam &c.* Graev.

28. *In tabulam, &c*] Proscriptoriam Sullanam. De tabula Syllæ, Florus lib. 3. cap. 21. Valerius Maximus lib. IX. cap. 11. *Dicant in tabulam &c.*] Accusent, vel improbent tabulam. Cicero in Verr. *Hæc prima actionis erit accusatio, Dicimus. &c.*

29. *Qualis erat nuper.*] Tertium membrum in quo reprehendit Domitianum Imperatorem, qui simili modo in adulteros legem revocavit; ipse omnium adulterorum maximus *Qualis.*] id est, cujusmodi, aut ex quorum numero erat, Domitianus adulter, qui à *Tragicis* scribi meret-

Concubitu: qui tunc leges revocabat amaras
Omnibus, atque ipsis Veneri, Martique timendas;
Cum tot abortivis fœcundam Julia vulvam
Solveret, & patruo similes effunderet offas.
Nonne igitur jure, ac merito, vitia ultima fictos

Con-

VET. SCHOLIAST.

occisa Messalina, uxorem impudicissimam, Agrippinam fratris germani filiam matrem Neronis, revocatam ab insulis, in matrimonium accepit, concesso jure talium nuptiarum ex senatusconsulto. quam dicit etiam frequenter abortum fecisse, ne ex ipso cohæredem Neroni filio pareret, cui ille præparavit Imperium.

VARIORUM.

bi meretur, polluto, & deformato, nefando incestu: Leges tamen de puniendis adulteriis ipse tulerat & abolitas revocarat. Is enim Juliam Titi Vespasiani Germani filiam adamavit; coëgitque conceptum à se abigere: unde illa tandem obiit. *Qualis erat.*] Aliorum rigidus censor. *Nostrum hoc* (inquit Plin. Epist. 22. lib. 1.) *quos animum libidinum servo, sic aliorum vitiis irascuntur, quasi invideant; & gravissime puniunt quos maxime imitantur.* Farnab. *Tragico.*] Tragici argumenti. Quid Tragœdia dignius, quam fratris filiam constuprare, ipsamque spontaneis abortionibus occidere? Sueton. Domitian. c. 22. Cum Autor Juliam nominet, atque nuper factum dicat, constabit de Domitiano hic sermonem esse: tum ad Claudium (quod vet. Scholiast. facit) referre non possum, quia ille nullis adulteriis contaminatus fuit, nedum tragicis, id est, cum mulieribus potentissimis: in nuptiis Agrippinæ non adulter, sed incestuosus fuit. Fuitque Agrippina uxor Claudii quidem crebra abortionibus; sed non minus etiam Julia post Julium patruum impudicissima.

30. *Qui tunc leges, &c.*] Id est, qui tunc vel eo ipso tempore, quo Julia Sabino nupta, quicum totius adulterium commiserat *secundam* matricem vel *vulvam solveret* & aperiret per potionem & veneficia tot abortivis, i. e. non tempestive ortis partubus, illis acerbis, *Et amaras leges* de adulteriis, nempe legem Juliam, quæ ante ab Augusto lata, *revocarat*, id est, qui tunc leges contra adulteros revocavit, cum ille maxime adulterium ageret. Et cum *Julia effunderet* & ejiceret *offas* vel frusta carnis nondum formati fœtus sive embryonem, vi medicaminis in frusta distractum, offæ instar; *similes patruo* Domitiano, qui Juliæ patruus erat, vel repræsentantia patrem Domitianum, qui deformis erat & similis abortui. *Leges.*] Juliam contra Adulteros: & alteram qua interdictum mares castrari. *Amaras.*] Id est, adeo acerbas & rigidas, ut non homines solum omnes eas timerent, verum etiam Dii & Deæ; Mars & Venus olim in adulterio deprehensi. *Lubinus.*

32. *Vulvam solveret.*] Solvere verbum parturitionibus frequens, cujus contrarium item usitatum nobis.

33. *Offas.*] Appellamus quidquid in tumorem crescit: unde hoc ipse Sat. ult. *Et nigram in facie tumidis livoribus offam.*

34. *Nonne jure & merito, ultima vitia* hominum, homines extreme vitiosi & intemperantissimi per Hypallagen, contemnunt, & flocci faciunt fictos illos hypocritas, *Scauros*, homines nobiles & studiosorum eorumque virtutem & continentiam simulant, qui alios reprehendunt, & ipsa *vitia castigata*, ipsi homines vitiosi objurgati *remordent*, & vicissim reprehendunt reprehensores suos. Fuit autem M. Æmilius Scaurus, teste Salustio, homo nobilis, impiger, factiosus, avidus potentiæ & divitiarum. Cæterum callide vitia sua occultans: Postulatus enim perduellionis à Vario, tribuno plebis, hoc tantum regessit. *Scaurus negat, utri potius credendum putatis?* Modeste simul & cum ingenio, quasi hoc sufficeret. id est

id est

Contemnunt Scauros, & castigata remordent?
Non tulit ex illis torvum Laronia quendam
Clamantem toties. ubi nunc Lex Julia? dormis?
Atque ita subridens. felicia tempora; quæ te

Mo-

VET. SCHOLIAST.

37. *Lex Iulia.*] Julii Cæsaris, de damnandis adulteris.

VARIORUM.

Id ait *Fictos Scauros*. Porro de M. Scauri continentia, vide Valerium Maximum. *Lubin*

36. *Non tulit*, *&c.*] Id est, *Laronia* nobilis illa matrona *non tulit*, nec perpessa est, *quendam ex* fictis *illis* hypocritis; qui cum alios severissime castigans, forte & mulierculas reprehenderet, & severo supercilio tanquam magnus Zelotes honestatis & fidelitatis matrimonialis, *toties* proclamaret: *Ubi nunc lex Iulia*, cur non condemnas adulteras illas mulieres? *dormis*? & jam omnino quiescis? Evigila tandem. *Non tulit.*] Non tolerare potuit. *Ex illis.*] Hypocritis Curiis, Bacchanal viventibus, Socratis Cinædis, fictis Scauris. *Torvum.*] Atrocem ut supra, severum, gravem, vultu & verbis sanctissimum: vel *Torvè*, nomen pro adverbio. *Laronia.*] Procax & imperiosa meritrix. *Lubin.*

37. *Clamantem toties.*] Frequentissime vociferantem hisque verbis utentem. *Lex Julia.*] Quam Domitianus revocarat, quæ adulteros, masculorum concubitores, ingenuarum stupratores severissime coërcebat, & gladio puniri jubebat. *Dormis.*] Quod nefarias illas adulteras non punis. *Ubi nunc lex Julia?*] Quod sane arguit esse Julium Cæsarem, qui Juliæ patruus: licet vetus Interpres Juvenalis vers. 29. Claudium putet, aut ut alter, Domitianum. Sed nulla ratione. nam Claudius qui Messalinæ pertulit impudicitias, nullas de adulterio leges tulit, nec ab autoribus memorantur. Domitianus leges de adulteris tulit; sed non æquè timendas, cum pœna mors non fuerit. nec Poëta id scribere ausus vivente Domitiano, qui Juliam quidem neptem corrupit & adegit ad abigendum partum Sed semel. At Juvenalis loquitur de multis abortivis. Dein scribit, tunc tulisse leges, quum Julia crebros faceret abortus: atqui Domitianus corrupit Juliam vivo patre Tito, & privatus tum, ideoque nondum imperante eo; & quum Domitianus leges in adulteros non sum ferre posset. Et, ut interpretis hujus inconstantiam notes, quod Juliæ Poëta & ille tribuit, is Messalinæ aptat in illo versu, *Ausa Palatino*, *&c.* Addo Poëtam scribere, *Qualis erat nuper*, quod præteritum tempus arguit: ergo ante Domitianum, sub quo vixit. Et ne te moretur verbum *nuper*, quasi loquatur de tempore non remoto; etiam de longiori tempore usurpatur hoc verbum apud autores & apud Juvenal. Sat. VIII.

Cum tenues nuper Marius discinxerit Afros. Dorleans.

Lex Julia.] Quæ vulgo in libris dicitur lex Julia de adulteriis, ea non Julii Cæsaris, sed Augusti lex est. Quod disertè Ulpianus scribit L. 1. ad L. Jul. de adult. Cur igitur *Julia* dicitur? Quia Augustus in familia Julia, & testamento majoris avunculi adoptatus, etiam C. Jul. Cæsar fuit appellatus. *Grang.* Augustus longe Julio clementior fuit. *Dorleans.*

38. *Atque ita*, *&c.* Scil ait. *Subridens.*] nam solent subridere irati, i. e. parum ridens, uti *subtristis*, &c. *Felicia tempora.*] Acris & amara Ironia: quasi dicat *tempora* hæc nostra, alias infelicia futura, vel uno te sunt longe *felicia*, exactum adeo & accuratum morum censorem sortita, qui obstes vitiis. *Habeat jam Roma pudorem.*] jam turpe aliquid & inhonestum Romæ designare unusquisque verebitur. Vereantur Romani peccare te præsente, ut quondam Catone in Floralib. *Lubinus.* Alii *ad quem* legunt. Bernard. Real. Annotat. cap. 4.

40. *Tertius*

Moribus opponunt. habeat jam Roma pudorem.
TERTIUS è cœlo cecidit Cato. sed tamen unde
Hæc emis; hirsuto spirant opobalsama collo
Quæ tibi? ne pudeat dominum monstrare tabernæ?
Quod si vexantur leges, ac jura, citari
Ante omnes debet Scantinia. respice primum
Et scrutare viros. faciunt hi plura: sed illos
Defen-

VET. SCHOLIAST.

40. *Tertius*, *&c.*] Multi fuerunt Catones, è quibus duo nobilissimi; prior Censor, posterior nepos ipsius, qui de mortis loco, dictus est Uticensis.

44. *Scantinia.*] Lex de infamibus puniendis.

VARIORUM.

40. *Tertius è cœlo.*] Id est, sapientum octavus, aut Cato tertius, severissimus morum censor, quales duo Catones fuere, Censorius & Uticensis, cœlitus, vel inopinato nobis datus est, & ad mores castigandos missus; Muret. lib. 13. Varior. cap. 7. *Sed tamen unde.*] Huc usque ironice ipsum laudavit. Iam palam maledicta in eum ingerit. *Sed tamen* cum adeo severus sis morum censor, age dic mihi quæso, *unde*, aut à quo Pharmacopola *emis hæc* fragrantia unguenta. Quænam *opobalsama*, quisnam succus balsami preciosissimi *spirat*, fragrat, & suavem odorem emittit in *collo hirsuto*, ac piloso? Vocant autem *Balsamum* ipsam arbusculam, vitisimilem (à *bagnal schemen*, i. e. princeps olei) *Xylobalsamum* lignum arboris, *Carpobalsamum*, fructum, & *Opobalsamum* succum eximiæ suavitatis, qui ex ejus plaga vitro, lapide, osseisve cultellis incisa, fluit: non nisi extreme deliciosis, & luxuriosis, adhiberi solitus. Plin. lib. 12. cap. 15.

41. *Hirsuto.*] Collum hirsutum habebant, ut viderentur graves & severi, interim adhibebant unguenta, quia animo molles & nefarii erant. *Lubin.*

42. *Ne pudeat, &c.*] Hæc addit; quia videt, eum rubore forsitan perfusum: Dic audacter, unde emas, ne pudori tibi sit mihi dominum tabernæ unguentariæ, vel Myropolam demonstrare, ut & nos emamus. *Lubin.*

43. *Quod si vexantur.*] Id est, si excitantur, aut provocantur leges, ne dormiant; ante omnes leges, lex Scantinia citari debet, lex inquam, de infamibus, te & tui similibus puniendis: lex hæc erat in pædicones lata. Alii à Scantinio Aricino dictam, volunt: Alii propter Cajum Scantinium stupratorem masculorum, qui C. Marcelli filio vim adferre conatus, est à patre accusatus. Val. Max. l. 6. c. 1. Parrhas. Epist. 23. In eos, qui aut alienam pudicitiam solicitassent, aut suam ipsi prostituissent: primum pœna pecuniaria, deinde gladii, quam sanxerunt Constantius & Constans, confirmavit Justinian. novell. 77. & 141. ex S. Scriptura Levit. 20. quod etiam receptum apud Athenienses: Castrabantur apud Gothos: Valentin. Theodos. & Arcad. jubent comburi l. 6. Cod. *Citari.*] Ad executionem provocari. Turneb. l. 15. cap. 17. *Lubin.* *Leges.*] Quamvis autem leges plerumque habent nomen ab eis qui tulerunt; non raro item à damnatis, ut Laia à Laio, qui primus omnium intulit stuprum Chrysippo Pelopis filio.

44. *Respice primum.*] Id est, priusquam in miseras mulieres earumque mores tam rigide & acerbe inquiras; *primum viros respice*, *& scrutare*, & exacte examina te, & tui similes viros; *hi* longe *plura*, longe majora flagitia *faciunt*, patrant, & in se & in alios admittunt. *Lubin.*

45. *Scrutare.*] Vis est in verbo: notatio verbi, quæ est a *scrutis* & frivolis, designat inquirere exacte & rimari minima. *Sed illos, &c.*] Id est, sed quæ caussa est, cur illorum flagitia non puniantur?

Defendit numerus, junctæque umbone phalanges.
Magna inter molles concordia. non erit ullum
Exemplum in nostro tam detestabile sexu.
Tædia non lambit Cluviam, nec Flora Catullam.
Hippo subit juvenes, & morbo pallet utroque.
Nunquid nos agimus caussas, civilia jura
Novimus, aut ullo strepitu fora vestra movemus?
Luctantur paucæ, comedunt coliphia paucæ.

Vos

VET. SCHOLIAST.

46. *Defendit numerus.*] Lucan. — *Quicquid multis peccatur, inultum est.* Metaphora à bellantibus.

50. *Hippo.*] Vir gravis corrumpitur à juvenibus, & patitur, & lambit. *Morbo utroque.*] Utriusque sexus, inguina lambentis & propatientis.

53. *Coliphia.*] Pulmentum, sive membrum virile, aut potius athletarum cibum dicit.

VARIORUM.

Hæc scilicet, quod multitudo peccantium, peccantibus patrocinetur: illi se invicem tutantur, facta quasi testudine, & in leges conspirant. *Et phalanges junctæ umbone.*] id est, multitudo & vis illos defendit. Est autem *phalanx* stabile agmen peditum, ubi vir viro, armis arma conserta sunt, propria Macedonibus teste Curtio. *Umbo*, proprie scuti pars media, & quasi umbilicus. *Idem.*

46. *Junctaque umbone.*] Cum junctis clypeis aut scutis in hostes invaditur, vel hostium impetus excipitur: Græci συνασπίζειν dicunt: Hinc I. C. axioma, *Communis error facit jus.* & Theologor. *Consenserunt jura peccatis, cœpit esse licitum quod publicum:* & Senec. III. de benef. c. 16. *Pudorem enim rei tollet multitudo peccantium & desinet esse probri loco commune delictum.*

47. *Magna inter, &c.*] Quasi dicat, omnes eodem vitio inquinati sunt, juxta illud Catull. ep. 58. *Pulchre convenit improbis cinædis. In malis tamen factio est, quæ in bonis viris vera amicitia.* Cicer. Nullum autem tam horrendum, & detestabile exemplum erit in toto nostro fœmineo sexu, quam in vestro, à quo etiam ipsa natura abhorret. *Molles.*] Effœminatos, qui agunt vicissim & patiuntur. *Lubinus. Non erit ullum, &c.*] Non invenies, inquit, rem tam nefandam in sexu fœmineo, ut mulier mulierem ineat, quod inter viros frequens est in usu. *Britan. Exemplum.*] est, quod sequamur, aut vitemus; exemplar, quod simile faciamus: illud animo æstimatur, istud oculis conspicitur. *Grang.*

49. *Tædia non.*] Alii, *Media.* Probat quod dixit. una mulier, una meritrix alteram mulierem vel fœminam non lambit, aut, honor sit auribus, fellat; nec occisæ castitatis propudium tribadem agit. *Hippo* autem vir ille immundus & fellator, *subit Juvenes, & inclinat* se ad patiendum, dum pædicatur: & pallidus est *utroque morbo*, fellandi, & pædicandi, dum agit & patitur. *Lubin.*

50 *Subit, &c.*] It sub amplexus juvenum. *Subire*, substernere, succumbere, inclinare se, conquiniscere.

51. *Nunquid nos agimus, &c?*] Nunquid nos civilia jura *novimus* aut *ullo strepitu vestra fora* judicialia *movemus* & perturbamus? Mulierem caussas i. e. negotia forensia & lites agere turpissimum est, & infamiæ pœna ducebatur. Cum mulier aliquando in foro dixisset propriam caussam, misit Senatus Deos consultum, quidnam ea res civitati portenderet. Plutarch. in compar. Lycurg. & Numæ. Vos enim patimini muliebria, & nostro officio flagitiosissime contra naturam abutimini. *Lubin.*

53. *Luctantur paucæ*] Excipit autem cum ait *paucæ*: nam superius de hac impuden-

Vos lanam trahitis, calathisque peracta refertis
Vellera: vos tenui prægnantem stamine fusum
Penelope melius, levius torquetis Arachne,
Horrida quale facit residens in codice pellex.

Notum

VET. SCHOLIAST.

75. *Horrida, quale facit.*] Magno odio habetur apud uxorem ea, quæ domino miscetur. Ergo hanc insequens gravioribus pœnis domina, catena vinctam infigit codici, atque ita jubet facere pensa.

VARIORUM.

pudentia conquestus est, cum ait,

Mævia Thuscum figat aprum.

Et Satyra sexta notat mulieres quasdam certantes & luctantes in theatris, id est. paucæ virorum officia usurpant. *Collyphia.*] Erant Athletarum cibi. Plautus: *Collyphia ne mihi incocta detis.* Erant panes in similitudinem membri virilis: fortasse ex satyrione & similibus quæ venerem incitant. Ante Pythagoram ficis utebantur. Post illum azymo pane asso, & carnibus taurorum. *Comedunt, &c.*] Id est, paucæ pugilatum & athleticam exercent. Nam Athletæ partes illas animalium ad victum assumebant, quæ minimum succi & pinguedinis habent, quæque maxime aridæ sunt & siccæ, κωλῆνα, Græci & κωλῆνας vocant. *Salmasius.* Κωλῆνα, pernæ, Atticis; κωλῆνες Phrynich. Vide Athen. IX. *Rigal.* Alii Athletarum panem, ἀπὸ τῶ κῶλα καὶ ἶφι, id est, à membrorum robore, quod κῶλα i. e. *membra*, ἶφια i. e. *valida* reddant: vide Mart. epig. 66. lib. 7. n. *Junius.*

54. *Vos lanam trahitis.*] Id est, *vos* viri contra, muliebria officia tractatis, vos *lanam* netis, *trahitis*, & carminatis, & *refertis*, seu reportatis in *calathis*, vel vasculis ex viminibus contextis, *vellera peracta*, texta, & carminata ad eos, unde peragenda accepistis. *Calathis.*] Calathus est qualus vel quasillus, in quem netrices pensum vel fusum componunt in quo vase vimineo glomi & fila ponuntur. *Lubin.*

55. *Vos tenui prægnantem.*] Vos torquetis nendo fusum prægnantem, & magis magisque gravidum factum, intumescentem, repletum inter nendum; idque facitis melius & doctius Penelope, & Arachne: quasi dicat, nonne vos pudet, quod, cum natura viros vos fecerit, vosmetipsos effœminastis? *Tenui stamine.*] Id est, tenui filo, unde stamen fit. *Lubin.*

56. *Penelope.*] Ulyssis uxor à textura maximopere laudatur, qua quidem castitatem retinuisse fertur: pollicita procis, se tum consensuram, ubi telam absolvisset, qua fingebat se sponso, cui nuptura esset, pallium texere. Illa vero quæ diurno tempore texerat, nocte retexit. Unde natum Proverbium, *Penelopes telam texere.* Porro hoc invento tam diu detinuit procos donec rediret maritus Ulysses. *Arachne.*] Puella Lydia, Palladem in arte texendi in certamen provocare ausa est; à Pallade vero victa, in aranеam, quæ Græcis ἀράχνη, mutata est. Vide Ovid. *Idem.*

57. *Horrida quale, &c.*] Quale opus & lanificium exercet serva pellex squalida, male habita, & perpetuo lanificio damnata. *Horrida* dicit, quia inculta propter vestes, & miserrimum victum. In maximis enim numerabant malis, colo vitam misere, tenuiterque tolerare. Est autem hoc loco *codex*, ex arborum truncis coagmentatum vinculi genus, robusta quernave sedes, in privatis ædibus adversus servos nequam & improbos, quale in publicis carceribus robur, vel numella. Belg. *Een stock*: quem alligati trahebant, eique insidebant vincti. *Lubin.* *Pellex.*] Quid *pellex*, Gell. lib. IV. cap. 3. Festus in *pellices.* Significat à matrefamilias servam pellicem vel in adulterio cum domino deprehensam, male tractari, & in vinculis habitam lanifi-

Notum est, cur solo tabulas impleverit Hister
Liberto, dederit vivus cur multa puellæ.
Dives erit, magno quæ dormit tertia lecto.
Tu nube, atque tace: donant arcana cylindros.
De nobis post hæc tristis sententia fertur.
DAT veniam corvis, vexat censura columbas.

Fuge-

VET. SCHOLIAST.

58. *Hister.*] Infamis, qui omne patrimonium suum vivus donavit uxori, ob hanc scilicet caussam, ut simul dormiret is qui & illum corrumperet, & illi misceretur: puellæ ergo consciæ sibi, quæ noverat eum corrumpi.

61. *Cylindros.*] Gemmas pretiosas.

63. *Dat veniam corvis.*] Proverbium est corvorum, de impudicis, discrevit sexum per aves. Unde dicunt coire corvos per os, & sic parere. *Columbas.*] Retulit ad simplicitatem.

VARIORUM.

cio perpetuo fatigari Turneb. lib. 19. cap. 21. Passerat. Epist. 22. *Residens.*] Perpetim sedens.

58 *Notum est, &c.*] Horat. *Omnibus & lippis notum & tonsoribus.* Damnat jam alia: videlicet Histri, Cinædi & Pathici scelus, qui libertum suum, quo pedicone Drauco usus erat, solum hæredem in testamento reliquerit, & uxori suæ juvenculæ multa dederit, ne scilicet hoc scelus liberti cum marito, proderet; quasi dicat Laronia: Vos ergo non solum muliebria facitis, verum etiam patimini. *Qui liberto tabulas impleverit.* Id est, tabulas testamenti implevit, dum solum libertum ex asse hæredem constituerit. *Hister.*] De quo Sat. 12. vers. 121. *Lubin.*

59. *Puellæ.*] Uxori, quam ne semel quidem attigit, cum ipse muliebria pateretur.

60. *Dives erit.*] Scilicet mulier quæ tacere potest, & *dormit* in *magno* divitis *lecto tertia*, ut inter illam, & Draucum intermedius sit vir vel maritus infamis, & Pathicus, tertia sint, videlicet maritus, uxor, Draucus seu catamitus. *Lubin.*

61. *Tu nube, atque tace.*] Tu, ô mulier vel puella, quæcunque vis ditari, nube tali viro molli, quià Drauco subigitur; patiens, & æquo animo talia feras, *& tace*, nec talia flagitia divulga; quia illa secreta facinora, quæ fiunt in lecto non divulgata, *donant* & conferunt uxoribus tacentibus *cylindros*, pretiosas gemmas, lapillos teretes à mulieribus in pretio habitos, quibus ditissimæ matronæ ornantur, inaures, uniones ova. cum formam habentes. De iis Plin. lib. 37. c. 12. & lib. 9. cap. 34 *Idem.* *Cylindri.*] Sunt gemmæ teretis & oblongæ figuræ (ut cylindri vel columellæ) quia summa commendatio est in longitudine; quum reliquæ gemmæ sint quadratæ, angulosæ aut rotundæ.

62. *De nobis post hæc, &c.*] Interea dum viri adeo inaudita flagitia in se admittunt, nos miseræ & innocentes mulieres condemnamur, & tristis sententia, ex lege Julia qua condemnamur, de nobis fertur. Verum hoc quo jure? Dum vos longe flagitiosiores impune abitis. *Idem.* *Posthac.*] Postea, posthac, postidea, posthæc, post id, & post, eadem significatione.

63. *Dat veniam corvis.*] Sceleratis, impuris & spurcis, quales habentur corvi, qui fœda sequuntur & ore coire dicuntur. Martial. *Corve salutator, quare fellator haberis* Britan. Censura, & morum castigatio dat veniam & ignoscit virorum malorum nequitiæ & corvis illis pessimis: & *vexat*, exagitat, & molestia adficit columbas, nos ex infirmitate & simplicitate forte peccantes mulierculas. *Lubin.* Erasm. Chil. III. Cent 5. Proverb. 73. Sunt inconsiderati, qui per *corvos* sel intelligunt *Censura.*] Apprime bene: nam censoriæ leges erant de re uxoria, ideoque Censores rogabant maritos, an haberent uxores ex animi sententia. Brisson. 8. de formul.

67. Fuge-

Fugerunt trepidi vera, ac manifesta canentem
Stoïcidæ: quid enim falsi Laronia? sed quid
Non facient alii, cum tu multitia sumas
Cretice: & hanc vestem populo mirante perores
In Proculas, & Pollineas? est mœcha Fabulla.
Damnetur si vis, etiam Carfinia: talem

Non

VET. SCHOLIAST.

65. *Stoicidæ.*] Dicit contumeliose ut Virgilius:

O vere Phrygiæ.

Et Persius, *Trojades.*

66. *Multitia.*] Vestes molli intextas substamine, quibus solent uti puellæ.

67. *Cretice.*] Hoc nomine vel quemlibet nobilem significat, vel Julium Creticum, qui sub Cæss. illustres caussas egit.

68. *Fabulla.*] De centum una.

VARIORUM.

64. *Fugerunt.*] Huc usque Laroniæ verba: quæ sequuntur Poëtæ sunt, quibus indicat, quod his Laroniæ verbis, ficti illi, Philosophi Stoici, scelerum sibi conscii trepidi aufugerint. *Lubin. Canentem.*] Cum clamore debacchantem in vitia eorum; uti Galli dicunt, *je luy ay chanté ses verités. Manifesta.*] Omnibus cognita & æque clara, ut ea quæ in vico manu feruntur propatula.

65. *Stoicidæ.*] Contumeliose, tanquam fœminæ. Videtur enim fœmineum esse. Vel qui Stoici videri volunt & sunt fœminæ. Porro Stoici vel trepidi Stoicidæ, qui primum Zenonii, cum ait, conjungit iterum contraria: Nam veri Stoici, utpote ἀπαθεῖς, nihil trepidabant. *Quid enim falsi Laronia.*] Dixit scilicet: Nonne illa omnia luce meridiana clariora? nihil circuitione usa. *Lubin.*

66. *Sed quid Non, &c.*] Quarta pars, qua progreditur jam ad castigandos judices, qui mollitiem suam vel externo habitu prodebant, omni fœmina, etiam mœchis molliores. Est autem locus à minori. *Facient.*] Committent: ut Virg. ecl. 3. *Quid domini facient, audent cum talia fures? Multitia.*] Vestes (*si modo vestes vocandæ sunt*, inquit Seneca 7. de Benef. *in quibus nihil est quo defendi corpus aut denique pudor possit, &c.*) sericas vel bombycinas molli intextas substamine, & in tantum tenues, ut per eas singula membra conspici possint. *Ut denudet fœminas vestu.* Plin. 11. *Sumas.*] i.e. induas: cujus contrarium *pono* i. e. exuo.

67. *Cretice.*] Quemvis judicem intellige. Alludit autem affinitate vocabuli ad judicem Creticum, qui sub Cæss. illustres caussas egit. Nisi mavis judices acerbos ita vocari à Creta insula, unde Æacus, Minos, Rhadamanthus illi judices infernales oriundi; vel quendam ex Metello Cretico (à Creta devicta ita dicto) oriundum nobilissimum. *Et hanc vestem populo mirante perores.*] Id est, declames, & sententiam definitivam feras, qua pœna afficiendæ Proculæ, & Pollineæ meretrices & mœchæ, idque facis, populo mirante, & detestante hanc tuam vestem.

68. *Procula & Pollinea.*] Erant mœchæ, ob id adulteras omnes hoc loco ab illis nominat, Proculas & Pollineas. Sunt qui *Pollitas* legant. *Lubin. Est mœcha, &c.*] Hæc verba possunt attribui ipsi Poëtæ. Nam Fabulla mulier illa mœcha est, & adultera turpis fateor, & damnetur proinde, nihil contradico. Damnetur etiam, si vis, Carfinia turpior adhuc: certe damnata quamvis turpissima, talem vestem, talem togam qualem tu geris, non sumet, neque induet. *Lubin.*

69. *Etiam Carfinia.*] Carfinia improbissima mulier, inverecunde postulans & magistratum inquietans. *Ulpian.* lib. 1. De postul. *Manut.* 3. *Talem togam.*] Toga virorum fuit & mulierum: tandem fœminis adulterii convictis non nisi virili toga indutis in publicum prodire licebat remotâ stola, quæ matronarum erat.

Et

Non sumet damnata togam. sed Julius ardet,
Æstuo. nudus agas: minus est insania turpis.
En habitum, quo te leges, ac jura ferentem
Vulneribus crudis populus modo victor, & illud
Montanum positis audiret vulgus aratris.
Quid non proclames, in corpore judicis ista
Si videas? quæro an deceant multitia testem.
Acer, & indomitus, libertatisque magister
Cretice perluces. DEDIT hanc contagio labem,

Et

VET. SCHOLIAST.

73. *Vulneribus crudis.*] Recentibus bellis.

VARIORUM.

Et est hac de re insignis locus Philip. II *Sumsisti virilem togam, quam statim muliebrem reddidisti. Primo vulgare scortum: certa flagitii merces; nec ea parva, &c.* Rigaltius. Manut. Epist. quæsit. I. Briss. lib. I. cap. 4. antiq.

70. *Sed Julius ardet.*] Sed excusas te, & incusas æstatis calorem; & æstum; & dicis, in æstate media Sol in *Julio* mense, vel diebus canicularibus calorem vehementer adauget; *æstuo*, sudo & calore conficior, graviore vestitu uti ob calorem nequeo. At si adeo æstuas, *nudus age*, nudus ambula. *Insania & turpis minus* & minus detestanda est, quam infamis mollitia, & longe satius est populus insanum te, qui nudus agas, quam mollem & mulierosum dicat. *Lubin. Insania.*] Grangæus frustraneas dicit esse alias interpretationes, & albis dentibus ridendos, qui legunt *insania* pro *infamia*: Sed sanam ipsi mentem in sano corpore precamur, & nos mordicus τὸ *insania* retinemus, quia & multa exemplaria sic habent, & sensus est genuinus: illius tamen lectionem & constructionem non reprobamus etiam, quæ hæc est, *Minus turpis infamia, nudus si peroret, quam multitia indutus.*

72. *En habitum.*] En præclarum tuum, & viro dignum habitum (est acris & amara Ironia,) id est, si tu in tam molli & effœminato habitu, homo mulierosus legem ferres, i. e. afferres in medium, antiquis Romanis, sub infantia & primis incunabulis imperii Romani, bello & agriculturæ assuetis, & ab omni mollitia alienis, illi tuam turpitudinem detestarentur, teque non audirent, tuasque leges non reciperent. *Habitum.*] Vestimentum, sic Galli, *un habit. Idem.*

73. *Vulneribus crudis.*] E recenti prælio redeuntes, antiqui illi & bellicosi Romani. *Vulneribus crudis, &c.*] Est exprobratio sævissima. *Modo victor.*] Quasi dicat, usque ad nostram fere ætatem.

74. *Positis aratris.*] Tempore nundinarum, vel comitiorum. *Grang.*

75. *Quid non &c.*] Forte ut Tullius *O tempora! O mores!* vel ut Plautus, *Mare, Terra, Cœlum, Di vostram fidem!* Grang.

76. *An deceant, &c.*] Multo minus Judicem. Argumentum est a minore ad majus: Nam quanto quis excellentior est, tanto magis eum decet honestatis esse cultorem, & tanquam cæteris, virtutis speculum. *Britan.*

77. *Acer est, &c.*] Si multitia non decent testem, non judicem, multo minus philosophum Stoicum *Grang. Libertatisque magister.*] Qui in libertatem velit asserere flagitiosos: de animi libertate intelligit, non corporis. *Britannic.*

78. *Cretice pelluces.*] De serica & quidem muliebri locutum Poëtam censet Ferrarius. Nam si ætate Plinii, id est, aliquot annis ante Juvenalem Coa vestis viris promiscue gestata, labentibus in deterius moribus, non erat quod Poëta cœlum terræ misceret, si Creticus veste

Coa

Et dabit in plures: ſicut grex totus in agris
Unius ſcabie cadit, & porrigine porci,
UVAQUE conſpecta livorem ducit ab uva.
Fœdius hoc aliquid quandoque audebis amictu.

NEMO

VET. SCHOLIAST.

81. *Uvaque conſpecta.*] Et Virgil. *Ne mala vicini pecoris contagia lædant.* Hoc e Proverbio ſumitur, *Uva uvam videndo varia fit.*

VARIORUM.

Coa inceſſiſſet. Hoc enim tolerabile jam fecerat uſus. Atqui hoc tanquam inſanum ac fœdiſſimum exagitat: Præterea ait Satyricus futurum fuiſſe, ut meritrices talem togam recularent; Et ideo infra, eam veſtem, *multitia*, appellat, quæ ab eodem fœminis adſcribuntur. *Ferrarius. Dedit hanc, &c.*] Inquirit jam cauſſam hujus turpitudinis. Sed non mihi latet Cretice, unde hic morbus te invaſerit, nempe hanc *labem*, maculam, & inquinationem vitæ *dedit* & contraxit tibi *contagio* & commercium cum mollibus & turpibus viris. Et hanc labem & maculam *dabit* commercium per te, & tui ſimiles in plures alios, non ſecus ac *totus grex* ovium *in agris unius ſcabie* ovis *perit* & *cadit*: ſic & totus porcorum grex cadit *prurigine* unius *porci*; & *uva* ducit & contrahit *livorem ab* altera *uva conſpecta*. vel in umbra alterius uvæ exiſtens corrumpitur: ſerpunt enim vitia & in proximum quemque tranſiliunt, & contactu nocent: unde contagium dictum eſt, contagio & contages. *Britannic.*

80. *Et porrigine porci.*] Turneb. l. xv. cap. 17. e quibuſdam libris *prurigine*, legit, quæ eſt corporis pruritus & aſperitas. *Porrigo* autem eſt capitis morbus, furfuribus obſiti. Quicquid Hic & multo plures Viri docti ſenſerint, neſcio quid obſtet, quo minus τὸ *porrigine* ſervetur, nam quamvis ſit morbus capitis, eo tamen ipſo morbo cadere poſſit totus grex: deinde oſtenditur & vetus Editio quæ ſic habet. Ubi quæſo mens?

81. *Uvaque, &c.*] Hoc de liveſcentibus ſub vindemiam acinis uvarum accipio, ex populi opinione dictum cenſentis, ubi livere & nigreſcere cœperit unus uvæ acinus, & protinus propinquum eo conſpecto, velut invidia quadam ſimilem colorem ducere ſolitum eſſe; dum denique tota uva matureſceret & nigra eſſet. Turneb. lib. xv. cap. 17. Et vide Eraſm. Chiliad. III. Cent. II. Prov. 42. Suidæ dictum eſt, βότρυς πρὸς βότρυν πεπαίνεται, *botrus oppoſito botro matureſcit.* Britannicus non ita (cum inquit, Uva enim facile corrumpitur contactu corrupti acini) intelligit: quod Autoris menti mage & textui conſonum.

82. *Fœdius hoc, &c.*] Oſtendit jam auctor, ipſum judicem ex veſtium mollitie, in turpiora alia vitia prolapſurum; & tu, ô judex *audebis* hoc cum tuo *amictu* & veſtitu, *aliquando fœdius*, & obſcœnius *aliquid*. Poſſumus hic legere; *Fœdius aliud.* Pergit autem ad reprehendendos illos, qui fœminæ eſſe volebant, earumque ſacra, vitam & mores imitabantur. *Nemo* enim *repente* & è veſtigio *fuit* aut evaſit extreme malus aut *turpiſſimus*: *Qui mali ſunt, non fuere matris ab alvo mali, ſed malos faciunt mala contubernia.* ſed ſucceſſive & *paulatim* homines ſceleratiſſimi, & flagitioſiſſimi in ſuum collegium & conſortium *te* adſciſcent, & *accipient*; nempe illi, *qui frontibus* ſuis *domi*, & privatim, (nam publice hoc non audent) tanquam mulieres, *longa redimicula aſſumunt*, qui fœmineis tegminum illigamentis capita velant. Salvian. *&* *appoſuere toto*, & integro *collo monilia*, & ornamenta muliebria: Id eſt, qui ſe muliebribus ornant, & muliebria etiam patiuntur habitu & moribus mulieris. *Quandoque.*] Apud Perſium, & Horatium ſignificat quando, vel quandocunque.

Et quandoque bonus dormitat Homerus.

NEMO repente fuit turpissimus. accipient te
Paulatim, qui longa domi redimicula sumunt
Frontibus, & toto posuere monilia collo,
Atque Bonam teneræ placant abdomine porcæ,
Et magno cratere Deam: sed more sinistro
Exagitata procul non intrat fœmina limen.
Solis ara Deæ maribus patet. ite profanæ,

Cla-

VARIORUM.

Illa vero verba (*nemo repente fuit turpissimus*) sunt parentheſi includenda, declarantia rationem verbi ſequentis. *Lubinus.*

83. *Accipient te paulatim.*] Illi qui mulieres imitantur, te paulatim assument in consortium suum, id est, paulatim animo effœminaberis. Hæc vero de Sacerdotibus Cereris Albanis commode intelligi non possunt.

84. *Paulatim.*] Velut enim per quosdam gradus, paulatim pervenitur ad summam virtutem, ita sensim descendit quis, & præcipitatur ad ima vitiorum. *Idem. Qui longa, &c.*] Qui domi & privatim mulieres imitantur, quæ sacra Bonæ Deæ peragunt. *Idem. Qui longa.*] Innuit effœminatos sacerdotes, quos in Albano Domitianus constituerat, qui celebrarent quotannis Quinquatria Minervæ, cui collegium ibidem consecrarat. Sueton. Domit. cap 4. atque horum sacra dicit magis Orgia & Cotyttia referre, quam Gynæcia. *Farnab. Redimicula.*] Quibus mitræ alligabantur. *Monilia.*] Ita dicta, quod virtutis admonentium primo ob aliquod egregium factum dari solebant. Tiraquell.

86. *Et cratere magno.*] Id est, vase ingenti, in quo vinum mellarium (quia vinum lac dicebatur) vel etiam lac. *Bonam Deam.*] Hæc Dea Maja creditur aliis, aliis Proserpina, cui sus prægnans mactabatur, quod ea segetes, quæ Ceres Proserpinæ filia ostenderat mortalibus, omnium prima esset depasta. Vide Macrobium & Plutarchum in Cæsare. Ne ergo existimes Poëtam dicere, ipsos Bonam Deam palam coluisse, sed ostendit mollium illorum vitam, & sacrificia nocturna, nihil omnino differre à sacris Bonæ Deæ; quæ mulieres operantur. Ovid.

Sacra Bonæ maribus non adeunda Deæ.

Lubin.

Atque Bonam.] Minervam Domitiano cultam superstitiose, cujus sacra celebrarent Albani isti Flaviales sacerdotes eadem religione, qua matronæ Rom. colebant Bonam Deam, Majam, Terram, Proserpinam, Opem, &c. *Placant.*] Verbum est sacrificii. *Abdomine.*] i. e. sumine.

87. *Sed more, &c.*] Per omnia sacerdotum ritus, cum fœminarum sacris conveniunt: hoc tantum interest, quod cum sacra Bonæ Deæ, tantum mulierum sint; ipsi sacerdotes eas excludunt, cum ipsi inter se satis molles & effœminati sint. Nam *more sinistro*, & plane contrario, *fœmina exagitata*, ejecta & *procul* exclusa ab actu & ritibus horum sacrorum, *limen* templi *non intrat*, vel ingreditur. *Lubin. Sed more sinistro.*] Ritu contrario, amotis scil. fœminis, ut in τοῖς γυναικείοις excluduntur mares; ita ut vera sit illa etymologia Apollonii interpretis, Orgia dicta, ἀπὸ τοῦ εἴργειν, quod profani arceantur à sacris, utcunque alii deducant ἀπὸ τῆς ὀργῆς, furore Bacchico, alii ἀπὸ τῶν ὀρῶν montibus in quibus celebrantur, &c. *Farnab.*

89. *Solis ara, &c.*] Cotyttia sacra, Bonæ Deæ sacris omnino esse dissimilia dicit. Ad illa enim solos mares admitti. in his ne effigies quidem maris conspici fas erat, unde alibi, *Testiculi sibi conscius unde fugit mus.* Deinde addit, *nullo gemit hic tibicina cornu.* Quod scilicet Bonæ Deæ pulvinaribus acciderat, admisso Clodio, qui sub vestitu cultuque psaltriæ seu tibicinæ, cornu intulerat, nempe virum paran-

Clamatur: nullo gemit hic tibicina cornu.
Talia secreta coluerunt Orgia tæda,
Cecropiam soliti Baptæ lassare Cotyton.
Ille supercilium madida fuligine tactum
Obli-

VET. SCHOLIAST.

20. *Cecropiam soliti Baptæ.*] Baptæ titulus libri, quo impudici describuntur, ab Eupolide, qui inducit viros Athenienses ad imitationem fœminarum saltantes, lassare psaltriam. Baptæ ergo molles, quo titulo Eupolis Comœdiam scripsit, ob quam ab Alcibiade, quem præcipue perstrinxerat, necatus est. *Cotyton.*] Ad exemplum Cotyti, dicuntur Isiaca sacra celebrari.

VARIORUM.

trando stupri flagitio, paratissimum. *Rigaltius. Ite profana.*] Nam ut in cœtu mulierum clamatur, per præficam: ite profani viri, sic hic per præconem: ô vos profanæ mulieres, tanquam indecentes, fano excludendæ, ite procul & descedite hinc. De hac solenni formula, vide Brissonium statim in initio. *Lubin.*

90. *Nullo gemit, &c.*] Hic nulla tibicina vel psaltria *gemit*, vel fœmininum sonitum quasi gemitum facit. *Nullo cornu.*] Nam in ejus sacris adhibebantur modulationes, & tibicinæ canentes cornibus. *Cornu.*] Tibia, cornu, & tuba, ad sacra vocabant Ethnicos (uti nos campana) & in sacris nocturnis faculæ adhibebantur. *Idem.*

91. *Talia secreta, &c.*] Sensus & ordo: *Baptæ* viri illi molles & impudici, qui Athenis peregrina sacra tempore nocturno cum omni impudicitia & immunditia faciebant, *soliti* vel consueti *lassare*, exercere, vel frequenti sacrificio molestare *Cotytto* illam Deam, tot tantasque abominationes committentes, ut iis vel ipsa libidinis Dea, nusquam alias satiata, quæ antea fuerat psaltria, delassaretur; & nimiæ saltationis, vel alius actus impudici, tædio afficeretur. illi, inquam, *Baptæ coluerunt talia orgia*, & impudica sacrificia, in quibus omnia obscœna fiebant, *secreta tæda*, nocturna vel mystica face; ne à turpitudine, quovis pudore arcerentur, vel etiam quod palam non auderent. *Baptæ.*] Fortasse dicti, quod omni vitiorum genere tincti essent, aut quod post nefandas illas pollutiones, sola baptizatione, seu aquæ tinctione, sese purgatos existimarent. *Grang. Talia.*] Neque minore cum turpitudine, scelere & impudicitia, celebrantur hæc Minervæ Quinquatria, quam nocturna illa sacra Cotytria a Thracibus recepta coluerunt Athenis sacerdotes Deæ Cottytus, Baptæ dicti; ut Romæ quondam apud nos Bacchanalia, omnium flagitiorum seminarium. *Farnab.*

92. *Cecropiam Cot.*] Atheniensem à Cecrope Athenarum rege: ab iis enim summo studio exculta & celebrata. Cotytto Thracia fuit, & de ea fuse Lil. Gyrald. De Diis gent. syntagm. VI. *Grang.* Sunt qui legant *Cotytto*. Et est Accusativus singularis Græcus, quartæ contractorum in ω longum. Ut olim Athenienses molles & semiviri, colebant clanculum Cotytto, religione peregrina sumta à Thracibus. Ita jam Romani perverso ordine tanquam mulieres colebant Bonam Deam. Erat autem Cotytto Dea fœminarum apud Athenienses. ut apud Romanos fœminarum erat Dea Bona. *Lubin Baptæ lassare Cotytto.*] Politian. Miscel. I. cap. 10. *Lassare.*] Crebris invocationibus fatigare. *Junius* Adag. Cent. I. quos ita forte appellat, quod omni vitiorum genere tincti essent.

93. *Ille supercilium, &c.*] Ulterius viros illos, homines turpissimos, acerbissime insectatur, quod non secus ac levissimæ mulierculæ, faciem fuco illinerent, & alia viro indigna committerent. *Ille.*] Id est, alius illorum, *producit* vel extendit *obliqua*, hoc est incurvata *acu supercilium tinctum* vel imbutum *madida fuligine* fumi ad hoc collecti; vel facit sibi nigra supercilia, ut tanquam mulier amatori suo placeat; & *attollens* vel elevans *oculos trementes* fucat eos & *pingit*. Petron. *Supercilia etiam profert de pyxide.*

Obliqua producit acu, pingitque trementes
Attollens oculos: vitreo bibit ille Priapo,
Reticulumque comis auratum ingentibus implet
Cœrulea indutus ſcutulata, aut galbina raſa,

Et

VET. SCHOLIAST.

95. *Vitreo bibit ille Priapo.*] In vitreum penem, quos appellant drilopotas.

97. *Galbina raſa.*] Polita, tenuiter raſa.

VARIORUM.

pyxide. Antiquis enim ſupercilia nigra in æſtimatione, *Lubinus. Supercilium.*] Tanta eſt decoris affectatio, ut tingantur oculi quoque, inquit Plin. lib. 11. cap. 37. Oculos ejuſmodi Hieronymus vocat, *orbes ſtibio fuliginatos.* Farnab. *Fuligines.*] Urſinus adeps raritatem ſuperciliorum emendat, miſtus cum fungis lucernarum & fuligine. Plin. 38. cap. 11. *Arcerius. Tactum.*] Sic Turneb. lib. 15. cap. 17. Non *tinctum*: quia Archetypi & antiqui libri *tactum* habent. *Tangere* autem veteres, imbuere, linere, aſpergere. Flavii Conject. cap. 66.

94. *Acu obl. &c.*] Hypallage. Non enim acus obliqua, ſed ſupercilium obliquum. Sunt qui de calamiſtro intelligunt. Alii de crinali acu, & volſellis. Ptol. Flav. conj. cap. 67. *Trementes.*] Naturaliter fit ut oculi tremant, ſiquid propius eis admoveatur. Vel *trementes*, pætos, palpitantes, laſcivos, ut ſcortorum. Sic alibi dicit,

——*Oculoſque in fine trementes.* & Apul. *Oculos tremulos & prona libidine marcidos.*

95. *Oculos.*] Genas, vel pilos oculorum: vel ipſa ſupercilia. *Vitreo bibit, &c.*] Notat libidinoſiſſimos viros effœminatos. Nam efferatæ mulieres ex hujuſmodi inſtrumentis bibebant. Alius bibit ex vitreo Priapo non ſecus, ac ſi ut mulier, membro virili delectetur. Hos drillopotas etiam *Plinius* initio libri 33. notavit: *In poculis*, inquit, *libidines cælare juvit & per obſcœnitates bibere.* Lubin. Nam non ſatis erat panes in formam pudendorum virilium (*coliphia*) & muliebrium rodere, niſi & bibant vitreis obſcœnas formas referentibus. *Grang.* Quod imitari videntur hodierni combibones, quando ex maculis propinant, in memoriam & honorem diobolarium ſcortorum.

96. *Reticulumque comis.*] Comam nutrit eamque colligit & exornat reticulo aurato, ut mulier. *Idem.*

97. *Cœrulea indutus, &c.*] Et induit veſtimenta muliebria cœrulea & ſcutulata, & galbanei coloris tenuiter raſa & ſubtilia. Hinc apud Martialem, Galbanos mores habet, pro molli, & effœminato parumque virili poſitum. *Lubinus. Cœrulea,* ſimili fluctibus marinis colore, ita ut & Venetus & Thalaſſicus idem ſint. *Scutulata.*] Scutulatæ veſtes ſunt quæ in formam ſcutulorum textæ, quarum inventionem attribuit Galliis Plin. lib. 8. cap. 48. *Raſa*, autem ſunt, quæ à ſua textura nullum habent eminens villum: i. e. polita, & differunt à pexis, quæ villoſa ſunt. Colorem autem cœruleum & galbaneum tangit, quod uterque ſit mulierum, non virorum. Galbaneus color eſt χλωρὸς herbacei coloris, *Grang. Scutulata.*] Veſtimenta plurimas ſcutularum formas habentia, quales cernuntur in aranearum telis. *Farnabius. Galbina.*] Ubi *galbana* hodie legitur. ſed non magis galbanum pro galbeo vel galbino dici poteſt; quam coccanum, pro cocceo vel coccino. ſi *galbanum* Latine diceretur, media longa utique enunciandum eſſet. ſed cum paſſim corripiatur ab auctoribus, ſatis ſigni eſt vitioſe ſcribi *galbanum* pro *galbino*. Qui ſic primi mutarunt, apparet eos *galbanum*, hoc eſt, τῷ γαλβάνῳ in animo habuiſſe, quaſi quicquam commune eſſet *galbano* cum *Galbino*. galbeæ enim & galbinæ atque etiam galbulæ aves ſunt viridis aut lutei coloris; hinc galbeus & gal-

Et per Junonem, domini jurante ministro.
Ille tenet speculum pathici gestamen Othonis,
Actoris Arunci spolium: quo se ille videbat
Armatum, cum jam tolli vexilla juberet.

VET. SCHOLIAST.

98. *Et per Junonem.*] Non per Jovem, sed per Junonem. Ita, inquit, servi jurant, quomodo solebant ancillæ Neronis, adulantes, per Junonem suam.

99. *Ille tenet speculum.*] Occiso Galba imperatore, Otho invasit imperium: qui tam probrosæ curæ in polienda forma fuit, ut humecto pane faciem lineret ad solicitandum candorem. utebatur & speculo. Hunc incomparabilis vitæ bello civili Vitellius vicit apud Bebriacum campum Horum bellum scripsit Cornelius, scripsit & Pompeius Planta. qui ait Bebriacum vicum esse à Cremona vicesimo lapide. alias, Bebraici, id est, Pontici. unde pelles *Beverinæ*. Galba enim Ponticus fuit.

VARIORUM.

galbinus & galbulus, pro viridi. *Salmas.* *Galbana rasa.*] Vet. Gloss. Galbæ, *albo pan.* Farnab.

98. *Et per Junonem*, *&c.*] Hoc loco *Et*, valet etiam, vel insuper. Juramenta alia viris, alia fœminis peculiaria. *per Junonem*, erant fœminarum propria. Brisson. 8. de formul. Politian. Miscell. cap. 89. & Parrhas. Epist. 23. *Et per Junonem.*] Ipso servo in tantum molli (more domini sui) ut juret per Junonem, quod mulieres faciunt: uti viri per genium suum, Jovem, Herculem, &c. Sic Quartilla apud Petronium: *Junonem meam iratam habeam si*, &c. Farnab.

99 *Ille tenet speculum*, *&c.*] Quasi dicat *et absurde* mollibus his in manu, curiosæ fœminæ more, *tenet speculum*, quod olim Otho Imperator gestaverat, instar hastæ, Otho ille Pathicus muliebria pati solitus, idque tenet, quasi rem magni... talis nempe viri speculum, munditiarum muliebrium adeo studiosi. *Gestam...* Scoptice hoc dicit. Nam *Gestamen*, ad Imperatorem quasi bellicosum & fortem respicit, Virgilius:

Magni gestamen Abantis. Lubin.

100. *Actoris spolium.*] Quod speculum sacerdos ille occiso Othone ablatum, opimum quasi spolium, non secus jactabat, ac Turnus apud Virgilium hastam illam, qua Actora Auruncum spoliaverat. Cujus verba sunt:

—— *Valida vi corripit hastam*
Actoris Aurunci spolium, quassatque trementem,
Vociferans.

Actoris.] Irrisorie & nimis Scoptice, quod mulierosus ille ab Othone hab... tanquam à summo Imperatore summum munus. Actor enim Aruncus apud Virgilium fortissimus bellator, ingentem hastam gerebat. Hic etiam Otho summus Imperator, speculum. *Pathicum* ... tem appellatur, quia mutuo stupro Neroni est conciliatus *Quo se ille videbat Armatum.*] Id est, in quo speculo ... Otho armatum se contemplabatur. *Lubinus.*

101. *Cum jam tolli.*] Magna hic la... acrimonia & petulans insultatio, quasi dicat, cum in signum committendæ pugnæ vexilla tolli mandaret Otho, ut jam cum Galba integro exercitu congrederetur: se armatum contemplabatur in speculo. Quid autem ab animo fortis militis alienius, quam elegantiam corporis curare illo ipso tempore, cum ancipiti prælio de vita & salute cernitur. *Lub...* *Jam tolli vexilla.*] Subobscœnam ... his verbis intelligi credit Grangeus. ... *li.*] Sic *efferri signa*, formula militaris ducibus usitata ubi in aciem exeundum: contra *statuere*, ubi manendum. *Grang.*

Res memoranda novis annalibus, atque recenti
Historia, speculum civilis sarcina belli.
Nimirum summi Ducis est occidere Galbam,
Et curare cutem summi constantia civis;
Bebriaci campo spolium affectare Palati,
Et pressum in facie digitis extendere panem,
Quod nec in Assyrio pharetrata Semiramis orbe,
Mœsta

VARIORUM.

102. *Res memoranda annalibus.*] Galli dicerent *Leu en parlera.* Ironice & Scoptice in Ottonem invehitur. Ordo & sensus; nimirum speculum quod inter sarcinas civilis belli fuit, & inter Ottonis arma, res est egregia, & memoranda, per novos annales Civilis belli, quod gestum inter Veronam & Cremonam, ad Bebriacum vicum, ubi duabus cladibus Otto est superatus. Et qui tamen constantia mortis more Sardanapali, anteactæ vitæ mollitiem emendavit, nam damnatis bellis civilibus, cum ei superesset exercitus, ac de victoria sperare posset, elegantissima Oratione habita se interfecit. Melius ratus unum mori, quam tot egregios milites: quibus sane adeo carus fuit, ut multi viso ejus cadavere se interemerint. *Lubinus.*

103. *Civilis belli.*] Inter Ottonem & Vitellium. Nec deerant (inquit Tacitus de hoc ipso bello) qui ambitione stolida luxuriosos apparatus convivorum & irritamenta libidinum, ut instrumenta belli mercarentur. *Farnab. Sarcina.*] Est utensilium, & eorum quæ ad cultum & usum spectant: unde milites, cum castra movere volunt, sarcinas colligere dicuntur, inter quas sarcinas etiam Otto speculum habuit. *Lubin.*

104. *Nimirum summi ducis est.*] Amara Ironia Scoptica, quasi dicat; Hæc male inter se conveniunt, in bello victoriam ab hoste reportare, quod fortis est & summi ducis, & cutim curare & speculum habere, quod fœminæ est & mollis. *Lubin. Nimirum, &c.*] Parum conveniunt inter se hæc Ottonis, qui voluit fortis ac summus civis cuncta Galbam interficiendum, simul cum Vitellio de palatio & imperio Rom. dimicavit: idemque mollis se quotidie rasit, & pane lacte asinino madido faciem perpolivit: Sueton. Otto. 12. cap. Sed, non erat Ottonis mollis & corpori similis animus, inquit Tacitus 1. Histor. *Farnab.*

105. *Constantia.*] Et virile facinus est summi egregiique civis, cutem curare & fucare, more fœminarum. Ridet constantiam quam Otto morti vicinus ostendit.

106. *Bebriaci in campo.*] Nec constanter facit, qui in *campo Bebriaci*, (Al. Bedriaci, Phedriaci, Betriaci) in acie & bello contra Vitellium, *spolia palatii*, & imperii *affectare*, imperium tueri, & retinere conatur, & de statione sua & capite dimicare: *Et extendere digitis in facie*, *panem* asinino lacte madidum, ut cutis candida, nitida & firma sit, vel faciem mangonio & lenocinio fucare & polire. *Lubin.* Propter lac asininum, quo candor faciei custodire tur, Poppæa, uxor Neronis, quocunque ire contigisset sexcentas asellas ducebat. *Spolium.*] Quasi spolium occupare *Palatii*, pro palatii.

107. *Extendere.*] Dilatare. Hoc enim rugas e facie eximit, ipsamque teneram reddit, teste Plinio. Panis iste fiebat ex oryza aut fabis. Hodie in illum usum ex amygdalis contusis. *Idem.* Vel ex farina siliginea.

108. *Quod nec in Assyrio.*] Auget infamem illam Ottonis mollitiem, qua etiam impudicissimas mulieres superavit. Quam rem ne pharetrata quidem illa, vel armata *Semiramis* regina Babyloniæ *in orbe Assyrio* fecit; licet adeo impudica esset, ut equum ad coitum usque adamaverit, teste Plinio. Nec Cleopatra regina Ægypti, M. Antonii Triumviri amica,

mæsta

Mœsta nec Actiaca fecit Cleopatra carina.
Hic nullus verbis pudor, aut reverentia mensæ.
Hic turpis Cybeles, & fracta voce loquendi
Libertas, & crine senex fanaticus albo
Sacrorum antistes, rarum, ac memorabile magni
Gutturis exemplum, conducendusque magister.
Quid

VARIORUM.

mœsta propter amissam contra Augustum pugnam, *fecit* in navi, vel *carina Actiaca*, in qua in Actiaco mari, ab Augusto victa vehebatur. hoc est, licet Semiramis & Cleopatra lascivæ & molles bella gesserint; tamen in bellis vel castris specula vel fucum nunquam usurparunt, ut fecit *Otto*. *Pharetrata.*] Armata, gerens enim viriles habitus, & simulans se Ninum filium, bella multa felicissime gessit. *Lubin.* Vide Justin.

109. *Cleopatra.*] Filia Ptolomæi, regis Ægypti, perditæ mulier libidinis, cum M. Antonio viro, bellum Augusto indicere ausa fuit; cum quo ingenti militum manu confligens, superata ad Actium Epiri promontorium, & colubris sibi admotis, mortem conscivit. Vide Plutarchum. *Lubin.*

110. *Hic nullus verbis pudor.*] Ad effœminatorum Romanorum scelera nunc redit. *Hic* Romæ, inter hos molles sacerdotes Flaviales in collegio Albano. supra ad vers. 86. *Lubinus.* *Reverentia mensæ.*] Recte dixit *reverentia*: mensæ enim antiquis erant sacræ. Synesius Epist. 57. *mensa sacra quadam res est, per quam Deus amicitia conciliator atque hospitalis honoratur.* Et Arnobius lib. 2. *Sacras facitis mensas sativorum appositis, & simulacris Deorum.* Thysius.

111. *Hic turpis, &c.*] Ordo, apud hos molles viros est turpis libertas loquendi, seu sermonis. Qualis erat apud Archigallos sacerdotes turpissimos Deæ Cybeles, semiviros inhonestos & obscœnos. Hæc etiam Dea Phrygiæ dicebatur: quæ & Saturni conjux fuit, Vesta, Terra, vel Ops. Hanc colebant Sacerdotes Galli, qui seipsos castrabant. Fiebant autem Romæ sacra Cybeles. *Lubinus.* *Turpis Cybeles.*] Aut quod ante eam sacerdotes obscæna & turpia verba proferrent: an quod Cybelem deformem credat? utrumque crederem. *Grangæus.* *Fracta voce.*] Lasciva, enervata, effœminata, ut virgines quædam supine molles & delicatæ, quæ singularem elegantiam putant, si blæsa vel balbutiente voce loquantur. Ludi Romæ turpissimi fiebant Cybelæ, eo die quo lavabatur in Almone fluvio: *ante cujus lecticam*, ut Augustinus lib. II. cap. III. scribit, *spurcissima quæque audiente multitudine, utriusque sexus cantabantur, quæ vel obscœnissimo cuique pudorem incuterent.* Lubinus.

112. *Et crine senex, &c.*] Et hujus tam honesti collegii Antistes sacrorum vel præses, senex quidam albo crine, canus & fanaticus, delirus, & dæmoniaco furore correptus. Merum silicernium, quem ætas & experientia multusque usus continentem & sapientem reddidisse debuerat, sed vero gulosus, imo ipsa gula. Tangit autem aliquem sui temporis, mihi, ut ingenue fateor, incognitum. *Grang.* *Sacrorum Antistes.*] Bonæ Deæ à maribus mulierosis cultæ: nec intelligenda commenta de Albanis sacerdotibus, de quibus noster ὀνδὴν. *Idem.* *Fanaticus.*] Glossæ ἰνθουσιώδης, à fano dictus: ii futura prædicebant, quibus ut fides adhiberetur, sese mente divina correptos simulabant. *Grang.*

113. *Rarum & memorabile.*] Qui ingens helluo est & gulo, maximus ciborum devorator, & rarum exemplum immensæ & inexplebilis gulæ. Et dignus qui à tam obscœnis helluonibus conducatur, ut illorum sacris præsit. *Lubinus.*

114. *Magni gutturis.*] Insatiabilis ingluviei, vel vocis sonoræ. *Farnab.* Porro hi Galli sacerdotes erant voracissimi, qui ob solam voracitatem se evirabant, ut gulæ eo magis vacare possint. *Conducendus.*] Dignum patella operculum: adeo enim

Notum est, cur solo tabulas impleverit Hister
Liberto, dederit vivus cur multa puellæ.
Dives erit, magno quæ dormit tertia lecto.
Tu nube, atque tace: donant arcana cylindros.
De nobis post hæc tristis sententia fertur.
DAT veniam corvis, vexat censura columbas.

Fuge-

VET. SCHOLIAST.

58. *Hister*.] Infamis, qui omne patrimonium suum vivus donavit uxori, ob hanc scilicet caussam, ut simul dormiret is qui & illum corrumperet, & illi misceretur: puellæ ergo conscia sibi, quæ noverat eum corrumpi.

61. *Cylindros*. Gemmas pretiosas

63. *Dat veniam corvis*.] Proverbium est corvorum, de impudicis, dixere vi sexum per aves. Unde dicunt coire corvos per os, & sic parere. *Columbas*.] Retulit ad simplicitatem.

VARIORUM.

cio perpetuo fatigari. Turneb. lib. 25. cap. 21. Passerat. Epist. 22. *Residens*.] Perpetim sedens.

58. *Notum est*, &c.] Horat. *Omnibus & lippis notum & tonsoribus*. Damnat jam alia, videlicet Histri, Cinædi & Pathici scelus, qui libertum suum, quo pro drauco utebatur, solum hæredem in testamento reliquerit, & uxori suæ juvenculæ multa dederit, ne scilicet hoc scelus liberti cum marito, proderet, quasi dicat Laronia: Vos ergo non solum muliebria facitis, verum etiam patimini. *Suo liberto tabulas impleverit*. Id est, tabulas testamenti implevit, dum solum libertum ex asse hæredem constitueret. *Hister*.] De quo Sat. 12. vers. 128. *Lubin*.

59. *Puellæ*.] Uxori, quam ne semel quidem attigit, cum ipse muliebria pateretur.

60. *Dives erit*.] Scilicet mulier quæ tacere potest, & *dormit* in *magno* divitis *lecto tertia*, ut inter illam, & Draucum intermedius situs sit vel maritus infamis, & Pathicus, ut tres sint, videlicet maritus, uxor, Draucus seu catamitus. *Lubin*.

61. *Tu nube, atque tace*.] *Tu*, ó mulier vel puella, quæcunque vis ditari, *nube* tali viro molli, qui à Drauco subagitetur, patienti, & æquo animo talia feras, & *tace*, nec talia flagitia divulga: quia illa secreta facinora, quæ fiunt in lecto non divulgata, *donant* & conferunt uxoribus tacentibus *cylindros*, pretiosas gemmas, lapillos teretes a mulieribus in pretio habitos, quibus ditissimæ matronæ ornantur in aures, uniones ovalem formam habentes. De iis Plin. lib. 37. c. 12. & lib. 9. cap. 34. *Idem*. *Cylindros*.] Sunt gemmæ teretis & oblongæ figuræ (ut cylindri vel columellæ) quia summa commendatio est in longitudine, quum reliquæ gemmæ sint quadratæ, angulosæ aut rotundæ.

62. *De nobis post hæc*, &c.] Interea dum viri adeo inaudita flagitia in se admittunt, nos miseræ & innocentes mulieres condemnamur & tristis sententia, ex lege Julia qua condemnantur, de nobis fertur. Verum hoc quo jure? Dum vos longe flagitiosiores impune abitis. *Idem*. *Post hæc*.] Postea, posthac, postidea, posthæc, post id, & post, eadem significatione.

63. *Dat veniam corvis*.] Sceleratis, impuris & spurcis qui esse habentur corvi, qui tæda sequuntur & ore coire dicuntur. Martial. *Corvo salutator, quare fellator haberis*. Britan. Censura, & morum castigatio dat veniam & ignoscit virorum malorum nequitiæ & corvis illis pessimis: & *vexat*, exagitat, & molestia adficit columbas, nos ex infirmitate & simplicitate forte peccantes mulierculas. *Lubin*. Erasm. Chil. III. Cent. 5. Proverb. 73. Sunt inconsiderati, qui per *corvos* tel intelligunt. *Censura*.] Apprime bene: nam censoriæ leges erant de re uxoria, ideoque Censores rogabant maritos, an haberent uxores ex animi sententia. Brisson. 8. de formul.

67. Fuge-

O proceres, censore opus est, an haruspice nobis?
Scilicet horreres, majoraque monstra putares,
Si mulier vitulum, vel si bos ederet agnum?
Segmenta & longos habitus, & flamea sumit:
Arcano qui sacra ferens nutantia loro
Sudavit clypeis ancilibus. O pater urbis!

Unde

VET. SCHOLIAST.

121. *Censore opus est, an aruspice.*] Quo emendet, aut quo expiet.

124. *Segmenta.*] Fimbriatas sive vittatas vestes. *Et longos habitus.*] Profusæ vestes. *Flamea sumit.*] Quibus novæ nuptæ cooperiuntur. Vestis pudori similis, quam & propter pudorem accipiebant.

126. *Sudavit.*] Gracchus accepit vestem novæ nuptæ, qui aliquando Salius Martis fuit.

VARIORUM.

120. *Cœna sedet.*] *Cœnam* pro convivis sedentibus accipe; multi enim cœnantes sedent: vel pro *Cœna posita est*. Cum Lipsio distinguendum olim putavi *Ingens cœna*, (scilicet paratur) *sed & gremio*, quod est, quin & gremio; Pithœus legit *ingens cœna*, *sedet*: sensus patet. Sed lectio præcedens proba & genuina est. *Nova nupta.*] Ipse scilicet Gracchus. *Mariti.*] Cornicinis aut tubicinis. *Lubinus. Gremio jacuit.*] Id vocabant Veteres interiorem jacere, ut docet Lips. ad lib. 11. Annal. Tacit.

121. *O proceres, &c.*] Hæc tam enormia flagitia, & tam portentosa & prodigiosa ubi enarravit: cum indignatione exclamat: *O proceres* & optimates populi, qui onera Reip. sustinetis, & qui prospicere debetis ne quid Respublica detrimenti capiat: *opus* ne *nobis* est *censore*, qui adeo deploratos mores vestros & populi Romani, qui ejusmodi vitiis magnam partem infecti estis, corrigat & emendet? an *Haruspice*, qui portenta hæc & prodigia scelerum, hostiarum extis expiet. Haruspicem adhibebant quoties monstra aut portenta evenerant. Nam virum viro nubere par monstrum erat, mulieri parturienti vitulum, vel bovi agnum. *Lubin.* Vel qui divinet nobis, quid hoc significet & sibi velit.

122. *Scilicet horreres.*] Cum interrogatione recte hæc leguntur; quasi dicat, minime. Vide Plin. lib 7. cap. 4. *Idem.*

123. *Vel si bos.*] Id Josephus accidisse scribit in ruina Hierosolymæ.

124. *Segmenta, &, &c.* Insectatur ipsum adhuc Gracchum, cui aliquando Salius vel sacerdos bellicosus Martis fuerit, & *ferens*, vel portans collo suspensa *sacra* præ pondere *nutantia loro* vel corrigio *arcano*, & secrete apposito, *sudavit clypeis ancilibus*, collo appensis, saltando scilicet. Ille, inquam, Salius Martis, *sumit* jam *segmenta* illa aurea, monilia, gutturis mulierum ornamenta, vel profusas vestes, & tales quidem rubeas quibus novæ nuptæ utuntur. *Segmenta, & longos, &c.*] Erant profusæ vestes, vel aureæ fasciolæ & fimbriæ, quæ in ordine vestis extrema parte assutæ, ornamento sunt indumentis, vel quibus nova nupta amicitur. Fimbrias mulieribus aureas indultas, testatur Valer. lib. 5. cap. 2. *Farnab.* Hæc ergo *segmenta* vel auratæ fasciæ, quæ prius tantum muliebribus tunicis adsuebantur, postea luxu crescente, virilibus quoque vestimentis adtexi cœpere. *Salmasius. Flammea.*] Rubra & lutea tegmina, quibus nova nupta velabatur. *Lubin.*

125. *Arcano loro.*] Retinaculum enim & lorum à corio intrinsecus statuis appositum erat, & latebat. Vel intelligit lorum ab interiore parte annexum ancili, & pluribus ejusdem formæ immixtum, ne dignosci posset: suggerente *Farnabio*. Vel alii per Hypallagen, Arcana sacra intelligunt. *Nutantia, &c.*] Præ pondere inter portandum huc illuc inclinantia *Idem.*

126. *Ancilibus.*] Scutis rotundis & undique circumcisis. Rege Numa è cœlo

Quid tamen exspectant; Phrygio quos tempus erat jam
More supervacuam cultris abrumpere carnem?
Quadringenta dedit Gracchus sestertia, dotem
Cornicini: sive hic recto cantaverat ære.
Signatæ tabulæ: dictum feliciter: ingens
Cœna sedet: gremio jacuit nova nupta mariti.

O pro-

VET. SCHOLIAST.

118. *Cornicini.*] Expertus naturam, eumque grande habere cornu.

VARIORUM.

enim aliis non obscœnitate solum, sed voracitate & gula antecellit, ad instituendos gulosos. In luxum Albanæ mensæ hoc dici putant; illic enim lautissime epulabantur, Imperatoris prodigalitate. Inde Albanas dapes, & Albanam mensam legimus apud Martialem. *Idem.*

115. *Quid tamen, &c.*] Conclusio istius partis. Id est, cum turpis Cybeles mores eis tantopere placeant, cur se non castrant, ut Galli Cybeles Sacerdotes; vel cum oment se more muliebri, & patiantur etiam muliebria, *quid* multum morantur & *exspectant* facere, quod illis facere jamdudum *tempus erat* & facere illos oportebat: *more Phrygio*, vel sacerdotum Cybelis Phrygiæ vel Trojanæ Gallorum, virilia membra, & *carnem supervacuam* (i. e. penem) qua non utuntur: (cum muliebria patiantur) *cultris abscindere* & violenter amputare. Ut jam nullum viri argumentum reliquum haberent, ac in fœminas transiisse & degenerasse prorsus viderentur, *Turneb.* l. 29. c. 5. Alii legunt *abrumpere.* fiebat enim castratio illa cultello lapideo, ut & apud Judæos circumcisio. *Lubin.*

116. *Cultris.*] Lapideis, vel testa Samia, ad imitationem Atis pueri Cybelæ dilecti: unde *abrumpere*, non secare dicit, nec abscindere.

117. *Quadringenta dedit.*] Ultimum est membrum; in quo specialiter Gracchos nobilissimos stimulat; tum quod unus ex illis, vir tanquam mulier, viro Cornicini nupsisset; tum quod alter ex Gracchis, se gladiatorio munere polluisset. Lacerat ergo turpissimas, & auditu indignas masculorum nuptias, quæ quidem ut inter virum, & uxorem celebrabantur, omni servato ritu. *Gracchus* ille generosus & dives, sed Pathicus, inter hos molles non postremus; ille nubens pro muliere *dedit dotem* vel loco dotis, *quadringenta sestertia*, vel censum equestrem, *cornicini* cantanti cornu, cui nupsit; *sive* ne mentiar, tibicen *ille* fuerit, & *recto ære cantaverit.* Lubin. Non tantum dixit aut promisit dotem, sed & *dotem* dedit, dotis nomine.

118. *Sive hic recto.*] Ad masculam & erectam Venerem alludit. *Thysius.* Cornicen enim cornu recurvo, tibicen ære recto cantabat; ergo periphrasin tibicinis dat. *Grang.* Et sensus est, Cornicini aut certe tibicini. *Cantaverat* Alii *Cantaverit.*

119. *Signatæ tabulæ.*] Quid verbis opus est, *tabulæ* nuptiarum, & dotis, à publico Notario *consignatæ* sunt; *dictum* & acclamatum ab omnibus, cum summa acclamatione, *feliciter* hæ nuptiæ vobis cedant. *Quod bene vertat mihi & tibi. Quod felix & faustum, impetritum & inauguratum sit. Felix hoc, Alium desine velle virum.* Neque hoc solum in nuptiis, sed & cæteris solennibus usitatum. *Ingens cœna sedet* & posita est. Et nova nupta Gracchus ille noster, qui jam ut fœmina jacuit in gremio, vel sinu carissimi sui sponsi, & mariti tibicinis. Id est, nuptiæ omnino consummatæ sunt, licet natura & sexus maximopere refragentur & reclamitent. *Feliciter.*] De hac solenni formula gratulationis bonique ominis vide doctiss. Brissonium, lib. 8. Formular. Turnebum lib. 15. Adversf. cap. 17. Muretum lib. 9. cap. 8. Variar. Senec. Ep. 67. *Lubin.*

120. Cœna

O proceres, censore opus est, an haruspice nobis?
Scilicet horreres, majoraque monstra putares,
Si mulier vitulum, vel si bos ederet agnum?
Segmenta & longos habitus, & flamea sumit:
Arcano qui sacra ferens nutantia loro
Sudavit clypeis ancilibus. O pater urbis!

Unde

VET. SCHOLIAST.

121. *Censore opus est, an aruspice.*] Quo emendet, aut quo expiet.

124. *Segmenta.*] Fimbriatas sive vittatas vestes. *Et longos habitus.*] Profusæ vestes. *Flamea sumit.*] Quibus novæ nuptæ cooperiuntur. Vestis pudori similis, quam & propter pudorem accipiebant.

126. *Sudavit.*] Gracchus accepit vestem novæ nuptæ, qui aliquando Salius Martis fuit.

VARIORUM.

120. *Cœna sedet.*] *Cœnam* pro convivis sedentibus accipe; multi enim cœnantes sedent: vel pro *Cœna posita est*. Cum Lipsio distinguendum olim putavi *Ingens cœna*, (scilicet paratur) *sed & gremio*, quod est, quin & gremio; Pithœus legit *ingens cœna, sedet:* sensus patet. Sed lectio præcedens proba & genuina est. *Nova nupta.*] Ipse scilicet Gracchus. *Mariti.*] Cornicinis aut tubicinis. *Lubinus. Gremio jacuit.*] Id vocabant Veteres interiorem jacere, ut docet Lips. ad lib 11. Annal. Tacit.

121. *O proceres, &c.*] Hæc tam enormia flagitia, & tam portentosa & prodigiosa ubi enarravit: cum indignatione exclamat: *O proceres* & optimates populi, qui onera Reip. sustinetis, & qui prospicere debetis ne quid Respublica detrimenti capiat: *opus* ne *nobis* est *censore*, qui adeo deploratos mores vestros & populi Romani, qui ejusmodi vitiis magnam partem infecti estis, corrigat & emendet? an *Haruspice*, qui portenta hæc & prodigia scelerum, hostiarum extis expiet. Haruspicem adhibebant quoties monstra aut portenta evenerant. Nam virum viro nubere par monstrum erat, mulieri parturienti vitulum, vel bovi agnum. *Lubin.* Vel qui divinet nobis, quid hoc significet & sibi velit.

122. *Scilicet horreres.*] Cum interrogatione recte hæc leguntur; quasi dicat, minime. Vide Plin. lib 7. cap. 4. *Idem.*

123. *Vel si bos.*] Id Josephus accidisse scribit in ruina Hierosolymæ.

124. *Segmenta, &, &c.*] Insectatur ipsum adhuc Gracchum, qui aliquando Salius vel sacerdos bellicosus Martis fuerit, & *ferens* vel portans collo suspensa *sacra* præ pondere *nutantia loro* vel corrigio *arcano*, & secrete apposito, *sudavit clypeis ancilibus*, collo appensis, saltando scilicet. Ille, inquam, Salius Martis, *sumit* jam *segmenta* illa aurea, monilia, gutturis mulierum ornamenta, vel profusas vestes, & tales quidem rubeas quibus novæ nuptæ utuntur. *Segmenta, & longos, &c.*] Erant profusæ vestes, vel aureæ fasciolæ & fimbriæ, quæ in ordine vestis extrema parte assutæ, ornamento sunt indumentis, vel quibus nova nupta amicitur. Fimbrias mulieribus aureas indultas, testatur Valer. lib. 5. cap. 2. *Farnab.* Hæc ergo *segmenta* vel auratæ fasciæ, quæ prius tantum muliebribus tunicis adsuebantur, postea luxu crescente, virilibus quoque vestimentis adtexi cœpere. *Salmasius. Flammea.*] Rubra & lutea tegmina, quibus nova nupta velabatur. *Lubin.*

125. *Arcano loro.*] Retinaculum enim & lorum à corio intrinsecus statuis appositum erat, & latebat. Vel intelligit lorum ab interiore parte annexum ancili, & pluribus ejusdem formæ immixtum, ne dignosci posset: suggerente *Farnabio*. Vel alii per Hypallagen, Arcana sacra intelligunt. *Nutantia, &c.*] Præ pondere inter portandum huc illud inclinantia *Idem.*

126. *Ancilibus.*] Scutis rotundis & undique circumcisis. Rege Numa è cœ-

Unde nefas tantum Latiis pastoribus? unde
Hæc tetigit, Gradive, tuos urtica nepotes?
Traditur ecce viro clarus genere, atque opibus vir;
Nec galeam quassas, nec terram cuspide pulsas,
Nec quereris patri? vade ergo, & cede severi
Jugeribus campi, quem negligis. officium cras

Primo

VET. SCHOLIAST.

128. *Vrtica.*] Prurigo.

132. *Jugeribus campi.*] Recede de Martio campo, quem tenes, & qui tibi cœperat ædificari. Hic enim ager Tarquinii Superbi fuit: & pro illius fuga, Marti consecratus, dictus est Martius Campus.

VARIORUM.

Io scutum decidit *Ancile* dictum, quod ab omni parte recisum esset. Responsum ab Aruspicibus, Illic orbis Imperium fore, ubi ancile consisteret.* Ne igitur ab hostibus raperetur, aut internosceretur, undecim similia Mamurius fabricavit. Inde à saltando Salii sacerdotes dicti, teste Ovidio. Indignatur autem eum nubere, & in mulierem degenerare, qui & nobilissimus, & Salius Martis esset, Dei bellicosi, virilis & generosi. *O pater urbis.*] Id est, ô Mars Gradive, *pater* Romanæ urbis, (*hinc Marspiter* dictus) qui Romulum fundatorem urbis genuisti; *Unde tantum nefas,* tanta flagitia & scelera (ut vir nobilissimus nubat) orta sunt *pastoribus Latiis* vel Romanis: *Unde hæc urtica,* hæc prurigo & inaudita libido, *tuos tetigit nepotes,* tuos Romanos à te oriundos. *Idem.*

127. *Pastoribus.*] Romanis, à priscis Rom. ortis, qui olim durissimi & fortissimi pastores erant: vel qui principes ποιμένες λαῶν, ut Otho, Domitius. *Idem.*

128. *Gradive.*] Mars sic dictus à gradiendo in bello ultro citroque: vel à κραδάω, hastam vibro: vel quod gramine sit ortus. Grang. *Vrtica.*] Libidinis, & obscœnitatis pruritus; Metaph. Herbam vivacis, mordacis, & ardentis pruritus, ad libidinis molestiam & pruriginem transtulit. *Lubin.*

129. *Traditur ecce, &c.*] Tanquam res emta: matrimonium enim per coemtionem. Tradere tamen & inter obscœna dicit se legisse Grangæus apud Martial. l. 11. epig. 79.

Ergo suburana Tironem trade magistra,
Illa virum faciet, non bene Virgo decet.

Ecce, addit tanquam rem novam, inauditam, & incredibilem; *Ecce* nobilissimus ille Gracchus, nubit tubicini. Tu ô Mars hujusmodi scelera vides, non indignaris tamen, *nec galeam* quæ in capite tuo est, præ furore & indignatione *quassas*, & frequenter concutis? *nec cuspide*, quæ est in manu tua *terram pulsas*? Nec de talibus *conquereris apud patrem* Jovem, ut immania hæc hominum monstra fulminet? *Vade ergo*, & *cede*, vel exi, è *jugeribus* & latis spatiis *severi tui campi* Martii, quem tu tua negligentia perdis. *Severus* dicitur, An ob judicium severum adversus Tarquinium, vel quod severum in eo judicium dari debeat: fiebant autem in illo campo comitia, & exercitia militaria. An quod Mars dicatur severus? *Terram cuspide.*] Lipsius dicit se vidisse M. S. in quo *tempora* pro terram: & addit, morem fuisse militarem hastis scuta & galeam, seu galeatum caput suum concutiendi in ira. *Nec quereris Patri.*] sc. tuo, Jovi. *Vade ergo.*] Verbum expellentis. *Cede.*] Pro discede, simplex pro composito. *Traditur ecce.*] In matrimonium Doriphoro liberto, sicut ipsi Sporus, ita ipse denupsit. voces quoque & ejulatus vim patientium virginum imitatus. Suet. Ner. cap. 29. *Farnab.*

130. *Cuspide.*] Gladii hastæve parte in acumen desinente. *Lubin.*

132. *Officium cras.*] Ulterius prodigiosas illas nuptias persequitur. Ut autem hoc scelus vehementius exagitet Satyricus, inducit jam personas, inter se de marium nuptiis celebrandis loquentes,

Primo sole mihi peragendum in valle Quirini.
Quæ caussa officii? quid quæris? nubit amicus,
Nec multos adhibet. liceat modo vivere: fient,
Fient ista palam, cupient & in acta referri.
Interea tormentum ingens nubentibus hæret,
Quod nequeunt parere, & partu retinere maritos.
Sed melius, quod nil animis in corpora juris
Natura indulget. steriles moriuntur, & illis

Tur-

VET. SCHOLIAST.

133. *In valle Quirini.*] Ad invidiam dixit, *in valle*.

136. *In acta, &c.* Annalibus contineri.

VARIORUM.

tes. Est qui ita dicat, ab altero quid rerum gesturus sit, interrogatus: *Officium* & obsequium amico debitum, *cras mihi primo sole*, vel diluculo *peragendum* est, *in valle*, templo vel potius porticu *Quirini*, à Romulo sic appellata. Ibi si alius quærat: *quæ caussa officii* est, vel quid negotii tibi ibi peragendum est? Respondet cum indignatione alter: *Quid quæris vel percunctaris*, quasi nescias? *Amicus nubit*, & quia viro nubit, *non multos* amicos *adhibet*. Sic *officium* solebant plerumque usurpare, cum ad nuptias officii caussa veniebatur. Turneb. lib. 27. Advers. cap. 19.

134. *Nubit amicus.*] Nubere proprie privatimque est fœminarum, uti ducere virorum. *Grang.*

135. *Nec multos adhibet.*] Ad hæc sponsalia, vel ad hasce nuptias; ut scilicet res secreta maneret, aperte enim non licebat per legem Scantiniam. *Lubinus.*
Pontice si qua facis, sine teste facis, sine turba.
Non adhibes multos, Pontice cautus homo es.
Martial. *Liceat.*] Sunt verba Dialogistæ. Quasi dicat, Noli anxie percunctari quis ille sit: Si vixeris, vel vivere modo liceat per annos aliquot, illa rescisces, nam haud dubie palam fient istæ nuptiæ, & in acta publica referentur.

136. *Et in acta referri.*] Publico decreto, ut illa, quæ in libros actorum referuntur tanquam res memorabiles, & quæ natæ ac legitimæ sint. vel, liberos habere cupient; quos patres professi in acta publica referebant. Julius Capitolinus in Gordianis & Aurelio. vide quæ ad vers 83. Sat. 9.
—— *Libris actorum spargere gaudet*
Argumenta viri. Farnab.
In acta.] sc. matrimoniorum: In codicillos, memoriæ caussa. *Lubin.* Diversa erant actorum genera Romæ: hoc est libri in quos tam privata quam publica negotia referebantur, & scribebantur.

137. *Interea, &c.*] Addit jam scoptice incommodum horum virorum viris nubentium: licet enim nuptias & omnes nuptiales ritus celebrent, tamen *ingens* adhuc *tormentum* & scrupulus illis *novis nuptis hæret*, adest & restat: *quod nequeant parere.* Maximum enim conjugii vinculum & pignus amoris liberi sunt.

138. *Partu retinere.*] Multæ enim mulieres à maritis domo ejiciebantur, quod essent steriles. *Idem.*
Fœmina cum senuit, retinet connubia partu,
Uxorisque decus matris reverentia pensat.
Nos Lucina fugit, nec pignore nitimur ullo, &c.
Claudian. in Eutropium. *Farnab.*

139. *Sed melius.*] Scilicet est, quod natura animis nostris nihil juris in corpora nostra indulget, id est, quod cum velint mulieres esse, in mulieres se transformare nequeant: in animo quidem habent & cupiunt concipere, sed natura vetat. *Britann.* Sunt qui legant *corpore* pro corpora. *Lubin.*

141. Et

Turgida non prodest condita pyxide Lyde:
Nec prodest agili palmas præbere Luperco.
Vicit & hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi,

Lu-

VET. SCHOLIAST.

142. *Nec prodest agili.*] Steriles mulieres februantibus Lupercis se offerebant, & ferula verberabantur. Hoc homine, qui intra tectum * multi feminas erasit contractus ob foecunditatem dandam. palmas ideo dicit, quia aut * catomidiabantur, aut quia manibus vapulant cuncti per civitatem. tunc & in solio si qua post ipsum descenderit, statim concipit.

143. *Tunicati fuscina Gracchi.*] Qui toga deposita, qua utebantur Senatores, tanquam infames tunica utebantur. Hinc Lanistæ, vel dissoluti dicuntur.

VARIORUM.

141. *Turgida non, &c.*] Id est, Neque hanc sterilitatem medicamentis emendare possunt, nubentes illi viri: & illa crassa illa & turgida ventricosa Lyde unguentaria, condita & referta unguentis & medicamentis pyxide nihil prodest. Lyde enim unguentis & medicamentis sterilitatem se emendaturam pollicebatur mulieribus. *Turgida* dicitur, quia Lydiæ mulieres erant turgidæ. *Lubinus.* Vide Politian Miscellaneor. cap. 46. Turneb 19. cap. 17 Grangæus Turgidam existimat, quod turgentes & gravidas redderet mulieres. Beroaldus dicit epitheton esse unui convenientissimum, *Lyde* Arachne. Quæ prima reperit linum & retia, fuit puella Lydia. Ferunt (inquit Junius) Physici mulierem sterilem concipere posse, si pyxide inclusam araneam gestet in sinu. *Farnab.* Nam, ut Plinius narrat, aranearum genus, phalangia dictum, trecenos vermiculos parere. *Pyxide.*] Vox est Græca, quæ significat vas.

142. *Nec prodest, &c.*] Nec prodest talibus sponsis, Luperco agili, vel sacerdoti celeriter & sine vestibus per civitatem discurrenti & februanti, i. e. lustranti seu purganti, palmas ferula percutiendas præbere, quo fœcunditas mulieribus adferri credebatur. Steriles autem mulieres februantibus Lupercis se offerebant, & ferula verberabantur, vel pelle hircina ut conciperent eo facilius. Hinc Ovidius

Nupta quid exspectas? non tu pollentibus herbis,
Nec prece, nec magico carmine mater eris.
Excipe fœcundæ patienter verbera dextræ,
Jam socer optatum nomen habebit avi.

Lubinus. Ab his lupercalia dicta sunt. i. e. ludi lupercorum. Hinc & lupercal, templum in memoriam beneficii, quod lupa nutriendis infantibus Romulo & Remo præstitit. Sed Ovid. aliunde aperit etymon τῶν luperum, cum ait

Quid vetat Arcadio dictos de monte Lupercos? i. e. à Lycæo monte. Hi & *Crepi* dicti sunt, à crepitu pellicularum quibus verberabant. *Palmas.* Sic & Plutarchus distincte manus nominat. Ovid tamen alibi terga.

143. *Vicit & hoc.*] Nobiles jam, postquam sacerdotum vitia exposuit, arguit; quod honesta toga deposita, tanquam infames tunica uterentur & in arena gladiatores essent; quod turpius adhuc monstrum sit, quam virum viro nubere; cum jam (quod olim à Nerone coacti fecerant) sua sponte munere gladiatorio se polluerent. Sensus ergo est, *fuscina*, vel tridens, vel jaculum retiarii, *Gracchi* illius nobilissimi viri jam *tunicam induti*, honesta toga deposita, & gladiatoriam exercentis, *vicit hoc monstrum* virorum nubentium, id est, Gracchus in ludis gladiatoriis retiarium agebat, & cum secutore componebatur. De Gracchi filio intellige, qui ad infamiam usque nobilissimus cum esset, gladiatoriam exercuit. Qui amissis opibus & decoctis, vendebat vitam & famam suam præstori, homini ignobili, in cujus ludo conductus pecunia pugnabat, retiarium agens. *Tunicati.*] Tunica, vestimentum sine manicis, quo utebantur retiarii: ut forte ad dimicandum essent aptiores. *Fuscina.*] Tridens, vel telum retiarii, dente minax, ut Martialis ait. *Idem.* *Fuscina.*] I. e. Fuscina & reti armatus. *Farnab.* Gladiatorum alter dicebatur

reti-

Lustravitque fuga mediam gladiator arenam,
Et Capitolinis generosior, & Marcellis,
Et Catuli, Paulique minoribus, & Fabiis, &
Omnibus ad podium spectantibus. his licet ipsum
Admoveas, cujus tunc munere retia misit.

Esse

VET. SCOLIAST.

144. *Gladiator.*] Gracchi filius habitu gladiatoris plerumque ad infamiam * equabat. retiarius enim fuit.

147. *His licet ipsum.*] Nobilibus, non Neroni. Nam & ipse pugnavit ut gladiator, & jam cantavit in scena habitu citharoedi, & auriga fuit.

VARIORUM.

retiarius; alter myrmilo sive secutor. Retiarius fuscinam & rete gestabat, quo myrmilionem implicitum caperet. Et in summitate galeæ myrmilonis, qui adversus retiarium pugnabat, piscis erat effigiatus, in quem retiarius rete immittens, dicebat, *piscem peto, non te peto, quid me fugis Galle?* Britan. Nam Galli erant myrmillones: A μύρμηξ, i. e. formicâ dici & scribi videtur *Myrmillo*, qui propter gravem armaturam repere, non incedere videbatur, uti formicæ.

144 *Lustravitque fuga.*] Et Gracchus nobilissimus Romanorum gladiator, in theatro dimicans, *lustravit fuga*, fugiendo *mediam harenam*, vel publicum locum harena stratum, in quo dimicabant. Est enim talis ordo; Gracchus qui generosior est *Capitolinis*, & *Marcellis*, *Catuli & Pauli posteris & Fabiis*, *& omnibus* denique senatorii ordinis *qui ad podium spectant* in amphitheatro, quibus & *ipsum prætorem*, in *cujus munere* gladiatorio *retiarium egit*, potes annumerare: nam & ipso nobilior fuit: Ille, inquam, nobilissimus Gracchus retiarius, à secutore victus, *harenam* lustravit, & fugiendo circumcursavit. Porro totam hanc rem Satyr. VIII. explicat his verbis.

Postquam librata pendentia retia dextra
Nequicquam effudit. ——————

Idem.

145. *Et Capitolinis, &c.*] Omnibus nobilissimis nobilior. Marcus Manlius ob defensum Capitolium Capitolinus dictus fuit. Capta enim urbe autor fugiendi in Capitolium fuit, quod ita fuit servatum. M. autem Marcellus vir Romanus, Gallorum ducem singulari prælio fudit, Syracusas expugnavit, quinquies consul: Insidiis tandem Hannibalis circumventus periit. Alter Marcellus primus Annibalem in Italia vicit. *Lubin.*

146. *Et Catuli.*] Quorum nobilitas initium fecit à Quinto Luctatio Catulo, qui ccc. navibus, Carthaginenses DC. naves inter Siciliam & Africam ad Ægeatas devicit, & primo bello Punico finem imposuit. *Paulique minoribus.*] Sic enim legit Lipsius & corrigit, quum antea legeretur *Paulisque minoribus. Minoribus.*] non virtute, sed tempore: sicuti dicimus Scipionem majorem. Id est, Pauli Æmilii nepotibus, qui in pugna Cannensi obiit. *Et Fabiis.*] Fuere illi nobilissimi, quorum CCCVI. duce Fabio Consule contra Vejentas pugnarunt, sæpe victores, insidiis tandem ad unum occisi; unus enim superfuit adhuc. *Idem.*

147. *Omnibus ad podium*] Id est, omnibus senatoribus in primo vel imo ordine subselliorum spectantibus. Factum enim decretum, ut ait Suetonius in Augusto cap. 44. ut quoties quid usquam publice spectandum proponeretur, primus subselliorum ordo senatoribus vacaret. *Podium*] Locus est harenæ gladiatoribus proximus, unde principes & nobilissimi, & senatus adeo & magistratus spectabant. *Lubinus.* πόδιον Græcis est parvus pes; huc trahitur vox ad designandam structuram, quæ ad modum pedis exstat, vel quæ ad pedem ædificiorum exstruitur prominentior; locus in Theatro orchestræ proximus.

148. *Admoveas.*] Annumeres: Sunt qui legant *Hic licet ipsum admoneas*: sed demovit hoc *Admoneas* Lips. nam sensus est, quamvis & his nobilibus adjicias ipsum

Esse aliquos manes, & subterranea regna,
Et contum, & Stygio ranas in gurgite nigras,
Atque una transire vadum tot millia cymba,
Nec pueri credunt, nisi qui nondum ære lavantur.
Sed tu vera puta. Curius quid sentit, & ambo
Scipiadæ? quid Fabritius, manesque Camilli?
Quid Cremeræ legio, & Cannis consumta juventus,

Tot

VET. SHOLAIST.

149. *Esse aliquos, &c.*] Ἐκφωνὴ. Cic. Proclamatio.

150. *Et contum, &c.*] Virgil.

Ipse ratem conto subiit, velisque ministrat.
——— *nunc hos, nunc accipit illos.*

152. *Nisi qui nondum, &c.*] Infantes. quia pueri non dant balneaticum.

VARIORUM.

Ipsum Prætorem, vel Munerarium, tamen nobilior est. Quare non ferendus error Britannici. *Grang. Cujus tunc munere.*] Prætorem, qui munera gladiatoria exhibet, Munerarium. Alii intelligunt Neronem, alii Domitianum.

149. *Esse aliquos manes.*] Jam recte quærit horum scelerum caussam; quasi dicat, unde autem hæc scelerum prodigia, hæc crudelitas & sanguinis sitis in genere humano, nisi quod nemo infernales pœnas olim secuturas timeat, aut credat: nam *esse aliquos manes*, aut ullos infernos, aut *regna* inferna sub terris, aut *contum*, aut longam hastam, qua Charon ille infernalis portitor utitur, aut *nigras ranas in Stygio gurgite*, vel voragine infernali, aut una Charontis *cymba* vel navicula *tot mille* animarum vel umbrarum, *vadum* seu alveum Cocyti & Stygiæ paludis ad inferos *transire*; hodie *ne pueri* quidem *credunt*, nisi qui admodum infantes sint, aut pusilli, qui nondum dederunt balneaticum, aut quadrantem; quod nondum sint quadrimi, licet lavarentur; vel quod nondum in thermis lavantur, quia quadrantem non habent, vel qui nondum sacris initiati sunt. At tu *vera* esse statue, quæ tot Viri egregii credidere, qui spe alterius vitæ pro aris & focis pugnantes, per virtutem interierunt. *Lubin.*

150. *Et contum.*] Hastam longam, vel sudem Charontis, qua trajicit. Virg. 6. Æneidos:

Ipse ratem conto subigit, velisque ministrat.

Alii habent *pontum. Nigras.*] Luce carentes. Quæ apud Aristophanem clamitant βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοάξ. *Idem.*

153. *Curius quid sentit.*] Hic sensus est: Quid existimas tot sanctorum virorum animas sentire apud inferos? Vel *quid sentit Curius*, & reliqui & *Cremeræ legio*, CCCVI. Fabii illi ad Cremeram Fluvium, à Vejentibus insidiis interemti; & quid sentit Romana illa *juventus ad Cannas* ab Hannibale *consumta* & interemta? Quoties *hinc* à nobis turpis & flagitiosa *umbra* venit. *Talis* inquam vir qui alteri pro muliere nubit, à quo tamen ipsæ umbræ apud inferos contaminantur: nonne *cupiunt lustrari* & expiari, ut contaminati impudicissimorum adspectu, si *sulphura cum tædis* & lignis pinguibus *darentur*, & *si* aspergillum ex *lauro* esset (Aspergillum enim fiebat e lauro) id est, si esset laurus aqua perfusa, & madens ad aspergendum & purgandum. Turnebus lib. 15. cap. 17. *Curius.*] De quo initio Satyræ dictum. *Lubin.*

154. *Ambo Scipiadæ.*] Duo fulmina belli. P. & Cornelius Scipiones, & filius Africanus, viri integerrimi. Scipiadæ pro Scipioniadæ, ut Virgilius. *Fabritius.*] Lucinius, de cujus virtute vide Florum, Livium, Valerium Maximum. lib. IV. de Continentia, Gellium. *Manesque Camilli.*] Mortui Camilli anima, qui Phaliscos & Gallos subegit, & absens dictator creatus erat: homo integerrimus. Vide Liv. *Idem.*

155. *Cannis consumta juventus.*] De hac quarta Hannibalis omnium maxima

victoria

bellorum animæ? quoties hinc talis ad illos
bra venit, cuperent lustrari, si qua darentur
ura cum tædis, & si foret humida laurus.
:, heu, miseri traducimur: arma quidem ultra
ıra Jubernæ promovimus, & modo captas
ıdas, ac minima contentos nocte Britannos.
quæ nunc populi fiunt victoris in urbe,
ı faciunt illi, quos vicimus: & tamen unus

Arme-

VET. SCHOLIAST.

Tot bellorum.] Lucan. *inlustres* *nimas*. quæ in bello occisæ sunt.

. *Juberna.*] Juberna insula Bri-, sita in Oceano mari, à qua non sunt triginta aliæ Orcades insulæ, Mela scribit.

ı. *Minima contentos, &c.*] Circa um in Britannia prope nox nulla c scilicet caussa, quia vicinus occa-ortus ibidem Solis. Ex obliquo terræ margine lux redundat, & nam sibi insulam & noctibus & ı illustrem reddit.

VARIORUM.

a, vide Livium. Ubi 40000. Ro-um, duo integri exercitus cæsi ad arietatem, donec Annibal excla-: *O miles, parce ferro!* Idem.

. *Tot bellorum animæ.*] Virorum simorum & integerrimorum, qui llis pro patria pugnantes, inter-ad campum Elisium à corpori-utæ, migrarunt.

. *Si qua darentur.*] Apud inferos, ia fort. non sunt. *Idem.*

. *Sulphura.*] His ad expiandum & ıdum utebantur. Ovidius;

ue senem flamma, ter aqua, ter u'phure lustrat.

ris omnibus tres sunt illæ purgatio-nam aut tæda purgantur & sulphu-aqua abluuntur, aut aëre ventilan-ıtur.

. *Illuc, heu, &c.*] Hoc pendet ex rsu:

aliquos manes & subterranea regna. rimalcio apud Petron.

, heu nos miseros! quam totus homun-tio nil est

Sic erimus cuncti, postquam nos auferet Orcus.

Quorsum ergo attinet nos Romanos ultra Jubernam vel Hiberniam arma promovere, & ultra triginta illas Orcadas insulas, nuper à Romanis captas, & Britannos, cum ad inferos aliquando, sive credamus, sive non credamus, traducendi simus, nostræ vitæ, & actionum, apud judices infernales rationem reddituri. *Lubin.* Vel, cum in urbe nostra jam neglectâ omni honestate committantur peccata, quæ in ipsis devictis provinciis non sunt cognita. *Arma quidem ultra.*] Sine interrogatione ex libro manuscripto legit Turneb. *lib.* xv. cap. 17. Adv.

160. *Litora Juberna.*] Quæ jam Hibernia vel Irlandia dicitur, ultra Angliam vel Britanniam. *Modo captas.*] Paulo ante captas. Nam Claudius illas insulas Imperio Romano adjecerat. Fuere autem Orcades Oceani Insulæ Septentrionales ultra Britanniam & Hyberniam, numero tum temporis xxx. *Idem.*

161. *Minima contentos nocte.*] In Hybernia enim quæ Britanniæ pars, quemadmodum & Thule, quæ nunc Gronlandia, olim Angliæ vicinior, in Solstitio æstivo nulla omnino nox, vel illa exigua, & prope nulla est: ut contra solstitio hyemali, nullus omnino dies, vel saltem dimidiæ aut unius horæ: Id in Sphæricis ad oculum demonstratur.

162. *Sed quæ nunc fiunt.*] Sic de Alexandro Seneca: *Armis vicit, vitiis victus est.* Idem.

163. *Et tamen unus.*] Corrigit, quod dixit, uno contrario exemplo; & ostendit exteros etiam honestissimos con-

Armenius Zalates cunctis narratur ephebis
Mollior ardenti sese indulsisse Tribuno.
Adspice quid faciant commercia: venerat obses,
Hic fiunt homines. nam si mora longior urbem
Indulsit pueris, non unquam deerit amator:
Mittentur braccæ, cultelli, frena, flagellum:
Sic prætextatos referunt Artaxata mores.

VET. SCHOLIAST.

169. *Mittentur braccæ.*] Dimittentur, *ἀφαιρεῖται*,

170. *Sic prætextatos.*] Id est, mores, quos filii senatorum intra urbem habent obsides, redeuntes ad suos reportant, quos cæteri apud se Ephebi discunt. *Artaxata*, civitas Armeniæ.

VARIORUM.

tagio corrumpi. Attamen, ne mentiar, *Zalates unus* nomine, natione *Armenius*, *narratur cunctis ephebis* vel adolescentibus imberbibus *mollior*, & effœminatior. *se indulsisse*, vel ad libidinem exposuisse & prostituisse *tribuno* libidine ardenti & inflammato. *Idem.* Ardere & ardor de masculorum turpi amore fere.

164. *Zalates.*] Nomen obsidis proprium. Dicuntur autem *obsides*, teste Festo quasi *obsides*, qui dantur ad fidem patriæ præstandam, cujusmodi multos fuisse, ab Armeniis Clodio & Corbuloni datos, testis est Tacitus Porro obsides in summo honore custodiebantur, nec unquam ligabantur. Hinc ego obsides dictos, putem, quod nempe ut pignora obsidentur, circumsidentur seu custodiuntur. *Cunctis*, &c.] Illam enim ætatem in deliciis habebant scarabei illi. *Lubin.*

166. *Adspice quid*, &c.] Certe conversationes etiam integerrimos corrumpunt: & verissimum illud Menandri à D. Paulo citatum:

Φθείρουσιν ἤθη χρηστ' ὁμιλίαι κακαί,
Perdit bonos mores malum commercium.

Adspice.] Præsentis nota est testimonii, nec longe petiti exempli. *Grang.*

Venerat obses.] Simplex, integer, & cum honore custodiendus more obsidum *Lubin*

167. *Hic fiunt homines.*] Ironice egregii, cordati, virtute præditi: im veniunt huc ad nos viri fortes, redeun mulieres molles. *Nam si mora*, &c.] Vi de qua Jos. Scalig ad Propert lib. 4 & quæ Casaub. ad Suetonii August. Si pue ri exterorum, v. gr. Armenii diutiu hic morentur, statim aderit amator ve concubitor masculorum, qui illos co rumpat, & omittent & exuent cum pa triis armis, cultellis, frenis & flagel lis, quibus usi fuerant domi in studii venationum & exercendorum equorum & vestitu, braccis, quæ Phrygibus, Ly dis, Persis in usu non secus ac Gallis mores etiam patrios simplices & hone stos, atque una cum Romano cultu mo res effœminatos (qui prætextam parum decent) domum referent. *Farnabius.* *S mora longior.*] Vel sensus est, si fort pueri externi diutius Romæ manserint statim aderunt, qui eos amentur mittant que munera, quibus soleant delectari etiam domi suæ. Talibus enim rebus fa cilius, quam pecunia videntur capi posse & detineri. *Britan.*

170. *Sic*, &c.] Per commercia Ro manorum & moram manendi in urbe *Artaxata.*] Id est, in provincias suas *Artaxata*, autem numero tantum plura li, urbs est majoris Armeniæ, sita juxta Araxem fluvium (qui oritur ex eoden monte ex quo Euphrates fluit,) capu gentis. Nomen habet à Rege Artaxia qu eam condidit suasu Hannibalis Pœni, u docet Plutarch. Hanc Strabo *Artaxiasata* Stephanus *Artaxiasata* & *Artaxia* vocant Hodierni vocant *Coin*, teste Iovio. *Refe runt Artaxata.*] Eodem modo dicitur qu

Adi-

VARIORUM.

dire Corinthum, Reportare Romam. [illegible] mores.] Aut mores Romanos, id [illegible] instructi sunt nobiles Rom. [illegible] prætexta habitus fuerit Romano-m, & ut testatur Asconius honesto-m; & toga viliorum. Unde Senec. ad ucil. *Parem autem dico pecunia non faciet, rus nihil habet, prætexta non faciet, Deus dus est.* Aut mores prætextatos, id est, sordidos & obscœnos; unde Sueton. in Vesp. *Erat enim dicacitatis plurimæ, & sic scurrilis ac sordida, ut ne prætextatis quidem verbis abstineret.* Britannicus. Consentit Grang. Porro prætextatum sermonem veteres dixerunt (autore Festo) ab eo, quod prætextatis nefas sit obscœno verbo uti: ergo per antiphrasin. Vel (ut quidam ajunt) quod nubentibus, depositis prætextis, à multitudine puerorum obscœna acclamarentur.

SATY-

SATYRA III.

ARGUM. Inducitur Umbritius vir optimus, aruspex illo ævo peritissimus, poëtæ caussas reddens, cur Bajas migret a Roma, in qua per Græcorum aliarumque gentium, quæ in urbem confluxere, adulationes, delationes, veneficia, aliasque malas artes; ut & ruinas, incendia, pauperum contemtum, vim & latrocinia, honesto civi in urbe non sit locus.

QUamvis digressu veteris confusus amici,
Laudo tamen vacuis quod sedem figere Cumis
Destinet, atque unum civem donare Sibyllæ.
Janua Bajarum est, & gratum litus amœni
Secessus, ego vel Prochytam præpono Suburæ.

Nam

VARIORUM.

1. *Quamvis.*] Quamvis *confusus* & perturbatus & tristis sim; *digressu* & abitu *amici veteris* & optimi Umbritii, *laudo tamen* ejus propositum, quod ex hac intensa & infesta civitate discedere, suamque sedem & habitationem in antiquissima civitate Campaniæ *Cumis figere* & firmare; & unum *civem Sibyllæ* Cumææ addere & augere Cumas uno cive *destinet*, & animo proponat. *Digressu.*] Cujus dulci consuetudine & familiaritate mihi carendum.

2. *Laudo tamen, &c.*] Cumæ urbs in Campania, omnium in Sicilia & Italia urbium antiquissima, quam Hippocles Cumæus, & Megisthenes condidisse perhibent, nomen habet ἀπὸ τῶ κύματος à fluctibus: nam propinquæ mari. *Vacuis.*] Molestia carentibus, quietis, & à cura liberis; vel potius minus quam Roma habitatis, non civium plenis, ut Roma, ubi ob multitudinem peregrinorum & sceleratorum, bonis viris locus non erat. *Lub.*

3. *Destinet.*] Animo constituat, cogitet, deliberet *Civem.*] Incolam, inhabitatorem urbis Cumarum. *Donare.*] Se addere civem. *Sibyllæ.*] Sibyllæ enim sacellum Cumis erat, teste Virgilio & Solino: unde & ipsa Cumæa dicta. Sibyllæ fuere numero decem, à consiliis Deorum annuntiantibus, hoc nomen sortitæ, σιὸς βελὴ enim Dei consilium significat, σιὸς, ist est, διὸς Æolice. *Idem.* Sibylla autem hic pro Cumis, ut vice versa Virg. *Cumæum carmen* dixit, pro Sibyllino.

4. *Janua.*] Commendat urbem Cumas, ab amœnitate loci. *Lubin.* Id est, Cumæ civitas est janua Bajarum, ut euntibus Bajas ab urbe Roma, necesse sit Cumis iter facere, & ita est tanquam quædam janua, quæ excipiat & emittat proficiscentes ad opidum Bajas. Eo multi Rom. tempore æstatis animi caussa migrabant: ibi enim erant aquæ & ad voluptatem & ad sanandos morbos accommodatissimæ. Horat.

Nullus in orbe sinus Bajis prælucet amœnis.

Bajæ ergo civitas Campaniæ amœnissima, à Bajo, socio Ulyssis illic sepulto denominatæ. *Britan.* Vel, quia Bajæ olim portus dicebantur, ab importandis & bajulandis mercibus. Hodie *Golfo di Napoli.*

5. *Amœni secessus.*] Refugium, discessus in locum solitarium, & minus frequentem, ubi jucunditas & otium, animi relaxandi gratia Hæc non tantum Italiæ, sed totius terrarum orbis pulcherrima plaga; nihil hospitalius illo mari; hic nobiles illi portus, Cajeta, Misenus, tepentes fontibus Bajæ; Hic amici vitibus montes *Ego vel.*] Id est, ego Juvenalis vel vilem illam insulam Prochytam in Puteolano sinu, Suburæ vico Romæ longe celeberrimo, præfero & antepono. *Prochytam.*] Insulam dicit in litore Campano Bajis vicinam & solitariam, à προχύω ita dictam, quasi Profusa: Nam Inarime insula, terræ motum passa, hanc quasi insulam fudit. Alii ab Æneæ nutrice ejusdem nominis dictam autumant. Anthypophora ergo

est

Nam quid tam miserum, tam solum vidimus, ut non
Deterius credas horrere incendia, lapsus
Tectorum assiduos, ac mille pericula sævæ
Urbis, & Augusto recitantes mense poëtas?
Sed dum tota domus rheda componitur una,
Substitit ad veteres arcus, madidamque Capenam:

Hic,

VET. SCHOLIAST.

11. *Substitit ad, &c.*] Stetit exspectans rhedam, ubi solent Proconsules jurare, in via Appia ad portam Capenam, id est, ad Camœnas. *Madidam*, ideo quia

VARIORUM.

est in his verbis. *Subura.*] Per r unicum scribe & lege: Ita dicta quod fuerit sub antiqua urbe, ut Junio placet: vel sub muro terreo, ut Varroni. *Subura* ergo frequentissima erat, prochyta deserta. Martial.

Dum tu forsitan inquietus erras
Clamosa Juvenalis in Subura.

Lubinus. Fab. l. 1. cap. 13. *Sucurram*, utpote à Sucusano pago dictam mutatis literis: cujus rei indicium sit, quod antiquitus per *c* literam non per *b* scribebatur. Festus vero à succurrendo dictam dicit; quod in ea statione sit præsidium stativum, ut Esquiliis succurreret, Gabinis eam infestantibus. Si Codices non obstant scribatur ergo duplici r.

6. *Nam quid, &c.*] id est, quem locum unquam tam miserum & solitarium extra Romam vidimus; ut non pejus sit Romæ vivere, & ibi continua pericula expavescere. Vel, quid alibi tam miserum, neque aliis admissum malum, quod Romæ non sit deterius? *Tam solum.*] i. e. desertum: solitudo ipsa miseria, nec abs re: Sacræ paginæ *Va soli.* Grang. Vel sensus sit, quid tam unice miserum?

7. *Horrere incendia.*] Quæ crebra in urbe videbantur non sine multorum calamitate; nam imperante Nerone centum triginta duæ domus, insulæ quatuor, sex diebus, ut scribit Seneca, arsere. *Britann. Horrere.*] i. e. Timere, quod qui timent, horrescunt.

8. *Lapsus Tectorum &c.*] Est quasi Satyræ propositio. Assiduas ædificiorum ruinas. Nam de singulis hisce aget. Utrumque conjungit Propert.

Præterea domibus flammam, domibusque ruinam.

Mille pericula] idem Cicero conquestus lib. 6. Epist. *Equidem nos quod Romæ sumus miserrimum esse duco, non solum quod in omnibus malis acerbius est videre quam audire. Sed etiam quod omnibus casibus subitorum periculorum magis objecti sumus, quam si abessemus. Mille.*] Plurima, & fere infinita. *Sævæ urbis.*] In qua omnia periculosa, sæva, infensa & infesta, & ubi quotidie sæva multa acciderunt & crudelia. *Idem.* Tristis est qui dolet, truculentus & sævus qui terret.

9. *Augusto, &c.*] Inter urbis incommoda, Satyrice & facete refert etiam Poëtarum importunitatem, qui odiosi suis recitationibus obvios pene enecabant, quod (ut etiam in initio primæ conquestus est) Augusto etiam mense, quo intensissimus calor & civitas quasi civibus exhausta est, Poëtas occurrentes audire cogebantur. Calendis Julii propter æstum migrabant Romani. Sed nunquam adeo urbs exhauriebatur, quin Poëtæ occurreres, qui recitatione te vexaret: Emphatice, quasi hoc omnium sit miserrimum. *Idem.*

10. *Sed dum, &c.*] Describitur jam locus ubi Umbritium convenerit, & allocutus sit, id est, *dum tota* Umbritii jam abituri *domus* & supellex domestica universa, *in* unam *rhedam imponitur.* ipse Umbritius *substitit* mecum rhedam exspectans, *ad veteres arcus. Rheda una.*] Notat Umbritii frugalitatem & continentiam ac paupertatem, atque cujus omnes facultates una rheda imponi potuerunt, ut qui paucis contentus vixerit. *Rheda* Gallicum vocabulum, quæ vehiculi genus, rotam habens. *Idem.*

11. *Veteres arcus.*] Lateritios ab Romulo

Hic tunc Umbricius, quando artibus, inquit, honestis
Nullus in urbe locus, nulla emolumenta laborum,
Res hodie minor est, here quam fuit, atque eadem cras
Deteret exiguis aliquid: proponimus illuc
Ire, fatigatas ubi Dædalus exuit alas:
Dum nova canities, dum prima & recta senectus,
Dum superest Lachesi quod torqueat, & pedibus me
Porto meis, nullo dextram subeunte bacillo.

Ceda-

VARIORUM.

mora arte ibi constructa, & polita non *violarent*, minusque religiosum redderent, *tophum* lapidem scabrum, *ingenuum*, *naturalem*, & ibi nascentem. *Violarent.*] Corrumperent, minus religiosum redderent. Naturalia enim licet rudia & impolita, diviniora credebant. & vis inferebatur topho, qui removebatur.

21. *Hic tunc, &c.*] Incipit jam Umbritius caussas migrationis suæ recensere. Est enim hæc Satyra velut Dialogus, & prima Satyræ verba sunt Juvenalis, Umbritium jam abitum parantem, convenientis, & alloquentis. *Hic.*] In vallem Ægeriæ postquam venimus. *Lubin.* *Artibus honestis.*] Belle addit honestis, nam ars anceps vox est, tam turpis quam honesta.

22. *Emolumenta.*] Nullus fructus, nulla merces, doctis & literarum peritis viris honestas artes exercentibus.

23. *Res hodie, &c.*] Id est, Postquam res opesque meæ quotidie Romæ decrescunt. *Here.*] Veteres autem multa adverbia teste Donato per *e* & *i* proferebant, dicentes *tempore* & *tempori*, vespere, & vesperi: here, & heri. *Atque eadem cras.*] Est Gradatio.

24. *Deteret exiguis aliquid.*] Id est, Meæ res quamvis in exiguis & minutis, aliquid deperdent & amittent cras, ut paulo post nihil sint: quia quæ deteruntur, paulatim minuuntur. Sic Horatius *Damnosa quid non imminuit dies? Deteret.*] Translatio ducta est à ferro, quod limando deteritur atque extenuatur. *Grang.* *Illuc ire.*] Cumas scilicet. *Lubin.*

25. *Fatigatas.*] Longo volatu, utpote è Creta in Italiam, vel ut alii, in Siciliam: Alii primum Sardiniam, deinde Cumas. Fatigati autem corpore, fessi animo dicimur. Servius 8. Æneid. *Dædalus exuit alas.*] Fabula est notissima vel ex illis Virgilii verbis 6. Æneidos. *Dædalus ut fama est, &c.* Emphasin & pondus habet hæc circumlocutio; quasi dicat: Si Dædalus volans, & ex alto terras despiciens, sibi hunc locum elegit, sine dubio est amœnissimus. *Exuit.*] Deposuit. *Idem.*

26. *Dum nova, &c.*] Hic talis est cohærentia. Nos patria cedamus dum adhuc novam canitiem habemus & per ætatem possumus. *Nova canities.*] Dum capilli mei, raris & paucis tantum canis inspergantur, id est, dum incipio senex esse. *Recta senectus.*] Quæ rectum me patitur incedere, nondum corpus incurvans, quæ incipit anno ætatis LXIV. *Idem.*

27. *Dum superest, &c.*] Dum adhuc portio aliqua vitæ meæ vivenda restat. Sic Horat. *Dum res & ætas, & sororum fila trium patiuntur.* Ex figmento Poëtico dicit: qui finxerunt Deas fatales Parcas quasi ad colum sedentes, vitam humanam dispensare. Ut *Clotho colum portet, Lachesis trahat, Atropos occet. Lachesi.*] Parca, à λαγχάνω, sortior, quasi de nostra vita sortiatur; illa autem filum trahere & torquere fingitur. *Quod torqueat.*] Filum vitæ meæ, quod in gyrum nendo circumagat. *Idem.*

28. *Dextram subeunte, &c.*] Nullo scipione, cui incumbam, dextram meam sustentante. *Idem.* *Senex magnus ille quidem, gravatus annis, totus in baculum pronus,*

Cedamus patria: vivant Arturius istic
Et Catulus: maneant qui nigrum in candida vertunt,
Queis facile est ædem conducere, flumina, portus,
Siccandam eluviem, portandum ad busta cadaver,
Et præbere caput domina venale sub hasta.

Quon-

VET. SCHOLIAST.

29. *Arturius, &c.*] Ignobiles & sordidi, ac malis artibus viventes homines, qui ex sordidis rebus divites sunt facti.

32. *Siccandam eluviem.*] Ut publici fani cloacam.

33. *Domina, &c.*] Qui poscunt à fisco vendi, quasi debitores fisci.

VARIORUM.

nus, & lassum trahens vestigium. Apul. *Bacillo.*] i. e. Scipione.

29. *Cedamus patria.*] Acri bile dictum. Non *patria* dicit: nam patriæ cedit, qui eam infestam & inimicam habet; *patria*, qui sponte abit & discedit. *Vivant Arturius istic, &c.*] Delatores pessimi, sordidi homines. Damnat urbem Umbritius, quod ejusmodi Gnathones, sectatores, & asseclas, & extremæ sortis nebulones ad summas divitias evexerit. *Idem.*

30. *Qui nigrum, &c.*] De talibus Ovidius dixit:

Qui facere assuerat, patriæ non degener artis,
Candida de nigris, & de candentibus atra.

Qui virtutem in vitium, & vitium in virtutem vertunt. Sicque Poëta ostendit, tale genus hominum gratius esse. Unde & Terent. in Phorm.

His pretium nunc est, qui recta prava faciunt.

Nigrum.] Vitia, falsa, mala intellige. Bona enim veteres albo, vel candido lapillo, mala nigro notabant. Persius:

Illa prius creta, mox hac carbone notasti.

Et Horatius de malo:

Hic niger est, hunc tu Romane caveto.

Idem. *Queis.*] Pro quibus: Alii Quis.

31. *Ædem.*] Locum sacrum conducere, & sacris manus admoliri; vel intellige ipsos publicanos fuisse, & per *ædem*, templorum loca, vel agros intellige, qui magni constabant. Ædes in singulari pro templo, in plurali de domo & templo intelligitur. *Servius. Flumina.*] Integra, quæ majori postea pretio aliis locantur: Aquam venalem, vel è fluminibus vectoriis lucrum. *Farnab. Conducere port.*] Id est, portoria redimere, quæ portitori in portu solvuntur, pro importatis aut exportatis mercibus. *Britan. Portus.*] In quibus naves vectigalia & pretium stationis persolvunt. Grangæus intelligit portus reparandos, non portoria.

32. *Eluviem.*] Cloacam, aut lacunæ fossarumve sordes, ad quas siccandas & exhauriendas, ipsi quos volebant tenuissima mercede contentos mittebant; cum magnos ipsi ex hoc assequerentur reditus. *Portandum, &c.*] Erant enim funeris locatores & conductores. *Bustum* quasi bene ustum, locus in quo mortuus combustus & sepultus est. Ustrinam ergo intelligit, ubi cadavera cremabantur. Quo servi illorum portabant cadavera comburenda. *Lubinus. Portanda ad busta.*] Libitinarios designat. Nam in templo Libitinæ ea vendi solebant, quæ ad sepeliendum mortuum fuissent necessaria. *Britan.* Servi libitinariorum erant pollinctores, qui sepeliebant. Bustum nunc dicitur sepulcrum.

33. *Et præbere, &c.*] Varie variis explicantur hæc. Aut quia avidi lucri sunt, ut se venales exhibeant. Sic Plautus Mostellaria:

Ubi isti, qui trium nummorum caussa subeunt sub hasta.

Aut quia solvendo non sunt, se etiam vendi sub hasta in auctione pati possunt. Sic *Turnebus* lib. x. cap. 27. Adv. Aut denique, quibus facile est præbere caput servorum venale sub hasta: vel qui publicis venditionibus præsunt, qui facile

Quondam hi cornicines, & municipalis arenæ
Perpetui comites, notæque per oppida buccæ,
Munera nunc edunt, & verso pollice vulgus

Quem-

VET. SCHOLIAST.

34. *Quondam*, &c.] Symphoniaci parasitorum. *Et municipalis*, &c.] Gladiatorum, aut venatorum, qui in municipiis pugnaverunt, non in urbe.

36. *Verso pollice.*] Mutata fortuna.

VARIORUM.

cile præfecturam publicæ venditionis possunt acquirere, & caput servi venalis sub hasta domina præbere, venum expositum. Quod ultimum magis probatur: nam superius de hujusmodi officiis locutus est. *Hasta.*] Cum publica auctione vendebatur aliquid, hasta figi solebat; quam hic *dominam* vocat, quod sub hastæ quasi arbitrio servi emerentur, & cujus potestati & imperio omnia essent subjecta in venditione. Vide Brisson. lib. VI. Formular. Hypallage est: quod sub ea hasta in servitutem redigerentur dominis, idcirco dominam eam appellat. *Grang.*

34. *Quondam hi.*] Indignatur jam quod Arturius & Catulus & alii olim vilissimi tubicines & cornicines fuerint. Idque non in urbibus, sed in vilibus extra Romam municipiis, quod illi qui olim in theatro cornicines fuerint viles, jam adeo divites facti sunt, ut in theatro jam munera gladiatoria edant, cædantque quos velint. *Hi cornicines.*] Britannicus legendum esse *hic* contendit, non *hi*: ut sit, qui *hic* Romæ quondam cornicines fuerunt, &c. *Municipalis harenæ.*] In muneribus gladiatoriis per municipia, buccas &, buccinas locabant. Vel ut alii: Ad contemtum dicere, quod in muneribus gladiatoriis, municipiorum, non urbis, operam locarent. Turneb. lib. X. cap. 27. Adversf. Nam in municipiis vel opidis, ut Fundani, Formiani, Cumani, Tusculani etiam Theatra erant; notat ergo eos fuisse gladiatores, & venatores vilissimos, qui in municipiis pugnaverant, non in urbe. Ponitur autem *harena* pro loco ipso, & pro certamine.

35. *Perpetui comites.*] In ludis opidanis frequenter & assidui erant. *Notaque per opida bucca.*] Quia enim tubicines erant, in municipiis vel theatris opidanis canere solebant, habentes buccas, quibus cornua inflabant satis notas: quasi dicat, in opidis urbis notum & illos cornicines fuisse. *Junius* dicit esse homines, sæpius per vulgi ora traductos. *Lubin. Bucca.*] Neque hoc loco perpetui illi comites municipalis arenæ scurræ esse possunt & buccellarii, quis enim gladiatoribus parasitaretur? neque, ab inflandis tibiis, buccæ; sed vel Caussidici municipales & opidani; vel, quod verisimilius est, præcones: & ideo *nota per opida bucca*, in quibus præconium faciebant, hoc est urbanis prætoribus ignobiliores, sicut sectatores non urbanæ arenæ, sed municipalium gladiatorum. Quod autem Interpp. ajunt cornicines istos gladiatoribus canere solitos, hoc nusquam lectum est. In theatro quidem, non in arena. Cornicines in ludis scenicis, id est in Theatro: arenæ autem comites, id est operam gladiatoribus locantes, buccæ, vel vilissimi caussidici vel præcones. Conf. huc quæ infra ad sat. XI. ỳ. 34. *Ferrarius.*

36. *Munera nunc edunt.*] Gladiatoria scilicet; & qui erant olim ministri, nunc eorum præfecti; qui operam suam olim locabant canendo in ludis opidanis, illi jam Romæ in urbe ipsa munera edunt gladiatoria. Neque enim citra census adeoque personæ rationem datum est jus edendi publice munera. Extat apud Tacitum 4. Annal. S. C. quo cautum, *Ne quis gladiatorium munus ederet, cui minor quadringentorum millium res esset* Turneb. *Verso pollice.*] Verso enim pollice tollebatur favor, contra cum favebant, pollicem premebant. Horatius:

> *Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum.*

Ex more hoc dicit, nam populus spectans, pro gladiatoribus victis, vel læsis inter-

nlibet occidunt populariter: inde reversi
lucunt foricas, & cur non omnia? cum sint,
es ex humili magna ad fastigia rerum
llit, quoties voluit Fortuna jocari.
l Romæ faciam? mentiri nescio: librum,
ilus est, nequeo laudare & poscere: motus
Astro-

VET. SCHOLIAST.

ulgus Quem, &c.] Ab his po- cciditur, quos ante populus ju- id est imperabat occidi *popu- amabilium favente populo.

oricas.] Stercora, hoc est, vecti- orire est pro, deonerare ventrem. st *non foras ejicere. Alii taber- am foro vicinas. alii vectigal vi- , quod ex Africa in urbem vehe- lii domos publico sumtu ædifica- candum, quarum conductores piebant.

Quales.] 'Αναπόλλυθον. Dicere buit, tales, & si quales.

Et poscere, &c.] Maleficus non

VARIORUM.

m intercedebant, ne ab adversa- derentur. Vide Politian. Misc. cap. neb. lib. xi. cap. 6. Erasmi Adag. il. 1. Cent. 8. *Premere pollicem & llicem.* Alii legunt, *vulgus Quum dunt populariter.* Id est, ab his po- ciditur, quos ante populus jube- mperabat occidi. *Vulgi.*] id est, pectatoris. *Lubinus.*

Quamlibet.] Gladiatorem ab ad- victum & superatum. *Occidunt.*] illorum caussa sunt, dum mune- atoria edunt. Martialis in tales: *us permittis sales, cur ludere nobis cebat, licuit dum jugulare tibi.*

ter.] More vulgi, passim, levi- populum, populo favente; qua- omnibus applaudentibus. Gran- plicat sic, Ut captant auram po- i & studia vulgi sequuntur. *Inde &c,*] A muneribus, & cæde, à ludis scilicet, si modo ludi sunt, ubi mul- ti per ludum contrucidantur. *Lubin.*

38. *Inde reversi,*] i. e. à ludis gladia- toriis & cædibus hominum. Vel, Hisce relictis. *Conducunt foricas.*] Quidam ve- ctigal stercorarium, quidam vinarium, alii domos publico sumtu ad locan- dum ædificatas intelligunt, ego vero latrinas à servis impuris exhauriendas, pro quibus ingens merces ipsis reponé- batur, cum publicis spectaculis immen- sas opes attrivissent. Vel potius censum qui inferendus erat in ærarium nominè stercoris & urinæ. Vid. Lips. de magni- tud. l. II. c. VI. quod munus viri proceres, ut notat Evagrius, non aliter, quam militarem aliquam præfecturam ambie- bant. *Et cur non omnia?*] Scilicet hi conducerent? Omnia enim possunt, cum fortuna ipsis faveat *Idem.*

39. *Quales ex humili.*] Quandoqui- dem sint ex eorum numero, quos for- tuna solet per ludum ex humili loco ad altiora provehere. *Idem.*

40. *Extollit Fortuna.*] Id est, evehit, rursus dejicit, quos fortuna rotat, versat, agitat, ludit. *Jocari.*] Ridiculum quid, sine ratione agere. *Idem.*

41. *Quid Romæ faciam?*] Verba sunt Umbritii, & ostendit se Romæ inuti- lem esse, cum malas aliorum artes ignoret. *Mentiri nescio.*] Ut adulato- res & delatores bonorum, Catulus & Arturius, qui hoc egregie norunt. *Men- tiri.*] Id est, Nigrum in candida verte- re. *Idem.*

42. *Librum Si malus.*] De hac re vide Horatium de arte, & Persium Satyr. 1. *Poscere.*] Librum describendum per adulationem: Vel poscere aliquid pro adulatione mea, tanquam qui mirabiliter placeat, & quo delectet. Vel poscere

nequeo

Astrorum ignoro: funus promittere patris
Nec volo, nec possum: ranarum viscera nunquam
Inspexi: ferre ad nuptam, quæ mittit adulter,
Quæ mandat, norunt alii: me nemo ministro
Fur erit, atque ideo nulli comes exeo, tanquam
Mancus, & exstinctæ corpus non utile dextræ.
Quis nunc diligitur, nisi conscius, & cui fervens
Æstuat occultis animus, semperque tacendis?

Nil

VET. SCHOLIAST.

43. *Funus promittere.*] His, qui sub severo patre agentes, de morte ipsius cogitant.

44. *Ranarum viscera.*] Non sum venenarius.

45. *Ferre ad nuptam.*] Lenocinium exercere non possum.

46. *Me nemo, &c.*] Non possum assessor esse furis judicis. bene adlusit de consiliaribus.

VARIORUM.

nequeo adulatorie librum, quem non probo. *Farnab.*

43. *Motus astrorum.*] Ut futura prædicem. Non sum astrologus, ex illo pessimo hominum genere, qui Romæ tamen gratia & autoritate apud omnes valebant. *Promittere.*] Filio illi, qui *ante diem patrios inquirit in annos*; Vel etiam creditori. *Idem.*

44. *Ranarum viscera nunquam inspexi.*] Alludit ad Haruspicis officium, qui exta & viscera inspiciebat. Plinius inquit: *Ex rana rubeta visceribus; id est, lingua, ossiculo, liene, corde, mira fieri posse constat, sunt enim plurimis medicaminibus referta.* Forte intelligit rubetam vel bufonem, indicans se non esse veneficum, nec rubetarum extis uti ad veneficia. *Idem.*

45. *Ferre ad nuptam.*] Id est, Lenocinia exercere nequeo, non sum internuncius inter adulteram & mœchum, ut meo ministerio talia scelera adjuvem. *Idem. Quæ mittit.*] i.e. munera & literas. *Quæ mandat.*] Hoc est, quæ mandata dat: nam amoris nunciis præter tabellas quas ferebant, plerumque aliquid aut dicere aut facere injungebatur. *Grang.*

46. *Norunt.*] Alii *norint*: nam ego scire nolo. *Me nemo ministro.*] Id est, non possum assessor esse furis judicis. Id est, meo ductu, auspicio, ministerio, nemo furta perpetrabit. *Farnab.*

47. *Nulli comes exeo.*] Solus Roma exeo, nemo me comitatur, quippe ubi rari boni. Et inde ego solus tanquam mancum & debile membrum ab urbe separor Romana, tanquam à corpore. Comes, iter nobiscum facit, assecla sequitur potentiores; Sodalis, adolescentiæ nomen est. *C. Fronto.*

48. *Mancus.*] Dicitur quasi manu carens: Per hoc Solus, quasi qui ab omnibus repudier. *Exstinctæ dextra.*] Tanquam membrum emortuæ dextræ, quæ nulli est usui. Neque ego adeo idoneus & habilis officiis adulatoriis scelestis. Des. Heraldus *comitem* hic intelligit, qui alterius latus tegens, quasi dextra cassus est, cujus ministerio caret. *Farnab.*

49. *Quis nunc, &c.*] Exponit jam sceleratum crimen illorum, qui aliorum scelera explorabant, atque à sceleratis omnia postea postulabant & impetrabant, & ab illis timebantur, ne proderent illos. id est: Nemo hodie Romæ diligitur, nisi qui conscius est scelerati alicujus facinoris; vel qui novit maximum aliquod scelus domini vel amici sui, à quo magno honore & amore colitur, ne se prodat. *Idem.*

50. *Et cui Æstuat.*] Conjunge hæc Fervens occultis & tacendis. Ita dicit: quasi animus conscientia sceleris, ab altero designati, ferveat; quæ nec tacere facile posset, nec tuto prodere. Translatio est à procellis & fluctibus marinis. *Æstuat.*]

Nil tibi se debere putat, nil conferet unquam
Participem qui te secreti fecit honesti.
Carus erit Verri, qui Verrem tempore, quo vult,
Accusare potest. tanti tibi non sit opaci
Omnis arena Tagi, quodque in mare volvitur aurum,
Ut somno careas, ponendaque præmia sumas
Tristis, & à magno semper timearis amico.
Quæ nunc divitibus gens acceptissima nostris,

Et

VET. SCHOLIAST.

56. *Ponendaque præmia.*] Quæ deponere debeas, id est, abjicere, negligere: vel reddenda, ut quæ mala arte quæsita sunt. *Tristis*, quasi moriturus: ut mala conscientia torquearis.

VARIORUM.

Æstuat.] Agitatur & incalescit, taceatne an proferat.

15. *Nil tibi se.*] Id est: ille non existimabit, quod tibi aliquid debeat, quod tibi obligatus sit, nihil etiam in te conferet, vel tibi dabit, qui sua honesta secreta tibi revelavit. Contra, qui autem scelera sua tibi aperuit, in omnibus tibi erit obsequens.

53. *Carus erit*, *&c.*] Ostendit quod dixit, simili. Id est: è contra vero, qui novit Verrem furem esse, illum Verres in summo pretio, quamvis invitus, habebit; timebit ne ab illo prodatur.

54. *Tanti tibi*, *&c.*] Est autem egregia admonitio & exhortatio è curiosa illa & scelerata malitia, ne quis hujusmodi aliorum scelera arcana scrutetur. Id est, nullæ divitiæ tanti tibi sint, quamvis amplissimæ, ut propter illas scelus amici occultum, velis perscrutari, somno carere, & animo angi, ne è medio tollaris ab illo, qui te conscium timet; vel ne aliquando tibi objiciat, quod arcana tibi concredita patefeceris; & abjicienda & detestanda præmia ab amico tuo magno poscere, & illo timeri semper cupias. Sic Horatius:

Arcanum neque tu scrutaberis illius unquam,
...mmissumque tegas, vel vino tortus, & [illegible].

optimè Lysimacho Philippides, πλὴν τῶν ἀπορρήτων. i. e. præterquam vetita, arcana, narratu indigna, supp. scire refert. Plutarch. de garrulitate. *Farnabius.* *Opaci Tagi.*] Densi & turbulenti propter auriferas arenas. Vel potius umbris arborum obscuri. *Lubin.*

55. *Tagi.*] Fluvii in Lusitania, ob arenas auriferas cæteris amnibus prælati. *Quodque in mare volvitur aurum.*] Per Tagum, vel similia flumina aurifera, *Idem.*

56. *Ut somno careas.*] Propter secretum commissum, vel propter occupatas divitias; utriusque enim insomnis & inquieta custodia. *Ponendaque.*] Quæ cum mala conscientia non erant sumenda.

57. *Magno amico.*] Senatore nobili & potente. Ita fit ut scelerati & pravi nunquam animo sint quieto, aut enim alios timent, aut ab aliis timentur.

58. *Quæ nunc*, *&c.*] Alias caussas subjungit, quod Græci & Græcorum mores, urbem perdunt, id est, pergam jam ad illos, qui nostris Romanis, magis adhuc quam supradicti scelerum ministri sunt grati, & mihi ingratissimi, & quos præcipuè fugio. *Idem.* *Gens.*] Pro natione aut genere hominum, aliâs gens appellatur, quæ confecta est ex pluribus familiis. *Grang.* *Acceptissima.*] i. e. gratissima: aliter est anceps vocabulum; nam & bene & male acceptus dicitur: *Idem.* Hoc loco nostrates dicerent. *VVel-koom.*

59. *Quos fugiam.*] i. e. Odi: nam quod odio habemus, fugimus; Contra, quod amamus, sequimur. Sic Horat.

Non sequar aut fugiam quæ diligit ipse vel odit. *Properabo, &c.*] I. e. propere, alacriter, è vestigio fatebor.

 60. Ne

Et quos præcipue fugiam, properabo fateri,
Nec pudor obstabit. Non possum ferre Quirites,
Græcam urbem, quamvis quota portio fæcis Achææ?
Jam pridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes,
Et linguam, & mores, & cum tibicine chordas
Obliquas, nec non gentilia tympana secum
Vexit, & ad Circum jussas prostare puellas.

Ite,

VET. SCHOLIAST.

60. *Non possum, &c.*] Exclamatio, porro Quirites.

61. *Quota portio.*] Quamvis pauci sunt, tamen Græcam vitiis urbem fecerunt.

62. *Orontes.*] Fluvius in Antiochia civitate, per quem Syros significat: ut Virgil.

Et pontem indignatus Araxes.

63. *Chordas Obliquas.*] Rusticos tibicines, qui in obliquum tangent.

64. *Gentilia.*] Suæ gentis, orientalia.

65. *Et ad Circum.*] Et hoc à Græcis translatum dicit.

VARIORUM.

60. *Nec pudor obstabit, &c.*] Ita dicit. nam pudendum erat urbem Romam Græcam esse factam, ut sequitur. *Idem.*

61. *Græcam urbem.*] Quam Romani, vitiis Græcorum fecerant Græcam. Nam & concumbebant Græce & dicebant, ζωὴ καὶ ψυχὴ inter complexus, ut Sat. 6. dicitur. Sic Tertullian. *Admodum Græci estis. Quamvis quota portio.*] Est correctio; quasi dicat: Tamen si verum fatear, minima Romæ portio est turpissimæ gentis & fæcis Achææ, vel Græcæ. Quasi dicat: Plures aliæ nationes præter Græcam, jam Romam pervenerunt. *Fæcis Achææ, &c.*] Vilissimorum Græcorum. *Idem.*

62. *Jam pridem.*] Non solum inquit Græci in urbem venere, qui divitibus sunt acceptissimi, sed etiam aliæ gentes barbaræ ex Syria in urbem novos gentis suæ mores invexerunt. *Syrus.*] Pro Syrius, more suo quo noster solet. *Jam pridem in Tiberim.*] Id est, jamdudum Syri, qui ad Orontem habitant, Romam ad Tiberim sitam pervenerunt: in Syria autem Orontes fluvius, olim Typhon dictus, & qui Syriam ab Antiochia dividit: sic dictus ab Oronte, qui primus eum ponte junxit. *Lubin.* Grangæus ab Oronte gigante dictum refert, cujus in alveo siccato corpus undecim cubitorum repertum sit.

63. *Et linguam &c.*] Syriam, adulatricem, & sceleratos mores. *Chordas obliquas.*] Citharam cui chordæ intenduntur obliquæ, id est obtortæ; aut obliquæ pro forma citharæ. *Britannic.* Porro Syri nobiles in musicis fuere, ut Syrinx vel Syrisso ab illis derivatum sit. *Lubin. Obliquas.*] Cum obliquorum instrumentorum chordis obliquos etiam mores tibicinis.

64. *Gentilia tympana.*] Quibus domi suæ utuntur, & quæ in Syria inventa sunt. à τυμπανίζω, id est, verbero: Alii legunt *Typana*, ut Galli *Tabour* & *Tambour* indifferenter; & derivant à τύπτω. Vasa sunt hemisphærica, quæ semper bina feruntur, in quibus ab uno latere pellis extenditur, & virgula percutiuntur: quorum in Cybeles sacris usus, *Idem. Gentilia.*] Nam idem est quod ejusdem gentis: Aliàs gentiles, teste Cicerone in Topicis, sunt, qui inter se eodem sunt nomine ab ingenuis oriundi, quorum majorum nemo servitutem servivit, & qui capite diminuti non sunt. *Britannic.*

65. *Ad Circum.*] Ab iis mos prostituendi meritrices in Circo maximo Romæ. In quo ædificium *Menianum* dictum, unde ludi Circenses spectabantur, & in quo ad id accommodato stabant meritrices *Meniana* dictæ: de quibus hoc loco. *Jussas prostare.*] Quæstus gratia. Prostare autem dicitur mulier, quæ turpitudine corporis quæstum facit:

de

Ite, quibus grata est picta lupa Barbara mitra.
Rusticus ille tuus sumit trechedipna, Quirine,

Et

VET. SCHOLIAST.

66. *Picta lupa*, &c.] Meretrices.

67. *Rusticus ille*, &c.] Ecce in quantum Romani rustici didicerunt luxuriam, & palæstris uti, & philacteriis ut athletæ ad vincendum. *Trechedipna.*] Vestimenta parasitica, ut *Caligulas Græcas* currentium ad cœnam.

68. *Niceteria.*] Vestes peregrinas victis convenientes. vel Rechedipna est ipse, qui cœnam facit. ut sit ordo; O Quirine, ille tuus rusticus rechedipna sumit & fert niceteria collo ceromatico. & est sensus: En tibi ô Romule, rustici tui, in omnem diffundi luxum jam didicerunt, & palæstris frui & * philacteriis. Nam & niceteria philacteria sunt, quæ ob victoriam fiebant, & de collo pendentia gestabantur.

VARIORUM.

de Scenicis prostibulis intelligit Lipsius, quæ omnium, non solum libidini, sed & licentiæ exponebantur: Grangæus vero de Semitariis intelligit, quia ejusmodi scorta ex Syria erant.

66. *Ite, quibus* &c.] Ad Circum ubi prostant. Vos huc vos conferte, quibus grata & accepta est peregrina meretrix, habens mitram pictam, & coloribus variegatam in capite more gentis patriæ suæ. Est autem *mitra* vox barbara & significat capitis ornamentum. *Lubin. lupa.*] Quasi quæ ad rem non minus sit avida, quam lupa ad cibum: lupa, inquit Isidorus, meretrix est à rapacitate dicta, quod ad se rapiat miseros & apprehendat. *Mitra* proprie cingulum significat, à filo quod Græci μίτον dicunt, vel ab Hebræo, vel tegumentum corpori congruum, Lydis & Phrygibus, imo & Assyriis usitatum.

67. *Rusticus ille*, &c.] Indignatur his verbis quod Romani vilissimi maneant: contra exteri ad summos honores & opes perveniant. Id est, ô Romule, tuus rusticus, qui sub regno tuo pastoritiæ & rusticæ rei operam dabat, vel à te pastore oriundus est, & ad Græcos & exteros collatus, plane rusticus rudis & iners est: Ille nihil aliud potest quam mane τρεχέδειπνα vestimenta induere, quibus ad amicos ad cœnam rectam, vel sportulam promerendam currat. Nihil inquam potest aliud quam clientem, vel in theatro gladiatorem agere, & ferre in collo suo, ceromate perfuso, victoriæ præmia in theatris relata. At contra exteri, qui ex omnibus orbis partibus in urbem penetrant, ad summa rerum fastigia evehuntur. Sportula enim dicebatur δεῖπνον ἐν σπυρίδι. Currebat enim ad hanc sportulam, ut infra Satyra 5. dicetur. Et alibi;

—— *Cum curat nocte togatus*, &c.

Et Poëta de Græcis locutus, Græca affectat verba, à τρέχω curro & δεῖπνον, cœna. *Lubinus. Rusticus ille*, &c.] Interpres vetus, *Grajas caligulas*, vocat: quæ Græcis τρεχάδες appellantur, auctori veteris Glossarii τρεχάδες sunt *gallicula*. Idem *gallicula* σανδάλια reddit alio loco. sic plane gallicæ & caligæ confunderentur aperte tamen distinguit Tertullianus, & caligam Senatoribus, gallicam, hoc est σανδάλιον Iliacis attribuit. *Salmas. Sumit trechedipna*, &c.] Ego gymnasticas intelligo vestes, quæ à *cursu* nomen habent & *cœna*, ut perstringat rusticos Romanos acriter, qui tam dediti fuerint Gymnasticis & Græcanicis exercitationibus, ut iis prope vitam & spiritum ducere viderentur, ad easque tanquam ad cœnam currerent, qua veste etiam esuritores fortasse Græculi ad cœnam cursitantes uti solebant. quare *trechedipna* hic jocoso vocabulo endromidem appellari reor. de qua Sat. VI.

Endromidas Tyrias & fœmineum ceroma. Vestes, quas *livreas* appellant Galli & Itali. Turneb. lib. 3. cap. 17. Rutgers. Var. lect. lib. 6. pag. 591. Glossæ, *Cupedicinus*, τρεχέδειπνος. *Joseph Scaliger* lib. 5. Emendat. tempor. Martinius Turnebum, quod gymnasticas intelligit vestes, longius à vero abire sentit. Quicquid sit, sensus patet. Sed pro *Trechedipna* sunt qui scribant *Rechedipna*; & quæ Vetus scholiastes *fylateria* scripsit, ut sint *phalia*, a Græ-

ca

Et quos præcipue fugiam, properabo fateri,
Nec pudor obstabit. Non possum ferre Quirites,
Græcam urbem, quamvis quota portio fæcis Achææ?
Jam pridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes,
Et linguam, & mores, & cum tibicine chordas
Obliquas, nec non gentilia tympana secum
Vexit, & ad Circum jussas prostare puellas.
Ite,

VET. SCHOLIAST.

60. *Non possum, &c.*] Exclamatio, Porro Quirites.

61. *Quota portio.*] Quamvis pauci sunt, tamen Græcam vitiis urbem fecerunt.

62. *Orontes.*] Fluvius in Antiochia civitate, per quem Syros significat: ut Virgil.

Et pontem indignatus Araxes.

63. *Chordas Obliquas.*] Rusticos tibicines, qui in obliquum tangent.

64. *Gentilia.*] Suæ gentis, orientalia.

65. *Et ad Circum.*] Et hoc à Græcis translatum dicit.

VARIORUM.

60. *Nec pudor obstabit, &c.*] Ita dicit. nam pudendum erat urbem Romam Græcam esse factam, ut sequitur. *Idem.*

61. *Græcam urbem.*] Quam Romani, vitiis Græcorum fecerant Græcam. Nam & concumbebant Græce & dicebant, ζωὴ καὶ ψυχὴ inter complexus, ut Sat. 6. dicitur. Sic Tertullian. *Admodum Græci estis. Quamvis quota portio.*] Est correctio; quasi dicat: Tamen si verum fatear, minima Romæ portio est turpissimæ gentis & fæcis Achææ, vel Græcæ. Quasi dicat: Plures aliæ nationes præter Græcam, jam Romam pervenerunt. *Fæcis Achææ, &c.*] Vilissimorum Græcorum. *Idem.*

62. *Jam pridem.*] Non solum inquit Græci in urbem venere, qui divitibus sunt acceptissimi, sed etiam aliæ gentes barbaræ ex Syria in urbem novos gentis suæ mores invexerunt. *Syrus.*] Pro Syrius, more suo quo noster solet. *Jam pridem in Tiberim.*] Id est, jamdudum Syri, qui ad Orontem habitant, Romam ad Tiberim sitam pervenerunt: in Syria autem Orontes fluvius, olim Typhon dictus, & qui Syriam ab Antiochia dividit: sic dictus ab Oronte, qui primus eum ponte junxit. *Lubin.* Grangæus ab Oronte gigante dictum refert, cujus in alveo siccato corpus undecim cubitorum repertum sit.

63. *Et linguam &c.*] Syriam, adulatricem, & sceleratos mores. *Chordas obliquas.*] Citharam cui chordæ intenduntur obliquæ, id est obtortæ; aut obliquæ pro forma citharæ. *Britannic.* Porro Syri nobiles in musicis fuere, ut Syrinx vel Syrisso ab illis derivatum sit. *Lubin. Obliquas.*] Cum obliquorum instrumentorum chordis obliquos etiam mores tibicinis.

64. *Gentilia tympana.*] Quibus domi suæ utuntur, & quæ in Syria inventa sunt. à τυμπανίζω, id est, verbero: Alii legunt *Typana*, ut Galli *Tabour* & *Tambour* indifferenter; & derivant à τύπῳ. Vasa sunt hemisphærica, quæ semper bina feruntur, in quibus ab uno latere pellis extenditur, & virgula percutiuntur: quorum in Cybeles sacris usus, *Idem. Gentilia.*] Nam idem est quod ejusdem gentis: Aliàs gentiles, teste Cicerone in Topicis, sunt, qui inter se eodem sunt nomine ab ingenuis oriundi, quorum majorum nemo servitutem servivit, & qui capite diminuti non sunt. *Britannic.*

65. *Ad Circum.*] Ab iis mos prostituendi meretrices in Circo maximo Romæ. In quo ædificium *Manianum* dictum, unde ludi Circenses spectabantur, & in quo ad id accommodato stabant meretrices *Maniana* dictæ: de quibus hoc loco. *Jussas prostare.*] Quæstus gratia. Prostare autem dicitur mulier, quæ turpitudine corporis quæstum facit:
de

Ite, quibus grata est picta lupa Barbara mitra.
Rusticus ille tuus sumit trechedipna, Quirine,

Et

VET. SCHOLIAST.

66. *Picta lupa*, &c.] Meretrices.

67. *Rusticus ille*, &c.] Ecce in quantum Romani rustici didicerunt luxuriam, & palæstris uti, & philacteriis ut athletæ ad vincendum. *Trechedipna.*] Vestimenta parasitica, ut *Caligulas Græcas* currentium ad cœnam.

68. *Niceteria.*] Vestes peregrinas victis convenientes. vel Rechedipna est ipse, qui cœnam facit. ut sit ordo; O Quirine, ille tuus rusticus rechedipna sumit & fert niceteria collo ceromatico. & est sensus: En tibi ô Romule, rustici tui, in omnem diffundi luxum jam didicerunt, & palæstris frui & * philacteriis. Nam & niceteria philacteria sunt, quæ ob victoriam fiebant, & de collo pendentia gestabantur.

VARIORUM.

de Scenicis prostibulis intelligit Lipsius, quæ omnium, non solum libidini, sed & licentiæ exponebantur: Grangæus vero de Semitariis intelligit, quia ejusmodi scorta ex Syria erant.

66. *Ite, quibus* &c.] Ad Circum ubi prostant. Vos huc vos conferte, quibus grata & accepta est peregrina meritrix, habens mitram pictam, & coloribus variegatam in capite more gentis patriæ suæ. Est autem *mitra* vox barbara & significat capitis ornamentum. *Lubin. lupa.*] Quasi quæ ad rem non minus sit avida, quam lupa ad cibum: lupa, inquit Isidorus, meritrix est à rapacitate dicta, quod ad se rapiat miseros & apprehendat. *Mitra* proprie cingulum significat, à filo quod Græci μίτον dicunt, vel ab Hebræo, vel tegumentum corpori congruum, Lydis & Phrygibus, imo & Assyriis usitatum.

67. *Rusticus ille*, &c.] Indignatur his verbis quod Romani vilissimi maneant: contra exteri ad summos honores & opes perveniant. Id est, ô Romule, tuus rusticus, qui sub regno tuo pastoritiæ & rusticæ rei operam dabat, vel à te pastore oriundus est, & ad Græcos & exteros collatus, plane rusticus rudis & iners est: Ille nihil aliud potest quam mane τρεχέδειπνα vestimenta induere, quibus ad amicos ad cœnam rectam, vel sportulam promerendam currat. Nihil inquam potest aliud quam clientem, vel in theatro gladitorem agere, & ferre in collo suo, ceromate perfuso, victoriæ præmia in theatris relata. At contra exteri, qui ex omnibus orbis partibus in urbem penetrant, ad summa rerum fastigia evehuntur. Sportula enim dicebatur δεῖπνον ἐν σπυρίδι. Currebat enim ad hanc sportulam, ut infra Satyra 5. dicetur. Et alibi;

——— *Cum curat nocte togatus*, &c.

Et Poëta de Græcis locutus, Græca affectat verba, à τρέχω curro & δεῖπνον, cœna. *Lubinus. Rusticus ille*, &c.] Interpres vetus, *Grajas caligulas*, vocat: quæ Græcis τρεχάδια appellantur, auctori veteris Glossarii τροχάδες sunt *gallicula*. Idem *gallicas* σανδάλια reddit alio loco. sic plane gallicæ & caligæ confunderentur aperte tamen distinguit Tertullianus, & caligam Senatoribus, gallicam, hoc est σανδάλιον Isiacis attribuit. *Salmas. Sumit trechedipna*, &c.] Ego gymnasticas intelligo vestes, quæ à *cursu* nomen habent & *cœna*, ut perstringat rusticos Romanos acriter, qui tam dediti fuerint Gymnasticis & Græcanicis exercitationibus, ut iis prope vitam & spiritum ducere viderentur, ad easque tanquam ad cœnam currerent, qua veste etiam esuritores fortasse Græculi ad cœnam cursitantes uti solebant. quare *trechedipna* hic jocoso vocabulo endromidem appellari reor. de qua Sat. vi.

Endromidas Tyrias & fœmineum ceroma.

Vestes, quas *livreas* appellant Galli & Itali. Turneb. lib. 3. cap. 17. Rutgers. Var. lect. lib. 6. pag. 591. Glossæ, *Cupedicinus*, τρεχέδειπνος. *Joseph Scaliger* lib. 5. Emendat. tempor. Martinius Turnebum, quod gymnasticas intelligit vestes, longius à vero abire sentit. Quicquid sit, sensus patet. Sed pro *Trechedipna* sunt qui scribant *Rechedipna*; & quæ Vetus scholiastes *fylateria* scripsit, ut sint *spolia*, a Græca

Et ceromatico fert niceteria collo.
Hic alta Sicyone, ast hic Amydone relicta,
Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis,
Esquilias, dictumque petunt à vimine collem,
Viscera magnarum domuum, dominique futuri.
Ingenium velox, audacia perdita, sermo
Promtus, & Isæo torrentior. ede, quid illum

Esse

VET. SCHOLIAST.

74. *Et Isæo, &c.*] Isæus Romæ orator omnibus eloquentior. De hoc Plinius Secundus ait, *Magna Isæum fama præcesserat; major inventus est.*

VARIORUM.

60 συλάω, spolio, illi scribunt *philacteria* (opinor voluisse *phylacteria*) quasi autor intellexisset chartulas illas, seu amuleta, quæ de collo suspendi solebant.

68. *Ceromatico.*] Vilissimum gladiatorem agit, collo ceromate perunctо; quod unguentum erat ex oleo, cera, & terra in speciem luti, quo ungebantur in Palæstra. *Niceteria.*] Νικητήρια. Vestes erant peregrinæ, *phylacteria* alias dicta, quæ victoribus datæ de collo pendebant. Est autem νικητήριον, victoriæ præmium. *Lubin.* Ut victoriæ insignibus ornati tanto melius ad cœnam admittantur.

69. *Hic alta, &c.*] Est dissimilitudinis Apodosis. Id est, contra exteri & Græci præsertim ab omnibus Græciæ partibus Romam petunt, & ibi non viles clientes & gladiatores erunt, ut Romani rustici & rudes sunt & manent; sed magnarum domuum inhabitatores erunt, potentes & divites. *Sicyone.*] Insula, teste Plinio, in mari Ægæo contra Epidaurum, alta & eminens. Vel, ut alii, urbs in Peloponeso, vel in Laconia. *Amydone.*] Pæoniæ civitas, quæ Trojanis auxilia misit, teste Homero. *Idem.*

70. *Andro.*] Prima erat Cycladum maris Ægæi insula. *Samo.*] In Ionia Chios & Samos est, teste Mela, ubi Juno maxime colebatur. Vel insula in Icario, quæ Ioniæ adjacet. *Trallibus.*] Opidum olim in Asia celeberrimum, situm in vertice quodam plano, qui promontorium natura munitum habet. Strabo & ut Britannicus vult, opidum Phrygiæ. ut alii, Cariæ. *Alabandis.*] Alabanda Minoris Asiæ urbs in Caria, duobus montibus subjecta, ubi homines molles & psaltriæ multæ. Quia autem Græcos hoc loco exagitat, & de Græca urbe supra dixit, frequenter etiam Græcis vocibus utitur, ut supra vidimus: Ceromatico, niceteria, Geometres, aliptes, &c. *Idem.*

71. *Esquilias.*] Esquilinus mons, ubi jam templum Mariæ majoris, & Viti. Τόπος ἐν Ῥώμῃ; à Rege Tullio, urbi adjectus. Dictæ à regis excubiis, vel quod ab illo excultæ essent. Unde & scribendum *Exquiliæ.* *A vimine.*] Teste enim Festo, ibi viminum sylva fuit, hinc collis Viminalis dictus. *Idem.* Ubi & ara jovi Vimineo exstructa.

72. *Viscera. &c.*] Inhabitatores, ita ingerunt se, ac insinuant in maximas familias suis artibus & familiarium secreta condiscunt, ut etiam hæredes se futuros sperent. Iis quippe est ingenium velox, &c. *Idem. Viscera.*] An quod blanditiis ita chari futuri ut viscera, an quod tanquam viscera omnia absorbeant. Grang. *Dominique futuri.*] Tam callidi sunt, ut à divite in amicitiam & familiaritatem recepti, quasi domini omnia in domo moderentur. *Britannic.*

73. *Ingenium velox.*] Recenset ingenii præclara dona, & artes quibus ad tantas opes perveniant. Ingenium velox ad omnia discenda, & excogitanda. *Audacia perdita.*] Qui per summam impudentiam apud quosvis se ingerunt, ut qui donum audaciæ & impudentiæ habeant. Ἀπηγνωσμένη, adeo perditæ & desperatæ audaciæ. *Lub. Salmas. Sermo Promtus.*] In promtu, expeditus, paratus, sunt eloquentissimi. *Lubin.*

74. *Isæo torrentior.*] Isæus Orator fuit

Athenis

Esse putes? quemvis hominem secum attulit ad nos,
Grammaticus, rhetor, geometres, pictor, aliptes,
Augur, schœnobates, medicus, magus, omnia novit.
Græculus esuriens in cœlum, jusseris, ibit.
Ad summam non Maurus erat, neque Sarmata, nec Thrax,
Qui sumsit pennas, mediis sed natus Athenis.
Horum

VET. SCHOLIAST.

77. *Schœnobates.*] Funambulus, *Aliptes*, unctor.

79. *Ad summam.*] Ad postremum: ut Vergilius: *Hæc summa est.* Ad ultimum omnem vitam dicam.

VARIORUM.

Athenis ejus nominis celeberrimus, Demosthenis præceptor. Alter eo nomine Romæ eloquentissimus. Vide de hoc Plinium in Epist. qui eum laudat, quod admirabilis Rhetor fuerit. *Torrentior.*] Concitatior, uberior, vehementior: sumtum à torrente, qui magna fertur aquarum ubertate & vi. *Britann.* *Ede, quid illum, &c.*] Vult hic probare, quam versuti sint Græci ad omnia. Ait ergo: Dic quid censes? scilicet esse Græcum hominem? quasi dicat; tam astutus, tam vafer est, ut nulla sit prorsus ars, quam ipse non profiteatur: *secum enim attulit omnem hominem*, id est, omnia profitetur, quæ homo possit facere & scire: nihil non permittit sibi. Erit enim grammaticus, rhetor, &c. *Britan.*

75. *Quemvis hominem.*] Omniscium, omnes artes professum. *Farnab.*

76. *Grammaticus.*] Id est, literatus est, omnes linguas perfecte novit; omnes fabulas Poëticas tenet. *Rhetor.*] Insignis orator. *Geometres.*] Nisi Synæresi aliqua priores duas syllabas pro una scandas, ratio quantitatis non constat, producitur enim *e*, quod in Græco *ω* longam. Nisi forte noster etymon & compositionem vocis Græcæ considerans, primam syllabam, quod sit γῆ & γαῖα in Græco longa, eodem modo voluerit producere, & non *Geometres*, sed *Geometra* scripserit: Saltem sic ego putem. *Pictor.*] Artificiosi pictores Romæ ferme exteri fuere. *Aliptes.*] Ab Ἀλείφω. Unctor: qui in Gymnasio palæstritas inungebat. *Idem.*

77. *Augur.*] Qui ex garritu & avium volatu futura prædicit *Schœnobates.*] Funambulus, a σχοῖνος, καὶ βαίνω. Terent. *Et populus in funambulo animum occuparat.* *Magus.*] Vel sapiens ut olim; vel potius incantator & veneficus. *Idem.* Mysteriorum gnarus *Farnab.* Lingua Persarum Magus est, qui nostra Romanorum erat Sacerdos, qui rite scit & callet leges cerimoniarum, fas sacrorum, jus religionum. *Britannic.*

78. *Esuriens.*] Paupertas enim & fames omnes artes excitat. Pers.

Magister artis ingenique largitor
Venter.

In cœlum, &c.] Respondet illi superiori: *omnia novit*. Cogente enim fame seu paupertate, quæ excitat artes; si jusseris, volabit alter Dædalus. *Farnabius.* Quamvis Satyricus hic non loquatur nisi de Dædalo, nil impedit tamen quin ludat in ambiguo, & non tam illum cogitet & tangat, quam quidem alterum illum Græculum, qui tempore Neronis priorem Dædalum volando imitari volens, Icarum potius imitatus est: Simonem Magum puto. *Grang.*

79. *Ad summam.*] Id est, denique ne longius evager. *Non Maurus.*] Dicit, Dædalum illum volantem non Maurum aut Thracia ortum fuisse, sed Græcum, & quidem Atheniensem. Quorum Græcorum ingeniositatem, artes, & solertiam alii populi imitari nequeant, ne nunc quidem. *Lubin.*

80. *Qui sumsit pennas.*] Qui pennas sibi & alas aptavit & applicavit, ut volaret,

Horum ego non fugiam conchylia? me prior ille
Signabit, fultusque toro meliore recumbet,
Advectus Romam, quo pruna, & coctona vento?
Usque adeo nihil est, quod nostra infantia cœlum
Hausit Aventini bacca nutrita Sabina?
Quid, quod adulandi gens prudentissima, laudat

Scr-

VET. SCHOLIAST.

81. *Conchylia,*] Vestem fucatam, & togæ erubescendæ fucatos habitus: & Romæ togæ * erubescendus in capitium purpuram quasi conchylia signant.

VARIORUM.

81. *Horum ego non fugiam conchylia?*] Inter alias caussas sui ab urbe discessus, unam hanc præcipuam esse ostendit, quod nequit ferre Græculos, qui nuper ex Græcia advecti, ita suis artibus locupletati sunt, ut nunc inter primores urbis habeantur. Nam purpurati incedunt; priores etiam testamenta signant, honoratiore loco discumbunt. *Britan.* Turneb. lib. IX. cap. 5. *Conchylia.*] Id est, vestes conchyliatas, & purpureas, quibus induti in publicum procedunt, tanquam nobiles Rom. Nam *conchylium* piscis est ex genere concharum, sicut purpura & murex; ex iis autem piscibus eliciebatur liquor ille tam pretiosus, ad tingendas vestes. *Idem.*

82. *Me prior ille signabit.*] Indignatur pessimos adulatores, viris bonis præferri, id est, ubi ad testamentum obsignandum, vel alias tabulas vocati fuerimus, ille tanquam me honoratior, prior signabit, & ego tanquam posterior. *Fultusque toro meliore.*] Id est, in conviviis tanquam dignior mihi præfertur, & honoratiori loco, in supremo culcitræ triclinaris loco, recumbet? *Lubinus.* *Signabit?*] Legunt quidam *Cænabit?* *Fultus.*] I. e. sustentatus pulvino, quod apponebatur dorso ipsius. *Toro meliore.*] i. e. auleis ditioribus strato & pluma delicatiore farto, ut & qui est in loco magis honorato: locus autem melior & honestior erat medius.

83. *Advectus Romam.*] Id est, qui venalis olim ex Syria Romam advectus est, una cum mercibus venalibus, oneraria nave & plena vilis mercis. Id est, qui oriundus est ex ista regione, ex qua ad nos advehuntur pruna. *Quo pruna, & Coctona.*] Id est, una cum mercibus Syriæ Romam servi venales advecti. Erant autem Coctona Syro nomine, parvæ Syriæ ficus peculiares, & varie apud autores scribitur. alii legunt *Cottana.* Junius dicit hoc esse proverbium probrosum in advenas. *Pruna.*] Quæ ex Damasco urbe Syriæ, primum Romam navibus deportantur. *Idem.*

84. *Usque adeo nihil est.*] 'Επιφώνημα. Nihil ergo nos juvat, nihil ne est prærogativæ, quod Romæ nati & nutriti fuimus? aërem Romanum hausimus? *Farnabius.* *Usque adeo.*] An in tantum?

85. *Aventini.*] Romani. Partem ponit pro toto. Aventinus enim unus est ex septem urbis Romæ montibus: dictus secundum Varronem, aut ab avibus, quod eò se à Tiberi ferrent; aut à rege Aventino, qui ibi sepultus fuit: aut ab adventu hominum seu advectu. Nam olim paludibus mons hic à reliquis disclusus fuit. *Britann.* *Bacca Sabina.*] Oliva id est fructibus & cibis Italicis, ut sit species pro genere; & opponitur prunis & coctonis Syris. Sabini enim & Romani, commune habuere imperium. *Britan.* *Farnabius.* Et dicti Romani Quirites à Curibus, Sabinorum opido.

86. *Quid, quod adulandi.*] Tangit jam Græcorum fœdam, & homine indignam adulationem: quasi dicat, non solum sunt Grammatici, Rhetores, Geometræ, verum etiam adulatores longe peritissimi. *Lubin.* & adulatoriæ artis magisteria. *Quid, quod, &c.*] Subaudi *dicas*, si aliud de Græcis gravius addidere, quod scil. &c.

87. *Lau-*

Sermonem indocti, faciem deformis amici,
Et longum invalidi collum cervicibus æquat
Herculis, Antæum procul à tellure tenentis?
Miratur vocem angustam, qua deterius nec
Ille sonat, quo mordetur gallina marito.
Hæc eadem licet & nobis laudare: sed illis
Creditur. an melior cum Thaida sustinet, aut cum
Uxorem comœdus agit, vel Dorida nullo

Cul-

VET. SCHOLIAST.

90. *Vocem angustam.*] Gracilem.

VARIORUM.

87. *Laudat sermonem indocti.*] Hoc vere est nigrum in candida vertere, ut supra dictum est. Et quod se non posse dixit Umbritius, cum inquit:

——*Mentiri nescio.* Idem.

88. *Et longum invalidi collum.*] Pectorosa repandæ cervicis ostentatio. Id est, aliquem amicum qui collum oblongum & invalidum habet, vel qui imbellis est & invalidus, illum comparat cum Hercule robustissimo, qui Antæum terræ filium superabat. Turneb. lib. IX. cap. 23. *Longum collum.*] Prolixi colli, plerumque sunt imbecilliores. *Lubin.* Infirmitatis signum collum longum esse Galli testantur, qui si quem talem viderint, continuo vocant *ce grand col allongé*, & nostrates *een lang-hals.* *Cervicibus æquat Herculis.*] Dicit imbecillum fortissimo Herculi similem.

89. *Antæum.*] De pugna inter Antæum terræ filium, & Herculem secundum laborem consummantem, vide Lucanum lib. 4. Dicit autem *procul à tellure tenentis;* Nam Antæus, quia terræ filius erat, in lucta illa cum Hercule, quoties terram matrem pede percutiebat, vires & robur quintuplex recipiebat; quod sentiens Hercules, adeo procul à terra eum elevat, ut terram amplius pede attingere non potuerit, unde Antæus superatur præfocatus. *Lubin.*

90. *Miratur vocem angustam.*] Id est, cum admiratione laudat, vocem stridulam, raucam, exilem, mollem, minusque virilem, & qualem vocem gallus maritus gallinæ habet, dum gallinam mordet ascendens. Ea vox maxime ab Oratoribus damnatur. Vide Fabium lib. XI. *Idem.* Vox autem ultra vires urgenda non est; nam & suffocatur sæpe, & majore nixu minus clara est, & interim elisa in malum sonum erumpit, cui Græci nomen ab immaturo Gallorum cantu indiderunt: forte κρώζειν. Claverius legit *illa sonat, quum mordetur gallina marito:* Nec hæc lectio inconcinna, imo & sensus non absonus: de quo docti judicent. *Marito.*] Gallo, qua ratione vox sæpius transfertur ad pecudes. *Miratur.*] Plus est, quam quum dicimus laudat.

92. *Hæc eadem.*] Id est, nos Romani possumus eadem facere & laudare, sed non eodem eventu. Nam illis creditur, non nobis. *Duo cum faciunt idem, non est idem.* Lubin. *Sed illis.*] Græcis. A quibusdam rogatus, ut cantaret super cœnam: *Solos scire audire Græcos solosque se & suis studiis dignos*, respondit Nero, apud Sueton. cap. 21.

93. *An melior.*] Laudat illos jam Ironice ob histrionicam; quod non solum egregii adulatores sint, sed histriones quoque. Id est, An melior histrio unquam invenitur, quam Græculus est, cum in Fabula personam meretricis Thaidis sustinet; vel cum in Comœdia honestam matronam agit, & repræsentat; vel cum imitatur Dorida Nympham nudam & marinam, nullo palliolo cultam & vestitam, nam Deæ marinæ nudæ fingebantur. Indicat Græculum histrionem cuilibet personæ in Scena agendæ & repræsentandæ aptum esse. Vide Brodæum 8. c. 6. *Lubin.*

94. *Comœdus.*] Actor Comœdiarum

E 5 Histri-

Horum ego non fugiam conchylia? me prior ille
Signabit, fultusque toro meliore recumbet,
Advectus Romam, quo pruna, & coctona vento?
Usque adeo nihil est, quod nostra infantia cœlum
Hausit Aventini bacca nutrita Sabina?
Quid, quod adulandi gens prudentissima, laudat

Ser-

VET. SCHOLIAST.

81. *Conchylia,*] Vestem fucatam, & togæ erubescendæ fucatos habitus: & Romæ togæ erubescendus in capitium purpuram quasi conchylia signant.

VARIORUM.

81. *Horum ego non fugiam conchylia?*] Inter alias caussas sui ab urbe discessus, unam hanc præcipuam esse ostendit, quod nequit ferre Græculos, qui nuper ex Græcia advecti, ita suis artibus locupletati sunt, ut nunc inter primores urbis habeantur. Nam purpurati incedunt, priores etiam testamenta signant, honoratiore loco discumbunt. *Britan.* Turneb. lib. 12 cap. 5. *Conchylia.*] Id est, vestes conchyliatas, & purpureas, quibus induti in publicum procedunt, tanquam nobiles Rom. Nam *conchylium* piscis est ex genere concharum, sicut purpura & murex; ex iis autem piscibus eliciebatur liquor ille tam pretiosus, ad tingendas vestes. *Idem.*

82. *Me prior ille signabit.*] Indignatur pessimos adulatores, viris bonis præferri, id est, ubi ad testamentum obsignandum, vel alias tabulas vocati fuerimus, ille tanquam me honoratior, prior signabit, & ego tanquam posterior. *Fultusque toro meliore.*] Id est, in conviviis tanquam dignior mihi præfertur, & honoratiori loco, in supremo cubitis reclinatus loco, recumbet? *Lubinus.* *Signabit*] [illegible] quidam *Sonabit?* *Fultus*] [illegible] pulvino, quod apponebat[illegible] *Toro meliore*] i. e. aulæ[illegible] & pluma delicatiore [illegible] in loco magis hon[illegible] gnaticos & honestio[illegible]

83. *Advectus Romam.*] Id est, qui venalis olim ex Syria Romam advectus est, una cum mercibus venalibus, oneraria navebus plena vilis mercis, id est, qui oriundus e[illegible] ex ista regione, ex qua ad nos advehuntur pruna. *Quo pruna, & Coctona.*] Id est, una cum mercibus Syriæ Romam servi venales advecti. Erant autem Coctona Syra nomine, parvæ Syriæ ficus peculiares, & varie apud autores scribitur. alii legunt *Cottana.* Junius dicit hoc esse proverbium probrosum in advenas. *Pruna.*] Quæ ex Damasco urbe Syriæ, primum Romam navibus deportantur. *Idem.*

84. *Usque adeo nihil est.*] Ἐπιφώνημα. Nihil ergo nos juvat, nihil ne est prærogativæ, quod Romæ nati & nutriti fuimus? aerem Romanum hausimus? *Farnabius.* *Usque adeo.*] An in tantum?

85. *Aventini.*] Romani. Partem pro toto. Aventinus enim unus est e septem urbis Romæ montibus. dictus secundum Varronem, aut ab avibus, quæ eò se à Tiberi ferrent; aut à rege Aventino, qui ibi sepultus fuit: aut ab adventu hominum seu advectu. Nam olim paludibus mons hic a reliquis disclusus fuit. *Britann.* *Bacca Sabina.*] Oliva id est fructibus & cibis Italicis, ut sit species [illegible] genere, & opponitur prunis & cocto[illegible] Syriæ. Sabinis enim & Romanis, cum [illegible] habuere imperium. [illegible]

[illegible]

Horum ego non fugiam conchylia? me prior ille
Signabit, fultusque toro meliore recumbet,
Advectus Romam, quo pruna, & coctona vento?
Usque adeo nihil est, quod nostra infantia cœlum
Hausit Aventini bacca nutrita Sabina?
Quid, quod adulandi gens prudentissima, laudat

Scr-

VET. SCHOLIAST.

81. *Conchylia.*] Vestem fucatam, & togæ erubescendæ fucatos habitus: & Romæ togæ * erubescendus in capitium purpuram quasi conchylia signant.

VARIORUM.

81. *Horum ego non fugiam conchylia?*] Inter alias caussas sui ab urbe discessus, unam hanc præcipuam esse ostendit, quod nequit ferre Græculos, qui nuper ex Græcia advecti, ita suis artibus locupletati sunt, ut nunc inter primores urbis habeantur. Nam purpurati incedunt; priores etiam testamenta signant, honoratiore loco discumbunt. *Britan.* Turneb. lib. IX. cap. 5. *Conchylia.*] Id est, vestes conchyliatas, & purpureas, quibus induti in publicum procedunt, tanquam nobiles Rom. Nam *conchylium* piscis est ex genere concharum, sicut purpura & murex; ex iis autem piscibus eliciebatur liquor ille tam pretiosus, ad tingendas vestes. *Idem.*

82. *Me prior ille signabit.*] Indignatur pessimos adulatores, viris bonis præferri, id est, ubi ad testamentum obsignandum, vel alias tabulas vocati fuerimus, ille tanquam me honoratior, prior signabit, & ego tanquam posterior. *Fultusque toro meliore.*] Id est, in conviviis tanquam dignior mihi præfertur, & honoratiori loco, in supremo culcitræ triclinaris loco, recumbet? *Lubinus.* *Signabit?*] Legunt quidam *Cœnabit?* *Fultus.*] I. e. sustentatus pulvino, quod apponebatur dorso ipsius. *Toro meliore.*] i. e. auleis ditioribus strato & pluma delicatiore farto, ut & qui est in loco magis honorato: locus autem melior & honestior erat medius.

83. *Advectus Romam.*] Id est, qui venalis olim ex Syria Romam advectus est, una cum mercibus venalibus, oneraria nave & plena vilis mercis. Id est, qui oriundus est ex ista regione, ex qua ad nos advehuntur pruna. *Quo pruna, & Coctona.*] Id est, una cum mercibus Syriæ Romam servi venales advecti. Erant autem Coctona Syro nomine, parvæ Syriæ ficus peculiares, & varie apud autores scribitur. alii legunt *Cottana.* Junius dicit hoc esse proverbium probrosum in advenas. *Pruna.*] Quæ ex Damasco urbe Syriæ, primum Romam navibus deportantur. *Idem.*

84. *Usque adeo nihil est.*] Ἐπιφώνημα. Nihil ergo nos juvat, nihil ne est prærogativæ, quod Romæ nati & nutriti fuimus? aërem Romanum hausimus? *Farnabius.* *Usque adeo.*] An in tantum?

85. *Aventini.*] Romani. Partem ponit pro toto. Aventinus enim unus est ex septem urbis Romæ montibus: dictus secundum Varronem, aut ab avibus, quod eò se à Tiberi ferrent; aut à rege Aventino, qui ibi sepultus fuit: aut ab adventu hominum seu advectu. Nam olim paludibus mons hic à reliquis disclusus fuit. *Britann.* *Bacca Sabina.*] Oliva id est fructibus & cibis Italicis, ut sit species pro genere; & opponitur prunis & coctonis Syris. Sabini enim & Romani, commune habuere imperium. *Britan.* *Farnabius.* Et dicti Romani Quirites à Curibus, Sabinorum opido.

86. *Quid, quod adulandi.*] Tangit jam Græcorum fœdam, & homine indignam adulationem: quasi dicat, non solum sunt Grammatici, Rhetores, Geometræ, verum etiam adulatores longe peritissimi. *Lubin.* & adulatoriæ artis magisteria. *Quid, quod, &c.*] Subaudi *dices*, si aliud de Græcis gravius addidero, quod scil. &c.

87. *Lau-*

Sermonem indocti, faciem deformis amici,
Et longum invalidi collum cervicibus æquat
Herculis, Antæum procul à tellure tenentis?
Miratur vocem angustam, qua deterius nec
Ille sonat, quo mordetur gallina marito.
Hæc eadem licet & nobis laudare: sed illis
Creditur. an melior cum Thaida sustinet, aut cum
Uxorem comœdus agit, vel Dorida nullo

Cul-

VET. SCHOLIAST.

90. *Vocem angustam.*] Gracilem.

VARIORUM.

87. *Laudat sermonem indocti.*] Hoc vere est nigrum in candida vertere, ut supra dictum est. Et quod se non posse dixit Umbritius, cum inquit:

——*Mentiri nescio.* Idem.

88. *Et longum invalidi collum.*] Pectorosa repandæ cervicis ostentatio. Id est, aliquem amicum qui collum oblongum & invalidum habet, vel qui imbellis est & invalidus, illum comparat cum Hercule robustissimo, qui Antæum terræ filium superabat. Turneb. lib. IX. cap. 23. *Longum collum.*] Prolixi colli, plerumque sunt imbecilliores. *Lubin.* Infirmitatis signum collum longum esse Galli testantur, qui si quem talem viderint, continuo vocant *ce grand col allongé*, & nostrates *een lang-hals. Cervicibus æquat Herculis.*] Dicit imbecillum fortissimo Herculi similem.

89. *Antæum.*] De pugna inter Antæum terræ filium, & Herculem secundum laborem consummantem, vide Lucanum lib. 4. Dicit autem *procul à tellure tenentis;* Nam Antæus, quia terræ filius erat, in lucta illa cum Hercule, quoties terram matrem pede percutiebat, vires & robur quintuplex recipiebat; quod sentiens Hercules, adeo procul à terra eum elevat, ut terram amplius pede attingere non potuerit, unde Antæus superatur præfocatus. *Lubin.*

90. *Miratur vocem angustam.*] Id est, cum admiratione laudat, vocem stridulam, raucam, exilem, mollem, minusque virilem, & qualem vocem gallus maritus gallinæ habet, dum gallinam mordet ascendens. Ea vox maxime ab Oratoribus damnatur. Vide Fabium lib. 11. *Idem.* Vox autem ultra vires urgenda non est; nam & suffocatur sæpe, & majore nixu minus clara est, & interim elisa in malum sonum erumpit, cui Græci nomen ab immaturo Gallorum cantu indiderunt: forte κρίγχειν. Claverius legit *illa sonat, quum mordetur gallina marito:* Nec hæc lectio inconcinna, imo & sensus non absonus: de quo docti judicent. *Marito.*] Gallo, qua ratione vox sæpius transfertur ad pecudes. *Miratur.*] Plus est, quam quum dicimus laudat.

92. *Hæc eadem.*] Id est, nos Romani possumus eadem facere & laudare, sed non eodem eventu. Nam illis creditur, non nobis. *Duo cum faciunt idem, non est idem.* Lubin. *Sed illis.*] Græcis. A quibusdam rogatus, ut cantaret super cœnam: *Solos scire audire Græcos, solosque se & suis studiis dignos*, respondit Nero, apud Sueton. cap. 21.

93. *An melior.*] Laudat illos jam Ironice ob histrionicam; quod non solum egregii adulatores sint, sed histriones quoque. Id est, An melior histrio unquam invenitur, quam Græculus est, cum in Fabula personam meretricis Thaidis sustinet; vel cum in Comœdia honestam matronam agit, & repræsentat; vel cum imitatur Dorida Nympham nudam & marinam, nullo palliolo cultam & vestitam, nam Deæ marinæ nudæ fingebantur. Indicat Græculum histrionem cuilibet personæ in Scena agendæ & repræsentandæ aptum esse. Vide Brodæum 8. c. 6. *Lubin.*

94. *Comœdus.*] Actor Comœdiarum

Histri-

Horum ego non fugiam conchylia? me prior ille
Signabit, fultusque toro meliore recumbet,
Advectus Romam, quo pruna, & coctona vento?
Usque adeo nihil est, quod nostra infantia cœlum
Hausit Aventini bacca nutrita Sabina?
Quid, quod adulandi gens prudentissima, laudat
Ser-

VET. SCHOLIAST.

81. *Conchylia*,] Vestem fucatam, & togæ erubescendæ fucatos habitus: & Romæ togæ * erubescendus in capitium purpuram quasi conchylia signant.

VARIORUM.

81. *Horum ego non fugiam conchylia?*] Inter alias caussas sui ab urbe discessus, unam hanc præcipuam esse ostendit, quod nequit ferre Græculos, qui nuper ex Græcia advecti, ita suis artibus locupletati sunt, ut nunc inter primores urbis habeantur. Nam purpurati incedunt; priores etiam testamenta signant, honoratiore loco discumbunt. *Britan*. Turneb. lib. IX. cap. 5. *Conchylia.*] Id est, vestes conchyliatas, & purpureas, quibus induti in publicum procedunt, tanquam nobiles Rom. Nam *conchylium* piscis est ex genere concharum, sicut purpura & murex; ex iis autem piscibus eliciebatur liquor ille tam pretiosus, ad tingendas vestes. *Idem.*

82. *Me prior ille signabit.*] Indignatur pessimos adulatores, viris bonis præferri, id est, ubi ad testamentum obsignandum, vel alias tabulas vocati fuerimus, ille tanquam me honoratior, prior signabit, & ego tanquam posterior. *Fultusque toro meliore.*] Id est, in conviviis tanquam dignior mihi præfertur, & honoratiori loco, in supremo culcitræ triclinaris loco, recumbet? *Lubinus. Signabit?*] Legunt quidam *Cænabit? Fultus.*] I. e. sustentatus pulvino, quod apponebatur dorso ipsius. *Toro meliore.*] i. e. auleis ditioribus strato & pluma delicatiore farto, ut & qui est in loco magis honorato: locus autem melior & honestior erat medius.

83. *Advectus Romam.*] Id est, qui venalis olim ex Syria Romam advectus est, una cum mercibus venalibus, oneraria nave & plena vilis mercis. Id est, qui oriundus est ex ista regione, ex qua ad nos advehuntur pruna. *Quo pruna, & Coctona.*] Id est, una cum mercibus Syriæ Romam servi venales advecti. Erant autem Coctona Syro nomine, parvæ Syriæ ficus peculiares, & varie apud autores scribitur. alii legunt *Cottana*. Junius dicit hoc esse proverbium probrosum in advenas. *Pruna.*] Quæ ex Damasco urbe Syriæ, primum Romam navibus deportantur. *Idem.*

84. *Usque adeo nihil est.*] 'Επιφώνημα. Nihil ergo nos juvat, nihil ne est prærogativæ, quod Romæ nati & nutriti fuimus? aërem Romanum hausimus? *Farnabius. Usque adeo.*] An in tantum?

85. *Aventini.*] Romani. Partem ponit pro toto. Aventinus enim unus est ex septem urbis Romæ montibus: dictus secundum Varronem, aut ab avibus, quod eò se à Tiberi ferrent; aut à rege Aventino, qui ibi sepultus fuit: aut ab adventu hominum seu advectu. Nam olim paludibus mons hic à reliquis disclusus fuit. *Britann. Bacca Sabina.*] Oliva id est fructibus & cibis Italicis, ut sit species pro genere; & opponitur prunis & coctonis Syris. Sabini enim & Romani, commune habuere imperium. *Britan. Farnabius.* Et dicti Romani Quirites à Curibus, Sabinorum opido.

86. *Quid, quod adulandi.*] Tangit jam Græcorum fœdam, & homine indignam adulationem: quasi dicat, non solum sunt Grammatici, Rhetores, Geometræ, verum etiam adulatores longe peritissimi. *Lubin.* & adulatoriæ artis magisteria. *Quid, quod, &c.*] Subaudi *dices*, si aliud de Græcis gravius addidero, quod scil. &c.

87. *Lau-*

Sermonem indocti, faciem deformis amici,
Et longum invalidi collum cervicibus æquat
Herculis, Antæum procul à tellure tenentis?
Miratur vocem angustam, qua deterius nec
Ille sonat, quo mordetur gallina marito.
Hæc eadem licet & nobis laudare: sed illis
Creditur. an melior cum Thaida sustinet, aut cum
Uxorem comœdus agit, vel Dorida nullo
Cul-

VET. SCHOLIAST.

90. *Vocem angustam.*] Gracilem.

VARIORUM.

87. *Laudat sermonem indocti.*] Hoc vere est nigrum in candida vertere, ut supra dictum est. Et quod se non posse dixit Umbritius, cum inquit:

——*Mentiri nescio.* Idem.

88. *Et longum invalidi collum.*] Pectorosa repandæ cervicis ostentatio. Id est, aliquem amicum qui collum oblongum & invalidum habet, vel qui imbellis est & invalidus, illum comparat cum Hercule robustissimo, qui Antæum terræ filium superabat. Turneb. lib. ix. cap. 23. *Longum collum.*] Prolixi colli, plerumque sunt imbecilliores. *Lubin.* Infirmitatis signum collum longum esse Galli testantur, qui si quem talem viderint, continuo vocant *ce grand col allongé*, & nostrates *een lang-hals*. *Cervicibus æquat Herculis.*] Dicit imbecillum fortissimo Herculi similem.

89. *Antæum.*] De pugna inter Antæum terræ filium, & Herculem secundum laborem consummantem, vide Lucanum lib. 4. Dicit autem *procul à tellure tenentis:* Nam Antæus, quia terræ filius erat, in lucta illa cum Hercule, quoties terram matrem pede percutiebat, vires & robur quintuplex recipiebat; quod sentiens Hercules, adeo procul à terra eum elevat, ut terram amplius pede attingere non potuerit, unde Antæus superatur præfocatus. *Lubin.*

90. *Miratur vocem angustam.*] Id est, cum admiratione laudat, vocem stridulam, raucam, exilem, mollem, minusque virilem, & qualem vocem gallus maritus gallinæ habet, dum gallinam mordet ascendens. Ea vox maxime ab Oratoribus damnatur. Vide Fabium lib. 11. *Idem.* Vox autem ultra vires urgenda non est; nam & suffocatur sæpe, & majore nixu minus clara est, & interim elisa in malum sonum erumpit, cui Græci nomen ab immaturo Gallorum cantu indiderunt: forte *κρίγχειν*. Claverius legit *illa sonat, quum mordetur gallina marito:* Nec hæc lectio inconcinna, imo & sensus non absonus: de quo docti judicent. *Marito.*] Gallo, qua ratione vox sæpius transfertur ad pecudes. *Miratur.*] Plus est, quam quum dicimus laudat.

92. *Hæc eadem.*] Id est, nos Romani possumus eadem facere & laudare, sed non eodem eventu. Nam illis creditur, non nobis. *Duo cum faciunt idem, non est idem.* Lubin. *Sed illis.*] Græcis. A quibusdam rogatus, ut cantaret super cœnam: *Solos scire audire Græcos, solosque se & suis studiis dignos*, respondit Nero, apud Sueton. cap. 21.

93. *An melior.*] Laudat illos jam Ironice ob histrionicam; quod non solum egregii adulatores sint, sed histriones quoque. Id est, An melior histrio unquam invenitur, quam Græculus est, cum in Fabula personam meretricis Thaidis sustinet; vel cum in Comœdia honestam matronam agit, & repræsentat; vel cum imitatur Dorida Nympham nudam & marinam, nullo palliolo cultam & vestitam, nam Deæ marinæ nudæ fingebantur. Indicat Græculum histrionem cuilibet personæ in Scena agendæ & repræsentandæ aptum esse. Vide Brodæum 8. c. 6. *Lubin.*

94. *Comœdus.*] Actor Comœdiarum Histri-

Cultam palliolo? mulier nempe ipſa videtur,
Non perſona loqui: vacua, & plana omnia dicas
Infra ventriculum, & tenui diſtantia rima.
Nec tamen Antiochus, nec erit mirabilis illic
Aut Stratocles, aut cum molli Demetrius Hæmo.
Natio comœda eſt. rides? majore cachinno
Concutitur: flet, ſi lacrymas conſpexit amici,
Nec dolet: igniculum brumæ ſi tempore poſcas,
Accipit Endromidem: ſi dixeris, æſtuo, ſudat.

Non

VET. SCHOLIAST.

97. *Infra ventriculum.*] Sine pene, id eſt, inguine fœmineo. *Et tenui diſtantia rima.*] Naturam muliebrem ſignificat.

98. *Antiochus aut Stratocles.*] Illius temporis comœdi.

103. *Endromidem.*] Lodicem, qua ſe cooperiat.

VARIORUM.

Hiſtrio: Comicus, qui ſcribit. *Dorida.*] Nympham, Oceani & Tethyos filiam nudam, uxorem Nerei: ex quo peperit Thetidem minorem, Achillis matrem. *Idem. Agit.*] Agi proprie dicuntur fabulæ, quod cum in ſcenis repræſentantur, cum geſtu vultus & agitatu corporis pronunciantur.

95. *Mulier ipſa.*] Quaſi dicas, jurares ipſam non perſonatam eſſe, ſed ipſam mulierem loqui. *Non perſona.*] Vir perſonatus; eſt enim perſona oris tegmen, quo Comœdi utebantur & etiam Tragœdi, dicta à perſonando.

96. *Vacua, & plana omnia dicas.*] Id eſt, cum audias illum mulieris perſonam agere, tanta id ſolertia facit, ut exiſtimare poſſis non virum agere, ſed mulierem, & infra ventriculum, non inæqualitatem aliquam eſſe ut in viris, ſed vacua & plana omnia, quæ tenui tantum rima ſeu fiſſura, diſtant. Gloſſæ veteres: rima, γυναίκεια φύσις. Intelligit naturam muliebrem. Id eſt, Omnino illum mulierem eſſe jurares; tam dextre agit. *Idem.*

98. *Nec tamen.*] Alii mimi Romani, quamvis optimi ſint; illic ubi Græci ſunt, in nullo pretio habentur. Porro Antiochus, Demetrius, Stratocles, illo tempore nobiliſſimi mimi, comœdi erant: teſte Quintil. l. 11. *Idem.*

99. *Cum molli Hæmo.*] Hæmus nobiliſſimus & ipſe Hiſtrio; qui *mollis* appellatur, quod molli, fracta, & effœminata voce, mulierum perſonas cum maximo decore agere potuerit. De quo Sat. 7.

—- *Dicas hæc mollius Hæmo.* Idem.

100. *Natio comœda.*] Agendis Comœdiis naturaliter apta. Natio Græca plane eſt mimica, comica. Damnat autem his, illorum adulationes, in quibus hiſtrionica & mimica multum valet. Natio pro genere & ſecta ſumitur. *Rides? majore.*] Ἐγέλας, ἐγὼ δ᾽ ἐξέθνησκον γέλωτι. Juxta illud Terentianum: Negat *quis, nego; ait, ajo.*

Magnas vero gratias agere mihi?

Reſp. Gnatho:

Ingentes. Idem. Cachinnus eſt cum voce, riſus effuſior.

101. *Flet, ſi lacrymas.*] Id eſt; Quamvis non doleat, tamen flere poteſt; cum patroni ſui lacrymas aſpexit: ſunt enim omnia in eo ficta; ut mulieres, quæ,

Ut flerent oculos erudiere ſuos.

Idem.

102. *Igniculum.*] Ad arcendum frigus. *Idem.*

103. *Accipit Endromidem.*] Id eſt, Veſtem villoſam & craſſam, quaſi & ipſe valde algeat. Eâ hyeme in Gymnaſiis utebantur poſt ludorum exercitationem, ne luſores calefacti refrigeſcerent. *Æſtuo.*] Id eſt, Æſtu & ardore Solis incaleſco. *Idem.*

104. Non

Non sumus ergo pares: melior qui semper, & omni
Nocte, dieque potest alienum sumere vultum:
A facie jactare manus, laudare paratus
Si bene ructavit, si rectum minxit amicus:
Si trulla inverso crepitum dedit aurea fundo.
Præterea sanctum nihil est, & ab inguine tutum:
Non matrona Laris, non filia virgo, neque ipse
Sponsus

VET. SCHOLIAST.

108. *Si trulla.*] Si pepederit. alii sic intelligunt, si calix aureus crepitum dederit, cadens e manu divitis.

VARIORUM.

104. *Non sumus ergo pares.*] Græco huic. Nos Romani cum Græculis, qui omni loco & tempore adulatorie possunt, pro voluntate Thrasonum suorum alios atque alios vultus inducere. *Idem.* *Melior &c.*] Præfertur ille, qui tempori potest servire, & sese aliis accommodare.

106. *A facie, &c.*] Quod adulatores dum admirantur, solent facere. *A facie jactare.*] Qui à facie jactat manus, is utique manu faciem prius tangit, quam eam jactet, hoc est, manum ad os refert, deinde eam jactat & porrigit, postquam eam osculatus est: & sic quodammodo osculum ipsum jactare ac porrigere creditur. *Manu venerari & salutare* hoc dicebant. *Salmas.* Et vide Turneb. Adversf. lib. 1. cap. 16.

107. *Si bene ructavit.*] Quod incivile habetur, adulator vero ructanti gratulatur, & ructum laudat, tanquam sanitatis signum, ut nos de sternutationibus. Nisi forte hic de posteriore ructu loquantur, nempe de crepitu. Dicimus autem *ructo*, ut hoc loco, & ructor. *Si rectum minxit.*] Veluti cum admiratione, *blesse him selfe.* Parrhasius Epist 36. legit, *Si lectum minxit*: id est, culcitram triclinarem. Sic Horat. lib. 1. Serm. 3.

Comminxit lectum potus. Farnab. *Rectum* pro recte.

108. *Si trulla, &c.*] Missis interpretum insomniis, hæc ita intellige; si trullam vini ebibit, ita ut fundum invenerit, & epoto toto vino, labris sugens, crepuerit, & strepitum dederit. Quod fit, cum quis in fundo spumam reliquam haurire cupit, tunc talis strepitus excitatur. *Turneb.* libro x. cap. 27. *Adversf.* Martial. lib. 9 Horat. lib. 2. Sat. 3. qua abutuntur nonnunquam, ad onus ventris excipiendum, ut Bassus apud Martial. vide Varr. lib. 1. L. L. *Si trulla inverso, &c.*] De eo, qui postquam vini calicem hausit, id quod remansit ita elidit in pavimentum, ut resonaret. Quod insolentissimi & petulantis animi est: ita ut ludus inde convivalis foret, quem *cottabismum* appellarunt, cum residuum potum in æneas phialas jactarent; qui si sonantior creparet, se ab amica redamari & mutuo affectu teneri putabant. *Alex. ab Alex.* Trulla diminutivum est à Trua, vasis genus. Est aliàs etiam Trulla instrumentum parietariorum. Britannicus putat verba Autoris sic intelligenda, quod adulator paratus sit laudare *sive recte mingat sive pedat*; metaphoricos, si *trulla aurea*, i. e. venter divitum dedit crepitum, hoc est pepedit: Alii interpretantur, cum crepitus fit sordibus alvi decidentibus in trullam, qua exciperentur inverso fundo.

109. *Præterea.*] De adulatione Græculorum fœda hactenus: jam in illorum fœdam libidinem invehitur; quod Romæ nulla honesta matrona vel virgo &c. sancta, casta, & inviolata maneat, & tuta sit à Græcorum *inguine*, pene, & membro virili, id est, libidine. *Lubinus.*

110. *Non matrona Laris.*] Id est, honesta materfamilias, & domus, ne tuta quidem ab illis. *Nec ipse sponsus.*] Cui virgo

Sponsus lævis adhuc, non filius ante pudicus.
Horum si nihil est, aviam resupinat amici.
Scire volunt secreta domus, atque inde timeri.
Et quoniam cœpit Græcorum mentio, transi
Gymnasia, atque audi facinus majoris abollæ.
Stoïcus occidit Baream, delator amicum,

Disci-

VET. SCHOLIAST.

112. *Aviam resupinat amici.*] Si nullus horum sit, qui possit corrumpi: si fuerit anus, ad ipsam se convertit.

115. *Facinus majoris abollæ.*] Proverbium, quasi majoris togæ, id est, sceleris potioris. Vel per ironiam dixit, quasi sanctioris Philosophi. Abolla, species est majoris vestis, quasi pallii majoris.

VARIORUM.

virgo desponsata est. *Lævis.*] Id est, glaber & imberbis, talem enim ætatem in deliciis habebant scarabæi illi. Quia à λεῖος, ergo scribatur *levis*.

111. *Ante pudicus.*] Id est, antequam vel priusquam hæc pestis à Græcia, in domum penetrasset. *Idem.*

112. *Horum si, &c.*] Quod polluat scilicet, non matrona, virgo, sponsus, filius. *Resupinat &c.*] Invertit, curiose scrutatur, id est, universam domum & aulam amici patroni sui resupinat, & inquirendo singula invertit, & pervertit, Quod si *aulam* pro olla dictum interpretemur: ita ut sensus sit illam pecunia plenam & defossam evacuat & evertit: ut quemadmodum libidinosam, sic etiam furacem gentem esse dicat. *Britan.* *Aulam.*] Grang. legit *Aviam*, & *resupinat* pro obscœno verbo sumit: dicens eos & sensum & omnia evertere qui legunt *Aulam*, & interpretantur, domum evertit. Recte Grangaeus cum vetere Scholiaste legit *aviam*: idque ostendit *resupinare*, quod ineptissime de aula dicitur: & ipse sensus: Cum neminem alium inveniat, quem subagitet, ipsas avias seu vetulas comprimit. *Graev.*

113. *Scire volunt, &c.*] Quidam hunc versum collocari volunt post versum 115. De hoc scelere supra dictum est, ad illa verba:

Quis nunc diligitur nisi conscius, &c.

Atque inde timeri.] Primum enim non cessant, donec norint. Ubi norint, ibi si à divitibus non adeo laute excipiantur, ut prius, minantur se ca revelaturos, inde illi à divitibus timentur *Lubinus.*

114. *Et quoniam, &c.*] Id est, quatenus Græcorum mentio facta est, age missam faciamus turbam, & vulgus Græcorum: transeamus autem & migremus ad Gymnasia Philosophorum, ad Stoicos Philosophos, sanctioris, opinione vulgi, familiæ & sectæ. *Idem.*

115. *Transi Gymnasia.*] Notanda locutio. Id est, migra ad Gymnasia literaria, indocta plebe relicta. Britannicus vult. poëtam per transitum damnare exercitationes gymnicas, quarum usus à Græcis in Urbem invectus, juventutem enervavit: quasi dicat, volo gymnasia i. e. certamina gymnica prætereamus, uti leviora & tolerabiliora, præ aliis, quæ ab iis fiunt, & quæ jam audies. *Audi facinus, &c.*] Id est audi scelus aliquod Sancti, philosophi Stoici. Vel facinus à philosopho & quidem sanctiorem vitam professo patratum, qui nempe Abollam gestabat. *Abolla.*] Abolla fuit vestis qua & Philosophi & Milites uterentur: Dicitur autem *majoris*, ut sic designetur philosophica vestis seu pallium, tanquam majoris & gravioris autoritatis; ut sit, Audi quæ fecerit Græcus philosophus, vir magnæ autoritatis. Nil aliud quam pallium denotat; sed strictiori notione pallium Philosophorum Stoicorum & Cynicorum: ut *facinus majoris abolla* sit Philosophi Stoici, Egnatii scilicet, qui Soranum discipulum delatione perculerat. *Ferrarius.*

116. *Stoicus occidit.*] Attende invidiosam

Discipulumque senex, ripa nutritus in illa,
Ad quam Gorgonei delapsa est pinna caballi.
Non est Romano cuiquam locus hic, ubi regnat
Protogenes aliquis, vel Diphilus, aut Erimanthus:
Qui, gentis vitio, nunquam partitur, amicum
Solus habet. nam, cum facilem stillavit in aurem
Limi-

VET. SCHOLIAST.

117. *Ripa nutritus in illa.*] Apud Tarson civitatem Ciliciæ, quam præterfluit amnis Cidnus: cujus urbis conditor Perseus, qui nomen civitati ex facto dedit, quia ibi una ex talaribus pinnis equi excidit.

121. *Qui gentis vitio.*] Græci enim soli volunt majoribus amici esse, hoc est, *μονόφιλοι*.

VARIORUM.

diosam & atrocem accusationem. Egnatius Stoicus delator falso testimonio circumvenit Baream Soranum amicum suum & discipulum sub Nerone & ipsi caussa mortis exstitit. Tac. 16. Annal. de eodem Sat. 1.

Magni delator amici.
Vide de ea Tacit. in Nerone. Junius ex Ms. Heliodorum notat Stoicum. *Lubin.*

117. *Ripa nutritus*, &c.] A patria crimen exaggerat. Fuit enim Tarsensis; Tarsos appellata autem est à casu Bellerophontis, quod Pegasus equus Bellerophontis in eo *ταρσὸν* fregerit, id est, plantam vel alam. Est autem Tarsos Civitas Ciliciæ, Divi etiam Pauli patria, quam præterfluit amnis Cidnus. *Idem.* Et erat celebre in illa urbe gymnasium literarum. *Ripa nutritus*, &c.] Natus apud Thebas in Bœotia ad Heliconem montem, ubi equus Pegasus, Neptuni & Medusæ Gorgonis filius: ut alii vero tradunt ex Medusæ sanguine & cervice à Perseo resecta procreatus, ad Heliconem montem devolavit, ubi ungula saxum feriens aperuit fontem, qui Caballinus Latine, Græce vero Hippocrene est dictus. *Britan.* Corinthumne intelligit ubi Pegasus pro insigni, & ubi primum à Bellerophonte prehensus fuit? Grang. Cui adstipulatur Casaub.

118. *Pinna caballi.*] Id est, Pegasi equi alati: hic autem est, quem Bellerophon deprehendit potantem ad Pirenem fontem in Acrocorintho, & quo usus est ad interficiendam Chimæram in Lycia. Strab. *Idem. Pinna.*] Promiscue scribitur subinde *Pinna* & *Penna*; quia pinna à penna: sed pennæ nomen generale est ad plumas & pinnas. Plumæ enim molliores & exiguæ pennæ sunt, pinnæ autem duriores.

119. *Non est*, &c.] Ulterius conqueritur, nullum quæstum Romæ esse bonis & honestis viris, ex quo tempore Græculi recepti sint. Jac. Loënsis Epiphil. 2. cap. 14. *Lubin.*

120. *Protogenes.*] Non hic pictor ille nobilissimus, aut alii notantur; sed sunt ambitiosa & invidiosa nomina summorum adulatorum & delatorum, qui malis suis artibus apud Imperatorem in summo honore erant. Valet enim *Protogenes* idem quod primi generis, *Diphilus* idem quod Jovis, & principis amicus, *Erimanthus* Mathematicus, quasi contentionis vates, qui suis divinationibus lites disseminat: Græculis, Græca etiam nomina imponit. *Stephan.*

121. *Qui gentis*, &c.] Id est, qui more & vitio gentis, id est, Græcorum, amicum non cum aliis partitur & dividit; sed vult esse *μονόφιλος*. *Gentis vitio.*] Quasi peculiare Græcorum vitium sit, nullum consortem admittere. *Idem.*

122. *Nam, cum*, &c.] Id est, cum Græculus infudit in aurem Domini patroni vel principis sui. *Facilem* ad audiendum & credendum, modicum tantum aliquid de veneno naturæ suæ, adulatorium scilicet quid, & calumniæ ple-
num,

Exiguum de naturæ, patriæque veneno,
Limine summoveor: perierunt tempora longi
Servitii: nusquam minor est jactura clientis.
Quod porro officium, ne nobis blandiar, aut quod
Pauperis hic meritum? si curet nocte togatus
Currere, cum Prætor lictorem impellat, & ire
Præcipitem jubeat dudum vigilantibus orbis,

Nec

VET. SCHOLIAST.

129. *Dudum vigilantibus orbis.*] Uti sibi Prætor tutorem det, qui eos contemnens festinat.

VARIORUM.

num. *Fastem stillavit.*] Mirum enim quam nobiles illi, & divites sint πολύφιλοι, & quam novitatis cupidi & avidi. *Stillavit*, susurrando immisit. *Idem.* Metaphora à liquidis rebus unde & haurire auribus & bibere dicimur. *Grang.*

123. *De natura, &c.*] Id est, cum divitem quasi ad suam propriam naturam efformavit, ipsique suos mores instillavit. *Lubin.*

124. *Limine summoveor.*] A familiaritate & amicitia divitis rejicior. Ego vetus cliens (novo cliente Græculo recepto) domo divitis mei patroni ejicior. *Perierunt, &c.*] Id est, quidquid officii tot annis præstiti patrono meo, id oblivioni traditur, pro vili & nihilo habetur. *Idem.* Quanquam instar servi in obsequiis & negotiis fui divitis. Mera phrasis Gallica est *pour un petit desplaisir cent ans de services perdus.*

125. *Nusquam.*] Quam Romæ. *Minor est.*] Id est, minoris momenti esse putatur. Id est, nullo loco minus reputatur, damnum & jactura clientis antiqui & pauperis, quam Romæ. *Idem.*

126. *Quod porro, &c.*] Conqueritur id, quod itidem in prima Satyra fecit, pauperum nullum Romæ fructum, vel emolumentum esse, cum sportula & alia à divitibus ipsis præripiantur. Sensus hic est, porro ut veritatem dicam, ne videar rationes nostras nimium tueri quodnam officium nos miseri clientes, Romæ habemus, & quodnam meritum, quam mercedem inde habemus? id tamen nobis relictum est negotii, ut divitibus officio salutandi occupatis simus comites, nec hoc sine multo labore. *Blandiar.*] Blanditias faciam dicendo, nos officia demereri; & inde emolumenti aliquid habere. Galli dicunt, *A fin que je ne me flatte point.* Idem.

127. *Si curet nocte, &c.*] His verbis probat pauperes nullum emolumentum Romæ habere: id est, anne possunt aliquam mercedem consequi; si vel maxime togam & τριχίδειπνα induere, & ad patronum salutandum summo mane vel à media nocte currere curent & studeant; cum prætores per lictores & ministros suos, sportulam nobis & sibi invicem præripiant. Porro toga viliorum erat clientum, quam summo mane patronos ob sportulam salutaturi induebant, vel in media nocte etiam, ne ab aliis prævenirentur. Mart. lib. 10. ad Gal.

Mane vel à media nocte togatus ero.

Idem.

128. *Cum prætor.*] Habebat prætor lictores 6. Consul. 12. Vid lips. Et ipsos magistratus non pudebat, ut hæreditates captarent, salutare potissimum viduas & orbos divites. *Et ire, &c.*] Hinc vestes illæ τριχίδειπνα dicuntur: nam Romanorum cura integra, currere ad domos beatorum. *Impellat.*] I. e. verbis urgeat. *Præcipitem.*] Prono capite, quasi præëunte capite, i. e. proclivi animo & corpore, festinantem.

129. *Dudum, &c.*] Viris & mulieribus, liberis orbatis. His enim non ob sportulam solum salutando blandiebantur, verum etiam propter testamenti partem. *Idem. Vigilantibus.*] Jam luce appropinquante: vel propter curas & solicitudines,

Ov. Fast. V, 67. Hor. Sat. II, 5, 17 sq. Xen. Cyr. VIII, 4, 3

Nec prior Albinam, & Modiam collega salutet?
Divitis hic servi claudit latus ingenuorum
Filius: alter enim, quantum in legione Tribuni
Accipiunt, donat Calvinæ, vel Catienæ,
Ut semel, atque iterum super illam palpitet: at tu,
Cum tibi vestiti facies scorti placet, hæres,
Et dubitas alta Chionem deducere sella.

Da

VET. SCHOLIAST.

131. *Cludit latus.*] Aut in medium servum mittit, aut in sinistra ambulat.

133. *Donat Calvinæ.*] Prætoris cujusdam soror, quæ se occidit, tanquam infamis in fratrem, temporibus Claudii.

136. *Deducere sella.*] Inde sellariæ dicuntur. unam meretricum à sella sua abducere conductam cunctaris cum alii adulteri emant.

VARIORUM.

tudines, socias orbitatis, inquietis: vel ad excipiendos salutatores adornatis. Nota Syntaxin *ire &c.* i. e. ire, cum jam vigilent & experrectæ sint.

130. *Nec prior &c.*] Alii ne prior. *Albinam & Modiam.*] Matronas divites & orbas. Addebatur enim in salutationibus nomen; ibant & domos eorum, quos salutabant, duæ primæ horæ diei illiusmodi salutationibus impendebantur. *Grang.* *Collega.*] Ejusdem sportulæ competitor, ad idem munus missus. Porro qui inter salutantes primi fuerant, habebantur magis intimi. *Lubin.*

131. *Divitis hic servi.*] Inter cætera propter quæ Umbricius Roma abscedere decreverat, præcipuum illud fuisse dicit, quod nullus Romæ pauperi locus esset, nulla laborum merces; quod sportula unicum paupertatis subsidium à Proceribus & Magistratibus pauperi præriperetur. Hic indignatur, nullum pauperis meritum esse, si nocte togatus curreret ad *ave* illud matutinum portandum, cum *prætor lictorem impellat, & ire præcipitem jubeat, dudum vigilantibus orbis*; hinc fieri ut ad captandam sportulam ingenuus pauper cogatur divites libertos sectari, deducere, & eorum latus tegere, sive exterior ire. *Ferrarius.*

132. *Alter enim.*] Ad augendam indignationem ait, servum divitem donare nobilissimis matronis quantum in legione Tribuni merebat, ut semel atque iterum cum iis caput limaret. Sed ingenuum propter paupertatem, cum illi vilissimi scorti facies placuisset, cunctari illud, in fornice sedens, attingere, quod nummis destitueretur. *Idem.* *Alter enim &c.* Rationem subjungit, quare ingenui claudant divitum servorum latus, quod videlicet hi servi multa possideant, quæ nobilioribus meretricibus impertiuntur: ingenuos autem vix febriculosa scorta aggredi audere. *Quantum in legione &c.*] Antiqui cum maximum pretium volebant significare, salaria sive stipendia Tribunorum militiæ in medium adducere solebant *Grang.* De stipendiis militum & Tribunorum vide Lips. lib. 1. cap. 11.

133. *Calvina vel Catiena.*] Nobilissimis & famosissimis illo tempore meretricibus. Calvinæ meminit Sueton. in Vespasian. Errat ergo Vet. Scholiast. qui eam occidisse se Claudii temporibus dicit, quum ad Vespasiani tempora vixerit. Junia Calvina, non, ut in libris Julia, appellatur. *Grang.*

134. *Palpitet.*] Obscœnum hoc est, quod Satyra secunda dixit.
Cevere & clunem agitare. *Lubin.*

135. *Vestiti.*] Grangæus non dubitat explicare, plus solito, & non suis, sed alienis vestimentis ornati. Et addit Britannicus, Ut sic ostendat Poëta, vix licere pauperi conducere turpem meritricem. *Vestiti.*] Id est togati; nam proprie vestis pro toga accipitur. Meritrices autem togatas fuisse quis jam ignorat? *Ferrarius.*

136. *Sella.*] In sella altiori sedebant me-

me-

Atque recens linum ostendit non una cicatrix?
NIL HABET infelix paupertas durius in se,
Quam quod ridiculos homines facit. exeat, inquit,
Si pudor est, & de pulvino surgat equestri,
Cujus res legi non sufficit, & sedeant hîc
Lenonum pueri quocunque in fornice nati.
Hîc plaudat nitidi præconis filius inter
Pin-

VET. SCHOLIAST.

155. *Cujus res, &c.*] Othonis, qua jussit eos, qui quadringentorum sestertiorum haberent reditus, in numero equitum esse.

VARIORUM.

dit crassum lini filum, ubi vulnus consutum est. Vel non una cicatrix ex consuto vulnere & ruptura. *Idem.* Metaphora est à vulnere carnis ad calcei rupturam.

151. *Non una &c.*] I. e. iteratum, densum consuturæ vestigium.

152. *Nil habet infelix.*] Epiphonemate exaggerat paupertatis miserias. Sic Plaut. in Querul. *Huic quantum adjiciunt (paupertati) stultitiam, negligentiam, somnium & gulam.* & Horat. *Magnum pauperies opprobium jubet quidvis facere & pati.*

153. *Exeat, inquit.*] Theatrarius scilicet qui præest disponendis ordinibus in theatro. Loquitur ex consuetudine ejus temporis. Quam infelix sit pauper, ab exemplo etiam theatri ostendit: sedebant enim antea omnes promiscue in theatris, nunc illa licentia sublata est. Tota indignatio Poëtæ est in Domitianum, qui legem Othonis, temporum vetustate pene abolitam, restituit.

154. *Si pudor.*] Si quis modo pudorem habeat, quasi summa impudentia sit, honoratiora loca occupare, ditioribus debita. *De pulvino surgat.*] *Gradus* XIV. in theatro erant, qui equestres dicebantur, qui è lapide erant; sæpe etiam ex ligno. Unde repertum ut pulvilli insternerentur, idque primum senatoribus, ne nudis lapidibus vel asseribus insiderent. Postea etiam equiti concessum, ut hic videre est. Quin & pileos Thessalicos latioris marginis, ne insolatione torquerentur, Theatris inferre concessum erat. Conservandis autem gradibus certi præfecti erant, ut illo tempore Lectius quidam & Oceanus. *Lubin.* *Pulvinum equestrem.*] Appellat sedilia ipsa theatri, ad similitudinem forte pulvini plumei. *Britan.*

155. *Cujus res, &c.*] Cui non suppetunt quadringenta millia sestertiûm, secundum legem Theatralem Roscii, quæ cavit, ne quis in numero equitum sit, qui cccc. H. S. non habeat. *Grangaus.* *Et sedeant hic.*] Poëtæ Juvenali, vel Umbritio hæc verba attribui possunt, cum indignatione & Sarcasmo in eos prorumpente. Verba enim hic Satyrice cum summa indignatione subtexit, quasi præconis adhuc sint. Quasi dicat: Nimirum pauperes sæpe optimi viri surgant, & contra sedeant hic scortorum pueri, in quocumque prostibulo nati. *Lubin.*

156. *Lenonum pueri.*] Tales enim sæpe pro nobilissimis supponebantur, ut Sat. 6. dicetur. Vel alias, tales solent ex peculiari quadam fortuna ditissimi evadere. *Idem.*

157. *Hic plaudat.*] Exsultent in equitum sedibus, manus percutiant, laudent, gaudeant. In theatro enim plaudebant Imperatori vel principi advenienti. Vel hic in 14. equitum gradibus spectet, & plausum edat filius nitide & bene culti præconis, vel rerum venalium proclamatoris olim vilissimi; inter cultos & bene habitos juvenes vel filios Pinnirapi, gladiatoris, & inter juvenes lanistæ vel gladiatorum magistri. *Præconis filius.*] Nullis præcipuis majoribus ortus,

cujus

TUM quisque sua nummorum servat in arca,
n habet & fidei. jures licet & Samothracum,
rorum aras, contemnere fulmina pauper
ır, atque Deos, Diis ignoscentibus ipsis.
quod materiam præbet caussasque jocorum
ıus hic idem? si fœda & scissa lacerna,
sordidula est, & rupta calceus alter
atet: vel si consuto vulnere crassum
Atque

T. SCHOLIAST.

antum quisque sua.] Lucillius; *tque ambitio specimen virtutis ' est, abeas, tantum ipse sies, tanti- abearis.*

temnere, &c.] Pauperi, quasi estatem perjuranti, Dii non

uto vulnere.] A sutriballo sutus.

VARIORUM.

bene. Nam Hesychius non antum, sed & *parapsidem* di- vit. Quod ideo dico, ut ıum vocabulum in libris re- Turneb. lib x. cap. 27. *Idem.* ἐπὶ καὶ ὄψον, i. e. ad cibum. nen paropsis est genus juris seu i: & sic liquet Parapsidem me- ce dici, & esse ab ὄψις, quæ ɪm significat.

antum quisque.] Sic Horat. *. quantum habeas, sis.* .1. Pall. *pretium nunc est, dat census ho- micitias, pauper ubique jacet.*

res licet.] Id est, Si vel ma- er omnes Deos Romanos & in testimonium vocet, nulla r fides. *Samothracum.*] Id est, *δυνατοὶ* vel Divipotes, qui race, καὶ μεγάλοι. Illorum unt cum Romanorum. Ma- ɪo juramentum habebatur, , Junonem, Palladem, & i ex Samothracia Romam ad- licant, non constare, qui Samothracum. Macrob. lib. 3. c. 4. *Idem.* Samothracia, seu Samos Thracica insula est in mari Ægeo, Thraciæ opposita: Olim Dardania, nunc *Samandrachi.*

145. *Nostrorum aras.*] Ut cum jurarent, per Quirinum, Martem, Jovem, Junonem & Palladem. Jurare aliquem & per aliquem autoribus nostris frequens. Dubitat Grangæus an *jurare aras*, sit per ipsas aras, templa &c. jurare: an, aras tenendo per Deos ipsos jurare. Sed cum ethnicorum hoc fuerit, ethnicis hoc relinquamus, nos melius edocti ipsum Deum & per ipsum solum jurabimus. *Contemnere, &c.*] Creditur, inquit, pauper non timere Deos, ac per hoc securus esse ad perjuria, quia lucri caussa facile quidvis admittit. *Fulmina.*] Quibus Jupiter perjuros punire creditur. *Idem.*

146. *Diis ignoscentibus, &c.*] *Ipsis*, dandi casus. Quasi Dii non attendant ad peccatum & scelera pauperum, qui ex inopia sæpe peccent; ut veniam apud Deos mereantur. *Idem.*

147. *Quid, quod, &c.*] Ulterius miseram conditionem pauperum Romæ exponit, quo passim omnibus deridiculo sint & ludibrio, ob laceras & sordidas vestes. *Idem.*

148. *Omnibus his, &c.*] Pauper scilicet. *Si fœda.*] Cui sordida & obsoleta penula. *Idem.*

149. *Rupta calceus, &c.*] Id est corio rupto apertus est, ob fissuram & rupturam; & lacer hiet. *Idem.*

150. *Vel si, &c.*] Id est, si multiplex cicatrix & rupturæ vestigium, ostendit lineum filum densum & crassum. Id est, si ruptura calcei consuta sit, per crassum & recens filum. Est autem talis constructio: Si non una cicatrix ostendit

Da testem Romæ tam sanctum quam fuit hospes
Numinis Idæi: procedat vel Numa, vel qui
Servavit trepidam flagranti ex æde Minervam:
Protinus ad censum, de moribus ultima fiet
Quæstio: quot pascit servos, quot possidet agri
Jugera, quam multa magnaque paropside cœnat?

QUAN-

VET. SCHOLIAST.

137. *Quam fuit hospes.*] Scipio Nasica, quem propter probitatem vitæ Senatus elegit, ut simulacrum matris Deûm de Phrygia allatum, domi suæ haberet, dum ei templum fieret. Hic est Scipio, qui oppressit Tiberium Gracchum, leges Agrarias ferre conantem.

139. *Vel qui servavit.*] L. Metellum dicit pontificem maximum, qui ardente templo Vestæ, Palladium ex mediis ignibus rapuit, ibique cæcatus est. Iste cum per Latinam viam proficisceretur, augurio corvi in oculos suos involantis, revocatus est: &, Palladium cum ex incendio rapuisset, passus est cæcitatem.

VARIORUM.

meritrices, ut accedentes scortatores venalem mercem attentius considerarent. *Prosedas, servilicolas, sordidas, Quæ tibi olent stabulum, statum, sellam & sessibulum merum?* Plautus in Pœnul. Tale scortum non audebat pauper ex alta sella deducere, quod paucis obolis careret. Neutique igitur legendum hic cellæ, cum cellæ sint lupanaria. Quænam autem foret ista alta sella, ex qua pauper dubitat scortum diobolare deducere? *Deducere sella.*] Vet. Schol. in interpretatione ad hunc locum habet *adulteri*. Legendum *adulteria*. *Ferrarius.*

137. *Da testem, &c.*] Conqueritur, Romæ pauperes, & tenuioris fortunæ homines, licet sint optimi, vitæ integri, & nullo crimine deformati, in nullo omnino pretio & honore esse, nullam virtutem, sed solas divitias Romæ spectari, quod viris bonis, si pauperes sint, nulla fides adhibeatur, licet Scipioni Nasicæ, Numæ vel Metello, optimis & sanctissimis viris similes sint. Produc Romæ testem vel sanctissimum & integerrimum, &c. nulla ipsi fides adhibetur, nisi sit dives. *Idem.*

138. *Hospes numinis &c.*] Vide notas Veteris Scholiast. *Lubinus.* *Numinis Idæi.*] Cybeles, Deæ Phrygiæ ex Ida Romam advectæ quæ à Virg. *Idæa parens* dicitur. Græci ministros ejus nuncupant uno vocabulo *Curetes*, eosdem & *Corybantes* vocant. Vide Strab. *Lubinus.* *Numa.*] Rex Romanus secundus, sanctissimus & justissimus vir. *Farnab.* *Vel qui, &c.*] Vide Scholiasten.

139. *Trepidam Minervam.*] Miseram Deam, quæ incendium trepidaret. *Idem.* Jac. Nicol. Loënsis lib. 9. cap. 2. Miscell. Epiphyl. legit, *servavit tepidam flagr.* quasi jam tactam ab igne. Sed *trepidam* [illegible] quiddam sapit. *Farnab.*

140. *Protinus ad, &c.*] Hæc intellige de examine testium, deque interrogatoriis. Si quis testis adhibeatur, nisi dives sit, non admittitur, & quam dives sit, omnes quærunt, nemo quam bonus. *De moribus.*] Contra quam Cic. 2. offic. præcipit: *Sit omne judicium, non quam locuples, sed qualis quisque sit.* longe aliter etiam Jure consultus: *in primis consideranda persona, secundo origo natalium, postremo facultates.* Grang.

141. *Quot pascit, &c.*] In multitudine enim servorum maximus proventus & maximæ divitiæ. *Lubin.*

142. *Jugera.*] Appellabantur quod uno jugo boum in die exarari possent. *Paropside.*] Patina. Id est, quam magno sumtu & apparatu; quam magno vase utatur escario. Pro obsoniorum lance & vase hic ponitur, in quo obsonia reconduntur. In aliis libris *parapside* legitur: utrum-

QUANTUM quisque sua nummorum servat in arca,
Tantum habet & fidei. jures licet & Samothracum,
Et nostrorum aras, contemnere fulmina pauper
Creditur, atque Deos, Diis ignoscentibus ipsis.
Quid, quod materiam præbet caussasque jocorum
Omnibus hic idem? si fœda & scissa lacerna,
Si toga sordidula est, & rupta calceus alter
Pelle patet: vel si consuto vulnere crassum
Atque

VET. SCHOLIAST.

143. *Quantum quisque sua.*] Lucillius;
Aurum atque ambitio specimen virtutis utrique est,
Tantum habeas, tantum ipse sies, tantique habearis.

145. *Contemnere, &c.*] Pauperi, quasi propter egestatem perjuranti, Dii non irascuntur.

150. *Consuto vulnere.*] A sutriballo sutus.

VARIORUM.

utrumque bene. Nam Hesychius non *paropsidem* tantum, sed & *parapsidem* dici observavit. Quod ideo dico, ut intermortuum vocabulum in libris repullulet. Turneb. Lib x. cap. 27. *Idem.* Dicitur παρὰ τὸ ὄψον, i. e. ad cibum. Proprie tamen paropsis est genus juris seu condimenti: & sic liquet Parapsidem melius de lance dici, & esse ab ἀψὶς, quæ rotunditatem significat.

143. *Quantum quisque.*] Sic Horat.
Quia tanti, quantum habeas, sis.
Item Ovid. 1. Fast.
In pretio pretium nunc est, dat census honores,
Census amicitias, pauper ubique jacet.
Idem.

144. *Jures licet.*] Id est, Si vel maxime pauper omnes Deos Romanos & extraneos in testimonium vocet, nulla ipsi habetur fides. *Samothracum.*] Id est, per θεοὺς δυνατοὺς vel Divipotes, qui in Samothrace, καὶ μεγάλους. Illorum Dii iidem sunt cum Romanorum. Maximum vero juramentum habebatur, per Jovem, Junonem, Palladem, & Penates, qui ex Samothracia Romam advecti. Alii dicunt, non constare, qui fuerint Dii Samothracum. Macrob. lib. 3. c. 4. *Idem.* Samothracia, seu Samos Thracica insula est in mari Ægeo, Thraciæ opposita: Olim Dardania, nunc *Samandrachi.*

145. *Nostrorum aras.*] Ut cum jurarent, per Quirinum, Martem, Jovem, Junonem & Palladem. Jurare aliquem & per aliquem autoribus nostris frequens. Dubitat Grangæus an *jurare aras*, sit per ipsas aras, templa &c. jurare: an, aras tenendo per Deos ipsos jurare. Sed cum ethnicorum hoc fuerit, ethnicis hoc relinquamus, nos melius edocti ipsum Deum & per ipsum solum jurabimus. *Contemnere, &c.*] Creditur, inquit, pauper non timere Deos, ac per hoc securus esse ad perjuria, quia lucri caussa facile quidvis admittit. *Fulmina.*] Quibus Jupiter perjuros punire creditur. *Idem.*

146. *Diis ignoscentibus, &c.*] *Ipsis,* dandi casus. Quasi Dii non attendant ad peccatum & scelera pauperum, qui ex inopia sæpe peccent; ut veniam apud Deos mereantur. *Idem.*

147. *Quid, quod, &c.*] Ulterius miseram conditionem pauperum Romæ exponit, quo passim omnibus deridiculo sint & ludibrio, ob laceras & sordidas vestes. *Idem.*

148. *Omnibus his, &c.*] Pauper scilicet. *Si fœda.*] Cui sordida & obsoleta penula. *Idem.*

149. *Rupta calceus, &c.*] Id est corio rupto apertus est, ob fissuram & rupturam; & lacer hiet. *Idem.*

150. *Vel si, &c.*] Id est, si multiplex cicatrix & rupturæ vestigium, ostendit lineum filum densum & crassum. Id est, si ruptura calcei consuta sit, per crassum & recens filum. Est autem talis constructio: Si non una cicatrix ostendit

Atque recens linum ostendit non una cicatrix?
NIL HABET infelix paupertas durius in se,
Quam quod ridiculos homines facit. exeat, inquit,
Si pudor est, & de pulvino surgat equestri,
Cujus res legi non sufficit, & sedeant hîc
Lenonum pueri quocunque in fornice nati.
Hîc plaudat nitidi præconis filius inter

Pin-

VET. SCHOLIAST.

155. *Cujus res, &c.*] Othonis, qua jussit eos, qui quadrigentorum sestertiorum haberent reditus, in numero equitum esse.

VARIORUM.

dit crassum lini filum, ubi vulnus consutum est. Vel non una cicatrix ex consuto vulnere & ruptura. *Idem.* Metaphora est à vulnere carnis ad calcei rupturam.

151. *Non una &c.*] I. e. iteratum, densum consuturæ vestigium.

152. *Nil habet infelix.*] Epiphonemate exaggerat paupertatis miserias. Sic Plaut. in Querul. *Huic quantum adjiciunt (paupertati) stultitiam, negligentiam, somnium & gulam.* & Horat. *Magnum pauperies opprobium jubet quidvis facere & pati.*

153. *Exeat, inquit.*] Theatrarius scilicet qui præest disponendis ordinibus in theatro. Loquitur ex consuetudine ejus temporis. Quam infelix sit pauper, ab exemplo etiam theatri ostendit: sedebant enim antea omnes promiscue in theatris, nunc illa licentia sublata est. Tota indignatio Poëtæ est in Domitianum, qui legem Othonis, temporum vetustate pene abolitam, restituit.

154. *Si pudor.*] Si quis modo pudorem habeat, quasi summa impudentia sit, honoratiora loca occupare, ditioribus debita. *De pulvino surgat.*] *Gradus* XIV. in theatro erant, qui equestres dicebantur, qui è lapide erant; sæpe etiam ex ligno. Unde repertum ut pulvilli insternerentur, idque primum senatoribus, ne nudis lapidibus vel asseribus insiderent. Postea etiam equiti concessum, ut hic videre est. Quin & pileos Thessalicos latioris marginis, ne insolatione torquerentur, Theatris inferre concessum erat. Conservandis autem gradibus certi præfecti erant, ut illo tempore Lectius quidam & Oceanus. *Lubin.* *Pulvinum equestrem.*] Appellat sedilia ipsa theatri, ad similitudinem forte pulvini plumei. *Britan.*

155. *Cujus res, &c.*] Cui non suppetunt quadringenta millia sestertiûm, secundum legem Theatralem Roscii, quæ cavit, ne quis in numero equitum sit, qui cccc. H. S. non habeat. *Grangaus.* *Et sedeant hic.*] Poëtæ Juvenali, vel Umbritio hæc verba attribui possunt, cum indignatione & Sarcasmo in eos prorumpente. Verba enim hic Satyrice cum summa indignatione subtexit, quasi præconis adhuc sint. Quasi dicat: Nimirum pauperes sæpe optimi viri surgant, & contra sedeant hic scortorum pueri, in quocumque prostibulo nati. *Lubin.*

156. *Lenonum pueri.*] Tales enim sæpe pro nobilissimis supponebantur, ut Sat. 6. dicetur. Vel alias, tales solent ex peculiari quadam fortuna ditissimi evadere. *Idem.*

157. *Hic plaudat.*] Exsultent in equitum sedibus, manus percutiant, laudent, gaudeant. In theatro enim plaudebant Imperatori vel principi advenienti. Vel hic in 14. equitum gradibus spectet, & plausum edat filius nitide & bene culti præconis, vel rerum venalium proclamatoris olim vilissimi; inter cultos & bene habitos juvenes vel filios Pinnirapi, gladiatoris, & inter juvenes lanistæ vel gladiatorum magistri. *Præconis filius.*] Nullis præcipuis majoribus ortus, cujus

Pinnirapi cultos juvenes, juvenesque lanistæ.
Sic libitum vano, qui nos distinxit, Othoni.
Quis gener hîc placuit censu minor, atque puellæ
Sarcinulis impar? quis pauper scribitur hæres?
Quando in consilio est Ædilibus? agmine facto
Debuerant olim tenues migrasse Quirites.

HAUD

VET. SCHOLIAST.

158. *Pinnirapi.*] Pinnis pavonum ornari solent gladiatores, si quando ad pompam descendunt. Pinnirapos autem dicit lanistas, ex habitu gladiatorum: quia post mortem retiarii pinnam, id est, manicam rapit, ut ostendat populo se vicisse. Aut ideo Pinnirapos, quia pinnas in galeis habebant, ut Lucillius:

Cum septem incolumis pinnis redit ac recipit se.

161. *Sarcinulis.*] Nunc doti.

VARIORUM.

cujus pater rerum venalium præco fuit. *Idem.* *Nitidi.*] I. e. lauti & splendidi opibus: Vel ironicws: Aut impuri, sordidi, per antiphrasin.

158. *Pinnirapi*, *&c.*] Id est, inter Juvenes retiarii seu gladiatoris. Galeas cristatas vel pinnas in galeis gladiatores Samnites habebant. Cum iis compositi retiarii reti suo, adversarii caput involvere, & ad terram trahere conabantur. Inde pinnas vel cristas rapiebant, & tanquam victores jactabant. Ornabantur autem pinnis pavonum, & hinc, vocabulum illud fictitium. *Turneb.* libro 3. Adversat. cap. 8. Lips. 2. Saturn. 11. *Cultos juvenes.*] Intelligit filios illorum qui olim vilissimi gladiatores, & eorum ministri fuerant, qui sceleribus ad censum equestrem pervenerant eodem modo ut *nitidi* supra. *Juvenesque lanistæ.*] Principis gladiatorum, qui gladiatores erudiebat. à laniandis hominibus dicti: ab his differunt lanii & laniones, qui carnes edules concidunt & vendidant.

159. *Sic libuit, &c.*] Quasi dicat, nulla fuit hujus distinctionis honesta ratio, sed sic libuit. *Vano.*] i. e. stulto, vel Ventoso & ambitioso, sc. quum id per nimiam ambitionem fecerit: uti Galli dicunt *il est bien vain.* *Othoni.*] L. Roscius Otho legem theatralem tulerat, ut pauperes, & servi separarentur à divitibus, & ne quis in quatuordecim gradibus spectaret, cui non esset census equestris. *Lubin.*

160. *Quis gener.*] Recenset alia pauperum incommoda, quod virgines omni virtute contemta, nulli pauperi nubere; vel quod pauperi cuidam nullus filiam suam elocare velit. Nam divitias tantum spectant, cum filiæ sponsus eligendus est. Rectius Themistocles sensit, qui inquiebat, *malo virum sine pecunia, quam pecuniam sine viro.* *Censu minor.*] Qui divitiis non sit par puellæ. *Idem.* Census enim rerum & bonorum æstimatio est. Laudatur Census in Senatore, ne splendor amplissimi ordinis rei familiaris angustiis obscuretur. *Rosin.*

161. *Sarcinulis.*] Ornamento muliebri, non æquales divitias habens. Possunt etiam *sarcinula* pro opibus intelligi, & dote; seu pro mobilibus bonis. *Quis pauper, &c.*] In testamenti tabulis. Quasi dicat: Nemo. *Lubin.*

162. *Quando in, &c.*] Nam pauperes non solum parum pii habentur, verum etiam parum sapientes, ideo ad consilia non adhibentur. Rogat ergo quando pauper cum Ædilibus & infimis quoque magistratibus est in consilio? Nunquam, Magistratus de re aliqua cogniturì, aut consultaturi, sibi advocabant, quos in consilio haberent. Ovid.

Curia pauperibus clausa est, dat census honores.

Turneb. libro x. Advers. cap. 27. *Idem.* *Agmine facto.*] Id est simul, una, jam dudum

HAUD FACILE emergunt, quorum virtutibus obstat
Res angusta domi. sed Romæ durior illis
Conatus: magno hospitium miserabile, magno
Servorum ventres, & frugi cœnula magno.
Fictilibus cœnare pudet, quod turpe negavit
Translatus subito ad Marsos, mensamque Sabellam,
Con-

VET. SCHOLIAST.

167. *Servorum ventres.*] Cibaria servorum.

VARIORUM.

dum merito pauperes Quirites Romam reliquissemus, & alio migrassemus, & Coloniam in aliam regionem eduxissemus, cum jam Romæ tam misera nostra sit conditio. Tangit primam seditionem Pop. Rom. & secessum in montem sacrum, cum malè mulctati à fœneratoribus, & Patriciis despicatui habiti, secesserant quondam; de quo Florus lib. 1. cap. 23. *Idem. Tenues.*] Tenuioris fortunæ, pauperes.

164. *Haud facile, &c.*] Quam sæpe summa ingenia in occulto latent! quæ, res angusta & tenuis caput exserere, & emergere non permittit. *Emergunt.*] Ex obscuro ad dignitates evehuntur. *Virtutibus.*] Ingenio, excellentiaque naturæ, *Idem.* Quod repetit noster Sat. VII.

165. *Sed Roma, &c.*] Sed Romæ inprimis ille conatus emergendi seu ad dignitatem, seu ad victum, longe durior & difficilior est, ubi summo pretio etiam vilissima comparantur. *Durior conatus.*] Quia Romæ ingens annonæ caritas, omnia etiam vilia magno constant. *Idem.* Bene ponitur τὸ *Conatus*, nam proprie conatus est ejus rei, quam ad exitum perducere nequeas. *Grang.*

166. *Magno hospitium, &c.*] Constat scilicet, vel conducitur, domus conducticia. *Magno servorum ventres.*] Aluntur scilicet. *Lubin.* Dicitur absolute magno, pro magno pretio, sic & parvo. *Ventres.*] Pro cibis, qui in ventrem descendunt.

167. *Et frugi, &c.*] Id est, frugalis, parca, & pene famelica cœna. *Idem.* Grangæus explicat cœnam sine carne, ubi solummodo fruges.

168. *Fictilibus, &c.*] Conqueritur ita auctum esse per divitias omnium rerum luxum, ut Romæ homines etiam pudeat cœnare in fictilibus, ne sint ludibrio. *Britannic.* Notat enim multorum splendidam Romæ miseriam, qui cum essent miserrimi, tamen ambitiosi erant, & pauperes videri nolebant. Egregie Seneca: *Magnus ille est qui fictilibus sic utitur, quemadmodum argento: nec ille minor est, qui argento sic utitur, quemadmodum fictilibus.* Lubinus. *Quod turpe negavit.*] Grangæus corrigit scribens *negabit*, ne sit locus errori qui peperit historiam de Curio Dentato; quæ nihil, ut inquit, ad Dionysium.

169. *Translatus subito.*] Curium Dentatum intelligunt, de quo in principio Satyræ secundæ dictum. Ille post tot victorias, tot ex hostibus devictis triumphos, Legatis Samnitum aurum offerentibus, cum ipse in foco rapas torreret: *Malo hæc inquit in fictilibus meis esse, & aurum habentibus imperare.* Ut sic, de improviso ab aratro Romam vocatus, Dictator creatus ad triumphalem dignitatem, quam de Marsis & Sabellis devictis reportavit, *translatus* esse intelligatur. Sunt autem *Sabelli* à Samnitibus, quos Curius devicit. Sic hæc specialiter de Curio Dentato. Alii P. Corn. Scipionem intelligunt. Sed conveniet magis si generaliter intelligatur. Si quis Roma repente vel subita mutatione, ad Marsos, vel Sabellos Italiæ populos, qui iidem Sabini, & Samnites, transferretur, minime putaret id turpe. Ibi enim modestius vivitur, ubi nulla ambitio: & ubi turpe non ducitur fictilibus cœnare. Sic veteribus Romanis privatus census erat

Contentusque illic Veneto, duroque cucullo.
Pars magna Italiæ est, si verum admittimus, in qua
Nemo togam sumit, nisi mortuus. ipsa dierum
Festorum herboso colitur si quando theatro
Majestas, tandemque redit ad pulpita notum

Exo-

VET. SCHOLIAST.

170. *Veneto, &c.*] Aut crasso habitu, aut quales cucullos habent Perusini: vel à colore, aut provincia, Venetos.

172. *Nemo togam, &c.*] Ut ei supra lectum mittant, dum mortuus effertur.

VARIORUM.

erat brevis, commune magnum. Vide Beroaldum Annotat. cap. 32. *Idem.* *Translatus subito.*] Nimis longe arcessita sunt quæ de Curio Dentato vel Scipione Interpp afferunt. Quomodo enim Curius domitis Samnitibus translatus ad mensam Sabellam? legendum igitur puto *quod turpe negabit*. Pudor erat Romæ cœnare fictilibus, *& Samnio luto mensam onerare*, quod in Italiæ opidis & municipiis minime turpe erat, ubi ex veteri frugalitate fictilium usus: sicut duri & crassi cuculli sive lacernæ, soloci filo contextæ, cum rarus præterea aut nullus togæ usus esset. Ergo cum omnia pauperibus Romæ magno constarent, & turpe haberetur cœnare fictilibus, satius fuisse, ajebat Umbricius, Urbe migrare, & eo concedere ubi hæc adhibuisse nullus pudor esset. *Ferrarius*

170. *Veneto cucullo.*] Crasso habitu & rustico sago, quo Veneti piscatores olim usi. Vel *Veneto*, marini colores, è crasso panno vestimento. *Cucullo.*] Id est, tegmine vel indumento capitis, rustico & nautico. *Duro.*] Id est, crassi fili. *Idem.*

171. *Pars magna.*] Laudat jam Umbritius vitam modestam in opidis, & ostendit longe facillius esse ibi vivere, ubi nulla sit ambitio. De urbibus extra Romam intellige. Extra Romam enim in Municipiis, non ille typhus & fastus in victu & amictu in vestibus, qui Romæ. *Et in quibus* (ut Martialis dicebat) *tunicata quies erat: quippe ubi* togulam vix induere *solebant*. Idem.

172. *Nemo togam sumit.*] Quam Romæ quotidie induebant, cum patronos salutarent: ut nostrates pallia sua. *Nisi mortuus.*] Vulgaris mos cujusque nationis, ad sepulturam honestissimis vestimentis indui: unde Romæ Censores purpura funerabantur; Magistratus prætexta, cætera plebs toga. *Lips.* Elect. lib. 1. cap. 5. Manut. 3. quæst. 1. Græci palliatos, Itali togatos efferebant mortuos ad funus. cives verò rusticantes ceu in municipiis agentes togam raro induebant, tunicati usque. Plin. Ep. 9. lib. 1. *Ipsa dierum.*] Simplicitas in spectaculis municipalium commendatur. est autem talis sensus, *Majestas*, celebritas, vel solennitas *dierum festorum*, *quando* in municipiis extra Romam celebratur & *colitur*, non in marmoreo, sed virenti, & *herboso theatro*, è vivo cespite factis, & arborum frondibus & ramis ornatis; & finitis fabulis, ridiculum illud carmen *exodium*, ad recreandos spectatores in publico recitatur. Et cum *infans rusticus*, talibus spectaculis adsuetus, *in gremio matris* sedens horret & *formidat hiatum*, rictum & oris aperturam deformem *persona* larvatæ & *pallentis*: Ibi, inquam, in spectaculis nulla est ambitio, omnia sunt æqualia, vestes, & habitus. Romæ omnia contra sunt. *Herboso theatro.*] Herbis enim cespitibus & frondentibus ramis, faciebant sibi similitudinem amphitheatri in opidis. *Lubin.*

173. *Herboso theatro.*] Licet intelligi possit de temporario & ex cespite congesto, nihil tamen obstat, quin accipiamus de vero theatro, sed propter infrequentiam ludorum herbescente; ait enim *si quando*, id est, raro. *Ferrarius.*

174. *Tandem.*] Ita dicit: nam finitis

fabu-

Exodium, cum personæ pallentis hiatum
In gremio matris formidat rusticus infans :
Æquales habitus illic, similesque videbis
Orchestram, & populum: clari velamen honoris,
Sufficiunt tunicæ summis Ædilibus albæ.

Hic

VET. SCHOLIAST.

175. *Exodium.*] Exodiarius apud veteres in fine ludorum intrabat, quod ridiculus foret : ut quicquid lacrymarum atque tristitiæ coegissent ex Tragicis affectibus, hujus spectaculi risus detergeret. Hujus & Lucilius meminit :

Principio exitus dignus, exodiumque sequetur.

178. *Orchestram.*] Orchestra spatium, in quo saltat pantomimus. Vel qui in Orchestra procedit, aut spectatur.

VARIORUM.

fabulis demum Exodium recitabatur. *Tandem.*] Alii interpretantur post annum. Mallem ego *tandem* finitis serioribus ludis, & spectaculis. *Redit.*] Pro *redierit*, ultimam syllabam ob syncopen producit. *Ad pulpita.*] In quibus sedebant, canentes sua ridicula exodia; Nam in theatris exstruebantur Scenæ & pulpita ad commodam spectantium. *Notum.*] Tritum, usitatum, singulis annis repetitum & recitatum. *Idem.* *Pulpita*] Locus in quo mimi & pantomimi ludos dabant. Vide inf. ad Sat. VIII. v. 195. *Ferrarius.*

175. *Exodium.*] Exodium in his Atellanis fabulis, diverbium vocatur, quod post Tragœdorum è scena exodon sequatur, vel exitum : quodque ab Exodiariis ad recreandum spectatorem subjiciebatur Sed & in fine fabularum, mimi risum movebant salibus & facetiis, quæ *Exodia* dicta. De *exodio* vid. *Turneb.* lib. x cap. 27. *Cum persona.*] Exprimit qualia illa fuerint. Cum personati viri horrendam formam, & obscœnam vocem rusticus infans, qui talia nondum vidit, trepidat, *Pallentis.*] Larvæ enim horribili colore solent imbui. Fere, vel colore squalido illitæ. *Farnab.* *Hiatum.*] Id est, larvæ deformem rictum, & oris aperturam. *Lubin.*

177. *Illic.*] In opidis extra Romam. *Lubin.*

178. *Orchestram similem.*] Æqualiter exornatum spatium, in quo saltat Pantomimus, nec, ut in Theatris, alia loca vulgo Romæ, honoratiora equitibus, honoratissima Senatoribus; sed in opidis omnia loca cunctis spectantibus similia erant. Non sunt distinctæ sedes & subsellia. *Orchestra* ergo proprie est chori & saltatorum spatium. Ab ὀρχέομαι, id est salto. *Idem.* *Clari velamen.*] id est ædilibus vel magistratibus in *summo* honore constitutis, qui annonæ & ludis præsunt, *tunica alba*, ibi satis sunt & sufficiunt; quæ tunicæ ibi sunt *velamen* vel vestis, in indicium *clari honoris* & magistratus. Erat autem albus color dignissimus, libertatis proprius. *Idem.* *Orchestram & populum similes.*] Male hæc Interpretes explicant de æqualiter exornato spatio in quo saltabat pantomimus, ibi scilicet omnes confuse spectasse, nec fuisse loca honoratiora Equiti & Senatui, sicut Romæ in theatris. Male hæc inquam nam *similis orchestra & populus* nil aliud est quam quod paulo ante ait *æquales habitus illic* : id est, habitus idem Senatorum sive decurionum & populi, quia omnes in tunicis, nulla toga aut prætexta conspiciebantur. *Ferrarius.*

179. *Sufficiunt tunicæ summis Ædilibus albæ.*] Loquitur ibi poeta de vita rustica, quæ in pagis & opidis agebatur, ubi ait togas non fuisse in usu, atque ipsos Ædiles satis habuisse, si in tunicis albis conspicerentur : qui habitus omnibus communis erat. *Summis.*] Grangæus putat summos vocari hic, quod ludos curarent. Sed Ædilium tunicæ vel candidæ : vel quod verius ; recens lotæ. *Farnab.*

180. Hic

Hic ultra vires habitus nitor: hic aliquid plus,
Quam satis est: interdum aliena sumitur arca.
Commune id vitium est: hic vivimus ambitiosa
Paupertate omnes. quid te moror? OMNIA Romæ
Cum pretio. quid das, ut Cossum aliquando salutes:
Ut te respiciat clauso Vejento labello?
Ille metit barbam, crinem hic deponit amati:
Plena

VARIORUM.

180. *Hic ultra vires.*] Supple *est*. Antapodosis dissimilitudinis. Id est, contra hic Romæ omnia superba sunt, & ambitiosa, & quidem supra opes & ultra quam facultatum sustinere vires possunt, *Plus quam satis.*] Tantus est rerum luxus, ut plus etiam faciant, quam oporteat. *Britan.* Non observant illud Pythagoricum *μηδὲν ἄγαν, ne quid nimis.*

181. *Aliena arca.*] Mutuato alieno ære, unde sibi emant tam pretiosas vestes, vel furto etiam ablato, elegantiorem habitum sibi quam fas erat, comparant: vel etiam quod vestem alienam conducant; ut infra de Ogulnia dicetur:

Ut spectet ludos conducit Ogulnia vestem.

Lubin. *Arca* sumitur pro pecuniis vel vestibus, quæ in arca sunt clausæ. Sic Seneca: *Cujus auriculis utrimque bina patrimonia dependent.*

182. *Commune id, &c.*] Omnibus & singulis tenuioribus. Ita *ut illos* (uti alibi dicit) *defendat numerus. Ambitiosa paupertate.*] Quæ ultra vires studet nitori & pretio vestium: cum simus pauperes, velimus videri divites. Elegantissime, si quisquam alius antithetis utitur. *Idem.*

183. *Quid te, &c.*] Quid te detineo? Unde formula dimittendi Senatus: *Nil vos moror P. C. Omnia Romæ cum pretio.*] sc. fiunt: Id est, nihil Romæ gratis alicui contigit, nam magno omnia comparantur, ut superius dixit. *Idem. Aurum omnes victâ jam pietate colunt.*

184. *Quid das.*] Domesticis & Janitoribus scilicet, ut intromittaris, ad salutandum Cossum, virum illum nobilem, & ex præcipua familia oriundum: nimirum dimidium lucri vel sportulæ janitoribus dare cogeris. Domesticis ergo regum munera offerenda, alias te non admitterent. *Idem.*

185. *Ut te respiciat.*] Fabricius Vejento vir nobilissimus, quod multa probrosa in Patres composuisset, tandem codicillis & libris suis famosis exustis, à Nerone Italia expulsus est. Cæterum adeo superbus erat, ut salutantes vix respicere, nedum alloqui dignaretur, quod hoc loco indicat. De hoc & hujus conjuge, Satyr. 6. dicetur. Vide *Turnebum* lib. 13. cap. 19. *Lubin. Clauso.*] Te non ore, vix nutu dignatus. Sic Galli, *Faisant le petit bec.*

186. *Ille metit barbam.*] I. e. Alius quidam dives, uti *Hic* iterum alius quidam. Hæc intellige de clientibus, qui ut in gratia dominorum patronorum manerent, pueris à dominis in deliciis habitis, & catamitis omnis generis officiis palpabantur. Et quia dies ille lætus, quo crines, & barba deponebatur, munera & liba illis mittunt. Eo enim die quo primum radebant barbam exuebant juventutem, transibantque tunc in viros, unde is dies Romanis imo & Græcis festus, genialis, lætusque. *Metit barbam.*] De servo intellige grandiori. Nam Catamiti imberbes erant. *Crinem hic deponit amati.*] De Cinædo puero intellige. *Lub. Crinem hic deponit.*] Ubi deponit, tonderi curat primæ barbæ lanuginem & crines puer delicatus & domino dilectus, quæ numini alicui consecrare moris erat. Excedentes enim ex ephebis; comæ (quam pueri aluerant) detonsæ primitias, Phœbo consecrabant plurimi Delphos profecti, Æsculapio alii; alii fluviis patriis, aquæ hunc honorem tribuentes, ut alimoniæ parenti, vitæque conservatrici. *Farn.*

Plena domus libis venalibus. accipe, & istud
Fermentum tibi habe. præstare tributa clientes
Cogimur, & cultis augere peculia servis.
Quis timet, aut timuit gelida Præneste ruinam,
Aut positis nemorosa inter juga Volsiniis, aut
Simplicibus Gabiis, aut proni Tiburis arce?
Nos urbem colimus tenui tibicine fultam

Ma-

VET. SCHOLIAST.

188. *Fermentum.*] Dulcium malum, quod stomachum indigestum perficit.

189. *Cultis.*] Bene vestitis. quippe festo die suo servis donare cogimur, ut admittamur ad salutationem dominorum.

192. *Simplicibus.*] Non ornatis. *Proni Tiburis arce.*] In præcipiti posita, ut Horatius:

— *Quicunque supinum.*

193. *Tenui tibicine.*] Tibicinatum, tanquam tibicina, id est, mœnia gracili.

VARIORUM.

187. *Plena domus, &c.*] Erat dulciarium ex melle, oleo, farre, quale muneris loco mittebatur, cum alicujus dies natalis erat, vel cum aliquis detonderetur. *Liba* clientes donabant & alia, quæ deinde puer vendebat, ut peculium sibi compararet & augeret. Alii legunt, *Libis genialibus.* Nam natali die solebant mittere munera. *Accipe & illud.*] Audi etiam illud malum, ob quod merito stomacheris & indigneris. Cum libis fermentum, id est, fervoris & iræ caussam, quod non tantum patronis in Nuptiis, Natali, Opere novo, sed & servis eorum cogimur præstare tributa. Sic & *fermentum*, pro ira apud Plautum. *Esse in fermento*, θυμοῦσθαι. Sumta translatio, quod intumescit, & hic significat indignandi & effervescendi materiam: Dicitur & de cæteris animi affectionibus.

188. *Præstare tributa.*] Id est, nos patronorum servis sumus tributarii, & ipsis quotannis certam pecuniæ summam dare cogimur. *Lubin.*

189. *Cultis.*] In deliciis habitis, & bene vestitis. *Peculia.*] Id est, illa bona quæ extra potestatem dominorum peculiariter habentur, in quæ bona domino nullum jus erat. Quasi dicat: Servi nostris pauperum muneribus ditescunt. *Idem.*

190. *Quis timet, &c.*] Laudat commoda aliorum opidorum extra urbem, & assidua incommoda & pericula urbis Romæ detestatur, ut erant assiduæ ruinæ & incendia, à quibus qui extra Romam Præneste, Volsiniis vel Gabiis, vel qui Tibure habitabant, immunes essent. *Præneste.*] Opidum Thusciæ situm in colle, & ob id gelidum. Vel ab aquis frigidis. *Gelida.*] Fœminino enim genere invenitur & alibi, sed tum à nominativo est Prænestis: alias Præneste est neut. gen. Sed dixit Stephanus masc. gen. Prænestus. *Ruinam gelida Præneste.*] Notetur syntaxis, & subintelligatur præpositio regens ablativum; tam hic, quam in sequentibus.

191. *Volsiniis, &c.*] In Hetruria inter montium colla, sub vertice existentia, & arboribus undique cincta.

192. *Simplicibus Gabiis.*] Non ornatis: vel simplicitate sua captis, nempe Sexti Tarquinii dolo. Vide Florum lib. 1. cap. 7. In via Prænestina siti erant. *Proni Tiburis.*] Urbe præcipiti posita. Quia in declivi longe ex intervallo montis positum, videntibus menti simillimum erat. In Romæ vero conspectu sunt Tybur, Præneste & Tusculum. *Idem.*

193. *Nos urbem colimus.*] Antapodosis dissimilitudinis. Contra Romæ ædificia maxima ex parte vetusta sunt, & fulta, assidue ruinam minitantia. *Urbem.*] Id est, domos in urbe veteres, & ruinosas. *Fultam tenui tibicine.*] Id est, exili & facile fracto sustentaculo ex ti-

gno;

Magna parte sui. nam sic labentibus obstat
Villicus, & veteris rimæ contexit hiatum,
Securos pendente jubet dormire ruina.
Vivendum est illic, ubi nulla incendia, nulli
Nocte metus. jam poscit aquam, jam frivola transfert
Ucalegon, tabulata tibi jam tertia fumant.

Tu

VET. SCHOLIAST.

196. *Dormire ruina.*] Rupturas parietum calce modica perfundunt, & inquilinos jubent manere, tanquam si restaurassent ruinam.

199. *Tabulata, &c.*] Superiora tecta & tristega. *Ucalegon.*] Ex Virgilio:

--- *Jam proximus ardet*
Ucalegon. ---

VARIORUM.

gno; sunt autem *tibicines* columellæ, quibus ruiturum ædificium sustentetur. *Id.*

194. *Nam sic, &c.*] Idem est, illis ædificiis, quæ alias laberentur: nisi illis fulcro & sustentaculo subveniretur. Id est, sic ruinam minitantibus ædificiis, rusticus, & villicus ob id ex agro in urbem vocatus occurrit & subvenit, exilibus quibusdam columnis & adminiculis. *Idem. Villicus.*] I. e. servus ille, qui ruris curam habet, ad hoc opus idoneus.

195. *Et veteris rimæ.*] Rimas testudinis, aut parietes veteris ædificii, modica calce perfundit, & inquilinos jubet manere, tanquam ruinam restaurasset, donec aliquando ruina opprimantur. *Contexit.*] Modica calce interrupta contexit, & rursus conjunxit. *Idem. Villicus, & veteris, &c.*] Duplex horum sententia esse videtur. *Vel* ut villicus hic intelligatur satyrice Urbis præfectus (ut de Pegaso infra Sat. IV. ℣. 76.) qui procumbentibus in ruinam ædibus ita obstat, ut contentus sit rimas & parietum vitia obducere; cùm pilis ac substructionibus firmare ac fulcire deberet. *Vel*: ea ratione domini ædificia prolabentia reparant, qua villici rusticas ædes instaurant, rimas tantum obstruendo; atque ita cives Romæ, pendente ruina, securos somnos captabant. Prior tamen explicatio rectior videtur. *Ferrarius.*

196. *Securos pendente. &c.*] Id est, postea villicus quasi omnia probe restaurarit, nos jubet securos esse de ruina, & confidenter dormire, pendente intereà tamen & assidue imminente ruina. *Pendente*, pro impendente. *Idem.*

197. *Vivendum est illic.*] Pergit ad alia incommoda, frequentia scilicet incendia Romæ, quæ alibi non metuantur. *Nulli nocte metus.*] Ubi nihil opus est ut quis nocte metuat: ubi aliquis securus dormire queat. *Idem.*

198. *Jam poscit.*] Id est, nam Romæ, modo Ucalegon, vel quivis civis incendium passus, aquam ad ignem restinguendum poscit: modo pauper frivola, & vilia suæ pauperis supellectilis, ex incendio erepta alio transfert. *Idem.*

199. *Ucalegon.*] Non hic intelligitur vicinus ut quidam judicarunt, sed ipse dominus domicilii, qui subter pauperem in primis tabulatis habitat. Frustra ergo hic est *Farnabius.* Ut solet, ad Virgilium alludit Poëta;

---- *Jam proximus ardet*
Ucalegon. ---

Ponitur pro cive quovis. *Tabulata tibi, &c.*] Id est, contignationes superiores, in quibus tu inquilinus habitas: indicat domum divitis multis contignationibus excelsam. *Tabulata tertia.*] Ita ait: nam ditiores superiorem ædium partem inquilinis tenuioribus locabant, quæ cœnacula dicebantur: ut inferius dicetur.

Rarus venit in cœnacula miles.

Imam autem partem sibi retinebant. Omnium tenuissimi autem cœnacula vel tabulata tegulis proxima habitabant. Martialis:

Et

Tu nescis. nam si gradibus trepidatur ab imis;
Ultimus ardebit, quem tegula sola tuetur
A pluvia, molles ubi reddunt ova columbæ.
Lectus erat Codro Procula minor, urceoli sex,
Ornamentum abaci: nec non & parvulus infra
Cantharus, & recubans sub eodem marmore Chiron,
Jam-

VET. SCHOLIAST.

200. *Gradibus ab imis.*] A prima scala.

202. *Columba.*] Quia super tecta columbaria fiunt.

204. *Ornamentum abaci.*] Quod nos Delficam dicimus.

205. *Cantharus, &c.*] Quemadmodum solent è marmoribus facere sigilla diversa, *recubans* enim à posteriore parte recumbens, Hippocentaurus fingitur.

VARIORUM.

Et scalis habito tribus, sed altis. Fumant.] Id est, tertia habitatio vel contignatio domus, in qua tu habitas, jam tibi fumat, & incendium concepit noctis tempore, idque te ignorante, & forte dormiente. *Lubin.*

200. *Tu nescis.*] Tu miser inquiline dormis. *Nam si.*] Si ab ima domus parte ignis incipiat; nam incendio ingruente trepidatio.

201. *Ultimus ardebit.*] Ardebit etiam, quamvis ultimus. *Quem tegula.*] Intelligit illum, qui habitat in suprema parte ædium sub tegulis. *Idem.*

202. *Molles columba.*] Venereæ & salaces, quæ gaudent superiori loco domuum. *Idem.*

203. *Lectus erat Codro.*] Exemplo Codri, quod dixit, declarat. Quod scilicet misera pauperum Romæ sit conditio. Sensus est: Codrus Poëta erat pauperrimus, forte ille raucus, de quo prima Sat. Erat illi quippe paupercula supellex, *lectulus* brevis, vel brevior Procula conjuge sua brevissima: intelligit autem lectum discubitorium. Erant ipsi præterea *sex urceoli*, vel parvula vascula ad aquam hauriendam, erant ei *ornamentum* & decus *Abaci* vel repositorii, & *parvulus cantharus* vel vasculum ansatum ad potandum *infra* abacum erat, & sub abaco pendebat. Et opus Chironis in medicina, ad quam artem potissimum Codrus inopia coactus se contulerat, jacebat *sub eodem marmoreo* abaco, i. e. materiâ eâdem, sc. argillâ facto. *Chiron* autem notat trapezophorum sive statuam aut effigiem Chironis centauri fictilem, quæ poculorum mensam sustinet. Assentitur Grangæo Farnabius. Sed qui priorem sententiam defendunt, putant, sic Codri paupertatem planius ostendi, qui libris ne commoda quidem repositoria habeat. *Lectus Procula minor.*] De eo dicitur, qui ea in paupertate est, ut ne quidem lectum sibi æqualem comparare possit. *Grangæus. Urceoli sex.*] Ut solebant divites, in quorum Delphicâ semper comparia vasa esse solebant.

204. *Ornamentum abaci.*] Quasi dicat, egregium ornamentum. Satyrice & irrisorie. *Turneb.* lib. XXVIII. cap. 15. *Lubin.* Quæ latinis abacus Delphica, Gallis hodie vocatur *la credance.*

205. *Sub eodem marmore.*] Mirantur Interpp. inter Codri frivola enumerari abacum ex marmore, & sub eodem pro fulcro Chironem excubantem; propterea fuisse ex argilla credi volunt. Verum abaci vulgo ex lapide, sive etiam marmore, pauperiorum quoque supellex fuit; cum divites mensas & abacos ex citro, & quidem plures tunc haberent, quæ eburneis pedibus fulciebantur, adeo ut (quod ait Poeta Sat. XI. ✝. 128.) argenteus mensarum pes idem illis esset quod in digito annulus ferreus, Horat. l. 1. 6. *Lapis albus pocula cum cyatho duo sustinet.* Nil ergo mirum si Codro & abacus & sustinens abacum centaurus ex marmore fuit. *Ferrarius.*

200. *Jam-*

Jamque vetus Græcos servabat cista libellos,
Et divina Opici rodebant carmina mures.
Nil habuit Codrus. quis enim negat? & tamen illud
Perdidit infelix totum nihil: ultimus autem
Ærumnæ cumulus, quod nudum, & frustra rogantem
Nemo cibo, nemo hospitio, tectoque juvabit.
Si magna Asturici cecidit domus: horrida mater,

Pullati

VET. SCOLIAST.

207. *Et divina Opici.*] Opizein Græci dicunt de iis, qui imperite loquuntur. Alii opicos dicunt, eos qui fœdam vocem habent.

210. *Frustra rogantem.*] Aut sine caussa, aut * panem petentem.

VARIORUM.

206. *Jamque vetus.*] Cista jam vetus conservabat autorum Græcorum libros, quibus Codrus Poëta ante studuerat. *Lubin.*

207. *Et divina Opici, &c.*] Forte indicat hunc Codrum missa Poëtica se ad medicinam contulisse paupertate coactum, jamque libros Græcos & Poëtas abjecisse, & divina sua carmina Opicis muribus rodenda abjecisse. *Opici*, Barbari & doctis carminibus infesti, Sat. 6.

--- *Opica castigat amica*
Verba. ---

Erant autem Opici ἀῤῥητοποιοὶ nefandæ libidinis & liguritores: Inde à lingendo tacetè Opicos mures dixit. Glossarius ab H. vulgatus legit, *apici*. Lubin. Alii dicunt *Opicos* appellari eos, qui Græce nesciant, licet Latine non sint indocti, ut per lusum mures Poëta appellet *Opicos*, qui carmina Græca rodebant, quæ nec intelligebant; in qua opinione dicitur esse Gellius l. x. cap. 16. *Britan. Opici.*] Proprie populi Campaniæ, qui & Osci sunt: Judicante Servio *Ophici* dicti, vocabulo Græco, quod ibi multi serpentes abundarent. Festus in *Oscum: Lipsius* Epist. quæst. 25. lib. 4. & Epist. 6. l. 5. aut mures terrestes, ab ὀπὴ *caverna, foramen*, quæ muribus latebræ. Vel ab ὀπὴ *vespertilio*, citante Crispino è Suida. *Farnab. Opicos mures.*] Appellat, quia salem lingentes concipiant, & ita Venerem quodammodo exerceant. *Muret.*

208. *Nil habuit Codrus.*] Quasi dicat: Summarum summa est, parum habuit Codrus, aut nihil habuit. *Quis enim negat.*] Quasi dicat: nemo negare potest, ipsum longe fuisse pauperrimum. *Lubin.*

209. *Perdidit, &c.*] Suam paupertatem omnem, quæ nihil esse videbatur, perdidit incendio miser & infelix. *Ultimus autem.*] Miserrimum fuit incendio suam paupertatem perdere, sed longe miserius fuit, quod rursus à nullo homine sublevabatur. *Idem.*

210. *Ærumnæ cumulus.*] Incrementum aggregatum, & quasi summa. *Ærumna*, quæ hic laborem onerosum, proprie significat furcillam qua viatores sarcinas suas religatas tabella interposita sustentare consueverant. *Nudum.*] Qualis ex incendio evasit. *Et frustra.*] Veteres adverbia in *a* exeuntia, interdum etiam corripuerunt. Ruffus Festus in aratro.

Ima velut cœli luxit dum frustra frequenter.

Melius tamen *frusta* legitur, pro frustis panis & fragminibus. Et sic in antiquis legit *Mancinellus*. Idem. Sic & *Grangæus*, & *Farnab.*

211. *Tectoque.*] Cogebatur miser sub dio cubare. Exprimitur mira Roman. erga pauperes inhumanitas. *Lubin. Juvabit.*] Alii juvabat.

212. *Si magna Arcturi.*] Antapodosis dissimilitudinis: quasi dicat, tam immisericordes & inclementes sunt erga pauperes & calamitosos. Verum si dives aliquis Arcturius vel Catulus incendium patiatur, sive domus ruat, omnes certatim ipsi opem ferunt, omnis civitas ejus

casum

Pullati proceres, differt vadimonia Prætor.
Tunc gemimus casus urbis, tunc odimus ignem.
Ardet adhuc, & jam accurrit qui marmora donet,
Conferat impensas. hic nuda, & candida signa.
Hic aliquid præclarum Euphranoris, & Polycleti,
Hæc Asianorum vetera ornamenta Deorum,
Hic libros dabit, & forulos, mediamque Minervam:

Hic

VET. SCHOLIAST.

213. *Pullati proceres.*] Cum nigris vestibus lugentes.

214. *Tunc odimus ignem.*] Non incendium laris nostri. at præ tristitia, aut propter casum, nec focum in domo nostra fieri patimur, quod & lugentes observare solent.

216. *Candida signa.*] Statuas marmoreas.

217. *Euphranoris, &c.*] Atheniensium cælatorum.

218. *Hæc Asianorum.*] Superstitiose gentem nominavit.

219. *Et forulos.*] Armarium, sive Bibliothecam.

VARIORUM.

casum dolet. *Assyrici.* [*Assyricus*, ut alii, *Asturius* vel *Arturius* pro divite, nobili & facinoroso. Arcturii hujus supra meminit, cum dixit, vers. 29.

--- *Vivant Arcturius illic,*
Et Catulus. ----

Forte *Ostori.* P. Ostorii Scapulæ Consulis sub Claudio meminit lib. Digest. 39. capite 4. & Tacit. lib. 12. *Magna*] Splendida, superba, magnifica, eminens. *Horrida mater.*] Roma scilicet, quæ tanquam mater filii casum luget, & in lugubri veste squalida est, quasi in luctu publico, in quo solebant matronæ, matres Romanæ, deponere ornatum. *Lubin.*

213. *Pullati proceres.*] Nigris vel pullis vestibus induti lugent primores, & Senatores. *Differt vadimonia.*] Sponsiones sistendi se & dictionem juris: fidejussiones, & denique omnes caussas forenses in alium diem differt; publicum justitium, tanquam in publica calamitate indicitur. *Idem.* Sic nostri *Hy maeckt* *woedsenning.*

214. *Tunc gemimus, &c.*] Quasi unius Arcturii calamitas ad totam urbem pertineret. *Tunc odimus ignem*] Non solum incendii, verum etiam nostri foci, quod lugentes observare solent. Tunc detestamur ignem, tanquam rem damnificam. *Idem.*

215. *Ardet adhuc.*] Dum Arcturii domus adhuc ardet, statim præsto est aliquis, qui ei marmor conferat, ad reædificandam splendidam & regalem domum. Id est, dant materiam ad novam domum, dant ornamenta novæ domus, dant argentum ad faciendos sumtus. *Lubin.*

216. *Nuda.*] Non fucata, sine tegmine, ex una materia; vel imagines nudorum corporum ad vivum excisas in Pario lapide vel marmore ad ornatum. *Candida signa.*] Statuas marmoreas. *Idem.* Simulacra ex marmore candido.

217. *Euphranoris.*] Ille teste Fabio, in pingendo & fingendo fuit artificiosissimus: in Polyclete statuario summa diligentia, & decor fuit. *Idem.*

218. *Hæc Asianorum.*] Ut intelligamus utrumque sexum properare, ut statuas & imagines Deorum ex Asia Romam deportent. *Turneb.* lib. x. Advers. cap. 27. *Salmas.* Alii legunt *Phæcasianorum.*] Pro *Phæcasiatorum*, I. e. Deorum quos Phæcasii sacerdotes Atheniensium & Alexandrinorum à calceamentis candidis denominati, coluerunt. Vel deorum è Græcia latorum: Phæcasia enim Hesychio sunt, rustica calceamenta, quibus calceati pingebantur dii Græci. *Farnabius.* *Vetera.*] Quæ antea diu fuerant in templis deorum.

219. *Hic libros dabit.*] Id est, omnis generis supellectilem necessariam ad orna-

Hic modium argenti: meliora, & plura reponit
Persicus orborum lautissimus, ut merito jam
Suspectus, tanquam ipse suas incenderit ædes.
Si potes avelli Circensibus, optima Soræ,

Aut

VET. SCHOLIAST.

221. *Persicus.* Persicum, quasi divites posuis.; eo quod Persæ divites. Sic Horatius:

Persicos odi.

Terentius:

Dinumeret nunc ille Babylonias.

VARIORUM.

ornatum & cultum. *Dabit.*] Interpositione hujus verbi & superiores orationis partes comprehenduntur & inferiores. *Et forulos.*] Thecas, pluteos, capsulas, armaria, conditoria librorum. *Mediam.*] Non integram, & perfectæ staturæ, sed dimidiatam tantum, & usque ad umbilicum. Hinc jocus Ciceronis, *Frater meus dimidiatus major est quam totus. Lubin.* Britannicus vult statuam Minervæ in medio reponendam; ad exornandam Bibliothecam. Mediam Minervam vocat προσ͂ομὴν Minervæ, quæ in omnibus Bibliothecis dedicabatur: quo nomine patronam librorum vocaverit. Itaque non immerito librum plus uno seculo vivere optat, quem Minerva in Bibliothecas receperit. *Scaliger* in Catull.

220. *Hic modium, &c.*] Quæ mensura erat librarum 44. Sed pro indefinita mensura capiatur. *Meliora reponit Persicus.*] Notavit Romanos in beneficentia erga Arcturium; jam idem dicit de Persico, qui illo tempore sine liberis erat, & ditissimus. Ob id hæredipetæ vultures ita ipsi palpabantur, mittendo optima quæque. *Reponit.*] Resarcit, reparat. *Lubin.*

221. *Persicus.*] Ditissimi orbi nomen: dicunt alii eo nomine pro divite usum esse, quia Persæ divites forte. *Persicus.*] Fabius Persicus. vide Sat. 8. vers. 14. vel, quod hic Arturius Persa fuerit. Vide Martial. Epigr. 51. lib. 3. *Orborum lautissimus.*] Id est, inter omnes illos, qui liberos hæredes non habent, delicatissimè & lautissimè vivens. *Idem.*

222. *Suspectus.*] Persicus, tanquam ipse incenderit suas ædes. Sic Martialis de Tongiliano, lib. 3. Epigr. 51.

Emta domus fuerat tibi, Tongiliane, ducentis,
Abstulit hanc nimium casus in urbe frequens.
Collatum est decies. Rogo non potes ipse videri
Incendisse tuam, Tongiliane, domum?

Idem.

223. *Si potes avelli.*] Indicat jam in opidis extra Romam, optimam habitandi rationem emi posse, illo pretio, quo Romæ non domus quidem vilissima conduci poterat. Id est, si vana & inanis delectatio ludorum Circensium, te non adeo in urbe delectat, ut ab illis avelli queas, optima domus illo pretio tibi comparatur Soræ, &c. & municipiis aliis Italiæ, quo pretio Romæ tenebrosam tantum domum ad unum annum conducis. *Avelli.*] Quasi per violentiam. Nam cives Romani illo tempore teste hoc Juvenale, *Duas tantum res anxii optabant, Panem & Circenses.* Usque adeo studio spectaculorum insaniebant. *Circensibus.*] Nam hi ludi, qui tanta omnium spectabantur delectatione, in Circo maximo fiebant, unde & nomen sortiti sunt. *Maximus* autem appellatus est, quod amplitudine longe major esset, quam Circus intimus & circus Flaminius. Nam ut scribit Plin. lib. 36. longitudine fuit trium stadiorum, & latitudine unius; sed cum ædificiis quaternum jugerum. Capiebat autem ducenta & sexaginta millia hominum sedentium. Ludi autem instituti fuerunt in honorem Cybeles magnæ Deorum matris, qui vocabulo Græco dicti Megalenses, Latino magni, ἀπὸ τῆς μεγάλης μητρός. Vel, quod diis magnis, i. e. laribus, Urbis Rom. dati sunt: vel, ut *Asconius* ait, ludos magnos esse appellatos, quod magnis impensis sint dati. Circenses ludi, iidem etiam plebei sunt appellati, quod initio veris, stato solenni-

Aut Fabrateriæ domus, aut Frusinone paratur;
Quanti nunc tenebras unum conducis in annum!
Hortulus hic, puteusque brevis, nec reste movendus,
In tenues plantas facili defunditur haustu.
Vive bidentis amans, & culti villicus horti,
Unde epulum possis centum dare Pythagoreis.
Est aliquid quocunque loco, quocunque recessu,
Unius sese dominum fecisse lacertæ:
Plurimus hic æger moritur vigilando: sed illum

Lan-

VET. SCHOLIAST.

224. *Aut Fabrateria.*] Civitatum nomina Campaniæ.

231. *Fecisse lacertæ.*] Notandum quia fœminino genere dixit, Lacertæ, cum Virgilius masculino dixit Lacertos. & [illegible] ad animal retulit, quia sunt in agro quamplurimi, aut lacertum pro horto [illegible], per quem discurrens & [illegible] [illegible].

VARIORUM.

lennique die celebrabantur magno totius plebis studio & delectatione: Vel quod exactis regibus, pro libertate plebis facti sunt, aut pro reconciliatione plebis. Ludi etiam Circenses, in honorem Cereris celebrabantur. *Britannicus.* *Sora.*] Sora urbs Campaniæ, non longe ab Arpino, Tullii patria. *Lubin.*

224. *Fabrateria.*] Opidum Campaniæ, in via Latina. *Frusinone.*] Urbs Frusino in via Latina, quemadmodum & Fabrateria. Vel, ut Probus, civitatis Campaniæ nomen. Strabo libro 3. *Lubin.*

225. *Tenebras.*] Pro tenebrosa domo, aut vili habitatione. *Idem.*

226. *Hortulus hic.*] In his opidis. *Puteusque, &c.*] Non profundus. *Nec reste movendus.*] Puteus, unde non funibus nec reste aut ullo labore aqua exhauritur, sed manu possis eam attingere. *Idem.*

227. *In tenues plantas.*] Holerum scilicet, facili haustu diffunditur & irrigatur. *Idem.* Alii leg. *In teneras plant.* *Tenues.*] Quæ recentur humo fixæ sunt, & ob id debent irrigari. *Grang.*

228. *Vive bidentis amans.*] Id est, ibi pro libitu jucundissimam agriculturam exerce. *Lubin.* Satius inquit, est agricolationi vacare, quam habitare intra urbem, inter tot vivendi molestias. *Britan.* *Bidentis.*] Sarculi lignei, aut ferramentorum rusticorum: aut furcæ vel rastri genus rusticorum: aut furcæ vel rastri genus est. Quod autem de ove interpretantur, non placet, paulo enim post meminit Pythagoreorum, qui ab omnibus animalibus abstinebant. *Lubin.*

229. *Unde.*] Id est, ex quo horto centum Pythagoreis epulum dare possis. Illi enim olera cruda vel elixa tantum comedebant, & à carnibus abstinebant. *Idem.*

230. *Est aliquid.*] Non minima res est. Est operæ pretium. Ut omnino ostendat longe melius esse in villula exigua habitare, quam in urbe.

231. *Dominum &c.*] Exigui hortuli, quem lacerta occultare posset. *Lacerta.*] Exigui agri, aut hortuli, ubi lacertæ commorari & apricari solent, per Metonimiam posuit contentum pro continenti. Sensus est; Ex urbe migrans quocunque te receperis, optimum putato domicilium, ubi tuam habeas domum & hortum tam exiguum, ut vix una ipsum discurrat lacerta. *Lubin.* ut dici solet, *unius vermiculi.* Belgice *een voet lands, een hant vol lands*: & hoc sensu noster scribens *lacerti*, potuit ad mensuram referre, ut sit tantum agri, quantum est spatium brachii nostri inter scapulæ & cubiti ossa.

232. *Plurimus hic æger.*] Subtexit alia urbis Rom. incommoda, quod ob perpetuum strepitum, diurnum & nocturnum, in

Languorem peperit cibus imperfectus, & hærens
Ardenti stomacho. nam quæ meritoria somnum
Admittunt? magnis opibus dormitur in urbe,
Inde caput morbi: rhedarum transitus arcto
Vicorum in flexu, & stantis convicia mandræ
Eripient somnum Druso, vitulisque marinis.

Si

VET. SCHOLIAST.

234. *Meritoria.*] Tabernæ, ab eo, qui mercedes præstat.

235. *Magnis opibus dormitur.*] Magna potentia silentium imponitur vicinis tabernariis, ut magno pretio somnus constet.

237. *Mandra.*] Locus in quo porci includuntur.

VARIORUM.

in plateis & foro, nemo dormire queat; quod ob id multi ægroti, assiduâ insomniâ vel vigiliâ pereant. Satius est, inquit, quoquo modo extra urbem vivere, quam ut in urbe tot molestiis premaris. Martialis:

Otia me, somnusque juvat, quæ magna negavit
Roma mihi. Idem. *Plurimus.*] I. e. ingens multitudo, uti passim apud alios. Ignarè ergo legunt *Pluribus*. *Grang.*

233. *Cibus imperfectus.*] Ἀνατίρρμας-τ@, indigestus, non concoctus. Nimirum qui recte concoqui nequit, ob assiduas vigilias, & ob id crudus & indigestus, ardenti & febricitanti stomacho adhæret. *Hærens.*] Stomachus enim cibum non absolvit, antequam concoxerit. *Lubin.*

234. *Nam quæ meritoria.*] Id est, quæ officinæ Romæ in quibus mechanici opus meritorium exercent, admittunt somnum, vel permittunt aliquem dormire? *Lubin.* Loca *meritoria* dicuntur, quæ mercede locantur inquilinis, à merendo; unde & tabernæ meritoriæ ipsa stabula dicuntur, hoc est, cauponæ. Nam *mereri* est, caussa quæstus aliquid operari, unde & meritrices dictæ, quod turpitudine corporis æs merentur. *Meretrix* quoque præmium appellatur, quod datur pro laboribus susceptis: inde etiam dicuntur *pueri meritorii*, qui aut sponte sua, aut jubente domino prostant, turpique quæstu æs merentur. *Britan.*

235. *Magnis opibus.*] Id est, divites facile dormire possunt, sed ubique misera pauperum est conditio: Id est, si quis Romæ noctu dormire velit, magnas opes exponat necesse est, vel magno constat pretio domus à strepitu remota. Vel quod à magnis & potentibus dominis vicinis tabernis silentium magno pretio imponatur, ita ut somnus magno pretio constet. *Lubin.*

236. *Inde caput morbi.*] Hæc caussa malorum: Hinc illæ lacrymæ. Quod nemo ibi dormire queat. *Rhedarum transitus arcto.*] Curruum fragor, & strepitus in angustis platearum locis, & mutua maledicta mandræ & mulionis. *Idem.*

237. *Vicorum in flexu.*] Nam vici vel regiones adeo obliquæ Romæ erant, ut difficilem vehiculorum transitum facerent. *Et stantis convicia mandræ.*] Qui subsistere cogitur: hoc loco pro mulione qui alterum à quo impeditus erat maledictis incessit, verbere & verbo increpat mandram. *Mandra* mulorum est multitudo, qui olim vehicula trahebant. *Idem.* Proprie est brutorum receptaculum, cubile; item eorum agmen significat, metonymice, locus pro locato. Vox Græca est, conveniens latinæ *mansio*.

238. *Eripient.*] I. e. adimunt, impediunt. *Druso.*] Sui temporis hominem maxime somniculosum obiter notat. *Vitulisque marinis.*] Id est, phocis, quibus nullum animal graviore somno premitur. Vel quod in somno similes vitulis edant mugitus. Plin. l. 9. *Lubin.* *Britannicus*

Si vocat officium, turba cedente vehetur
Dives, & ingenti curret super ora Liburno,
Atque obiter leget, aut scribet, vel dormiet intus.
Namque facit somnum clausa lectica fenestra.
Ante tamen veniet: nobis properantibus obstat
Unda prior: magno populus premit agmine lumbos
Qui

VET. SCHOLIAST.

239. *Si vocat officium.*] Si officium salutandum sit Consuli à Patrono, [illegible] qui viam faciant.

240. *Liburno.*] A lectica magna Liburnorum, & Gerulos Liburnos. Ipse, unde [illegible] Liburnos in secundo libro.

VARIORUM.

[illegible] vero *somnus ursi*, legendum esse contendit, hac maxime ratione; quod quum dicat somnum eripi vitulis marinis, recte procedat, ut de aliis belluis, quæ alte dormiunt, potius loquatur, quam de homine. Nam ursi, ut scribit *Plin.* lib. 8. cap. 36. primis diebus bis septenis, tam gravi somno premuntur, ut ne vulneribus quidem excitari queant. Qui vitulis marinis Romae possit somnus [illegible] dicant qui vitulos marinos dormientes viderunt aut Romae, aut usquam terrarum. Locum mendosum esse nemo non videt. Legendum autem videtur: *Vetulisque maritis.* Nam senes sunt somnolenti: quamvis alia possit ratio dari cur vetuli mariti, qui Juvenculas duxerunt, somno alto sopiti jaceant. Genev.

239. *Si vocat.*] Exponit jam, quanta commoditate & celeritate, divites Romae quo velint, pervenire possint: contra quantis molestiis & difficultatibus tenuiores, pedites incedentes: in plateis [illegible], si forte diviti aliquo eundum sit, ita postulante officio. *Lubinus.* *Officium.*] Significat, si ad officium nuptiarum dives vocatus est, aut ad aliam celebrationem, vel ad aliquod negocium publicum aut privatum: in his enim persæpe nomen officii poni solet. *Turneb.* lib. cap. 27. Ejusmodi officium appellat Martialis operam togatam. *Grang.* *Turba,* &c.] In lectica vel sella gestatus, a servis bajulis, idque omni populo locum dante, utpote diviti. *Lubin.*

240 *Et ingenti,* &c.] Liburnum, magnam lecticam dicit, quasi navem & ejus bajulos Liburnos. Est enim navis species à Liburnis populis: vel intellige de lectica & grandibus e Liburnia servis, id est, à grandibus e Liburnia servis lecticarius in sublime elevatus, super ora & capita aliorum alte elatus curret, & velociter vehetur. *Idem.* *Super ora*] Nam pauperes obvii prosternuntur conculcanturque in luto pedibus servorum & lecticariorum.

241. *Atque obiter,* &c.] Ibi in lectica sua potest ob iter, *παρέργως*, per viam, quæ vult, agere, idque obiter, & interim dum illum locum petit, quo vocatur. *Idem.*

242. *Namque,* &c.] Clausa erat undique lectica, nisi quod fenestræ quædam in ea ad prospectum. Eæ ipsæ velo, plagulâ lecticariâ sive linteo tegebantur, quod dimovere seu deducere licebat, pro voluntate vecti. *Idem.*

243. *Ante,* &c.] Est Tmesis. Id est, ille studens, legens, scribens, dormiens, citius, eo, quo volet perveniet; quam nos venientes; vel maxime festinantes, quia ei cedimus. *Nobis,* &c.] Id est, contra si nos tenuiores aliquo properemus, turba, quæ ante nos est, illa nobis obstat, quæ post nos, illa nos premit & molestia afficit. *Idem.* *Obstat,* &c.] Unda pro populo, ad modum undæ diffluentis turbæ quasi fluxu & refluxu, vel populi multitudine stantis ad officium. Nisi legendum potius *turba prior.*

224. *Premit agmine.*] Impellit, [illegible] urget, multitudine [illegible]

cedentes

ſequitur: ferit hic cubito, ferit aſſere duro
:: at hic tignum capiti incutit, ille metretam.
uia crura luto, planta mox undique magna
or, & in digito clavus mihi militis hæret.
ne vides quanto celebretur ſportula fumo?
um convivæ: ſequitur ſua quemque culina.
ulo vix ferret tot vaſa ingentia, tot res

Impo-

ET. SCHOLIAST.

Unda prior.] Populi multitudo
d officium.
Aſſere duro.] Amite * lecticæ le-
ſignificat.
Metretam.] Vas, quod ampho-
it.
Fumo.] Apparatione.
Centum convivæ.] Perinde con-
quia ſibi faciunt in commune.
, *&c.*] Pulmentaria portans ſe-
omparata ex ſportula.
Corbulo.] Alii dicunt athletam
mporis fortem, Corbulonem
alii genus navis.

VARIORUM.

, à fronte & tergo. *Idem.* *Lum-*
lorſum.
Cubito.] Dum lecticam portat,
aſſerem lecticæ admota. *Aſſere*
Pro amite lecticæ, lecticarios in-
el *Aſſere* pro ligno eminente, pa-
ca, qua lectica continetur. Sic.

forum juvenes longo premit aſſere
.
s *aſſerem* pro ipſa lectica dixit.

At hic, &c.] Lignum lon-
abem, quam per plateam geſtat,
. *Metretam.*] Vas quod ampho-
it: Capit 10 ſextarios: Sextarius
s. *Idem.* Vox Græca eſt μετρητὴς,
Liquidorum autem eſt metreta,
m medimnus. *Grang.*
Pinguia, &c.] Supp. *ſunt.* Cœ-
rpia, immunda. *Plantâ mox.*]
, fortaſſe, ingentis cujusdam
el totius multitudinis conculcor.
Et in digito clavus &c.] I. e. Cal-
altis clavis ſuffixus, vel tibia-
le clavoſum militis, vel calcar ocreati
peditis, qui hic in turba adeſt, digito pedis
mei infigitur. Milites utebantur in ti-
bialibus multis clavis fabricatis, unde cla-
vata veſtimenta, aut calceamenta clavis
infixa. ut Sat. ult.

Cum duo crura habeas offendere tot cali-
gas tot
Millia clavorum, Lubin.

249. *Nonne, &c.*] Confirmans pau-
peres nimia multitudine in via concul-
cari, divitum Romanorum gulam, &
ſportulæ deſiderium iterum inſectatur, &
ſervorum miſeriam exponit. Doctiſſi-
mus Turnebus libro x. cap. 27. Adverſ.
ſportulam hic vel 100. quadrantes non
intelligit; ſed cœnam, quæ quod initio
in ſportula dabatur, nomen meruit: un-
de Græcis δεῖπνον ἐν σπυρίδι, vel cœna in
calatho appellatur. *Celebretur.*] Id eſt,
quanto ſtudio & concurſu petatur vel
potius quam frequentetur, vel quam
illuſtretur ſeu colatur. *Fumo.*] Eo dicit;
ignis enim obſoniis in cœnam in ſportu-
la datis, ſubjiciebatur, ne frigeſcerent.
Id eſt, quanto igni obſoniis ſubjecto:
vel quanta feſtinatione, apparatu, ſtudio.
Ut ergo ea calidâ conſervarentur, cum
foco domum ferebantur à ſervis. *I-*
dem.

250. *Centum, &c.*] Illi qui ſportu-
lam acceperant & celebrant, ſupp. adſunt.
Sequitur ſua, &c.] Focus & ſupellex.
Id eſt, centum clientes à divitibus ſpor-
tulam petunt, & unumquemque ſequi-
tur ſupellex culinæ varia, qua obſonia
varia data, excipiunt in ollis, & ignem
ipſis ſubjiciunt in ſportula tanquam cu-
lina. Putat autem quod per ſervos ſportu-
lam petierint, qui una vaſa & ignem &
ollam ſecum geſtaverint. *Idem.*

251. *Corbulo, &c.*] Vir fortis & vali-
dus,

Impoſitas capiti, quas recto vertice portat
Servulus infelix, & curſu ventilat ignem.
Scinduntur tunicæ ſartæ; modo longa coruſcat
Sarraco veniente abies, atque altera pinum
Plauſtra vehunt, nutant altæ, populoque minantur.
Nam ſi procubuit, qui ſaxa Liguſtica portat
Axis, & everſum fudit ſuper agmina montem,
Quid ſupereſt de corporibus; quis membra, quis oſſa
Invenit? obtritum vulgi perit omne cadaver
More

VET. SCHOLIAST.

257. *Liguſtica.*] Nomen Inſulæ.

VARIORUM.

dus, tempore Neronis, rebus in Armenia geſtis claruit: De illo Tacitus lib. 13. *Corpore ingens, verbis magnificus, ſuper experientiam, ſapientiamque etiam ſpecie inanium validus.* Alii dicunt Athletam fuiſſe; alii genus navis. *Tot vaſa, &c.*] Univerſam fereculinam. *Idem.*

252. *Impoſitas capiti.*] Ad ſuſtinenda autem melius talia vaſa, ſupponebant capiti circulum, qui proprie latinis Arculus dicitur. *Quas, &c.*] Id eſt, erecto & eminente vertice; ne jus obſoniorum effundatur. *Idem.* Mallem legi. *Quot.*

253. *Servulus infelix.*] Propter miſerabilem laborem. *Et curſu.*] Id eſt, tam velociter currit, ut ignem currendo ventilet, & exſuſcitet lebeti ſuppoſitum. *Ignem.*] Qui obſoniis, ne frigeſcerent, ſubjectus, capiti impoſitus portabatur.

254. *Scinduntur, &c.*] Servorum tunicæ paulo ante conſutæ ſcinduntur & dilacerantur, tanto onere; vel ab aliis prementibus, vel ſtipantibus. *Longa coruſcat.*] Motat, tremit, vacillat. Ita Seneca epiſt. 90. *longo vehiculorum ordine pinus aut abies deferebatur, vicis intrementibus.* Exponit pericula quæ à vehiculis obveniunt.

255. *Sarraco.*] Sarracum vehiculi genus fortiſſimum, quo ligna & lapides vehebantur. Id eſt, valido vehiculo vel Sarraco veniente, vel obviam procedente, longa arbor abies, illi vehiculo impoſita reſplendet, & ex intervallo coruſcat, nutat & tremit. *Altera.*] Vicina ſarraca vel plauſtra, vehentia pinum. *Lubin. Sarraco veniente abies.*] Satyr. V. verſ. 23. *Soracum* ubique ſcribendum. Feſtus: *Soracum dicitur, quo ornamenta portantur ſcenicorum, &c.* Græcum purum putum eſt, Σώρακος. Heſychius: Σώρακον, ἀγγεῖον εἰς ὃ σῦκα ἐμβάλλεται. *Meurſ.* Exerc. Critic. part. II. cap. 5. pag. 117. 118. Sic & *Grang.*

256. *Nutant, &c.*] Illa Sarraca vel plauſtra celſe contremiſcunt; vel potius proceræ arbores in ipſis. Deducta metaphora ab ipſis, qui capite nutant. *Altæ.*] vel *alte* pro ut libet. Nam in altis illis vehiculis tales trabes vehebantur. *Minantur.*] Exitium ſcilicet, ruinà vel caſu. *Lubin. Populo.*] Multitudini pauperum.

257. *Nam ſi, &c.*] Id eſt, ſi axis vel currus ſubverſus, proſtratus, vel fractus fuerit. Id eſt, ſi ruat, & homines prætereuntes ruina vel caſu obruat. *Saxa, &c.*] Ex Liguria in Apenninis montibus inter Galliam & Hetruriam ſita, ubi Latomi multi ſaxa incidentes. Probus ait: *Liguſtica* nomen Inſulæ. Silicem Lunenſem, qui ſerra ſecatur. *Grang.*

258. *Axis.*] Id eſt, plauſtrum ipſum: pars pro toto. *Lubin. Everſum, &c.*] Saxum, montis partem; vel ſaxum ingens e monte exciſum, vel montis inſtar, una cum plauſtro proſtratum, & agmina populi prætereuntis obruens. *Idem.* Hyperbolicos.

259. *Quid ſupereſt, &c.*] Scilicet hominum, plauſtris & ſaxis obrutorum. Quaſi dicat, nil: quia ſtilatim obteruntur. *Idem.*

260. *Obtritum, &c.*] Id eſt, evaneſcit,

More animæ. domus interea fecura patellas
Jam lavat, & bucca foculum excitat, & fonat unctis
Strigilibus, & pleno componit lintea gutto.
Hæc inter pueros varie properantur: at ille
Jam fedet in ripa, tetrumque novitius horret
Porthmea; nec fperat cœnofi gurgitis alnum

Infe-

VET. SCHOLIAST.

261. *More animæ.*] Sicut animæ non videntur, ita cadavera minutatim concifa obteruntur.

263. *Lintea gutto.*] Et apparatur ad balnea ferre fi venerit, quem nefcit peremtum. *Gutto* autem ab eo, quia guttam mittit. quos habent capfarii. Strigla autem eft, quod xiltram dicunt, unde oleum deteritur.

266. *Porthmea.*] Carinam Porthmeum dicit non anguftum trajectum.

VARIORUM.

vanefcit, & ad nihilum redigitur omne, i. e. totum cadaver, ut amplius non appareat.

261. *More animæ.*] Hic fenfus eft: Sicut animæ à corpore avolant, & non videntur; ita cadavera minutatim concifa obteruntur: vel ita corpus fruftatim contritum, oculorum fere aciem effugit. *Domus, &c.*] Id eft, familia ejus, cujus cadaver contritum, nil fciens de morte, *fecura*, nihil de paupere domino timens, vel de confervo, adventum fportulæ exfpectat, & *patellas* futuræ cœnæ *lavat*, & bucca vel oris fpiritu ad ignem *focum excitat*, exfufcitat, vivificatque. *Patellas.*] Lances, paropfides, quibus fportulam volunt excipere, fed qui adferre debebat, periit. *Idem.* Vel patella ad rem divinam faciendam; nam poft facrificia lavabantur, antequam cœnarent. *Interea.*] i. e. Dum exfpectatur, aut (quod magis placet) dum ille naturæ conceffit. *Britannic.*

262. *Sonat, &c.*] Alius fervorum præparat ftrigiles, lintea, guttum, &c. Apposite *Sonat*, dum fc. tractat. Strigil inter alia lavantium, ferreum inftrumentum ad radendum corpus, fudoremque tergendum. Soliti autem veteres, priufquam comederent, lavari: quare venturo domino ad balneum neceffaria parabantur. Erant enim ftrigiles aureæ, argenteæ, æneæ, &c. licet ditiores fpongiis purpureis uterentur, ftrigilum loco. Plin. cap. xi. lib. 31. Alii dicunt *ftrigiles* velaria effe, unde Athletæ poft laborem ftringuntur. Tranquillus fcribit: *Octavium etiam læfiffe cutem nimio ftrigilis ufu, ftrigilibus pleno &c.* Quia ftrigil primam corripit, legunt *ftriglibus &*: vel eft Proceleufmaticus. Hoc inftrumentum graphicè depingit Apuleius lib. 2. Florid. *Unctis.*] Oleo perfufis, quo minus cutem læderent.

263. *Et pleno.*] Id eft, ordine ponit lintea, quibus madida corpora ficcentur, idque *gutto* vel vafculo ex cornu, à *guttâ* dicto, unde aliàs oleum guttatim diffluat, olei pleno; quod lotis, jamque ficcis fuperfundebatur. *Lubin.*

264. *Hæc inter, &c.*] Scilicet divitis in domo: vel talia minifteria inter pueros & famulos domefticos fiunt, & ad futuram cœnam, exfpectantes puerum cum fportula. *At ille, &c.*] Ille mifer & infelix fervus, à plauftri faxis obrutus: ejus, inquam, anima, cujus cadaver ita contritum & infepultum jacet; ille in ripa Acherontis fedet; transvehi cupiens, fed non traducendus. *Idem.*

265. *In ripa.*] Acherontis & Stygis. *Pius* annotat. poft. cap. 48. *Tetrumque, &c.*] Ille autem *novitius*, i. e. ignarus & nefcius inferni moris, vel de novo jam recens accedens, cum horrore exfpectat terribilem & immanem portitorem & transvectorem Charontem. *Idem.*

266. *Porthmea.*] Accufativus Græcus a πορθ-

Infelix, nec habet quem porrigat ore trientem.
  Respice nunc alia, ac diversa pericula noctis:
Quod spatium tectis sublimibus, unde cerebrum
Testa ferit, quoties rimosa & curta fenestris
Vasa cadunt, quanto percussum pondere signent,
Et lædant silicem. possis ignavus haberi,
Et subiti casus improvidus, ad cœnam si
Intestatus eas. adeo tot fata, quot illa
Nocte patent vigiles, te prætereunte, fenestræ.

Ergo

VET. SCHOLIAST.

267. *Ore trientem.*] Nummum, stipem. Et nunc apud Athenienses mortuis solent in ore nummum immittere, ut apud inferos non tanquam inopes errent: unde naulum Charon accipere solebat: ut Virgilius,

Hæc omnis quam cernis, inops inhumataque turba est.

270. *Unde testa, &c.*] Id est, quantæ in excelso sunt insulæ, (an *insidiæ*?) vel quemadmodum conjuncta.

VARIORUM.

à πορθμεύς, quod non carinam hoc loco significat, ut quidam arbitrati, sed portitorem Charontem, qui animas transferat. *Nec sperat.*] Quia inhumati non credebantur trajici, sed 100. annos errare: deinde naulum non habebat: Ergo ait ipsum navem non sperare, qua trajiciatur. Virg. VI. Æneid. *Cœnosi, &c.*] Lutosi, immundi, fœdi fluvii Acherontis vel Stygis. *Alnum.*] Cymbam Charontis ex alno. *Idem.*

267. *Quem porrigat*] Charonti, stipem vel naulum, pretium trajectus. *Trientem, &c.*] Id est, non habet tertiam assis partem, quam ore, ipsi Charonti, nauli loco, exhibeat. *Idem.* Grangæus construit *Nec habet ore trientem quem porrigat.*

268. *Respice, &c.*] Recitat alia Romæ incommoda, quod nocturno tempore ex altissimis fenestris testæ, & pelves plenæ immunditiarum, una cum testis in prætereuntium capita projiciantur. *Noctis.*] Emphatice, dixit enim superius de diei incommodis. *Idem.*

269. *Quod spatium, &c.*] Id est, quale & quam altum spatium e sublimibus tectis in terram. Id est, quantum è cœnaculis est spatium usque in terram, tantum est periculum ex altitudine formidandum: quibus sublimibus tectis testa aliqua decidens, prætereuntium caput vel cerebrum ferit & percutit. *Sublimibus.*] Nam in cœnaculis ipsi tecto vel tegulis proximis, inquilini habitabant. *Idem.*

270. *Testa.*] Hoc loco, pro fragmento fis, aliâs etiam ipsa vasa integra sic vocantur. *Rimosa vasa.*] I. e. rupta quidem & fissa, sed adhuc cohærentia. *Curta.*] I. e. mutilata & jam fracta, curtata. Lubinus dicit, sine fundo & ansa.

271. *Quanto, &c.*] Ita dicit, quia moles illa frivolorum vasorum, in pavimentum silicibus stratum decidens, pene silicem frangebat, vel saltem magnum vestigium in illis relinquebat. Ob id ait, *signent.* Lubin.

272. *Possis ignavus.*] Id est, Tui negligens, parum industrius & circumspectus Romæ merito haberi possis, si nocturno tempore Romæ, ad cœnam eas, & prius testamentum non condas, tanquam moriturus. *Idem.*

273. *Et subiti, &c.*] Qui tales casus subitaneos antea non mediteris, qui tamen Romæ sunt frequentissimi.

274. *Adeo, &c.*] Tot mortis genera, tot pericula: nam ex singulis fenestris aliquid dejici potest, quod prætereuntem interimat. *Idem.*

275. *Vigiles.*] In quibus cœnaculis inqui-

;o optes, votumque feras miserabile tecum,
sint contentæ patulas effundere pelves.
:ius ac petulans, qui nullum forte cecidit,
:pœnas, noctem patitur lugentis amicum
idæ, cubat in faciem, mox deinde supinus:
;o non aliter poterit domire? quibusdam
mnum rixa facit: sed quamvis improbus annis,

Atque

VET. SCHOLIAST.

'. *Ut sint, &c.*] Ut stercore per-
iis potius, quam alio gravi pon-
eriaris. *Pelves.*] Conchas, in
s pedes lavant, ut vasa fictilia,
vlex.
'. *Amicum Peleidæ.*] Achillis, qui
: Patrocli mœstus fuit.
.. *Quibusdam, &c.*] Juvenes libi-
. & luxuriosi libentius dormiunt,
iderint aliquem.

VARIORUM.

ini adhuc vigilent. *Idem.* Quibus
apparet, vigiliæ signum. *Grang.*
. *Ergo, &c.*] Miserum enim est
ut urina aut immunditia persun-
ne in universum occidaris. *Idem.*
] Persius vota dixit *preces ema*
uia in votis pactio quædam inest,
autem sunt sine obligationis vin-

. *Ut sint, &c.*] *Fenestræ* scilicet,
, qui e fenestris projiciunt, ut pa-
e capaces pelves effundendo tan-
vacuent, ne una etiam ipsas pel-
jiciant. Vel ut è fenestris stercore
n perfundaris, quod in pelvibus;
alio graviori pondere feriaris. Alii
re, pro deorsum fundere. Turneb.
cap. 27. *Idem. Pelves.*] Proprie sunt
l lavandos pedes: verum hic pro
aque vase. *Britannic.*
. *Ebrius.*] Aliud incommodum:
runt petulantes & ebrii, lascivien-
unicuique molesti & graves; qui
res obvios percutiant, & nisi ali-
percusserint, dormire nequeunt.
s.] Lascivienter unumquemque

molestans. *Qui nullum.*] Lego *quia nul lum*. I. e. quia illa nocte neminem percussit, dormire non potest; & ob id dat pœnas, & talem noctem calamitosam patitur, qualem Achilles habuit. Vide ultimum librum Iliad. Homeri vers. 12. *Lub.*
279. *Dat pœnas.*] Discruc atur, est in luctu & mœrore, quod neminem percusserit. *Patitur, &c.*] *Pelidæ*, id est, Achillis, filii Pelei & Thetidis, qui audita morte amici carissimi Patrocli, cum quo apud Chironem educatus erat, ab Hectore interfecti, mœstus & insomnis tota nocte fuit, nec potuit quiescere. Sic petulans hic nebulo. *Idem.*
280. *Cubat in, &c.*] Describit illos, qui noctis tempore ob res molestas objectas, insomniâ vexantur. *Idem.* Homerus Iliad. ω.

Nunc lateri incumbens, iterumpost paulo supinus
Corpore, tumpronus, tum surgens, denique rectus.

281. *Ergo.*] Indignatio. Itane vero nebulo ille perditissimus, aliter dormire non potest, nisi prius aliquem percusserit? Poëtæ videntur verba, Umbritium alloquentis. *Quibusdam, &c.*] Juvenes luxuriosi libentius dormiunt, si aliquem ceciderint. Id est, quidam non nisi post rixam dormire possunt, qualem rixam postea describit. Responsio Umbritii videtur. *Lubin.* Sic in S. literis? *Non enim dormiunt, nisi cum male fecerint; nec capitur somnus ab eis, nisi supplantaverint.* Unde proverb. *Non capit somnum, nisi hoc aut illud fecerit.*
282. *Sed quamvis.*] Id est, etsi junior est, & ob illam ætatem improbior, & petulantior: & licet etiam ebrius sit, & vino ferveat; tamen à magistratu & ...

 ...oribus

Atque mero fervens, cavet hunc, quem coccina læna
Vitari jubet, & comitum longissimus ordo:
Multum præterea flammarum, & aënea lampas.
Me, quem Luna solet deducere, vel breve lumen
Candelæ, cujus dispenso, & tempero filum,
Contemnit. miseræ cognosce prooemia rixæ,
Si rixa est, ubi tu pulsas, ego vapulo tantum?
Stat contra, starique jubet, parere necesse est.
Nam quid agas: cum te furiosus cogat, & idem
Fortior? unde venis? exclamat. cujus aceto,

Cujus

VET. SCHOLIAST.

283. *Coccina læna.*] Purpura, qua divites olim utebantur. Virgilius:
' ——— *Tyrioque ardebat murice læna.*
aut antiqui amphimallum lænam appellabant. * Quod Græci coccinum, sive Cocceum dicunt, Latini veteres *birrum* vocarunt.

289. *Ubi tu pulsas.*] Cædis, ut Terentius:
Ego vapulando, ille verberando usque ambo defessi sumus.

VARIORUM.

tioribus obviam factis, ne & ipsos petulanter incurrat, abstinere didicit. Sic Poëta docet, solam paupertatem ubique esse ludibrio.

283. *Cavet hunc.*] Vitat, intactumque relinquit. *Coccina læna.*] Qua utebantur divites, purpurea; vel coccinea, purpurea chlamys. *Idem.*

284. *Et comitum.*] Habebant enim divites & magistratus in comitatu plurimos servos & clientes. *Idem.*

285. *Flammarum.*] Faces multæ prælatæ. *Aenea, &c.*] Candelabrum ex ære Corynthio, quo etiam Tribuni utebantur. *Idem.*

286. *Me, quem, &c.*] Id est, contra, me Umbritium hominem pauperem contemnit, floccifacit, contumelia afficit, verberat, pulsat. *Luna.*] Pauperes enim, vel amantes, ad lunæ lumen domum petebant, vel candelis, autore Festo, utebantur. *Idem.*

287. *Cujus, &c.*] Cujus funiculum dispono, ne citius absumatur, aut extinguatur. Indicat suam temperantiam, & frugalem parsimoniam, cujus candelæ papyrum temporibus partior, utque durare possit, dispenso, dispono; vel etiam dispenso, ne id crassius ardens, subito lucernam evacuet. *Idem.* *Filum.*] I. e. ellychnium, mergulus, scirpus laneus, funiculus cera vel sevo obvolutus.

288. *Miseræ.*] Id est, operæ pretium est, considerare exodium nostræ rixæ vel pugnæ. *Prooemia.*] Id est, præludia, exordia, incitamenta rixæ. Quidam legunt, *Præmia*: Sed tum metrum non constaret, & sensus non recte procederet. *Idem.*

289. *Rixa.*] *Rixa* est inter litigantes & æqualiter se defendentes. Mutua enim altercatio atque utrimque pugna requiritur, ut rixa verè dicatur. Lexicon vetus Græco-Lat. *Rixa*, μάχη ἡ διὰ λόγων. *Torrent.* *Si rixa est &c.*] Certe non sine dubitatione rogat; nam non est mutuum referre, quando unus tantum vapulat ab altero.

290. *Starique jubet.*] Galli *demeure là*; Formula militaris *sta*, sive *state*. *Grang.*

291. *Nam, &c.*] Quid agere debeas vel possis. Si enim non pareas, in majora incidis incommoda. *Et idem, &c.*] Non enim ignis extinguitur igne, sed malum patientia tollitur, injuria obsequio vincitur. *Grang.*

292. *Cujus, &c.*] Insultat pauperi, illum irritans, contumeliose & superbe rogans, cujus vappam pauper & famelicus bibisti. Ita dicit ex lasciva ac petulanti

A

Cujus conche tumes? quis tecum sectile porrum
Sutor, & elixi vervecis labra comedit?
Nil mihi respondes? aut dic, aut accipe calcem.
Ede, ubi consistas? in qua te quæro proseucha?
Dicere si tentes aliquid, tacitusve recedas,
Tantundem est: feriunt pariter: vadimonia deinde
Irati

VET. SCHOLIAST.

293 *Sectile porrum.*] Folia porri, sive condimentaria. *Cujus conche.*] Cujus faba inflatus es.

296. *Proseucha.*] Quidam nomen loci dicunt ad convivium constitutum, ex gaudio dictum. alii locum ad quem convenire solebant mendici ad stipem petendam. alii tabernam, in qua pauperes vivant. προσεύχεσθαι enim Græce orare dicitur. & Proseucha, locus Judæorum, ubi orant.

298. *Vadimonia, &c.*] Postea accusant.

VARIORUM.

lanti malitia, cum quo tu vilissimam vappam bibisti; vel cum quo *concham* vel vilissimam fabam viridem comedisti? .

293. *Cujus conche, &c.*] Cujus faba inflatus es? Est enim *conchis*, fabæ species. *Lubin.* Per contemtum pauperiei, corticem, folliculum & concham quasi fabæ, non fabam integram quidem putat. *Conche tumes.*] Fabis in siliquis coctis iisque non oleo inunctis, sed aceto conspersis. *Quis tecum.*] Quinam sordidi convivæ tecum una cœnabant? *Sectile porrum*, &c.] Folia porri vel condimentaria intellige. Porrum in frugali & pauperis mensa apponebatur. Plinius duo genera porri dicit sectile & capitatum. *Grang.* ut & *Britannic.*

294. *Quis sutor, &c.*] Id est, quis homo pauperrimus tecum porrum sectum, & labra vel caput vervecis vel arietis castrati, elixi & bulliti comedit. Erat autem hic cibus vilis & miserorum. *Vervecis, &c.*] Id est, Vervecinum caput. Antiquitus in Apophoretis mittebatur caput Vervecinum inter cætera munera. Ebrius igitur aperte interrogat, sciens hoc muneris esse in usu apud pauperes. *Lubin.*

295. *Nil mihi, &c.*] Verba nebulonis petulantis ad pauperem. *Aut dic.*] Quod ex te quæro: responde quod rogo. Vide Brodæum Miscell. 8. cap. 16. *Aut accipe calcem.*] Aut ego te proculcabo. *Farnab.* Antiquis enim mos erat calceis cædendi, quod non tantum turpe erat, quia immundi, sed & grave atque molestum, quia clavis suffixi erant.

296. *Ede, &c.*] Id est, ede & eloquere ubi habites? in qua proseucha te convenire possim, ubi opus erit? *Proseucha.*] Locus ubi mendici stipem petunt, & victitant. à προσεύχεσθαι. Erant autem illo tempore Judæorum fana ita dicta; & loca ubi mendici conveniebant, seu pons, seu crepido, vel alius locus. *Lubin. Politianus* Miscell. cap. 30. pro templo & synagoga Judæorum, ut & *Philo Judæus*, *Junius*. Vide *Turneb.* lib. 1. Advers. cap. 19. pro crypta seu subterraneo & abdito loco, simili iis, in quibus Christiani preces facturi, sese abscondere solent. Quod dictum non sine aceto contra Christianos.

297. *Dicere, si, &c.*] Perinde est sive aliquid loquare, sive taceas; nam sive hoc, sive illud facias, vapulare te oportet. *Si*, hoc loco pro *sive* ponitur. *Idem.* *Aliquid.*] Forte supplendum *aliud*: ut sit sensus, quod non faciat ad rem, vel quod mihi non placeat.

298. *Tantundem est.*] Perinde est, eodem recidit. *Feriunt, &c.*] Sive loquare, sive taceas, te vapulare necesse est. *Pariter.*] Unanimiter, æqualiter. *Vadimonia.*] Postea, quando petulantes hi nebulones male aliquem mulctarunt, iratos se simulant & vadimonia vel fidejussio-

Irati faciunt: libertas pauperis hæc est.
Pulsatus rogat, & pugnis concisus adorat,
Ut liceat paucis cum dentibus inde reverti.
Nec tamen hæc tantum metuas: nam qui spoliet te
Non deerit, clausis domibus, postquam omnis ubique
Fixa catenatæ siluit compago tabernæ.
Interdum & ferro subitus grassator agit rem,
Armato quoties tutæ custode tenentur
Et Pomptina palus, & Gallinaria pinus.

Sic

VET. SCHOLIAST.

304. *Fixa catenata.*] Quia catenas grandes ferreas per singulos axes inducunt.

305. *Grassator.*] Miles.

306. *Armato.*] Quoties latrones, præsidiis conlocatis, à solitis locis depelluntur, ac dejiciuntur, Romam quasi ad certas prædationes, & ad paratos pastus confugiunt.

307. *Et Pomptina.*] Loca sunt abundantia latronibus in Campania.

VARIORUM.

Jussionem exigunt, hoc est, eos adhuc citant, ut constituto die adsint in judicio, quasi justi & provocati id fecerint. *Idem.*

299. *Libertas*, *&c.*] Ironia, indignatione plena. *Idem.* Imo misera servitus.

300. *Rogat.*] Veniam petit. Exprimitur maxima & intolerabilis molestia. Pulsatus enim & pugnis concisus, rogat & orat, ut sibi liceat inde domum reverti. *Idem.*

301. *Paucis cum dentibus.*] Non in totum excussis tibi dentibus. Plautus, *Qui mi os exsillet probe.*

302. *Nec tamen*, *&c.*] Aliud incommodum, spoliatio, & rapina. Quasi dicat, non solum Romæ metuendum, ne vapules, sed etiam ne spolieris. *Idem.*

303. *Clausis*, *&c.*] Id est, postquam domus meritoriæ clausæ sunt, & nemo in auxilium, injuriam & vim patienti, venire potest. *Postquam*, *&c.*] Id est, *postquam* noctis tempore, *omnis compactio* & coagmentatio ex asseribus *tabernæ* meritoriæ, *catenis munita*, *fixa*, firma, satis tuta, & clausa silentium fecit, intempesta nocte. Quia catenas grandes ferreas per singulos asseres inducebant adversus expilatores, qui tabernas noctu effringere solebant: & in his, ipsum Neronem taxat. Vide Sueton, Neron. cap. 16. *Idem.*

304. *Siluit.*] Silentium fecit, qui diurno strepitu & maximo, vicinis molesti erant, ut supra dictum. *Compago.*] Compactio, conjunctio, conglutinatio, combinatio ex asseribus in taberna meritoria. *Taberna.*] Cauponæ, vel Apothecæ. *Taberna*, à tabulis vel asseribus dicta. *Idem.*

305. *Interdum*, *&c.*] Aliud incommodum, quod latrocinia Romæ noctis tempore exerceantur. *Subitus.*] Id est, subito, ex improviso apparens. *Grassator.*] Latro vel miles vias obsidens. *Idem.*

306. *Armato*, *&c.*] Id est, cum palus Pomptina in antiquo Latio, & pinus vel sylva pinorum Gallinaria, loca insidiis latronum apta, ejectis latronibus tuta tenentur, obsidentur & custodiuntur. *Idem.*

307. *Pomptina*, *&c.*] Quam Julius Cæsar fertur exsiccasse: hodie *le lac de Pontia*: scribitur etiam *Pontina*. *Gallinaria.*] Sylva in sinu Cumano potest intelligi, multis arboribus, pinu & id genus, densa, & in multa stadia protenta. *Idem.*

308. *Sic*

Sic inde huc omnes tanquam ad vivaria currunt.
Qua fornace graves, qua non incude catenæ?
Maximus in vinclis ferri modus, ut timeas, ne
Vomer deficiat, ne marræ, & sarcula desint.
Felices proavorum atavos, felicia dicas
Secula, quæ quondam sub regibus, atque tribunis
Viderunt uno contentam carcere Romam.
His alias poteram, & plures subnectere caussas:
Sed

VET. SCHOLIAST.

311. *Vomer, &c.*] Ferramenta, quibus terra colitur.

313. *Atque Tribunis.*] Qui post reges, Consulari potestate Remp. gubernarunt.

314. *Viderunt uno.*] Tulliano scilicet, cujus æque & Salustius meminit.

315. *His alias.*] Umbricii verba.

VARIORUM.

308. *Sic inde, &c.*] Ordo: quoties id fit, & quando latronibus ibi sedes negantur, omnes latrones & facinorosi Romam sic fugiunt, tanquam ad vivaria: Vel ad paratos pastus, vel ad profugium & receptum. *Vivaria.*] Loca ad victum abunde sufficientia. Proprie loca sunt, in quibus aves, pisces, & feræ vivæ ad victum custodiuntur. *Idem.* Tanquam Roma sit vivarium in quo homines occidere & persequi liceat, tanquam feras in vivariis. *Grang.* Quum *vivarium* proprie sit piscium, Gallice un *vivier*, latrones eo convolabunt, ut homines instar piscium stupidos & incautos obruant.

309. *Qua. &c.*] Ostendit jam latronum copiam. Id est, in qua fornace, vel in qua incude jam non graves catenæ ad coercendos sceleratos conficiuntur? Quasi dicat: in omnibus officinis ferrariis, vincula & catenæ fiunt quibus constringantur latrones, & tamen illa omnia nihil prosunt, nec sufficiunt. *Incude.*] In qua ferramentum aliquod cuditur, Belg. *Aenbeelt.*

310. *Maximus, &c.*] Id est, maxima ferri mensura & copia in vinclis faciendis consumitur, ut periculum sit & merito timere possis, ne ferrum deficere incipiat, ad instrumenta rustica facienda. *Lubin. Modus*] Proprie pro temperatione, mediocritate, ratione sumitur; aliquando pro magnitudine, quantitate & mensura, uti hoc in loco.

311. *Marræ, &c.*] Instrumenta rusticorum, & ferramenta quibus terra colitur, & inutiles herbæ exciduntur. An à Mar quod Rabbinis ligo, vel à μείρω i. e. scindo, divido; an vero à μάρη, manus, quod sit pro manu? *Sarculum.*] Ferramentum bicorne, quo commovetur terra; dicitur ita à sarriendo vel fodiendo. *Lubin.*

312. *Proavorum, &c.*] Proavus est avi pater. *Atavus.* est quintus pater. *Felicia, &c.*] Per comparationem priorum temporum, quibus reges imperabant, ostendit tempora sua esse infelicia, quibus contingat tam multa scelera fieri in urbe, ut plures non sufficiant carceres ad punitionem reorum: quum unus tantum olim sufficeret. *Britannic.*

313. *Sub regibus.*] Qui prius imperium tenuere: qui septem fuere. *Atque, &c.*] Qui sedecim annis post exactos reges creabantur. *Lubin.*

314. *Uno, &c.*] Tulliano scilicet, ab Hostilio Tullo ædificato: cujus meminit Salust. *Farnab.* Ancum Marcium ædificasse dicit Grangæus: quod ex Livii lib. 1. cap. 33. habet: Rosinus Servio Tullio adscribit: Forte ille incœpit, alter ampliavit & perfecit.

315. *His.*] Tot à medictis caussis discessus mei. *Subnectere.*] Addere, consequenter subtexere. *Lubin.* Alias aliis nectere, quemadmodum annuli catenæ subnecti solent. *Grang.*

Sed jumenta vocant, & Sol inclinat; eundum est:
Nam mihi commota jam dudum mulio virga
Adnuit: ergo vale nostri memor: & quoties te
Roma tuo refici properantem reddet Aquino;
Me quoq; ad Helvinam Cererem, vestramque Dianam
Convelle à Cumis: satyrarum ego, ni pudet illas,
Adjutor gelidos veniam caligatus in agros.

VET. SCHOLIAST.

319. *Reddet Aquino.*] Civitati Campaniæ, unde fuit Juvenalis.

320. *Ad Helvinam Cererem.* Namque apud Aquinum colunt numina earum Dearum, quæ colunt in Galliis.

VARIORUM.

316. *Jumenta, &c.*] Equi, muli clitellarii, qui rhedam mearum rerum trahunt. *Vocant.*] Præcedunt & monent me, ut sequar. *Lubin.* Vel eorum recordari & misereri debeo, quia onusta sunt. *Sol inclidat.*] I. e. vergit ad occasum.

317. *Nam mihi, &c.*] Scutica vel flagello quassato. *Mulio.*] Rector vel ductor mulorum. *Idem.*

318. *Adnuit.*] Signum dedit: proprie tamen capite innuimus. *Ergo vale.*] Ultima Umbritii valedicentis verba. *Quoties te.*] Id est, quoties tu Aquinum patriam refici, & recreari cupiens vis invisere, me quoque ad te convelle, & abstrahe, id est, me ad te accerse. *Lubin.*

319. *Tuo Aquino.*] Aquinum magna civitas Volscorum, in via Latina, & est Juvenalis patria. *Te refici, &c.*] Id est, cum te molestiarum & urbis tædium cœpit: ut in secessu patriæ tuæ minus populosæ, te reficere velis. *Idem.* Ordo est. *Et quoties Roma reddet te properantem refici tuo Aquino.*

320. *Me quoque, &c.*] Id est, me Umbritium ab urbe Cumarum avoca. *Ad Elvinam.*] Id est, ad Aquinum, ubi templum est Cereris Aquinæ. *Elvinam Cererem.*] Apud Aquinum colebatur Ceres Elvina. Dicta *Elvina*, à fonte non longe ab Aquino, qui Eluinus dicebatur ab eluendo, quod ibi eluerentur, & corpora purgarentur. Nam qui sacris Cereris initiabantur, lavabantur, ut ait Aristophon. Alii *Helvinam Cererem*, id est, flavam dictam putant, ut spicarum color est, ut Scoppa Collect. lib 2. cap. 1. Brodæus 4. Misc. 25. Sunt qui legant *Me & ad Eleusinam Cererem*; quod epitheton Cereris magis notum. *Vestramque Dianam.*] Quam vos Aquinates colitis, in luco Minturnensi. *Idem.*

321. *Convelle.*] Ægre quasi avelle, tanquam à loco gratissimo. *Satyrarum.*] Id est, ego ad te veniam, & satyras scribere te juvabo, nisi illas satyras mei auxilii pudet. Turneb. lib. x. Advers. cap. 27.

322. *Adjutor.*] Id est, ego velut audax, fortis & strenuus miles satyrarum adjutor, ibi tibi præsto ego: qui & urbis vitia detestatus, acriter & audacter in illa velim invehi. Liber collegii Catharinæ manu exaratus *Auditor* habet. *Idem. Caligatus.*] Quia Aquinum in frigidiore loco Campaniæ, ob id addit gelidos agros, quia dixit veniam ad frigidos vel frigidulos agros. Vel instar militis caligatus veniet Umbritius, ut *Turnebus* vult, lib. x. c. 27. ut proinde mirum videri non debeat, ipsis Satyris, si non satis idoneus adjutor visus fuerit, quum habitu non Poëtico, sed militari venerit: sicque modestiam suam commendat. *Caliga.*] Genus fuit calceamenti militaris. *Lub. Britan.* Quidam exponunt, *Caligatus*, id est, tenuibus vestibus indutus.

SATYRA

SATYRA IV.

ARGUM. A libidine & luxuria Crispini, sumta occasione describendi ridiculum quoddam Domitiani super rhombo pisce concilium, Senatorum in hanc rem sententias, lepide & salse exponit.

ECce iterum Crispinus, & est mihi sæpe vocandus
Ad partes, monstrum nulla virtute redemtum
A vitiis, æger, solaque libidine fortis:
Delicias viduæ tantum aspernatur adulter.

Quid

VET. SCHOLIAST.

1. E*Cce iterum.*] De quo superius. Crispinum dicit, qui sua terra Ægypto egentissimus fuit, & postea factus est magister equitum Neronis. *Mihi, &c.*] A me, qui sæpe vitiis ipsius excitor, ut crimina ipsius dicam.

2. *Ad partes.*] Quasi convivii & copulationis mensæ. Ita & * Selenus libro II. ait, Non dignus in quem debeam Saturam calente vi adingereie, aut, ad partes operis mei. Metaphoram facit à Comœdia, quia scenici ad partes suas solent vocari.

3. *Æger, &c.*] Figura. Quid est Crispinus?

--- *Ægra solaque libidine fortes*
Delicia. ---

Fortes, ut quem nullus potest etiam à consuetis vitiis deterrere.

4. *Spernatur adulter.*] In minore debilis scelere.

VARIORUM.

1. E*Cce iterum, &c.*] Principium abruptum & Satyricum; Particula autem illa *Ecce*, utimur in rebus mirabilibus & improvisis. Virgil. 2. Æneidos:

Ecce autem gemini à Tenedo, tranquilla per alta, &c.

Iterum.] Quia in prima Satyra ejus meminit. Hic enim ille est Crispinus Ægyptius, qui ex servili conditione, ad equestrem dignitatem Domitiani indulgentia provectus est. *Crispinus.*] Accusaturus Domitianum crudelitatis, gulæ, avaritiæ, à Crispino orditur, in quo & principem notat. Nam Domitianus incesta virginum Vestalium severe coërcuit. Crispino autem adultero notissimo, & virginis Vestalis stupratori notissimo, ignoscebat. Eum ergo Poeta insectatur, & quasi adulter & stuprator sit notissimus, & quod gulæ indulgentissime obsequatur. *Et est.*] Alii libri legunt *adest.* Id est, occurrit mihi scripturo Satyram ultro, de illo nec quærenti nec cogitanti, seque mihi Satyrice perstringendum offert. *Mihi sæpe, &c.*] Id est, cujus crebra in satyris meis facienda mentio. *Lubin.*

2. *Ad partes.*] Ad Satyras, quæ partes sunt operis mei. Metaphora à Comœdiis sumta, ubi personæ primas, secundas, tertias partes agere dicuntur. *Britann.* Cui adsentitur Grangæus: nisi quis forte à re judiciali translatum credat. *Monstrum.*] Adeo fœdis, & in omnem turpitudinem moribus projectis vixit, ut naturæ *monstrum* digito monstrandum inter homines videri posset. *Nulla virtute, &c.*] Quem nulla virtus à consuetis vitiis revocaverit & à sceleribus liberaverit. Vel qui nullam in se virtutem habet, qua se tanquam pretio à vitiis redimat. *Lubin.* Metaphora est à captivo, qui ære se ab hostibus redimit, ne in eorum sit potestate.

3. *Æger.*] Quasi dicat, qui alias imbecillis est, & animi morbis valide ægrotat, una & sola libidine strenuus est & fortis. Ambigue & Scoptice fortitudinem vocat, nulla libidine, stupris & adulteriis fatigari. *Idem.*

4. *Delicias viduæ.*] Ut ostendat illum tantum jucundiora sectari adulteria,

Quid refert igitur quantis jumenta fatiget
Porticibus, quanta nemorum vectetur in umbra,
Jugera quot vicina foro, quas emerit ædes?
Nemo malus felix, minime corruptor, & idem
Incestus, cum quo nuper vittata jacebat
Sanguine adhuc vivo terram subitura sacerdos.

Sed

VET. SCHOLIAT.

6. *Nemorum, &c.*] Viridaria, ubi solent gestari.

7. *Jugera.*] Hortos, aut spatia dicit in suburbio.

9. *Cum quo nuper.*] Ultimum Flaviæ gentis Domitianum dicit. hoc enim ordine regnaverunt, Nero, Vespasianus, Titus, Domitianus.

10. *Sanguine adhuc vivo.*] Hæc virginibus Vestæ pœna fuit decreta, si vitiatæ fuissent, vivæ in parietibus struebantur, aut sub terra obruebantur.

VARIORUM.

ria, voluptatis gratia, non lucri. Quasi dicat, adeo fortiter libidinem exercet, ut à nullo sexu, ætate, &c. abstineat; promiscue viros, fœminas; juvenes, puellas, stupro & adulterio sine defatigatione polluat. Unico hoc excepto, quod à solis tantum viduis abstineat, quas cum fastu contemnit, cum alias omnia adulteriis suis contaminet: nam qui viduas aut anus sequebantur, id lucri gratia faciebant. *Delicias.*] Venereas voluptates. *Lubin.* *Ægr. sol. lib. fort. Del.* Vetus Schol. super his verbis sic: *Quid est Crispinus? Ægra solaque libidine fortes deliciæ:* quæ lectio non inepta.

5. *Quid refert..*] Ostendit Crispinum quamvis ditissimum, ne quis ei forte ob opes invideat, miserum tamen esse, quod malus sit: Quid igitur ipsi prodest &c? *Jumenta, &c.*] Dum vehitur: Nam Romani ad omnem luxum profusi gestationes in hortis exstruebant. *Fatiget.*] Dum vectatur diu in illis porticibus, a mulis & jumentis, quibus in gelidis gestationibus vehitur, & porticibus cum pluit. Vide Sat. VII. vs. 178. *Idem.* Mortuos non vivos (ut diximus) cum taxet Poëta, de Crispino loquitur ac si viveret, alios designans.

6. *Nemorum.*] Viridaria & hortos egregios intellige, qui erant in ipsis beatorum domibus urbanis, in quibus vectabantur & umbram captabant in calore æstatis. Plin. Epist. 17. lib. 2. Lips. ep. 11. centuriæ Miscellan. *Jugera quot.*] Id est, quot spatia domibus & tectis occupata, & jugeribus æqualia eo in loco, ubi sunt carissima, in foro nimirum, in medio ferme Urbis. Vel ædes & hortos foro vicinos intelligit. *Idem.*

8. *Nemo, &c.*] Egregia & generalis sententia, quæ Crispino accommodatur. *Minime, &c.*] Scilicet felix est; qui in supremo malitiæ gradu quasi est: Crispinus ergo infelicissimus, qui corruptor. *Idem.* *Nemo malus felix, minime corruptor, &c.*] Lege meo periculo; *mimæ corruptor*; id est, qui cum mimis consuevit, qualis M. Antonius. Sic audacter *Schioppius.*

9. *Incestus.*] Qui incestu, vel incesto concubitu se polluit, dum virginem Vestalem constupravit, ut sequitur. Est autem *incestus*, qui illegitimam tentat Venerem. *Vittata.*] Sacerdos virgo Vestalis, vittis redimita. Erat enim *Vitta* commune quoddam capitis sacerdotale ornamentum. *Idem.*

10. *Sanguine adhuc.*] Pœna virginum Vestalium vitiatarum, quod vivæ in parietibus struebantur, aut terra obruebantur: Sic autem à Numa constitutum. Severe etiam puniebat hæc adulteria Domitianus. Nam Corneliam defodi, & stupratores in comitio ad necem cædi imperavit. *Idem.*

12. Fa

Sed nunc de factis levioribus: & tamen alter
Si fecisset idem, caderet sub judice morum.
Nam quod turpe bonis, Titio, Scioque, decebat
Crispinum. quid agas: cum dira, & fœdior omni
Crimine persona est? mullum sex millibus emit,
Æquantem sane paribus sestertia libris,
Ut perhibent, qui de magnis majora loquuntur.
Consilium laudo artificis, si munere tanto

Præ-

VET. SCHOLIAST.

12. *Sub judice morum.*] Damnaretur à Censore.

13. *Nam quod, &c.*] Inrisive laudat comparatione Crispini bonos dicens * non ea objiciens quæ in eum turpissima sunt.

15. *Persona est.*] Non homo, sed persona.

16. *Æquantem.* Sex librarum, qui tantum potuit habere in pondere, quantum in pretio.

17. *Qui de magnis.*] Divites, gluttones.

VARIORUM.

11. *De factis, &c.*] Crispini dicimus. Quasi dicat. Hæc Crispini flagitia leviora adhuc, præ delationibus & aliis gravioribus sceleribus, quæ perpetravit. Quasi dicat: Jam tantum de levissimis Crispini flagitiis dicam. *Et tamen alter.*] Correctio. Quasi dicat: Quamvis hoc scelus levius sit, tamen si alter idem flagitium commisisset, à Domitiano judice morum, quasi vero, & Censore, damnaretur, & occideretur. Plin. epist. 11. lib. 4. *Lubin.*

13. *Nam quod turpe.*] Nam ob quæ alii viri honesti, tanquam ob turpia damnantur & puniuntur; illa honori & decori sunt Crispino. Sic infra dicit:

Ille crucem sceleris pretium feret, hic diadema.

Titio Scioque.] Viros optimos è vulgo intellige, & quosvis. Hi enim ex officina Jureconsultorum, pro quavis è vulgo & plebe persona. *Idem.*

14. *Quid agas?* Cum tam flagitiosus, & sceleratus sit Crispinus, quid agas? qui te contineas, quin objicias, quod quidem in eo est turpissimum. His verbis se ad scribendum Satyram hortatur in Crispinum. *Dira.*] Est autem dirum, horrendum, exsecrabile, quasi Deorum ira immissum. *Festus.* *Fœdior omni crimine.*] Quasi dicat: Crispinus, ipso vitio turpius quid adhuc & pejus. *Idem.* Comparativum pro absoluto, *Fœdus.*

15. *Mullum sex millibus.*] Lasciviæ eum condemnavit; jam gulæ & luxuriæ. *Mullus* piscis, qui alias barbio vel barbo dicitur, ab inferioris barba labri.

16. *Æquantem.*] Sex libras ille mullus pendebat, totidem sestertia æquabat, quot libras habebat: quæ sex sestertia, sex millia efficiunt nummorum. *Salmas.* 150. aureos. Vide Budæum de asse lib. 1. *Sane.*] Scoptice, luxuriam quasi laudat & miratur. *Idem.* *Sane.*] Friget: forte legendum *insane*, hoc est, insano pretio, sic *insania mensarum* apud Plin. est insani sumtus quos faciunt in citreis mensis emendis. *Graev.*

17. *Ut perhibent.*] Ut Attestantur. Adulatores & parasiti, qui semper majora loquuntur, & omnia dicendo adaugent. *Idem.* Sic passim Poëtæ de re incerta & fabulosa. *Qui de magnis &c.*] etenim *Fama malum, quod vires acquirit eundo.*

18. *Consilium.*] Occurrit objectioni, qua quis diceret; Forte tam præclari piscis munere, alicui seni orbo, ac diviti palpatus est, sibique acquisivit potiorem hæreditatis in testamento partem; vel si nobili alicui amicæ hunc piscem

mu-

Præcipuam in tabulis ceram ſenis abſtulit orbi.
Eſt ratio ulterior, magnæ ſi miſit amicæ,
Quæ vehitur clauſo latis ſpecularibus antro.
Nil tale exſpectes: emit ſibi. multa videmus,
Quæ miſer & frugi non fecit Apicius. hoc tu
Succinctus patria quondam Criſpine papyro,
Hoc pretio ſquamæ? potuit fortaſſe minoris
Piſcator, quam piſcis emi. provincia tanti
Vendit

VET. SHOLIAST.

19. *Præcipuam, &c.*] Primam in qua heredes primi ſcribuntur.

21. *Antro.*] Lecticam mulieris, aut ſellam clauſam dicit. Gr. *καθέσπερον*.

23. *Apicius.*] Auctor præcipiendarum cœnarum, qui ſcripſit de juſcellis, fuit enim exemplum gulæ.

24. *Succinctus patria.*] Biblo Nilotica. Fuit nam Ægyptius Alexandrinus, in qua Papyrum naſcitur in Nilo. Sicut vult Juvenalis, Criſpinus cartapola fuit.

25. *Hoc pretio ſquamæ.*] Piſcis, à parte totum.

26. *Provincia tanti.*] Anthypophora. quaſi Criſpinus hoc reſponderit; Quid mihi invides? Apulia * curios agros vendit, ut majores piſces vendit, quos tu provincialibus gratis abſtuliſti. & Ironia, majores Apulia vendit.

VARIORUM.

muneris loco miſit. *Conſilium.*] Commentum, & callidum inventum. *Artificis.*] Criſpini, qui ita artificioſe alios captet.

19. *Præcipuam.*] Primam hæreditatem in tabulis teſtamenti ceratis. Sic *in prima cera.* *Orbi.*] I. e. divitis, qui ſine liberis.

20. *Eſt ratio ulterior.*] Vel poteſt eſſe alia adhuc cauſſa & melior, cur tanto pretio mullum emiſſe potuerit. *Magnæ.*] Prædiviti.

21. *Quæ vehitur, &c.*] Lecticam clauſam & coopertam dicit, cujus lecticæ feneſtræ vel antrum clauſum eſt latis lapidibus ſpecularibus. Eſt autem lapis ſpecularis pellucidus in tenuiſſimas bracteas ſectilis, quo utebantur loco feneſtrarum nobiliores. ut nos feneſtris vitreis utimur, admittendæ luci & excludendo vento. *Latis ſpecularibus.*] Feneſtris lecticæ è lapide ſpeculari. Ibi Interpres *Baſternam* ſeu vehiculum muliebre interpretatur. Sed lecticam tectam intelligit Juvenalis, quæ ab hominibus portatur, forma nihil diſtans à Baſterna, niſi quatenus hæc à burdonibus ſeu mulabus; illa vero ab hominibus portabatur. *Salmaſ.* in *Æl. Lamprid.*

22. *Nil tale, &c.*] Reſpondet objectioni negando; quod ſcilicet Criſpinus neque orbo, neque amicæ cuidam hunc mullum emerit, ſed *ſibi*, ſuæ privatæ gulæ. *Lubin.*

23. *Apicius.*] Homo perditiſſimæ gulæ illo tempore, qui gulæ exemplum, de paranda cœna libros, de juſcellis & condiendis cibis ſcripſit. Amplificat ergo luxuriam Criſpini; quod Apicius ille ad Criſpinum collatus, pauper ſit ac frugi, moderatus ac temperans. Plin. ep. 5. lib. 2. Senec. epiſt. 95. *Lubin.*

24. *Succinctus.*] Aut curte veſtitus, aut ſeminudus. Quod non fecit Apicius, hoc tu feciſti, peſſime Criſpine, qui olim ſervus ex Ægypto huc advectus es, papyro veſtitus. *Patria.*] Ægyptiaca. fuit enim Criſpinus verna Canopi. *Papyro.*] Papyrus naſcitur in paluſtribus Ægypti locis, illis peculiaris, ex quo navigia texunt, & è libro vela tegetesque, nec non & veſtes, ſtragula, funes. *Plinius.* lib. 9.

25. *Hoc pretio ſquamæ.*] ſc. emuntur. Quidam *pretium* legunt. Tantumne piſcis ſquamoſi pretium fuit? Admirabundus hoc dicit. *Potuit fortaſſe.*] Multi certe ſervi minoris emti ſunt. *Idem.*

16. *Provincia tanti.*] In provinciis

Vendit agros: ſed majores Apulia vendit.
Quales tunc epulas ipſum glutiſſe putemus
Induperatorem: cum tot ſeſtertia, partem
Exiguam, & modicæ ſumtam de margine cœnæ
Purpureus magni ructarit ſcurra Palati,

Jam

VET. SCHOLIAST.

27. *Sed majores.*] Amphibologia, utrum agros, an mulos: vel per Anaſtrophen poſtpoſitum ſit, Sed, hoc pacto, Sed agros majores Apulia vendit. vel certe, provincia tanti vendit agros, quanti tu mulos emiſti.

29. *Induperatorem.*] Neronem dicit glutonem, ut Domitianus ſub Neronis nomine lateret.

31. *Purpureus.*] A veſtis colore, Criſpini ſatelles eſt idem Domitianus.

VARIORUM.

ciis extra Italiam, pro ſex ſeſtertiis vel 150. coronatis Gallicis emes agros, ſed in Italia etiam majores agros tanti emas: quaſi dicat, una cœna totum agrum devorat. Nihil corruptius quam quæ ad hæc verba vetus Interp. habet. legendum *apulia curius agros vendit*, aut *majores piſces vendit*. Sed hæc nihil ad Juvenalis mentem. Nam ſi piſces intelligamus, quis unquam in Apulia mullos, pretio & magnitudine præſtantes, provenire tradidit? neque hic ſermo eſt de mulli magnitudine. Præterea ſi mulli in Apulia majoris venditi fuiſſent, potius Criſpini luxum excuſaret quàm perſtringeret Poeta. Si autem majoris agros in Apulia venditos intelligamus, tota ſententia perit; non enim pretium & magnitudo agrorum exagitatur, ſed agri pretio piſcem venditum juſta indignatio eſt. Quare Apulia hic non eſt regionis nomen, ſed mulieris prædivitis orbæ, quæ donatos à captatoribus piſces carius vendebat; & ideo omnino non *majores* ſed *majoris* legendum eſt, ut reſpondeat verbis, *provincia* tanti vendit agros, *Ferrarius*.

27. *Apulia.*] Id eſt Italiæ pars: pro ipſa Italia. *Apulia.*] Forſan Aurelia, de qua infra Sat. V. ℣ 98. quæ neſcio quo fato hic in Apuliam converſa eſt; ut ſit *ſed majoris Aurelia vendit.* Duos enim hic de more perſtringit Juvenalis: Criſpinum, qui millibus ſex mullum emerat; & Aureliam ſive Apuliam, quæ hamara hæredipetarum munera, majoris vendebat; inter quæ jure mulli fuere tunc pretioſiſſimi. *Ferrarius.*

28. *Quales, &c.*] Poſtquam Criſpini ſcelera exagitavit, jam Domitianum ipſum per occaſionem & ſenſim accuſat, inque immenſam ejus gulam invehitur. Si Criſpinus, qui imperatorii Palatii viliſſimus, licet purpureus, ſcurra fuit; una cœna tot ſeſtertia conſumſit, haud dubie ſumtuoſiores epulas abſumſit; argumento à minori ad majus. *Quales.*] Cum admiratione. Imo, quam caras, quam magnificas. *Glutiſſe.* Ingurgitaſſe, devoraſſe. *Idem.*

29. *Induperatorem.*] Scoptice & irriſorie dictum. Eſt autem Epentheſis, pro Imperatore. *Cum, &c.*] Ordo talis: cum Criſpinus ſcurra tot ſeſtertia uſque ad ructationem ingurgitarat, quæ Seſtertia fuere tantum exigua pars, ſi ad cœnam Imperatoriam conferantur. *Seſteria, &c.*] Appoſitio. Et dicit hoc reſpectu menſæ Imperatoris. *Idem.*

30. *Et modicæ, &c.*] Id eſt, quæ ſeſtertia fuere tantum exigua pars, ſumta de modica & non nimis luxurioſa Imperatoris cœna. Vult dicere, marginem vel extremam & levem partem Imperatoriæ cœnæ, etiam modicæ & frugalis, facile æquare illam Criſpini cœnam ſex ſeſtertiorum. *Idem.*

31. *Purpureus.*] A veſtis colore, erat enim Domitiani ſatelles. *Ructaret.*] Invidioſe, hoc eſt, comederet mullum tot ſeſtertiis emtum. Proprie ſignificat cibum & potum in ſtomacho male concoctum

ventoſe

Jam princeps equitum, magna qui voce solebat,
Vendere municipes Faria de merce siluros!
Incipe Calliope, licet & considere. non est
Cantandum, res vera agitur, narrate puellæ
Pierides: prosit mihi vos dixisse puellas.

Cum

VET. SCHOLIAST.

32. *Jam.*] Magister equitum Rom. factus est scilicet.

33. *Fracta de.*] Id est, *fracto*, vase Sardarum ejusdem municipii: unde ipse Ægyptius. Siluri nam pisces sunt Alexandriæ, unde fuit Crispinus, nullius pretii, quos inopes in Ægypto venditant.

34. *Licet.*] Aut summisse dicere, aut propriè, res tenues dicere.

36. *Prosit, &c.*] Virgilius:
--*prosit nostris in montibus ortas.*
Id est, ad laudem vestram sufficiat vos puellas nominatas.

VARIORUM.

ventose per os efflare. *Scurra.*] Qui in gratiam principis turpiter risum captat ab auditoribus, nulla sui & aliorum habita ratione. *Scurra palati.*] I. e. Scurra aulicus.

32. *Jam, &c.*] Id est, magister equitum. Ad censum enim equestrem indulgentia Domitiani pervenerat. *Magna, &c.*] Indignabunde, qui olim in municipiis extra Romam, præco piscium venalium vilissimorum erat. *Idem.*

33. *Municipes.*] Ægyptios & conterraneos. In eodem forte municipio ex quo Crispinus natus. vel per municipia. Dicit Probus: Siluros esse pisces Alexandriæ nullius pretii, quos inopes in Ægypto venditent. *Lubin. Vendere, &c.*] Sic legendus hic versus. Antiquum hujus loci mendum est, *Farta de merce*, pro *Faria de merce*. Hinc omnes libri partim *farta* legunt, partim *fracta*. Vetus interpres agnoscit *fracta*, & interpretatur *fracto vase Sardarum*. Quod est ridiculum. Faria merx, Siluri, Nili pisces. Eos vocat municipes Crispini, quia is Alexandrinus. Sic eadem Satyra, *patriam Crispini*, *papyrum* vocat, id est, municipem: Et alibi Creticas lagenas, *municipes Jovis* appellat Sat. XIII. *Salmasius* Plin. Exercit. Britannicus, qui etiam *fracta* legit, intelligit non integram mercem, sed siluros, quos minutatim venderet, tanquam vilissimi cetarii. Grangæus quos vili aut nihilo sibi comparaverat à piscatoribus, qui per viam aliquos casu, aut alia aliqua ratione fregerant. Farnabius putat e fracto vase vel aliena merce surreptos. Qui *Faria* præponunt, procul dubio *Phariam* volunt, ab insula *Pharos* dictam, quæ olim Nili ostio Canopico objecta fuit. *Fracta.*] Probat quoque Gronovius, & significari putat, illum vendere siluros chartaceo cucullo involutos, qui fuerit ruptus. Verum mihi videtur *de* suo loco excidisse, & legendum *pacta mercede siluros*. Mercedulam sibi pepigit pro opera, quam aliis navabat in vendendis siluris. *Graev.*

34. *Incipe Calliope.*] Quasi ad piscis magnitudinem exprimendam divino Musarum auxilio opus sit. *Lubin.* Vanitatis arguit omnes Poëtas, qui carminum suorum exordiis Musas invocant, easque canere jubent. *Rigaltius. Incipe.*] Id est, ego hic cursum Satyricæ venæ sustinere cogor, nec amplius aliquid dicere possum. Tu ergo Musa; quia sequuntur res magnæ & mirabiles memorabilesque, incipe. *Licet, &c.*] In his ab Imperatore tam præclare gestis immorari. Mallem ergo hic legere *consistere*, pro *considere*, & pro *&*, *hic*. Lub. Antipophora est, possent enim dicere Musæ, nolumus in hac re ficta tempus atterere, & ipse respondeat, potestis profecto hic sedere & immorari.

35. *Non est cantandum.*] Tanquam in jocularibus & fabulosis. *Res, &c.*] Non fabulosa aut jocularis. *Idem.*

36. *Pierides.*] Musæ ex Pierio monte Thessaliæ, vel regione Macedoniæ: &

mihi

Cum jam semianimum laceraret Flavius orbem
Ultimus, & calvo serviret Roma Neroni,
Incidit Adriaci spatium admirabile Rhombi
Ante domum Veneris, quam Dorica sustinet Ancon,
Im-

VET. SCHOLIAST.

38. *Ultimus.*] Hoc convicium in Fl. Domitianum, Titi fratrem, Vespasiani filium jactat, qui calvus fuit, ut Suetonius refert. propter quod Juvenalis, sub specie honoris relegatus est ad cohortis curam in Ægypto, Hoasa, ubi mortuus est. Ultimum autem dicit, quia in illo Cæsarum origo defecit: & cum Vespasianus, & Titus, & Domitianus Flavia ex gente fuerint, Domitianus ultimus illorum, & dissimillimus imperavit. Meminit hoc Valerius Martialis in Epigrammate. his * vero sibi finit;

Flavia gens, quantum tibi tertius abstulit heres.
Pene fuit tanti non habuisse duos.

39. *Rhombi.*] Piscis formæ magnitudo.

40. *Quam Dorica, &c.*] Ancona Dorica: id est, Græca civitas, quam Græci in Italia condiderunt.

VARIORUM.

mihi vel ob hoc sitis propitiæ, quod vos dixerim *puellas*, hoc, est juvenculas & quidem castas, puras & intactas: quæ tamen non potestis non esse vetulæ, ab antiquissimis poëtarum usque invocatæ. *Farnab. Prosit, &c.*] Juvet me & ad laudem vestram sufficiat, vos puellas à me esse nominatas & invocatas. *Lubin.*

37. *Cum jam.*] Tanquam rem memorabilem narraturus, primo tempus quo gesta sit prolixe describit, & historiam recitat ex rhombo pisce ingenti capta. Jactat autem hoc convicium in Flavium Domitianum, quem calvum Neronem vocat, quod teste Tranquillo calvus ille fuerit, & Neronis vestigiis crudelitate & tyrannide probe institerit. *Ultimus* Flavius appellatur hoc loco, quod in eo Flaviorum familia, & Cæsarum origo defecerit & desierit. *Semianimum.*] Male & misere afflictum, semivivum. *Laceraret.*] Miseris modis affligeret, crudelitate & tyrannide lancinaret. *Idem. Orbem.*] Nam non modo Urbs sed universus orbis eum sensit.

38. *Calvo Neroni.*] Sic Ausonius:

Quem dixit calvum sua Roma Neronem.

Ita ait, Nam omnes mali imperatores Nerones appellati, & Domitianus per omnia Neroni similis fuit hoc uno ab ipso distinctus, calvus quod esset. Porro in tantum calvitio suo offendebatur, teste Suetonio, ut si cui calvities objecta fuisset, illud in se dictum existimaret, & dicentem acerrime puniret. Turneb lib. XII. Advers. cap. 8. *Serviret.*] Invidiose dicit. In servitutem à tyranno redacta. *Idem.* Nam cæteri ante illum nomen Domini vel edicto respuerant, hic autem se Dominum & Deum primus appellari voluit. Dominus autem est servorum, Imperator militum, Princeps civium.

39. *Incidit.*] Casu in portum & sinum venit, prope Anconam. *Adriaci rhombi.*] Piscis in Adriatico mari nutriti, & capti. *Spatium, &c.*] Id est, ingens & incredibilis piscis magnitudo, & admiratione digna amplitudo. *Lubinus.* Ejus loquutionis nomine, tam graves pœnas viro docto dare non debuit Satyricus. Nulla enim in phrasi κακοζηλία notanda est, vel improprietas, utpote quam vetustissimi, nec Poëtæ tantum, sed etiam πεζόλογοι usurparunt hoc sensu. Sic Ovid. de Remed. amor, *spatiosum taurum* dixit pro magno. Lucianus, *spatium elephantis*, de magnitudine ac mole illius belluæ: *Nec tutus spatio est Elephas.* Salmas. Plin.

40. *Ante, &c.*] Per domum Veneris, templum ejusdem intellige. Dicit ergo ante ædem Veneris, quam civitas *Ancona* mari Adriaco vicina à *Doricis*

vel

Non possit, cum laudatur Diis æqua potestas,
Sed deerat pisci patinæ mensura, vocantur
Ergo in concilium proceres, quos oderat ille,
In quorum facie miseræ, magnæque sedebat
Pallor amicitiæ. primus, clamante Liburno,
Currite, jam sedit, rapta properabat abolla

Peg

VET. SCHOLIAST.

71. *Diis, &c.*] Regnum scilicet.

73. *Quos, &c.*] Hoc ad mores infert regis, non ad illorum merita

75. *Pallor, &c.*] Simulatæ. Cic *Nulla est occultior res insidiis, quæ latent in simulatione officii.* *Clamante, &c.*] Qui admissionibus præerat.

VARIORUM.

do *tollere cornua.* Ista adulatione intumescebat; quasi etiam bruta illius imperio & voto obsequerentur *Nihil, &c.*] Id est, Domitianus & alii Imperatores & tyranni, qui, si Diis placet, Divis æqualem habent potentiam, (unde dicti humani Joves) adulatoribus omnia grandia & maxima, turpissime de se mentientibus, fidem habent. *Credere, &c.* Aliis mendacibus adulatoribus adfirmantibus. Egregie Horatius:

Sed vereor de te, ne aliis plus, quam tibi credas. Idem.

Sequitur hinc, ut ideo mutari nolint, quia se optimos esse credunt.

71 *Cum, &c.*] Scoptice hoc dicitur. Tantæ enim stoliditatis & amentiæ fuit Domitianus, ut cum se Deum per libellum nominari audiret, statim edixerit, ne posthac alia præfatione appellaretur, quam *Dominus & Deus noster.* Idem.

72. *Sed deerat.*] Describit jam factum stolidi & fatui Imperatoris ridiculum & ineptum Cogit autem concilium Senatorum suorum, ut deliberent quo pacto piscis coqui debeat & apponi, cui ob insolitam magnitudinem nulla patina æqua iserat, quæ eum coquendum integrum caperet Vel potius, quæ illum assum, aut elixum & jurulentum, & sic mensæ inferendum capiat. *Vocantur ergo.*] O ineptias! Ita nimirum stolidi illi, quidquid in buccam venit, uno quicquid lo... stolide persequuntur. Quid autem stultius quam Romani imperii procerum concilium cogere, non de Rep. sed de rhombo & patina acturos?

73 *Quos, &c.*] Id non ad procerum merita, sed ad mores crudelis tyranni referendum, qui etiam adulatores & defensores suos e medio tollebat. Intelligendum enim hoc de nobilibus, in quos atrocissime grassabatur. *Luben.*

74. *In quorum, &c.* Describuntur amicæ illa compedes aulicorum & vita aulica & amicitiæ imperatoriæ magnæ quidem, at miseræ. Id est, in quorum procerum facie apparebat pallor in signum timoris, &c Unde non absurde, à quo, tam dictum, *Malle se in caula, quam in aula vivere* *Miseræ*] Imperatoriæ: *Erat enim Domitianus non solum magnæ, sed & callida inopinataque sævitiæ, &c.* Sueton 11 cap Domit. Et miserum est cum tyranno amicitiam colere, a quo continua mortis pericula imminent

75. *Pallor.*] Ab eo, quod præcedit timorem. In timoris signum; quis enim non palleat, qui cum Leone, Basilisco, & Dracone cogatur vivere? *Idem.* *Primus*] Procerum vel Senatorum. *Clamante, &c.*] Id est, cum præco e Liburnia oriundus, nomenclator, qui commissionibus præerat, clamaret & convocaret senatores. *Luben.* Patres enim ad Senatum vocabantur plerumque edicto: hic autem per præconem. *Brissonius* 11. de formul.

76. *Currite, &c.*] Verba præconis clamantis Id est, festinate ô senatores ad Concilium: Imperator jam in solio suo sedet, deliberaturus de re scilicet gravis,

Pegasus, attonitæ positus modo villicus urbi.
Anne aliud tunc Præfecti? quorum optimus, atque
Interpres legum sanctissimus; omnia quanquam
Temporibus diris tractanda putabat inermi
Ju-

VET. SCHOLIAST.

77. *Pegas.*] Tricarchi filius, ex [illegible] Liburnæ [illegible] nomen accepit, [illegible] gloriam memoriæ [illegible], [illegible] vulgo, non homo [illegible]. [illegible] omni honore, cum provincias plurimas [illegible], urbes [illegible]. Hinc est Pegasianum [illegible], quod Jurisperitus fuerit.

81. *Inermi*, &c.] Quanquam optimus [illegible] pro tempore omnia [illegible] [illegible].

VARIORUM.

[illegible]. Graphice vocem [illegible] & trepidantem expressit. *Raptæ*, &c.] Propere induit tunicam [illegible] & [illegible]; ne moraretur [illegible] [illegible]. *Lubinus*. *Raptæ propera* [illegible] &c.] Loquitur ubi poëta de Pegaso, à Domitiano in Albanum accito. De abolla [illegible] [illegible] Sat. 3. ubi pro veste Philosophica, hic pro Senatoria. Grang. *Raptæ.*] i. e. veste [illegible] arrepta. *Farnab.*

77. *Pegasus.*] Hic civis Albanus erat Jurisconsultus multo honore [illegible], qui multis provinciis præfuit, postea [illegible] urbis Præfectus à Vespasiano; hinc dicitur Jus Pegasianum. *Lubin.* *Pegasus.*] *Comm.* [illegible] Vet. Scholiastes [illegible] corrigit, [illegible], [illegible]. Pegaso [illegible] i. e. [illegible], unde Tricarchus filio nomen imposuit. *Villicus urbi.*] Villicum veteres non de solo villæ præfecto [illegible], sed quemvis præpositum aut procuratorem, dispensatoremque [illegible]. Tibullus [illegible] præfectum villicum dixit, hoc Epigrammate:

Villicus ærari quondam, nunc cultor agelli.

In antiquis lapidibus villicus alimentorum, est qui alibi dicitur præpositus alimentorum. Vet. ap. Alim. Id est, villicus ab alimentis. *Salmas. in add. Lamprid. Modo villicus.*] Id est, paulo ante sub Vespasiano constitutus Præfectus urbis Romæ. Vocat i, [illegible] ac despectivè villicum, ostendens Romam jam non esse urbem suis privilegiis suaque libertate [illegible], sed villam, hujusque præfectum villicum esse. *Attonitæ urbi.*] [illegible] in [illegible] Romanorum, quæ [illegible] tyrannico oppressa, metu & [illegible] tyranni [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible]. *Lubin.*

78. *Anne*, &c.] [illegible] quod de villico dixit, [illegible] Romam quasi villam esse [illegible] privati domini subjectam, cujus præfectus nihil aliud esset quam villicus; vel potius [illegible] in ambiguo, nam enim villicus pro [illegible] & custode, jam pro rustico & [illegible], minimeque Romanum [illegible] [illegible], & qui potius [illegible] quam [illegible] [illegible]. *Anne aliud*] [illegible] scil. erant. Quasi dicat; Certe nihil aliud erant. *Anne aliud.*] Neque enim sub avaro principe Vespasiano fuerunt præfecti aliud quam villici, qui omni ratione omnia undecunque corradebant, & tamen ex his Pegasus erat optimus. *Farnab.* *Quorum*, &c.] Pegasum intellige, qui inter omnes præfectos fuerat optimus, & Jurisconsultus integerrimus. *Idem.*

79. *Omnia*, &c.] Est levis quædam correctio. Erat quidem Jurisconsultus sanctissimus, & vir optimus, interea tamen pro justitia [illegible] non audebat pronunciare. *Idem.* Servanda [illegible] [illegible], non corrigenda probra, sed omnia [illegible] agenda.

80. *Temporibus diris.*] Infestis & crudelibus sub Domitiano, quia non licebat in homines sceleratos Imperatori charos, justitiæ rigorem exercere. Ob id tempori inserviebat. *Inermi*, &c.] Debili & languida, quasi inermis est, cum vel libere non pronunciant, vel cum

esse-

Jam princeps equitum, magna qui voce solebat;
Vendere municipes Faria de merce siluros!
Incipe Calliope, licet & considere. non est
Cantandum, res vera agitur, narrate puellæ
Pierides: prosit mihi vos dixisse puellas.

Cum

VET. SCHOLIAST.

32. *Jam.*] Magister equitum Rom. factus est scilicet.

33. *Fracta de.*] Id est, *fracto*, vase Sardarum ejusdem municipii: unde ipse Ægyptius. Siluri nam pisces sunt Alexandriæ, unde fuit Crispinus, nullius pretii, quos inopes in Ægypto venditant.

34. *Licet.*] Aut summisse dicere, aut propriè, res tenues dicere.

36. *Prosit*, *&c.*] Virgilius:
--*prosit nostris in montibus ortas.*
Id est, ad laudem vestram sufficiat vos puellas nominatas.

VARIORUM.

ventose per os efflare. *Scurra.*] Qui in gratiam principis turpiter risum captat ab auditoribus, nulla sui & aliorum habita ratione. *Scurra palati.*] I. e. Scurra aulicus.

32. *Jam*, *&c.*] Id est, magister equitum. Ad censum enim equestrem indulgentia Domitiani pervenerat. *Magna*, *&c.*] Indignabunde, qui olim in municipiis extra Romam, præco piscium venalium vilissimorum erat. *Idem.*

33. *Municipes.*] Ægyptios & conterraneos. In eodem forte municipio ex quo Crispinus natus. vel per municipia. Dicit Probus: Siluros esse pisces Alexandriæ nullius pretii, quos inopes in Ægypto venditent. *Lubin. Vendere*, *&c.*] Sic legendus hic versus. Antiquum hujus loci mendum est, *Farta de merce*, pro *Faria de merce.* Hinc omnes libri partim *farta* legunt, partim *fracta.* Vetus interpres agnoscit *fracta*, & interpretatur *fracto vase Sardarum.* Quod est ridiculum. Faria merx, Siluri, Nili pisces. Eos vocat municipes Crispini, quia is Alexandrinus. Sic eadem Satyra, *patriam Crispini*, *papyrum* vocat, id est, municipem: Et alibi Creticas lagenas, *municipes Jovis* appellat Sat. XIII. *Salmasius* Plin. Exercit. Britannicus, qui etiam *fracta* legit, intelligit non integram mercem, sed siluros, quos minutatim venderet, tanquam vilissimi cetarii. Grangæus quos vili aut nihilo sibi comparaverat à piscatoribus, qui per viam aliquos casu, aut alia aliqua ratione fregerant. Farnabius putat e fracto vase vel aliena merce surreptos. Qui *Faria* præponunt, procul dubio *Phariam* volunt, ab insula *Pharos* dictam, quæ olim Nili ostio Canopico objecta fuit. *Fracta.*] Probat quoque Gronovius, & significari putat, illum vendere siluros chartaceo cucullò involutos; qui fuerit ruptus. Verum mihi videtur *de* suo loco excidisse, & legendum *pacta mercede siluros.* Mercedulam sibi pepigit pro opera, quam aliis navabat in vendendis siluris. *Graev.*

34 *Incipe Calliope.*] Quasi ad piscis magnitudinem exprimendam divino Musarum auxilio opus sit. *Lubin.* Vanitatis arguit omnes Poëtas, qui carminum suorum exordiis Musas invocant, easque canere jubent. *Rigaltius. Incipe.*] Id est, ego hic cursum Satyricæ venæ sustinere cogor, nec amplius aliquid dicere possum. Tu ergo Musa; quia sequuntur res magnæ & mirabiles memorabilesque, incipe. *Licet*, *&c.*] In his ab Imperatore tam præclare gestis immorari. Mallem ergo hic legere *consistere*, pro *considere*, & pro, *&*, *hic.* Lub. Antipophora est, possent enim dicere Musæ, nolumus in hac re ficta tempus atterere, & ipse respondeat, potestis profecto hic sedere & immorari.

35. *Non est cantandum.*] Tanquam in jocularibus & fabulosis. *Res*, *&c.*] Non fabulosa aut jocularis. *Idem.*

36. *Pierides.*] Musæ ex Pierio monte Thessaliæ, vel regione Macedoniæ: & mihi

Cum jam semianimum laceraret Flavius orbem
Ultimus, & calvo serviret Roma Neroni,
Incidit Adriaci spatium admirabile Rhombi
Ante domum Veneris, quam Dorica sustinet Ancon,
Im-

VET. SCHOLIAST.

38. *Ultimus.*] Hoc convicium in Fl. Domitianum, Titi fratrem, Vespasiani filium jactat, qui calvus fuit, ut Suetonius refert. propter quod Juvenalis, sub specie honoris relegatus est ad cohortis curam in Ægypto, Hoasa, ubi mortuus est. Ultimum autem dicit, quia in illo Cæsarum origo defecit: & cum Vespasianus, & Titus, & Domitianus Flavia ex gente fuerint, Domitianus ultimus illorum, & dissimillimus imperavit. Meminit hoc Valerius Martialis in Epigrammate. his * vero sibi finit;

Flavia gens, quantum tibi tertius abstulit heres.
Pene fuit tanti non habuisse duos.

39. *Rhombi.*] Piscis formæ magnitudo.

40. *Quam Dorica, &c.*] Ancona Dorica: id est, Græca civitas, quam Græci in Italia condiderunt.

VARIORUM.

mihi vel ob hoc sitis propitiæ, quod vos dixerim *puellas*, hoc, est juvenculas & quidem castas, puras & intactas: quæ tamen non potestis non esse vetulæ, ab antiquissimis poëtarum usque invocatæ. *Farnab. Prosit, &c.*] Juvet me & ad laudem vestram sufficiat, vos puellas à me esse nominatas & invocatas. *Lubin.*

37. *Cum jam.*] Tanquam rem memorabilem narraturus, primo tempus quo gesta sit prolixe describit, & historiam recitat ex rhombo pisce ingenti capta. Jactat autem hoc convicium in Flavium Domitianum, quem calvum Neronem vocat, quod teste Tranquillo calvus ille fuerit, & Neronis vestigiis crudelitate & tyrannide probe institerit. *Ultimus* Flavius appellatur hoc loco, quod in eo Flaviorum familia, & Cæsarum origo defecerit & desierit. *Semianimum.*] Male & misere afflictum, semivivum. *Laceraret.*] Miseris modis affligeret, crudelitate & tyrannide lancinaret. *Idem. Orbem.*] Nam non modo Urbs sed universus orbis eum sensit.

38. *Calvo Neroni.*] Sic Ausonius:

Quem dixit calvum sua Roma Neronem.

Ita ait, Nam omnes mali imperatores Nerones appellati, & Domitianus per omnia Neroni similis fuit hoc uno ab ipso distinctus, calvus quod esset. Porro in tantum calvitio suo offendebatur, teste Suetonio, ut si cui calvities objecta fuisset, illud in se dictum existimaret, & dicentem acerrime puniret. Turneb lib. XII. Advers. cap. 8. *Serviret.*] Invidiose dicit. In servitutem à tyranno redacta. *Idem.* Nam cæteri ante illum nomen Domini vel edicto respuerant, hic autem se Dominum & Deum primus appellari voluit. Dominus autem est servorum, Imperator militum, Princeps civium.

39. *Incidit.*] Casu in portum & sinum venit, prope Anconam. *Adriaci rhombi.*] Piscis in Adriatico mari nutriti, & capti. *Spatium, &c.*] Id est, ingens & incredibilis piscis magnitudo, & admiratione digna amplitudo. *Lubinus.* Ejus loquutionis nomine, tam graves pœnas viro docto dare non debuit Satyricus. Nulla enim in phrasi κακοζηλία notanda est, vel improprietas, utpote quam vetustissimi, nec Poëtæ tantum, sed etiam πεζόλογοι usurparunt hoc sensu. Sic Ovid. de Remed. amor. *spatiosum taurum* dixit pro magno. Lucianus, *spatium elephantis*, de magnitudine ac mole illius belluæ: *Nec tutus spatio est Elephas.* Salmas. Plin.

40. *Ante, &c.*] Per domum Veneris, templum ejusdem intellige. Dicit ergo ante ædem Veneris, quam civitas *Ancona* mari Adriaco vicina à *Doricis*

vel

Implevitque sinus: neque enim minor hæserat illis,
Quos operit glacies Mæotica, ruptaque tandem
Solibus effundit torpentis ad ostia Ponti
Desidia tardos, & longo frigore pingues.
Destinat hoc monstrum, cymbæ, linique magister,
Pontifici summo. quis enim proponere talem,
Aut emere auderet? cum plena & litora multo
Delatore forent: dispersi protinus algæ

In-

VET. SCHOLIAST.

42. *Implevitque, &c.*] Id est, [illegible] Virgilius.
Implevitque sinus [illegible].

43. *[illegible], &c.*] Quia qui in Ponto & Mæotis palude capiuntur pisces, [illegible] & pingues ex ipsa tarditate, quoniam [illegible] glacie, in glacie [illegible] [illegible] pisces [illegible] Ponto [illegible].

44. *Solibus.*] Id est, Solibus à Sole [illegible]. *Torpentis.*] [illegible], [illegible], illis quam [illegible] quodam [illegible] mare.

46. *Pontifici, &c.*] Ironia.

47. *Cum, &c.*] Non solum fora.

VARIORUM

vel Græcis condita fuisset, & in qua civitate ædes Veneris posita est. *Lubinus.* *Dorica Ancon.*] A Græcis condita, qui Syracusis advenerant, Dionysii tyrannidem fugientes. *Farnab.*

41. *Implevitque sinus.*] Id est, concava retia. Vel per *sinus* intelligit angulos & curvaturas ejusdem portus: quos Itali vocant *Golfi*. *Neque enim minor.*] Est sensus: Rhombus iste, de quo dico, maximus erat, & in retibus *hæserat*, non minor *illis* ingentibus rhombis, *quos glacies Mæotidis* paludis tota hyeme *operit* & tegit, & quos glacies illa calore *Solis rupta & soluta* magna copia ad *ostia* fluminis *Ponti*, *torpentis*, stagnantis, & tandem non penitus influentis *effundit* & emittit. *Idem.*

42. *Mæotica.*] I. e. glacies Mæotidis paludis. Mæotis palus est, quam efficit Tanais, ea in Pontum effunditur. *Plinius.*

43. *Solibus.*] Solis calore æstivo. Num. plural. [illegible]

[illegible] multitudinem piscium. *Torpentis.*] Segnis, frigidi, glacialis, vel segniter fluentis, propè stagnantis. Alii ut & Probus legit *rorantis*, id est, perfluentis, currentis. *Idem.* *Ostia.*] Fluviorum exitus, per quos in mare [illegible]. *Idem.* Hic autem designat ostia ipsius paludis quæ exeunt in Pontum.

44. *Desidia tardos.* longa mora [illegible]. *Longo frigore.*] Quod cum [illegible], diu in sinu [illegible]; unde pingues [illegible]. *Idem.*

45. *Destinat hoc monstrum.*] Hunc monstrosæ magnitudinis rhombum, tanquam marinam belluam scaphæ piscatoriæ præfectus, seu piscator, adjudicat & offert Domitiano. Hoc loco *destinat* est *mittit*. *Linique.*] *Linum* pro rete. *Idem.* Sic alibi, *Cessare [illegible] lina [illegible] fixa.* Grang.

46. *Pontifici summo.*] Domitiano. Omnes enim Imperatores Rom. summi pontifices: & qui quasi pontifex maximus erat sacerdotum, quos instituerat Albæ. vide Sat. 2 vers. 112. *Proponere.*] supp. venum. Alius venalem exponere ad vendendum, vel in cœnam. Nemo privatorum facile id ausit. *Lubin.*

47. *Cum plena, &c.*] Ratio: nam ubique Romæ delatores, nec in foro solum, verum etiam in litore. *Litora.*] In quibus pisces capiebantur. *Lubin.*

48. *Dispersi protinus.*] Qui statim actionem & accusationem contra piscatorem nudum & miserum instituerent. *Algæ, &c.*] Rerum etiam levissimarum, ut algæ, delatores. Sed ab hac sententia & mente dempta nos Grangæus. [illegible] illis qui [illegible] litori [illegible]. *Alga* enim [illegible] illa [illegible] [illegible].

Inquisitores agerent cum remige nudo,
Non dubitaturi fugitivum dicere piscem,
Depastumque diu vivaria Cæsaris: inde
Elapsum, veterem ad dominum debere reverti.
Si quid Palfurio, si credimus Armillato,
Quicquid conspicuum, pulchrumque est æquore toto,
Res fisci est, ubicunque natat: donabitur ergo,
Ne pereat jam lethifero cedente pruinis

Au-

VET. SCHOLIAST.

53. *Si quid, &c.*] Palfurius Consularis filius, in agone cum virgine Lacedæmonia sub Nerone luctatus est. Post inde à Vespasiano Senatu motus, transivit ad Stoicam sectam, in qua cum prævaleret & eloquentia, & artis poëticæ gloria, abusus familiaritate Domitiani, acerbissime partes delationis exercuit. quo interfecto, Senatu accusante damnatus est cum fuissent inter delatores potentes apud Domitianum & hi Armillatus, Demosthenes, & Latinus archimimus: sicut Marius Maximus scripsit.

56. *Non pereat.*] Fisco, quod jam distrahi non potest.

VARIORUM.

mare, in quo nascitur, projicit, & pro litore hic ponitur. *Dispersi protinus algæ inquisitores agent cum remige nudo.*] Alga pro littore poni Judæus Apella credat, non ego. Censeo scribendum: *dispersi protinus alni inquisitores*; hoc est navium naufragarum & dispersarum inquisitores, quales erant Palfurius, & Armillatus. *Graev.*

49. *Agerent.*] Illi delatores cum paupere & nudo piscatore, nisi sponte piscem illis relinqueret, tanquam ex vivariis Cæsaris elapsum, caussam agerent, eumque accusarent furti. *Idem.*

50. *Non dubitaturi.*] Certo affirmaturi. *Fugitivum.*] Qui è vivario Cæsaris aufugerit, in quo minutos alios pisces depastus sit; & devoraverit. *Idem.*

53. *Si quid, &c.*] Palfurius Sura; & Armillatus magni viri, & consulares fuerant, sed postea delatores pessimi, & fisci caussas per calumnias & sacrilegas interpretationes agebant, omnia præclara illi adjudicantes.

55. *Res, &c.*] Pertinet ad mensam Imperatoris, in quacunque maris parte tandem lateat, vel in quocunque tandem loco inveniatur: Quod contra jus naturale. *Fiscus* proprie receptaculum erat nummorum, capiturque pro ipso ærario. *Idem. Donabitur ergo.*] Fisco vel imperatori: ne pereat, quod jam distrahi & tuto retineri non potest; sunt piscatoris hæc verba, donabitur libenter & cito. *Idem.* Mihi videtur delator continuare sermonem. Vel sunt verba Poëtæ subsannantis talem legum perversionem.

56. *Ne pereat.*] Fisco. Vel sic intellige hæc. Miser ille piscator maximo opere properabat piscem Imperatori offerre, quod opus non fuisset tanta festinatione, quia tempore brumæ, piscis non tam cito mortuus esset, aut corruptus computruisset. *Ille, &c*] Ne pereat vel corrumpatur. *Jam, &c.*] Hi quatuor sequentes versus ita inter se cohærent: Sub autumni finem, quo quartana febris sævire solet, inamoena hiems rigida erat & stridebat vi ventorum tunc dominantium, & piscem captum à putrefactione servabat; tamen delirus piscator jam pisce capto, ita properabat, tanquam Auster flaret, æstatis tempore omnia putrefaciens & corrumpens. Deridet ergo piscatorem, quod putrefactionis metu hiemali tempore adeo festinarit. *Lethifero*] Dicitur autem lethifer Autumnus, quia morbos & mortes excitat; propter mutationes, aliasque caussas Medicis & Physicis

Autumno, jam quartanam sperantibus ægris.
Stridebat deformis hiems, prædamque recentem
Servabat: tamen hic properat, velut urgeat Auster.
Utque lacus suberant, ubi quamquam diruta, servat
Ignem Trojanum, & Vestam colit Alba minorem,
Obstitit intranti miratrix turba parumper,

Ut

VET. SCHOLIAST.

59. *Auster.*] Ventus calidus, quo pisces corrumpuntur.

60. *Utque, &c.*] Id est, cum prope lacus Albanenses jam venisset piscator.

61. *Ignem, &c.*] Romani Tullo Hostilio rege, cum deseruissent Albam, sacra sublata Romam transtulerunt, & Deos penates: quorum penetrale tam venerabile deprehensum est, ut lapidatio de coelo caderet supra * memorati ponderis, propter quod prodigium, ex libris Sibyllinis jussi Pontifices ex S. C. Albæ sacra renovare. Tanta enim repente, cum ea vellent transferre, grando cecidit, ut intelligerent suis locis sacra non esse movenda. Inde ibi perseverant, ideo & Vestam minorem dixit ad compositionem.

VARIORUM

scis satis notas. *Idem. Pruinis.*] hoc est hyemi: Annus enim in perpetuo motu, cujus partes sese invicem expellunt.

57. *Sperantibus.*] Καλὰ χειμῶνι. Id est, timentibus. Virgil.

Hunc ego si potui tantum sperare dolorem. Lubin.

Rigaltius dicit eos, qui desinente autumno ægritudine tentantur, sperare quartanam: hoc est, non fore continui ardoris, sed tantum quadrimi circuitus febrem, quæ ut asserit Celsus, neminem jugulat. vide Ptol. Flavium 17. cap. Conject. Omnes fere acyrologiam suam tenent, nec persuadentur à Ptol. Flavio: Sed quicquid oggmanniant, retinemus nos genuinam & propriam verbi (*sperantibus*) interpretationem, putantes hoc quod Itali *Febre quartana no fa sonare campana.* Adstipulatur Flavio & nobis Grangæus.

58. *Stridebat.*] Vento & frigore omnia infestabat. *Deformis.*] ab effectu, quod hieme prorsus omnia sint deformia: Eâdem ratione Horat. vocat *informem. Prædamque, &c.*] A. corruptione immunem servabat. *Lubin.*

59. *Velut, &c.*] Periculo scilicet putredinis. *Idem.*

60. *Utque lacus suberant.*] Ubi jam piscator delatoribus comitatus, lacus sub moenibus Albæ superarat, & ad Albam appropinquarat; hic vero in Albano monte erat Domitianus: ubi etiam piscis ipsi offerebatur. In hoc Albano monte, obscoeni illi Minervæ sacerdotes à Domitiano constituti erant, quorum Pontificem summum superius Domitianum jocalariter appellavit. Alii *supererant* legunt. *Diruta.*] A Tullo Hostilo, post supplicium sumtum de Metio Suffetio Albanorum duce rebelle: Templis tamen edicto regis temperatum est.

61. *Ignem Trojanum.*] Vestam, quæ nil aliud quam ignis: Ovid. *Nec tu aliud Vestam quam vivam intellige flammam.* qui Trojâ in Italiam ab Ænea delatus. *Grang. Vestam, &c.*] Ad differentiam illius Vestæ templi, quod condidit Numa in urbe, novum, rotundum & majus. *Idem. Minorem.*] I. e. quam consecrat minore religione quam Romæ.

62. *Obstitit, &c.*] In illo loco ad Albam. *Miratrix, &c.*] Forte sacerdotum Albanorum, qui pessimi erant, & in quorum collegio Domitianus summus pontifex erat. Mirabantur enim piscis enormitatem. *Lubin. Obstitit intranti miratrix turba.*] Sententia hujus loci hæc est, advenienti rhombo ab atriensibus & janitoribus primo occlusa fuit janua, postea se intellecta exclusum admisere,

Ut cessit: facili patuerunt cardine valvæ.
Exclusi spectant admissa opsonia patres.
Itur ad Atridem. tum Picens, accipe, dixit,
Privatis majora focis; genialis agatur
Iste dies, propera stomachum laxare saginis,
Et tua servatum consume in secula rhombum.
Ipse capi voluit. quid apertius? & tamen illi
Surgebant cristæ, nihil est, quod credere de se
Non

VET. SCHOLIAST.

65. *Picens.*] Piscator de provincia, ubi piscis captus fuerat.

67. *Laxare, &c.*] Alii, *sagittis*, ut sit sensus, acutis curis, ut exercitatione sagittarum digestioni, inquit, & harenis, quibus vectari illum debere dicit ob cibum futurum. Legitur & *saginis*, id est, escis futuris stomachi indigestum præparare.

29. *Et tamen, &c.*] Adsentatione, ac laude intumescebat imperator, quamvis falsa.

VARIORUM.

misere, è patribus spectandum exhibuere. *Graev.*

63. *Ut, &c.*] Locum postea dedit ipsi piscatori. legendum *ut*, id est, postquam. *Facili, &c.*] Januæ vel valvæ apertæ sunt, cardine circa quod janua vertitur facili. Valvæ tamen templorum proprie januæ; forte eo adludit, quia superius Pontificem dixit. *Idem.*

64. *Exclusi, &c.*] *Patres* vel senatores *exclusi* præ foribus *exspectant*; *opsonia* vero, vel piscis admissus est sive admittendus. Pluris enim faciebat Imperator piscem, quam omnes patres, qui Domitianum fuerant comitati. *Idem.* Pro *spectant*, alii legunt *exspectant*.

65. *Itur.*] Pertexit narrationem, & exponit quomodo piscis oblatus sit Imperatori. *Ad Atridem.*] Scoptice dictum, id est, ad regem & imperatorem. Nam ut Agamemnon summus Imperator Græcorum, ita hic Domitianus Romanorum erat. Vel Neronem alterum, qui matrem suam Agrippinam interemit, sicut Orestes Atrei Nepos & Agamemnonis filius matrem suam Clytæmnestram. *Picens.*] De piscatore intellige; cujus vel nomen erat, vel saltem gentile, utpote Picena regione oriundus, quæ mari Adriatico adjacet. Est autem hic piscator adulator pessimus. *Accipe, &c.*] Insignem rhombum, adeo magnum, ut à privato quodam, in foro coqui & in cibum apponi non debeat, sed dignus sit mensa imperatoria. *Idem.* *Itur ad Atridem.*] Id est, ad Domitianum, qui crudelitate Atrides, & Tiberio par. Vocatur etiam *Ajax*, id est, furiosus ab eodem Poëta, Satyr. x. *Quam timeo victus ne pœnas exigat Ajax.* Dorleans.

66. *Genialis, &c.*] Lætus, ut natalis, quo indulgetur genio. vide 2. Satyram Persii, vers 3.

67. *Propera, &c.*] Evacua & solve ventrem tuum, eumque maxime capacem redde, & hisce deliciis excipiendis illum præpara. vel *laxare*, est extendere his deliciis & πολυφαγίᾳ. *Lubinus.* *Saginis.*] ist est, cibis: alias sagina est σίτευσις, fartura. *Salmas.*

68. *Et tua, &c.*] Qui nec alio tempore capi voluit, quam tuo, ut à te comederetur. *Lubin.*

69. *Ipse, &c.*] Id est, hic piscis sponte ad retia pervenit, ut caperetur, & à te comederetur. *Quid, &c.*] Poetæ verba sunt utrobique dicentis, Hac piscatoris turpi adulatione nihil potuisse esse apertius & manifestius; Et tamen Domitianus adeo stolidus erat, ut hac tam frigida adulatione elatus & superbus, animum attolleret, falsaque laude intumesceret. *Idem.*

70. *Surgebant, &c.*] Metaphora à gallis gallinaceis. Dicitur & simili modo

Non possit, cum laudatur Dis aequa potestas.
Sed deerat pisci patinae mensura. vocantur
Ergo in concilium proceres, quos oderat ille,
In quorum facie miserae magnaeque sedebat
Pallor amicitiae. primus, clamante Liburno,
Currite, jam sedit, rapta properabat abolla

Pega-

VET. SCHOLIASTE.

71. *Diis, &c.*] [illegible].

73. *Ergo, &c.*] [illegible].

75. *Pallor, &c.*] [illegible]. *Clamante, &c.*] [illegible].

VARIORUM.

[illegible]. *Dis, &c.*] Id est, Domitianus & alii Imperatores & tyranni, qui, si Diis non [illegible] Diis aequalem habent potestatem, [illegible] humana [illegible], adulatoribus omnia grandia & maxima, turpissime de se mentientibus, fidem habent. *Credere, &c.*] Aliis mendacibus adulatoribus [illegible]. [illegible]:

[illegible].
Idem.

[illegible].

[illegible], &c.] [illegible] Domitianus, ut cum se Deum per libellum nominari [illegible], [illegible] appellaretur, quam *Dominus & Deus noster.* [illegible].

72. *Sed deerat.*] Describit jam [illegible] & [illegible] Imperatoris [illegible] & [illegible]. Cogit autem concilium Senatorum [illegible], ut deliberent quo pacto piscis corpus debeat & apponi; cui ob insolitam magnitudinem nulla patina aequa inerat, quae eum comprehendere integrum caperet. Vel potius, quae illum assum, aut elixum & [illegible], & sic mensae inferendum caperet. [illegible] [illegible]. [illegible], quod [illegible] [illegible], [illegible] [illegible]. Quod autem [illegible] quam Romani imperii proceres con[illegible] cogere, nam de Rep. sed de [illegible] & [illegible]?

73. *Ergo, &c.*] [illegible] [illegible], [illegible], [illegible] Domitianus [illegible]. [illegible], [illegible]. *[illegible].*

74. *In quorum, &c.* Describit [illegible] illa [illegible] & [illegible] & amicitiae [illegible] [illegible], & [illegible]. [illegible] procerum [illegible] pallor [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] dictum *[illegible]*. *[illegible].* [illegible]: *Erat enim Domitianus [illegible] [illegible], [illegible], &c.* [illegible] [illegible] cap. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], a quo communis morum [illegible] [illegible].

75. *Pallor.*] [illegible], quod [illegible] [illegible]. [illegible]; quae enim non pallent, qui cum Leone, Basilisco, & Dracone cogantur vivere? *Lubin.* *Primus.*] Procerum vel Senatorum. *Clamante, &c.*] Id est, cum puero e Liburnia oriundo, nomenclatore, qui commissionibus [illegible], clamaret & convocaret senatores. *Lubin.* [illegible] ad Senatum vocabantur [illegible] edicto: hic autem per praeconem. *[illegible]* [illegible] de [illegible].

76. *Currite, &c.*] Verba praeconis clamantis. Id est, festinate o senatores ad Concilium: Imperator jam in solio suo sedet, deliberaturus de re scilicet gravi [illegible].

'egasus, attonitæ positus modo villicus urbi.
Inne aliud tunc Præfecti? quorum optimus, atque
nterpres legum sanctissimus; omnia quanquam
'emporibus diris tractanda putabat inermi

Ju-

VET. SCHOLIAST.

77. *Pegasus.*] Trierarchi filius, ex
ijus Liburnæ parasemo nomen accepit,
ris studio gloriam memoriæ meruit,
: liber vulgo, non homo diceretur.
ic functus omni honore, cum provin-
is plurimis præfuisset, urbis curam
lministravit. Hinc est Pegasianum sci-
:et jus, quod Jurisperitus fuerat.
80. *Inermi, &c.*] Quanquam opti-
us. tum pro tempore omnia injuste
enda credebat.

VARIORUM.

wissima. Graphice vocem clamantis
trepidantis expressit. *Rapta, &c.*]
opere induit tunicam suffultam &
plicem; ne moraretur sævissimum
annum. *Lubinus. Rapta properabat &c.*]
quitur ibi poëta de Pegaso, à Domitia-
in Albanum accito. De abolla supra
tum Sat. 3. ubi pro veste Philoso-
ica, hic pro Senatoria. Grang. *Rapta.*]
e. veste festinanter arrepta. *Farnab.*
77. *Pegasus.*] Hic civis Albanus erat
risconsultus multo honore functus,
i multis provinciis præfuit, postea
um urbi Præfectus à Vespasino; hinc
itur Jus Pegasianum. *Lubin. Pega-*
.] *Claud. Salmasius* Vet. Scholiasten
ibi corrigit, Pro *parasia, parasemo* sub-
uens, Pegasus enim parasemon i. e.
igne trieris, unde Trierarchus filio
men imposuit. *Villicus urbi.*] *Villi-*
s veteres non de solo villæ præfecto
urparunt, sed quemvis præpositum
: procuratorem, dispensatoremque
vocarunt. Tibullus *arati* præfectum
licum dixit, hoc Epigrammate:
Villicus arari quondam, nunc cultor
agelli.
antiquis lapidibus villicus alimento-
n, est qui alibi dicitur procurator ali-
entorum. VIL. AB. ALIM. Id est, vil-
licus ab alimentis. *Salmas. in Æl. Lam-
prid. Modo villicus.*] Id est, paulo ante
sub Vespasiano constitutus Præfectus ur-
bis Romæ. Vocat i, suam Scoptice ac de-
spective *villicum*, ostendens Romam
jam non esse urbem suis privilegiis sua-
que libertate gaudentem, sed villam,
hujusque præfectum villicum esse. *At-
tonita urbi.*] Sarcastice dictum in igna-
viam Romanorum, qui jugo tyrannico
oppressi, metu & sævitia tyranni pla-
ne percussi & obstupefacti animum ab-
jecerant. *Lubin.*

78. *Anne, &c.*] Probat quod de vil-
lico dixit, scilicet Romam quasi villam
esse cujusquam privati dominio subje-
ctam, ejus præfectos nihil aliud esse
quam villicos; vel potius ludit in ambi-
guo, mox enim villicus pro præposito
& custode, jam pro rustico & extraneo,
minime Romanum origine designans
& qui potius campestria quam urbani-
tatem redolet. *Anne aliud?*] scil. erant.
Quasi dicat: Certe nihil aliud erant.
Anne aliud.] Neque enim sub avaro prin-
cipe Vespasiano fuerunt præfecti aliud
quam villici; qui omni ratione omnia
undecunque corradebant, & tamen ex
his Pegasus erat optimus. *Farnab. Quo-
rum, &c.*] Pegasum intellige, qui in-
ter omnes præfectos fuerat optimus, &
Jurisconsultus integerrimus. *Idem.*

79. *Omnia, &c.*] Est levis quædam
correctio. Erat quidem Jurisconsultus
sanctissimus, & vir optimus, interea
tamen pro justitia & legibus non aude-
bat pronunciare. *Idem.* Severitate pœna-
rum sc. non coercenda probra, sed om-
nia mitius agenda.

80. *Temporibus diris.*] Infesta & exe-
crabili ætate Domitiani, qua non lice-
bat in homines sceleratos Imperatori
charos, justitiæ rigorem exercere. Ob
id tempori inserviebat. *Inermi*, &c.]
Debili & languida, qualis tunc est, cum
vel libere non pronunciatur, vel cum
exe-

Non possit, cum laudatur Diis æqua potestas.
Sed deerat pisci patinæ mensura, vocantur
Ergo in concilium proceres, quos oderat ille,
In quorum facie miseræ, magnæque sedebat
Pallor amicitiæ, primus, clamante Liburno,
Currite, jam sedit, rapta properabat abolla

Pega-

VET. SCHOLIAST.

71. *Diis, &c.*] Regnum scilicet.

73. *Quos, &c.*] Hoc ad mores infert regis, non ad illorum merita.

75. *Pallor, &c.*] Simulatæ. Cic. *Nulla est occultior res insidiis, quæ latent in simulatione officii. Clamante, &c.*] Qui admissionibus præerat.

VARIORUM.

Suo jussere consumi. Ista adulatione intumescebat; quasi etiam bruta illius imperio & voto obsequerentur. *Nihil, &c.*] Id est, Domitianus & alii Imperatores & tyranni, qui, si Diis placet, Divis æqualem habent potentiam, (unde dicti humani Joves) adulatoribus omnia grandia & maxima, turpissime de se mentientibus, fidem habent. *Credere, &c.*] Aliis mendacibus adulatoribus adfirmantibus. Egregie Horatius:

Sed vereor de te, ne aliis plus, quam tibi credas. Idem.

Sequitur hinc, ut ideo mutari nolint, quia se optimos esse credunt.

71. *Cum, &c.*] Scoptice hoc dicitur. Tantæ enim stoliditatis & amentiæ fuit Domitianus, ut cum se Deum per libellum nominari audiret, statim edixerit, ne posthac alia præfatione appellaretur, quam *Dominus & Deus noster.* Idem.

72. *Sed deerat.*] Describit jam factum stolidi & fatui Imperatoris ridiculum & ineptum. Cogit autem concilium Senatorum suorum, ut deliberent quo pacto piscis coqui debeat & apponi; cui ob insolitam magnitudinem nulla patina æqualis erat, quæ eum coquendum integrum caperet. Vel potius, quæ illum assum, aut elixum & jurulentum, & sic mensæ inferendum capiat. *Vocantur ergo.*] O ineptias! Ita nimirum stolidi illi, quidquid in buccam venit, imo quicquid somniant, stolide persequuntur. Quid autem stultius quam Romani imperii procerum concilium cogere, non de Rep. sed de rhombo & patina acturos?

73. *Quos, &c.*] Id non ad procerum merita, sed ad mores crudelis tyranni referendum, qui etiam adulatores & delatores suos è medio tollebat. Intelligendum enim hoc de nobilibus, in quos atrocissime grassabatur. *Lubin.*

74. *In quorum, &c.*] Describuntur apteæ illæ compedes aulicorum, & vita aulica & amicitiæ imperatoriæ magnæ quidem; at miseræ. Id est, in quorum procerum facie apparebat pallor, in signum timoris, &c. Unde non absurde, à quopiam dictum, *Malle se in caula, quam in aula vivere. Miseræ.*] Imperatoriæ: *Erat enim Domitianus non solum magnæ, sed & callidæ inopinataque sævitiæ, &c.* Sueton. 11 cap. Domit. Et miserum est cum tyranno amicitiam colere, à quo continua mortis pericula immineant.

75. *Pallor.*] Ab eo, quod præcedit timorem. In timoris signum; quis enim non palleat, qui cum Leone, Basilisco, & Dracone cogatur vivere? *Idem. Primus.*] Procerum vel Senatorum. *Clamante, &c.*] Id est, cum præco è Liburnia oriundus, nomenclator, qui commissionibus præerat, clamaret & convocaret senatores. *Lubin.* Patres enim ad Senatum vocabantur plerumque edicto: hic autem per præconem. *Brissonius* 11. de formul.

76. *Currite, &c.*] Verba præconis clamantis. Id est, festinate ô senatores ad Concilium: Imperator jam in solio suo sedet, deliberaturus de re scilicet gravis-

Pegasus, attonitæ positus modo villicus urbi.
Anne aliud tunc Præfecti? quorum optimus, atque
Interpres legum sanctissimus; omnia quanquam
Temporibus diris tractanda putabat inermi
Ju-

VET. SCHOLIAST.

77. *Pegasus.*] Trierarchi filius, ex cujus Liburnæ parasemo nomen accepit, juris studio gloriam memoriæ meruit, ut liber vulgo, non homo diceretur. Hic functus omni honore, cum provinciis plurimis præfuisset, urbis curam administravit. Hinc est Pegasianum scilicet jus, quod Jurisperitus fuerat.

80. *Inermi*, *&c.*] Quanquam optimus. tum pro tempore omnia injuste agenda credebat.

VARIORUM.

gravissima. Graphice vocem clamantis & trepidantis expressit. *Rapta*, *&c.*] Propere induit tunicam suffultam & duplicem; ne moraretur sævissimum tyrannum. *Lubinus.* *Rapta properabat &c.*] Loquitur ibi poëta de Pegaso, à Domitiano in Albanum accito. De abolla supra dictum Sat. 3. ubi pro veste Philosophica, hic pro Senatoria. Grang. *Rapta.*] I. e. veste festinanter arrepta. *Farnab.*

77. *Pegasus.*] Hic civis Albanus erat Jurisconsultus multo honore functus, qui multis provinciis præfuit, postea etiam urbi Præfectus à Vespasino; hinc dicitur Jus Pegasianum. *Lubin.* *Pegasus.*] *Claud. Salmasius* Vet. Scholiasten sic ibi corrigit, Pro *parasia*, *parasemo* substituens. Pegasus enim parasemon i. e. insigne trieris, unde Trierarchus filio nomen imposuit. *Villicus urbi.*] *Villicum* veteres non de solo villæ præfecto usurparunt, sed quemvis præpositum aut procuratorem, dispensatoremque ita vocarunt. Tibullus ærarii præfectum *villicum* dixit, hoc Epigrammate:

Villicus ærari quondam, nunc cultor agelli.

In antiquis lapidibus villicus alimentorum, est qui alibi dicitur procurator alimentorum. VIL. AB. ALIM. Id est, villicus ab alimentis. *Salmas. in Æl. Lamprid.* *Modo villicus.*] Id est, paulo ante sub Vespasiano constitutus Præfectus urbis Romæ. Vocat igitur Scoptice ac despective *villicum*, ostendens Romam jam non esse urbem suis privilegiis suaque libertate gaudentem, sed villam, hujusque præfectum villicum esse. *Attonita urbi.*] Sarcastice dictum in ignaviam Romanorum, qui jugo tyrannico oppressi, metu & sævitia tyranni plane percussi & obstupefacti animum abjecerant. *Lubin.*

78. *Anne*, *&c.*] Probat quod de villico dixit, scilicet Romam quasi villam esse cujusquam privati dominio subjectam, ejus præfectos nihil aliud esse quam villicos: vel potius ludit in ambiguo, mox enim villicus pro præposito & custode, jam pro rustico & extraneo, minime Romanum origine designans & qui potius campestria quam urbanitatem redolet. *Anne aliud?*] scil. erant. Quasi dicat: Certe nihil aliud erant. *Anne aliud.*] Neque enim sub avaro principe Vespasiano fuerunt præfecti aliud quam villici; qui omni ratione omnia undecunque corradebant, & tamen ex his Pegasus erat optimus. *Farnab.* *Quorum*, *&c.*] Pegasum intellige, qui inter omnes præfectos fuerat optimus, & Jurisconsultus integerrimus. *Idem.*

79. *Omnia*, *&c.*] Est levis quædam correctio. Erat quidem Jurisconsultus sanctissimus, & vir optimus, interea tamen pro justitia & legibus non audebat pronunciare. *Idem.* Severitate pœnarum sc. non coercenda probra, sed omnia mitius agenda.

80. *Temporibus diris.*] Infesta & execrabili ætate Domitiani, qua non licebat in homines sceleratos Imperatori charos, justitiæ rigorem exercere. Ob id tempori inserviebat. *Inermi*, *&c.*] Debili & languida, qualis tunc est, cum vel libere non pronunciatur, vel cum

Justitia: venit & Crispi jucunda senectus,
Cujus erant mores qualis facundia, mite
Ingenium. maria, ac terras, populosque regenti
Quis comes utilior; si clade, & peste sub illa
Sævitiam damnare, & honestum afferre liceret
Consilium? sed quid violentius aure tyranni?

Cum

VET. SCHOLIAST.

81. *Crispi, &c.*] Lucan. *Fractisque modestior annis.* Crispus municeps Vicellijensis tirocinio suo in Senatu ita cœpit, P. C. & tu Cæsar. propter quod simul oratione plenissime à Tiberio conlaudatus, plurimas sponte caussas apud C. V. egit. pro qua re in basilica Julia ejus statua posita est. Consulatus duos gessit. uxores habuit duas, primam Domitiam, deinde Agrippinam, illam amitam, hanc matrem Neronis Cæsaris. Possedit bis ter HS. omnium principum gratiam appetivit, sed præcipue Cæsaris, quem iter facientem secutus est pedibus. Hic nullo audiente à Nerone interrogatus, haberetne, sicut ipse, cum sorore germana consuetudinem. Nondum, inquit, *quantumvis decenter* & caute; ne aut * negantem eum argueret, aut adsentientem sibimet mendacio dehonestaret. Periit per fraudem Agrippinæ, quam heredem reliquerat & funere publico elatus est.

VARIORUM.

exsecutione caret. Utrumque illi seculo competebat. Nam Crispinum ob tot adulteria, imo tot incestus, non accusare audebat, nedum condemnare & punire, quia Imperatori carus erat. *Idem.*

81. *Venit, &c.*] Intelligit Vibium Crispum Placentinum, virum facetissimum & integerrimum. Hic Tranquillo teste, interroganti cuiquam: *Essetne quis intus cum Cæsare Domitiano, respondit, ne musca quidem*: unde Poëta jucundam senectutem appellat. Domitianus enim initio principatus sui quotidie secretum horarium sibi sumere solebat, quo muscas captabat, easque stylo præacuto configebat. *Crispi, &c.*] Id est, ipse Crispus senex. Hic solus ferme inter tot nobiles senescere potuit, in quos Domitianus atrociter & immaniter grassabatur. *Idem.* *Crispi senectus.*] Crispus senex jucundus, ut ἱερὴ μένος Ἀλκινόοιο, ἱς Τηλεμάχοιο, *sapientia Lælii, &c.* Alii Passienum Crispum hic intelligunt. Quintilian, libro 10. cap. 1. & libro 6. cap. 2. Sueton. in Nerone. Tacit. ad cujus Annal. 12. lib. vide quæ Lipsius pro Passieno, & Torrentius pro Vibio ad nostrum hunc. *Farnabius.* Certe non Vibio, sed Crispo Passieno conveniunt quæ vetus Schol. ei attribuit. Grang. *Venit &c. Crispi.*] Vetus Interpres Juvenalis corrigendus. *Interrogatum Passienum à Cajo* (quem male Neronem vocat, ut male Claudium virum Messalinæ nominat etiam Neronem) *haberetne cum sorore germana consuetudinem.* Nondum inquit, *quantumvis decenter & caute?* Dorleans.

82. *Cujus erant, &c.*] Qualis moribus, talis etiam eloquentia erat. Utrisque erat jucundissimus & dulcis. *Mite ingenium.*] Blandum, mansuetum, placidum. *Lubin.*

83. *Maria, &c.*] Id est, Imperatori & Monarchæ Domitiano, quis utilior comes adjungi vel Consiliarius potuisset, quam hic Crispus? *Idem.*

84. *Si clade, &c.*] Adjungit conditionem. Nemo hoc Crispo fuisset Imperatori utilior, si tyrannus Imperator non esset, & pati posset crudelitatem & vitia condemnari, & si honestis consiliis obtemperasset. *Clade, &c.*] Id est, sub Domitiano, qui clades & interitus pestisque fuit omnium nobilium, bonorum præsertim. *Idem.*

85. *Sævitiam, &c.*] Id est, in Domitiano tyrannidem & atrocem crudelitatem sine metu libere arguere. *Et honestum.*] Utile & salutare. Talia autem non admittebat Domitianus. *Idem.* *Afferre* Al. *Ferre.*

86. *Sed quid, &c.*] Eximia sententia. id est,

Cum quo de pluviis, aut æstibus, aut nimboso
Vere locuturi fatum pendebat amici.
Ille igitur nunquam direxit brachia contra
Torrentem; nec civis erat, qui libera posset
Verba animi proferre, & vitam impendere vero.
Sic multas hiemes, atque octogesima vidit
Solstitia. his armis, illa quoque tutus in aula.
Proximus ejusdem properabat Acilius ævi

Cum

VET. SCHOLIAST.

87. *Cum quo, &c.*] De rebus frivolis & usualibus.

90. *Nec civis, &c.*] Aut ipse Crispus, aut quicunque.

91. *Et vitam, &c.*] Ut Virgil.
Animasque in vulnera ponunt.

94. *Ejusdem, &c.*] Virg.
Ut regem æquævum.

Acilius.] Consul sub Domitiano fuit, indignus pati quæ passus est. Hujus cum filium juvenem Nero occideret, ipsum Acilium servavit, qui pœnas sentiret orbitatis.

VARIORUM.

id est, quid terribilius, formidabiliusque quam auris tyranni, honestæ admonitionis, & salutaris consilii impatiens. Quæ admodum tenera, libera admonitione & severa castigatione exasperari non debet. *Idem.*

87. *Cum quo, &c.*] Quid asperius esse potest illo tyranno, Domitiano scilicet, cum quo si amicus non omnia grata loquatur, sed etiam in levissimis, seu potius, incertis; ut de auræ mutatione, de pluviis hyemalibus, de calore æstatis, de vere nimboso & inamœno, ex imprudentia quædam dicat, in mortis pericula se conjiciet. *Nimboso.*] Pluvioso, ingrato & injucundo futuro. *Lubin.*

88. *Fatum, &c.*] Id est, mors imminebat, & instabat: quicumque enim ingrata dixissent, illos occidebat. *Idem.* *Pendebat.*] In ambiguo erat, veluti res pendulæ in ambiguo sunt ne cadant.

89. *Ille, &c.*] Laudat Crispi prudentiam, qui diris illis temporibus didicerit καιρῷ λατρεύειν, μηδ' ἀντιπνεῖν ἀνέμοισι. Id est, nunquam quidquam fecit contra impetuosam violentiam tyranni, omnia torrentis instar secum rapientis. Per *torrentem*, obstinatam & effrenem Cæsaris violentiam notat, cui Crispus nunquam contradixit. Metaphora a natantibus, qui si contra flumen natare velint, fluminis impetu retroaguntur. *Idem.*

90. *Nec civis, &c.*] Generaliter loquitur de omnibus, cum tacita nota degeneris ignaviæ Romanorum. *Qui libera, &c.*] τὴν παῤῥησίαν. Qui vere & libere animi sententiam posset eloqui, ob tyranni crudelitatem, & delatorum copiam.

91. *Et vitam, &c.*] Id est, qui vellet pro vero vel veritate, quam palam profiteretur, more Papiniani JCti vitam impendere, vel qui posset vivere, & libere veritatem & virtutem profiteri. *Idem.* *Vero.*] *Pour dire la verité.* Hæc enim, ut ait vetus verbum, odium parit.

92. *Sic multas, &c.*] His artibus & prudentia tempori inserviente, octogenarius evasit, & senex factus est in illa aula, in qua sub Nerone vixerat. *Octogesima, &c.*] Annos octuaginta ipsum natum indicat. Hoc profecto miraculi loco erat, hominem nobilem ad tantum senium Romæ sub Nerone, & Domitiano pervenisse. *Idem.* *Solstitia.*] Æstiva & brumalia: vel absolute pro æstivo, ut fere semper alias sumitur.

93. *His armis.*] Et artibus aulicis, adsentatione, comitate, taciturnitate & dissimulatione, quibus muniebatur adversus Imperatoris sævitiam. *Illa in aula.*] E'μφατικῶς dixit. Quasi diceret: idque in aula tam crudeli, in qua nemo tutus erat. *Idem.*

94. *Proximus.*] Describit jam alios duos Senatores, patrem Acilium Gla-

 brionem

Cum juvene indigno, quem mors tam sæva maneret,
Et domini gladiis tam festinata: sed olim
Prodigio par est cum nobilitate senectus:
Unde fit, ut malim fraterculus esse Gigantis.
Profuit ergo nihil misero, quod cominus ursos
Fige-

VET. SCHOLIAST.

98. *Fraterculus, &c.*] Ut omnes me oderint, aut timeant, aut contemnant, id est, ignobiles pro gigantibus.

99. *Ursos.*] In lusorio Cæsaris juvenis iste ursos sæpe, quasi venator occidit.

VARIORUM.

bionem; qui, teste Plinio. singulari prudentia & fide fuit; quem tamen postea, tanquam res novas molitetur, exilio multavit. *Proximus.*] Post Crispum. *Ejusdem ævi.*] Coætaneus cum Crispo, & ipse octogenarius, *Idem.*

95. *Cum, &c.*] Cum optimo filio, Domitio, ut nonnulli putant, qui indigna morte à Domitiano fuit sublatus. Quamvis Farnabius dubitandum recte dicat quis ille juvenis fuerit, sunt tamen qui de Elvidio filio Elvidii intelligant, & Vet. Interp. audacter de filio Acilii Glabrionis: sed ille à Nerone interemtus jam erat, & nulla de hoc juvene exstat historia, quamvis Domitianus plurimos interemerit. *Maneret.*] Certissime futura exspectaret. *Idem.*

96. *Et domini gladiis.*] Id est, quæ mors jam dudum designata; deputata, & destinata erat gladiis Imperatoris. *Jam, &c.*] Id est, illo ipso tempore jam morti à Domitiano adjudicatus erat. V. C. meus legit *Destinata*, male: Destino enim mediam corripit. Alii legunt *designata*. Sed *Festinata*, id est, properata ante tempus senectutis, quæ juvenem opprimat. *Sed olim.*] Vera sententia etiam nostra ætate, qua plerique nobiles vitam atterunt vel luxu, & perpotationibus; vel libidine. *Olim*, i. e. superioribus temporibus: Hinc Britannicus apparere dicit, Juvenalem Sat. suam non scripsisse sub Domitiano. Et tam multos Domitianus efferata quadam crudelitate cives interemit, ut prodigii loco haberetur aliquem in urbe senem nobilem & patricium offendere. Tum illud jam aliquo etiam Neronis tempore usitatum esse, qui nobilissimo cuique exitium destinabat. *Britan.*

97. *Prodigio par.*] Monstro vel ostento simile, rarissimum quid. *Cum nob.*] Alii legunt *in nob.*

98. *Unde, &c.*] Ob id, quia tantis periculis nobiles expositi sunt, ego vossem potius esse terræ filius, ignobilis & obscurus, & ob id à persecutione tyranni tutus. Nobilium enim potentia Imperatori formidolosa erat. Et alias; *minus in parvos fortuna furit. Qui procul à Jove, procul à fulmine. Fraterculus, &c.*] Festive & sat lepide à Poëta dictus fraterculus non frater, diminutive. Id est, terræ filius & vilis Gigantum frater, qui è terra nati finguntur, ut & nomen indicat. Homines autem obscuros, quorum parentes ignorabantur, è terra natos dicebant. *Lubin.* Politian. Miscell. c. 18. Erasm. Cent. VIII. Ad 86. Chiliad. I.

99. *Profuit, &c.*] Probat vel explicat quod dixit, juveni mortem à Domitiano destinatam fuisse, quam nulla arte evitare potuit eximius juvenis. Id est, misero huic juveni suæ artes, quibus invidiam & odium Cæsaris declinare studebat, nihil profuerunt, quando nimirum stolidum se simulabat, in arenam descendebat, cum leonibus nudus depugnabat, ut ita Imperatori stolidus videretur, & ab illo non timeretur. Stolidi enim & pene infames habebantur nobiles, qui se munere gladiatorio polluebant. *Quid, &c.*] Quod stultitiam simulans, in theatro Albano, de propinquiori loco, ense, vel venabulo conficeret, trucidaret, vel transadigeret. *Lubin.*

100. Nu-

Figebat Numidas, Albana nudus arena
Venator. quis enim jam non intelligat artes
Patricias? quis priscum illud miratur acumen
Brute tuum? facile est barbato imponere Regi.
Nec melior vultu quamvis ignobilis ibat
Rubrius, offensæ veteris reus atque tacendæ;
Et

VET. SCHOLIAST.

101. *Artes*.] Fraudes.

103. *Barbato*.] Tarquinio Superbo: propexam enim barbam habuit, cum socer ejus* Servilius adtonsam haberet, quem ipse occidit. Dicit ergo cinædum non facile posse falli, & facilius eludi posse fortem, quam infamem. Stoliditatem finxerat Brutus, ne à Tarquinio occideretur. *Barbato* & rustico intelligitur.

105. *Rubrius*.] Rubrius iste aliquando tibiam in pueritia corruperat, & verebatur ne pro hac mercede pœnas ab ipso reposceret.

VARIORUM.

100. *Numidas*.] Libycas. Nam in Libya feræ majores. Intelligit autem Leones. Africa enim & Numidia sicca & arida non habet ursos, qui frigidis gaudent. Sed & Romani veteres rudes, ex Africa advectos Leones, obvia & nota voce ursos dixere. Vide Plin. l. 8. cap. 6. Cui quamvis multi contradicere audeant, discordare nefas autumabit, qui electum virum & elegantem Justum Lipsium consuluerit, lib. 2. elect. c. 4. Sic Virgilius Acestem tegit,

---*Pelle Lybistidos ursæ*; & alibi;

Leoninam intellige, viro forti Herculis exemplo dignam. *Nudus*.] Sine armis, imo vestibus. Hoc dicitur Emphatice, quo facto stolidus & imprudens videri volebat. *Albana arena*.] Nam in Albano, quinquatria Minervæ celebrans, Domitianus feras in theatro conficiendas exhibebat, & ipse conficiebat, adeo, ut, teste Suetonio, centenas aliquando prostraverit. *Idem*.

101. *Quis*, &c.] Id est, Quis Imperatorum adeo jam fatuus est, ut calliditates, artes, & versutias nobilium non intelligat; qui more M. Junii Bruti se brutos & stolidos simulabant, ut ita tyrannorum crudelitatem evitarent. Sed probe omnia hæc callebat Domitianus. *Idem*.

102. *Quis*, &c.] Qui Brutus, cum videret inter alios nobiles etiam fratrem suum occidi, stoliditatem simulabat, ut Tarquinii Superbi crudelitatem effugeret, ne interficeretur. *Priscum acumen*.] Id est; acutum ingenii tui inventum, priscis temporibus admirandum, non hoc seculo. Longe enim jam versutiores & callidiores sunt. *Miretur*, alii. *Lubin*.

103. *Facile*, &c.] Id est, ó Brute, tuum factum nulli jam mirabile videretur. Facile enim erat illo prisco, rudi, & simplici tempore, quo reges barbati & intonsi erant, simplicem & rudem regem decipere. Illo enim tempore barbam alebant, quo Romæ tonsores nondum erant, qui primi ex Sicilia Romam adsciti. *Imponere*.] Hinc impostores. *Idem*.

104. *Nec*, &c.] Subjungit jam reliquos Consiliarios adulatores ac delatores pessimos. Et ipse non lætior, sed æque pallidus metu: quamvis hic nobilis non esset, nihilo confidentior erat. Certe aula illa atrox & crudelis fuit, in qua etiam malis & nebulonibus pessimis fuit periculum, quibus tamen aula tutissimum solet esse receptaculum. *Idem*.

105. *Rubrius*.] Gallus. Hanc autem veterem culpam & offensam, ob quam pœnam à Domitiano pallidus metuebat, quidam censent, quod contra Cæcinnam pro Flavio Gabinio locutus sit, vel ut V. C. metus, quod cum Domitiani conjuge concubuerit; Tale enim scelus aut con-

Et tamen improbior Satyram scribente cinædo.
Montani quoque venter adest abdomine tardus:
Et matutino sudans Crispinus amomo,
Quantum vix redolent duo funera. sævior illo
Pompejus tenui jugulos aperire susurro:
Et, qui vulturibus servabat viscera Dacis,

Fuscus

VET. SCHOLIAST.

106. *Improbior.*] Qui in aliis sua vitia reprehendebat.

107. *Montani, &c.*] Montanus pinguis & ventrosus erat, & acerbe, ventrem potius, quam ipsum venire dixit.

108. *Et matutino, &c.*] Orientali unguento mane sumto.

110. *Tenui, &c.*] Levi susurro alios deferens, neci tradere: aut per leves suspiciones solitus homines jugulare.

VARIORUM.

consimile fuit: aut enim, offensam tacendam. *Idem.* Quod Tibiam in juventute corruperat, ut quidam volunt, & videtur ex seq. *Farnab.* Ego de hoc adhuc quærendum censeo: Certe illa quæ superius afferuntur, ad rem Poëtæ minime sunt accommodata.

106. *Et tamen, &c.*] Id est, qui licet veteris culpæ reus esset, & sceleratissimus, tamen in alios invehebatur: & maledicentior erat castigator, vel nequior: quod est inconvenientissimum. *Lubinus.* Vel licet inquit Rubrius ignobilis esset & humili loco; tamen improbior fuit Nerone ipso, qui Satyram scripsit in Quintianum, appellavitque eum mollem & effœminatum, quum ipse esset cinædus. Tacit. 15. *Britan.*

107. *Montani, &c.*] Curtius Montanus ventrosus & pinguis erat, cujus & Tacitus meminit. Cujus hoc loco ventrem potius, quam ipsum venisse Scoptice dicit. Unde eum in sequentibus ostendit magnam habuisse edendi peritiam. *Abdomine, &c.*] Id est, ob sumen vel pinguedinem, quæ est sub umbilico ad pubem, defatigatus & segnior veniebat.

Pinguis æqualiculus propenso sesquipede exstat. Persius.

108. *Et, &c.*] Scilicet etiam adest, unguentis pretiosis orientalibus *sudans*, madidus, unctus, delibutus. *Matutino.*] Vel quo mane ungebatur: vel amomo, quod in Oriente nascitur, ubi Sol est matutino tempore. *Amomo.*] Unguento ex flore Amomi, pretiosissimo. Amomum est frutex, flore candido, &c. nascitur in Assyria: Vid. Plin. lib. 13. cap. 1. *Crispinus.*] Hunc ubique carpit. De quo in fronte hujus Satyræ dictum est. *Lubin.*

109. *Quantum, &c.*] Id est, qui tantum unguentorum suo corpori impendit, quantum vix impenditur duorum nobilium funeribus. Divitum enim cadavera opobalsamo, amomo, aliisque pretiosis aromatibus inungi & condiri solebant, ut nostro etiam tempore Cæsarum, regum, &c. *Idem. Redolent duo.*] Ceu respicias odores funeri impensos, ad fœtorem ustrinæ emendandum, ceu aromata ad corpora perungenda: vel ossibus & cineribus miscenda. *Farnabius. Sævior, &c.*] Id est, illo Crispino adhuc crudelior adest Pompejus Ruffus, delator crudelissimus, alter consiliarius Crispinum secutus. *Sævior aperire.*] Græcismus. Id est, qui adhuc crudelior erat delationibus suis ad aperiendum, incidendumque aliorum jugulos, id est, ad alios jugulandos. *Tenui susurro.*] Tenui & tecta delatione per susurrum clanculum in aurem Domitiani tyranni immissa, jugulos & guttura aliorum, ferro aperiebat. *Idem.* Nota, quod jugulus & jugulum dicatur.

111. *Et qui, &c.*] Id est, aderat etiam Cornelius Fuscus, quem Domitianus contra Dacos cum exercitu postea misit, à quibus occisus est. *Vulturibus.*] Vultures

Fuſcus, marmorea meditatus prælia villa:
Et cum mortifero prudens Vejento Catullo,
Qui nunquam viſæ flagrabat amore puellæ,
Grande & conſpicuum noſtro quoque tempore monſtrum,
Cæcus adulator, dirusque à ponte ſatelles,

Di-

VET. SCHOLIAST.

112. *Fuſcus.*] Fuſcus ſub Domitiano exercitui præpoſitus, in Dacia periit. Notat autem eum quia cum luxuria diffluerit inter delicias, bellorum actus exercebat.

113. *Et cum*, *&c.*] Delatore. *Prudens*, *&c.*] Utrum ad nocendum, an ad ſapientiæ rigorem, an adulandi pruritus & temporum.

114. *Qui*, *&c.*] Cæcus enim amator fuit Catullus.

116. *Duruſque*, *&c.*] De numero mendicorum.

VARIORUM.

tures enim cadavera adeo avide ſequuntur, ut triduo ante, aut biduo volare eo ubi cadavera futura ſunt, tradantur. Plin. lib. x. *Vulturibus Dacis.*] Id eſt, rapacibus, crudelibus & ſævis Dacis, qui quaſi vultures erant, & à Germanis Danubio dividebantur. *Viſcera*, quæ vultures in cadaveribus potiſſimum appetunt. *Servabat.*] Reſervabat. Mors enim in illo bello ipſi deſignata erat. *Idem.*

112. *Fuſcus*, *&c.*] Hunc Domitianus contra Dacos cum exercitu mittit, & qui belli imperitus nunquam in acie fuerat: ſed in marmorea villa, in ſummo otio, deliciis, pace, & tranquillitate meditatus erat, quomodo prælia cum Dacis committenda eſſent. *Idem.* Sic, *dum Roma ſenatus conſultum, capitur, perit Saguntus.* Vel qui exercuerat velitationes, pugnas imaginarias vel præparatorias in villa, tentans, quid poſſet contra hoſtem efficere, & nihil amplius.

113. *Et cum*, *&c.*] Subjungit jam alios duos Conſiliarios, Fabritium Vejentonem & Catullum Meſſalinum, quorum hic etiam teſte Plinio epiſt. 22. libro 4. cæcus fuit, ingenio atroci, qui delationibus ſuis multis exitio fuit: ille Vejento fuit nobiliſſimus, & ſuperbus admodum, ut ex præcedenti Satyra videre eſt. Conjugem habuit Hippiam peſſimam meretricem, quæ cum Sergio quodam gladiatore mœcho in Ægyptum aufugit. Vide Satyr. 6. *Mortifero*, *&c.*] Hic delator fuit atrociſſimus, ingenio ſævo, non verebatur, non erubeſcebat, non miſerabatur. *Idem.* *Prudens.*] Vel quia doctus; vel Ironice potius, quod deferendi & adulandi fuerit prudens, & tempori inſerviens: & quod Imperatoris molles aditus & tempora fandi noſceret: vid. Sat. 3. *Idem.*

114. *Qui*, *&c.*] Homo profecto Catullus peſſimus fuit, qui ſenex, & cæcus, & tamen amator: & amabat quod nunquam viderat, mendacii arguens Græcum illud: ἐκ τοῦ ὁρᾶν γίγνεται τὸ ἐρᾶν Quomodo hoc factum, quum ſint oculi in amore duces, viderit rerum naturalium ſcrutator.

115. *Grande*, *&c.*] Id eſt, quamvis noſtro tempore multa monſtra ſint, ut Criſpinus & alii. Tamen hoc noſtro tempore, hoc monſtrum ſatis conſpicuum & notabile eſt. *Idem.* *Monſtrum horrendum, ingens, cui lumen ademtum.*

116. *Dirus*, *&c.*] *Dirus* dicitur ob crudelitatem. *Lubin.* *A ponte*, *&c.*] Hoc eſt, dignus, qui ad pontes mendicaret, in quibus ſolent conſidentes pauperes ſtipem à tranſeuntibus petere. Grangæus contra interpretatur, ex portitore factus ſatelles: aut potius dignus, qui fuiſſet ſatelles pontis, ſive cuſtos, ſive portitor, aut quid inferius; Vel qui Aricinis curribus ſtipem emendicaret. Ironice vero *ſatellitem*, quaſi pontis cuſtodem appellavit aſſeclam & conſiliarium principis a nam *ſatelles* proprie is eſt, qui ad cuſtodiam principis aſſiſtit.

117. *Dii*

Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes,
Blandaque devexæ jactaret basia rhedæ.
Nemo magis rhombum stupuit: nam plurima dixit
In lævum conversus: at illi dextra jacebat
Bellua: sic pugnas Cilicis laudabat, & ictus,
Et pegma, & pueros inde ad velaria raptos.

Non

VET. SCHOLIAST

117. *Dignus, &c.*] Qui ad portam Aricinam, sive ad clivum mendicaret inter Judæos, qui ad Ariciam transierunt, ex urbe missi.

118. *Devexæ, &c.*] Qui cæcus rheda sessum mulieres, inclinatos & per clivum descendenti, oscula jactaret.

119. *Nemo magis, &c.*] Quam Catullus cæcus adulator. Nam in sequenti dixit, *non cedit Vejento utique Catullo.*

122. *Ad, &c.*] Ad alta theatri velamina.

VARIORUM.

117. *Dignus, &c.*] Quasi diceret: Profecto hic à ponte assumendus non fuisset, sed majori calamitate adfligendus. *Aricinos.*] Clivus Aricinus erat ad portam Aricinam abundans mendicis; ubi & Judæi & Christiani mendicabant, qui ex urbe pulsi Ariciam transierant. Erat enim Clivus hic extra urbem, ob id ait, eum non dignum esse, qui in ponte urbis mendicet, sed qui extra urbem debeat migrare. *Ad axes.*] Id est, currus, vel rotas descendentes, qui Ariciam tendebant, & inde redibant. *Turneb.* libro 30. cap. 7. *Lubin.*

118. *Blanda, &c.*] Verba, preces, oscula ipsa, more mendicantium & cæcorum; ut eo magis humilem supplicemque se demonstraret, & alios ad misericordiam commoveret. hoc ait, nam supra eum amatorem dixit puellæ non visæ. *Lubin. Blanda basia.*] Mendicantium more, qui pluries, jam hoc, jam illud deosculantur, & honoris ergo huc illuc oscula spargere assueverunt. *Devexæ.*] Declivi, deflexæ, inclinatæ in descensu ac pronæ. Erat enim clivus. *Lubinus. Jactaret basia.*] Jactare autem osculum is proprie dicitur, qui manum osculatur, deinde eam porrigit ad eos, quorum honori ac venerationi dat illud osculum, nam protensione manus, quam prius erant osculati, quodammodo osculum ipsum porrigere & jactare ad eos videbantur, quibus honorem illum deferebant. *Salmas. in Flav. Vopisc.*

119. *Nemo magis.*] Describit hoc loco miram & ridiculam quandam adulationem cæci illius Messalini Catulli, qui laudabat rhombum, quem videre non poterat, & tamen videre videri volebat, & sic faciem ad latus lævum convertebat, cum piscis ad dextram jaceret. Nemo ergo tantopere piscem captum cum stupore admirabatur, quam hic Catullus cæcus. *Nam, &c.*] In commendationem rhombi. *Idem.*

120. *At illi dextra, &c.*] Est nominandi casus: Piscis dexter, id est, ad dextram jacens.

121. *Bellua.*] Ob enormitatem dixit. *Idem. Sic pugnas, &c.*] Sic turpiter, adulatorie & impudenter in theatro laudabat gladiatorem robustissimum, è Cilicia Asiæ minoris regione, ejusque pugnas, & ictus in adversarium prædicabat, quæ tamen non videbat. *Lubin.* Vel *Cilicis*, more Cilicis armati. *Farnab.*

122. *Et pegma.*] De pegmate Lipsius de Amphith. cap. 22. Dicitur autem Pegma Græcis πῆγμα à πήγνυμι, quod est compingo, eo quod moles fuerit lignea, varia & occulta arte compacta. Et erat machina vel αὐτόματον in Theatris, ludis gladiatoriis aliisque adhiberi solitum, quod per se cum summa spectatorum admiratione in sublime insurgebat. Huic pueri solebant imponi, qui repente in sublime elati ad velaria theatri

rapi-

Non cedit Vejento: ſed ut fanaticus œſtro
Percuſſus Bellona tuo divinat & ingens
Omen habes, inquit, magni, clarique triumphi.
Regem aliquem capies, aut de temone Britanno
Excidet Arviragus. peregrina eſt bellua. cernis
Erectas in terga ſudes? hoc defuit unum
Fabricio, patriam ut rhombi memoraret, & annos.
Quidnam igitur cenſes? conciditur? abſit ab illo
Dede-

VET. SCHOLIAST.

126. *De temone, &c.*] Ad pedes de regno, Falcatis nam curribus Britannorum rex Arbila.*

129. *Fabritio.*] Vejentoni: nam ipſe eſt Fabricius.

130. *Quidnam, &c.*] Nero dicit.

VARIORUM,

rapiebantur. J. C. Scalig. 1. Poët. 21. *Inde.*] Pegmate cui inſidebant; ſubito, occulta quadam machina. Et vanus eſt Britannicus, qui hoc de raptu ad obſcœna intelligit. Videtur repræſentatus eſſe Ganymedes ab aquila raptus. *Farnab.* *Ad velaria.*] I. e. ipſa vela. Hæc per aërem expanſa ad pluviam & Solem arcendum erant purpurea, quibus theatrum ſuperne tegebatur. Hæc omnia cæcus ille nebulo laudabat, qui videre non poterat. *Idem.*

123 *Non cedit, &c.*] Subtexit, quomodo Fabricius Vejento, Catulli adulationi nihil conceſſerit, quin etiam inſuper futura ob rhombum captum divinaverit & neſcio quem triumphum Domitiano pollicitus ſit. *Ut fanaticus.*] Numine afflatus, ut Minervæ ſacerdos: vel, tanquam furioſi, qui in fano inſaniebant, & ſpiritu immundo exagitati divinabant. *Lubin.* *Oeſtro Bellona, &c.*] Bellona, Minerva, Dea belli & armorum, ſoror & auriga Martis. Huic Deæ ſacerdotes rem divinam faciebant proprii ſanguinis effuſione, & tunc Bellona percuſſi, vel divino ejus afflatu correpti, præſentia explicabant, & futura vaticinabantur. *Oeſtro.*] Oeſtrum genus muſcæ, boves exagitans æſtatis tempore: quod tabanus & aſilus appellatur: poniturque hic pro furoris ſtimulo, quod antequam ſtimulet aculeo, fugere compellit. *Idem.* Ordo eſt: *Vejento ut fanaticus percuſſus tuo œſtro, ô Bellona, divinat.* Et ſic Domitianum alloquitur. *Omen habes*, non *habet*, ut quædam editiones; nam hoc nec ratio metri, nec ſenſus fert.

124. *Ingens omen.*] Maximum portentum, & ſignum eſt hic piſcis captus, de futura ab hoſtibus victoria reportanda, deque inſigni, ex illa victoria, triumpho. Formula uſitata antiquis *Accipio omen.*

126. *Regem, &c.*] Quem in bello per duces tuos ſuperaveris. *Aut de, &c.*] Arviragus Britannorum rex, de imperio, regimine, & regni adminiſtratione deturbabitur. Quia enim peregrinus & magnus piſcis tibi captus eſt, peregrinum etiam & magnum aliquem regem capturus es. *De temone.*] Eo dicit: nam Britanni in præliis, curribus utebantur, ex quibus regem victum deturbandum eſſe vaticinatur. Pars pro toto. *Idem.*

127. *Peregrina, &c.*] Ergo etiam peregrinum regem devinces. *Idem.* *Cernis, &c.*] Id eſt, vides in tergo piſcis ſpinas tanquam ſudes erectas; etiam hoſti tuo in tergo fugienti haſtilia infigentur.

138. *In terga.*] Pro in tergo. *Sudes.*] Metaphorice, catachreſtice & ſuperlative, ſpinas, criſtas, pinnas. *Hoc, &c.*] Omnia quæ in laudem & commendationem rhombi dici poterant, ſatis copioſe dixit Fabritius Vejento; uno hoc excepto, quod ejus patriam & annos recenſere non potuerit. *Lubin.*

130. *Quidnam, &c.*] Suadet hic Montanus rhombum in fruſta non eſſe concidendum; ſed capaciſſimam patinam

nam

Dedecus hoc, Montanus ait: testa alta paretur,
Quæ tenui muro spatiosum colligat orbem.
Debetur magnus patinæ, subitusque Prometheus.
Argillam, atque rotam citius properate: sed ex hoc
Tempore jam, Cæsar, figuli tua castra sequantur.
Vicit digna viro sententia: noverat ille
Luxuriam imperii veterem, noctesque Neronis
Jam medias, aliamque famem, cum pulmo Falerno
Arde-

VET. SCHOLIAST.

131. *Testa, &c.*] Patella, in qua posset integer coqui.

133. *Debetur, &c.*] Figuram hic dicitur posuisse propter Magnum Pompejum: quoniam Patina dictus est, qui sustulit caput ipsius. *Prometheus.*] Satyrice, figulus.

138. *Aliamque, &c.*] Libidinis oris perversum. hoc ideo, quia aviditas cibi sequitur nimiam perpotationem.

VARIORUM.

nam à singulo quoquam ipsi faciendam esse. *Quidnam, &c.*] Verba sunt Imperatoris ad Vejentonem. Censesne hunc piscem in frusta concidendum? Vel potius Juvenalis verba sunt, quid putas lector de pisce decretum esse? Anne conciditur? *Absit, &c.*] A tam nobili pisce hæc contumelia absit, qui integer coqui & apponi debet. *Idem.*

131. *Testa, &c.*] Id est, propere fiat vas aliquod fictile vastum, grande, spatiosum, & tanti piscis capax, & in quo integer coqui possit. *Idem.*

132. *Quæ tenui, &c.*] Id est, quæ non crassa sit, sed tenuem habeat murum è subtili creta, ut eo facilius concoqui possit. *Tenui.*] Magna figulorum laus est, teste Plinio; ut cretam tenuem in conficiendis patinis ducant. *Spatiosum, &c.*] Id est, capacem extremitatem comprehendat. Allusum forte ad Vitellii illud, de quo Plin. lib. xxxv. cap. 11. At hercule Vitellius in principatu suo ducentis sestertiis condidit patinam, cui faciendæ fornax in campo exædificata erat. *Colligat.*] Circuitu comprehendat. *Idem.*

133. *Debetur, &c.*] Id est, figulus aliquis magnæ æstimationis & nobilis, & qui propere opus aliquod possit facere, huic patinæ faciendæ est adhibendus. *Prometheus.*] Qualis Prometheus, prudens & ingeniosus figulus, qui hominem primus ex argilla finxisse fingitur, solerti profecto fictione. *Idem. Subitus.*] Aut qui subito veniat, aut qui subito acceleret patinam. *Grang.*

134. *Argillam, &c.*] Vox Imperatoris: Vel etiam Montani adhuc. *Argillam.*] Tenacem terram. *Rotam, &c.*] Figulinam rotam propere adferre. *Sed ex, &c.*] Ut eos scilicet in consimili casu non diu cogaris quærere, sed apud te semper & in promtu habeas. *Lub.* Nota *properare* cum accusativo; imprimis observa acrem & mordacem animum Poëtæ, *Sequantur castra*, cum aliis nempe fabris & reliquo commeatu.

136. *Vicit, &c.*] Exponit jam quid conclusum sit ex sententia Montani, cujus immensam luxuriam demonstrat, & perstringit. *Vicit sententia.*] Id est, hæc sententia potior fuit, approbata est ab omnibus. *Digna viro.*] Tanto epulone & gulone voracissimo, crasso & pingui. Scoptice. *Idem. Noverat, &c.*] Diu enim & multum in aulis multorum Imperatorum versatus fuerat, & luxuriæ fomenta accurate pernoscebat. Id est, norat quid prisci Imperatores in parandis obsoniis facere consuevissent.

137. *Noctesque, &c.*] Nero ut Suetonius testatur, epulas de die media in medias noctes protrahebat. *Lubin.* An vero de Domitiano, qui supra *calvus Nero*: refotus sæpe calidis piscinis, ac tempore æstivo nivatis.

138. *Jam, &c.*] Quas inter comessationes solitus erat traducere. *Aliamque,*

Arderet. nulli major fuit usus edendi
Tempestate mea. Circeis nata forent, an
Lucrinum ad saxum, Rutupinove edita fundo
Ostrea, callebat primo deprendere morsu,
Et semel aspecti litus dicebat echini.
Surgitur, & misso proceres exire jubentur
Concilio: quos Albanam dux magnus in arcem
Traxerat attonitos, & festinare coactos,
Tanquam de Cattis aliquid, torvisque Sicambris

Di-

VET. SCHOLIAST.

139. *Nulli.*] Quam Cæsari Domitiano, aut certe Montano.

141. *Lucrinum*, *&c.*] Locus Brutiorum. *Rutupinove.*] Locus in Britannia, sive civitas.

147. *Tanquam*, *&c.*] Gentes Germanorum sive Francorum.

VARIORUM.

que, *&c.*] Id est, noverat fomenta vel incitamenta ad aliam novam & exquisitam famem rursus excitandam: vel norat, quibus epulis imperatoris venter, vino & epularum copia & varietate obrutus, refici, & in famem excitari rursus deberet. *Cum pulmo*, *&c.*] Id est, cum imperator Nero, vino Falerno ardentissimo incalesceret, vel nimia crapula ferveret. Quamvis potus minime ab ore in pulmonem descendat, est tamen magna affinitas inter potum & pulmonem. De quo Medicorum principes consulantur. *Falerno.*] Ardente vino à Falerno monte.

139. *Nulli*, *&c.*] Id est, meo tempore atque ætate nemo Romæ vixit, qui peritior fuerit in delectu ciborum exquirendo; vel nulli major fuit experientia vel peritia ciborum, atque Montano. *Idem.*

140. *Circeis*, *&c.*] Id est, Montanus hic, si tantum semel morsu leviter gustasset ostrea, poterat dicere, an nata essent in Campaniæ litore, in rupibus juxta montem Circeum; an ad Brutiorum saxum, scopulum in lacu Lucrino. Id est, fuit omnium peritissimus artifex in dignoscendis cibis, & ostreis.

141. *Rutupinove*, *&c.*] Promontorium & litus à Rutupiis opido Cantiorum in Britannia dictum. Ang. *Richberow.* *Farnab.* *Fundo*, *&c.*] In maris profunditate nata. *Lubin.*

143. *Et semel*, *&c.*] Id est, cum semel tantum obiter inspexisset echinum, statim dicebat ejus litus vel mare in quo natus esset. *Echini.*] De genere cancrorum piscis semipedalis, spinosus, & hirsutus, & spinæ in illo, loco pedum. Est piscis suavissimus, inque illius seculi deliciis. Ad cujus similitudinem castanearum putamina solemus, echinos appellare. *Idem.*

144. *Surgitur.*] Exponit jam, quomodo concilium sit dimissum, quod ob rem nugacissimam fuerat convocatum. *Misso concilio.*] Id est, absoluto, dimisso, peracto. Voce Consulis dimittebatur Senatus, iis verbis: *Nil vos moramur Patres Conscripti.* *Proceres.*] Senatores, consiliarii. *Idem.*

145. *Quos*, *&c.*] Quos senatores summus imperator Dominus noster Domitianus celeriter advenire compulerat, obstupefactus, tanquam de re maxime ardua, vel summo Reip. periculo deliberandum esset. *Albanam arcem.*] Ubi templum Vestæ erat. Hic enim commorabatur Domitianus. *Dux magnus.*] Ironice. *Lubin.*

146. *Traxerat.*] Præcipites, violenter festinare jusserat. *Idem.*

147. *Tanquam de Cattis.*] Qui jam dicuntur Hassi. V. m. C. legit *Giatis*, & addit,

Dicturus, tanquam & diversis partibus orbis
Anxia præcipiti venisset epistola pinna.
Atque utinam his potius nugis tota illa dedisset
Tempora sævitiæ: claras quibus abstulit urbi,
Illustresque animas impune, & vindice nullo.
Sed periit, postquam cerdonibus esse timendus

Coe-

VET. SCHOLIAST.

149. *Epistola, &c.*] Antea si quid nunciabant Consules in urbe, per Epistolas nunciabant: Si victoriæ nunciabantur, laurus in epistola * figebatur. si autem aliquid adversi, pinna figebatur.

153. *Cerdonibus.*] Ignobilibus. Cerdo est proprie turpis lucri cupidus.

VARIORUM.

*addit, Giatæ sunt Scotti. Scheg. præm. 5. Tanquam consulturus de expeditione aliqua in Germanos. unam autem suscepit sponte in Cattos, alteram necessario in Sarmatas, legione cum legato simul cæsa. Sueton. Domitian. 6. cap. Lubinus legit *de Geticis.* Getæ verò erant Scythæ circà pontum Euxinum, ad quos Ovidius relegatus. *Torvisque, &c.*] Id est, tanquam rem arduam maximi momenti prolaturus, de hostium irruptionibus. Erant autem Sicambri populi Germaniæ, finitimi Cauchis ad Oceanum, Bructeris & Cimbris, ubi jam pars Westphaliæ & Geldria. Ideo de his ait, quia Domitianus hos domuerat. *Torvis.*] Trucibus, immanibus. *Idem.* Grangæus legit *tortis*, secundum hoc Martialis *Crinibus in nodum tortis venere Sicambri*: quod Schegkius in præmissis notet & Ramires in Martialem: sed torve nimis & inconsulto reponi *torvis* pro *tortis* hoc Juvenalis loco indignatur Farnabius, & jure quidem merito.

148. *Tanquam, &c.*] Id est, tanquam ex variis terræ partibus, Gallia, Hispania, Africa, Germania adversi aliquid summa festinatione, tanquam pennis vel avium volatu esset allatum. *Idem.*

149. *Anxia, &c.*] Anxietatis index, vel valde festinans more anxiorum, vel quod anxios redderet homines. *Venisset.*] Allata esset. *Præcipiti pinna.*] Ita vocat cursorem velocissimum, propter celeritatem nimiam. Nam & veredarii pennam avis surrectam gestabant in capite, ob signum velocitatis. Quidam hæc de avibus & columbis intelligunt, quæ literas pedibus sibi alligatas in castra & urbem detulerunt. Sed illud hoc loco jam non placet. Addit M. V. C. quando laureata epistola mittebatur, victoriam denunciabat; quando vero pennata, populationem & stragem. *Penna* ergo pro pennato, seu pinnis insignito cursore, quia instar Mercurii, *qui sub* ejus tutela sunt, pennas fronte gerunt. Uti docet doctiss. Casaubonus: Cui subscribit Grangæus.

150. *Atque, &c.*] Excusat jam hoc ridiculum super rhombo habitum concilium; dicens optandum esse, ut Domitianus in hujusmodi nugis totum potius imperii vel tyrannidis suæ tempus attrivisset. Sic enim tot præclari viri non interemti fuissent. Quasi dicat: Satius fuisset ipsum nugas quam tyrannidem & crudelitatem exercuisse. *Lubin.*

151. *Claras, &c.*] Ut Cerealem Salvidienum, Acilium Glabrionem, Domitium filium, Lamiam, Salvium, Sallustium, Lucanum, Flavium Sabinum, & sexcentos alios. *Abstulit.*] Id est, è medio sustulit tot illustres Viros. *Idem.*

152. *Impune, &c.*] Emphatice hoc dicitur. Quasi dicat: Idque nullo nobilium ulciscente. inter quos nemo inventus, qui tam crudele factum, suæ vitæ contemtu ulcisceretur. *Idem.*

153. *Sed periit.*] Id est, tandem, ubi exstinctis nobilibus, in viles operarios itidem sævire cœpit, ab iisdem occisus est.

Cœperat: hoc nocuit Lamiarum cæde madenti.

VET. SCHOLIAST.

154. *Hoc nocuit, &c.*] Hoc nocuit, ut occisis nobilibus, & à cerdonibus timeretur. Ut jam non essent nobiles qui timerent, omni nobilitate exstincta. In Lamiis indignatur Satyricus. Tunc periit, cum eum populus timere cœpisset, exstincto jam Senatu.

VARIORUM.

est. *Cerdonibus.*] Popello. Cerdones sunt, qui lucri gratia opes exercent, ἀπὸ τοῦ κέρδους. Ponuntur hic pro ignobilibus. Erant autem ejus occisores Clodianus Cornicularius, Maximus Parthenii libertus cubicularius, Stephanus procurator Domicillæ. Confossus est 7. vulneribus. Suetonius in Domitiano cap. 17. *Idem.*

154. *Nocuit.*] Id est, hoc exitio fuit. *Lamiarum, &c.* Interfecit, teste Tranquillo; inter alios Ælium Lamiam nobilissimum: & *Lamias* ponit hic pro nobilibus, qui à vetustissimo Lamo orti erant, Horat.

Æli vetusto nobilis ab Lamo. Lubin.

SATYRA V.

ARGUM. Parasitum à cœnis divitum dehortatur, in quibus contemtim, misere & contumeliose tractato non liceat frui nedum tangere delicias, quæ ipsis divitibus apponuntur. Vide Luciani epist. ἐγὼ κρόνῳ χαίρειν

SI te propositi nondum pudet, atque eadem est mens,
Ut bona summa putes, aliena vivere quadra;
Si potes illa pati, quæ nec Sarmentus iniquas
Cæsa-

VET. SCHOLIAST.

3. *SI potes illa, &c.*] Sarmentus natione Tuscus, è domo Marci Favonii incertum libertus, an servus, plurimis forma & urbanitate promeritis, eo fiduciæ venit, ut * præter equitem Romanum ageret: decuriam quoque quæstoriam compararet. Quare per ludos * quibus primum is quatuordecim ordinibus sedit, hæc à populo in eum dicta sunt,

Aliud scriptum habet Sarmentus, aliud populus voluerat.
Digna dignis. Hic Sarmentus habeat crassas compedes.
*Rustici ne nihil * agitis; aliquis Sarmentum alliget.*

Demum * ut caussam usurpatæ dignitatis egit, pro cive is & gratia summoto accusatore dimissus est. cum apud judices nihil aliud docere tentaret, quam quod concessa sibi libertas esset à Mecœnate, ad quem rectio bonorum ut favor pertinuerat. Jam autem ut senex in maximis necessitatibus, ad quas libidine, luxuriisque deciderat, coactus est auctionari, cum interrogaretur, ut conscriptum quoque censorium venderet, non infacete, bona sua memoriæ esse perdita. *

VARIORUM.

1. *SI te, &c.*] Initio Trebium à consectandis divitum cœnis dehortatur; ostendens propositum illud turpe esse: intolerabilia esse, quæ ibi pati ipsum oporteat; ibi ipsum miserrime tractari, adeo ut longe satius sit mendicare. Lubinus in initio *Sic*, legit, & non *Si*, & talem inde sensum elicit: Siccine te nondum turpis illius tui propositi pudet? Itane vero in priori tuo turpi atque inhonesto adulandi proposito perseveras? *Sic* ergo valet, *Siccine*? *Propositi.*] Illius turpis, consectandi divitum cœnas. *Atque, &c.*] Id est, siccine perstas in priori mente & sententia? *Idem.* Tangit autem sub persona Trebii omnes parasitos & beatiorum asseclas.

2. *Ut bona, &c.*] Ut summæ felicitatis, & supremæ beatitudinis loco habeas. *Idem.* Summum autem bonum definit Cicero, quo referuntur, & cujus caussa fiunt omnia. *Aliena, &c.*] Impensis alienis, cui contrarium, *propria quadra vivere*, quod inter proverbia retulit Erasmus. Quare autem *quadra* pro impensa, Scaliger ad Moretum late explicat. *Quadra* etiam pro pane, quæ victus & impensæ præcipua pars; nam in quadras dispertiri solebat panis: unde Romanis dicti, panes quadrati. *Grangæus.* Sed & *Quadra* pro frusto placentæ quadrato: Horat.

Et mihi dividuo findetur munere quadra.

3. *Sic, &c.*] Itane vero tam intolerabilia opprobria, tam indignas homine libero injurias & contumelias, potes sustinere, itaque tolerare apud privatum civem Romanum, quæ vilissimi scurræ Sarmentus & Gabba, ne in Cæsaris quidem Augusti mensa unquam tolerassent. *Sarmentus, &c.*] Nobilis scurra tempore Cæsaris Augusti, & ab Horatio nobilitatus lib. I. Sat. 5. *Iniquas.*] Probra enim & con-

æſaris ad menſas, nec vilis Gabba tuliſſet,
uamvis jurato metuam tibi credere teſti.
entre nihil novi frugalius : hoc tamen ipſum
efeciſſe puta, quod inani ſufficit alvo.
ulla crepido vacat? nuſquam pons, & tegetis pars
imidia brevior? tantine injuria cœnæ?
am jejuna fames; cum poſcis honeſtius illic
Et

VET. SCHOLIAST.

. *Gabba.*] Paraſiti Cæſaris fuerunt. cius Gabba ſub Tiberio ſcurra nobilit.

. *Nulla*, &c.] Crepido eſt ora terræ m aqua alluit: ex hoc appellata, quod aqua allidens concrepitet. *Et tegetis,*] Mattæ, ſportæ, aut tegetes de ſirpo æ.

o. *Illic.*] In crepidine.

VARIORUM.

ontumelias, tales ſcurræ devorare ebantur. *Iniquas*, &c.] Menſæ iniſunt, in quibus non eædem epulæ nino & convivis apponuntur, nec n vinum datur. Vel in quibus non nes æquales, ſed alius alio major. *ans* Miſc. lib. IX. cap. I. In Scholihabetur *Conſcriptum Cenſorium*, id eſt, las quibus in numerum civium à ſoribus eſſent adſcripti. *Dorleans.*

. *Cæſaris*, &c.] Emphatice. Quæ ra viliſſimus ne in menſa quidem mi & maximi Augusti Cæſaris perr. Hæc tu perferre potes in menſa ſdam privati. *Vilis*, &c.] Scurra Tiberio nobilis, Apitius Gabba s, cujus crebram mentionem facit tialis. Sunt qui legant *Galba.* Lu s. *Galbam* dicunt Galli præpinguem. *Quamvis*, &c.] Quamvis jures ô i, hæc iniquiſſima tibi non moleſe, tamen non credam tibi vel ju . Rationem ſtatim addit autor. to, &c.] Id eſt, tibi juranti, quod pprobria æquo animo perferre poſ *Jurato* Active poſitum. *Idem.*

Ventre.] Non de Trebii ventre intellige, ſed in genere dicitur illud, quod toties à Seneca inculcatur; *Naturam paucis eſſe contentam. Parvo famem conſtare, magno faſtidium.* Verum, ut idem alibi ait: Pleriſque major fames, quam venter. Eſt ergo hic ſenſus: Venter pauciſſimo contentus eſt, & ſi hoc pauciſſimum, quo contentus eſt, forte tibi deſit, nonne ſatius eſt te illud mendicando acquirere, quam adulando. *Hoc ipſum.*] Cibum & potum paucum & modicum. *Idem.*

7. *Defeciſſe*, &c.] Age, ponamus illud tibi deeſſe. Eſt ὑπόθεσις. *Quod inani*, &c.] Id eſt, jejuno, & famelico ventri implendo ſatis. *Idem.*

8. *Nulla*, &c.] Id eſt, nullibi locus eſt ubi mendices? Eſt autem crepido ora litoris, quam aqua alluens, & allidens crepitat. Vel ut ſit, *ergo nulla pontis crepido*? *Crepido* in ponte vel vico locus eſt paulo eminentior, ſeparatus ab equorum & curruum via. vel caverna in muro ceu ripa. *Nuſquam*, &c.] Ubi mendicando ſtipem petas. In ponte mendici mendicabant, eo quod ibi maxima ſemper hominum frequentia per pontes tranſiret. *Et tegetis*, &c.] Id eſt, teges mutilata, vel minima ejus pars: tales tegetes de ſcirpo fiebant. Nam in iis ſolent jacere pauperes. Poſſumus etiam proſeuchas vel mendicantium caſas vetuſtate minutas, dirutas, tegetibus decurtatis tectas, intelligere. *Lubinus.*

9. *Tantine*, &c.] Tantine tibi eſt injurioſa & contumelioſa cœna; ut propter eam turpiſſimum adulatorem velis agere, & tot mala, tot opprobria & contumelias potius perferre velis, quam mendicare. *Lubin.*

10. *Tam*, &c.] In menſa enim divitis

Et tremere, & sordes farris mordere canini?
Primo fige loco, quod tu discumbere jussus
Mercedem solidam veterum capis officiorum.
Fructus amicitiæ magnæ, cibus: imputat hunc Rex,
Et, quamvis rarum, tamen imputat. ergo duos post
Si libuit menses neglectum adhibere clientem,
Tertia ne vacuo cessaret culcita lecto,

Una

VET. SCHOLIAST.

11. *Farris, &c.*] Cantabri: Panis sordidus canum est.

14. *Imputat, &c.*] Quid aliud non imputet, ubi & hoc quod vile est imputat?

17. *Tertia, &c.*] Apud veteres, accubitorum usus non erat, sed in lectulis discumbentes manducabant. Tres autem lectuli erant, in quibus discumbebant. unde hodie triclinia appellantur.

VARIORUM.

vitis misere cibabantur, & plerumque jejuni dimittebantur. Id est, tantumne apud te valet probrosa illa & famelica jejuna tractatio apud divitem: ut propter eam tanta mala velis perpeti? *Quin &c.*] Hæc mea lectio vera est. Si enim legas, *cum possis*, peccat versus. Id est, quin tu longe honestius postulas & præoptas &c. *Illic.*] Emphatice. Longe rectius & honestius illic in ponte, quam in mensa divitum, ubi nulla tibi melior conditio. *Idem.* His verbis nullam subesse sententiam facile videbunt, qui animum advertent; idque librariorum culpa. Juvenalis manus fuit: *Tam jejuna fames? quin poscis honestius illic Et tremere.* Fames ne tanta est, ut illas patiaris contumelias. Quin mendicas in ponte, aut crepidine. Honestius est illic frigus pati, & sordido pane vesci, quam in mensa divitum tam indigna pati. *Quin* legendum esse viderunt alii quoque. *Graev.*

11. *Tremere.*] More mendicantium, qui male vestiti, frigore horrent. *Et sordes, &c.*] Qualis ex hordeo sordidus panis mendicis & canibus objiciebatur. Id est, sordidum caninum panem è farre. *Idem.*

12. *Primo.*] Id est, primo omnium loco hoc pone, quod te merito à divitum mensa consectanda deterruerit; quod quando te patronus tuus aliquando ad cœnam vocat, existimat omnia tua diuturna officia & labores se satis solide compensasse. Quasi magno beneficio, cum te semel ad cœnam vocavit, te affecerit.

13. *Solidam.*] Ironice. Egregiam, integram, ut nihil amplius tibi debeatur. *Veterum.*] Pro servitio tot dierum, imo mensium & annorum. *Idem.*

14. *Fructus, &c.*] Id est, ex magna illa, quam cum divite habes, amicitia, hunc fructum capis, quod interdum, quamvis rarissime, vilem cibum in domo ejus capis, in cœna quasi recta: sic Galli *il n'a que le brouet.* *Imputat, &c.*] Reputat hunc cibum mercedis loco datum tibi: Vel, Imputat tibi satisfactum & relatum. sic Galli *il le met en ligne de conte.* Male, qui hic *exprobrare* autumant. *Rex.*] Patronus tuus dives. Sic enim vocabatur. *Lubin.*

14. *Et, quamvis, &c.*] Id est, quamvis raro ad cœnam vocens, tamen hunc rarum cibum tibi mercedis loco imputat. *Ergo, &c.*] Explicat quod dixit: Si dominus te clientem, diutissime neglectum, post duos menses tandem aliquando semel ad cœnam vocet (quod tamen non facit ut tibi prosit, sed ut culcitam triclinarem tantum impleat) tu laborum & votorum tuorum fructum & finem abunde consecutus es. *Idem.*

16. *Si libuit.*] Regi & patrono tuo. *Neglectum, &c.*] Id est, te Parasitum tandem ad cœnam vocare. Alii libri legunt *accire.* Sed *adhibere* melius, quia verbum conviviorum peculiare.

17. *Tertia, &c.*] Salse dictum. Tu

non

Una ſimus, ait. votorum ſumma: quid ultra
Quæris? habet Trebius propter quod rumpere ſomnum
Debeat, & ligulas dimittere, ſolicitus, ne
Tota ſalutatrix jam turba peregerit orbem
Sideribus dubiis, aut illo tempore, quo ſe
Frigida circumagunt pigri ſerraca Boötæ.

Qua-

VET. SCHOLIAST.

19. *Trebius.*] Nomen paraſiti.

20. *Et, &c.*] Calciarii cum feſtinant, & anſas caligarum prætereunt nonnullas, dictæ autem ligulæ à ligando.

21. *Peregerit, &c.*] Compleverit numerum cathedrarum.

23. *Serraca.*]. Plauſtra Septemtrionis, id eſt, media nocte. Urſæ duæ vocantur, Elice, & Cynoſura: Boötes autem Arcturus: quorum ſiderum Lucanus quoque ſic meminit:

--- Sub nocte ſoporâ
Parrhaſis obliquos Elice cum verteret axes.

VARIORUM.

non tui boni gratia invitaris, neque quod tua præſentia dominus magnopere delectetur, ſed ne locus vacet, cum forte vocatorum electorum convivarum quiſpiam ſe excuſavit, Belg. *Tot een noodt-behulp.* Porro veteres diſcumbentes manducabant, & culcitæ, quæ formam literæ Sigma C, vel dimidiatæ lunæ referebat, tres lectuli erant; unde culcita triclinaris dicebatur, quæ ad ſummum 7. hominum capax. Mart.

Septem Sigma capit, ſex ſumus, adde Lupum.

Tertia, &c.] Tertium & extremum latus culcitæ, in quo minus honorati jacebant. *Vacua, &c.*] Id eſt, otioſa eſſet & vacaret. *Idem.*

18. *Una ſimus, ait.*] Dominus clienti ſuo, hodie apud me in cœna una erimus. *Votorum, &c.*] Quando apud patronum tuum in cœna es, conſummationem & plenitudinem votorum tuorum habes. *Quid, &c.*] Ulterius nihil ſperare potes. *Idem.*

19. *Habet, &c.*] Mutat Ironice perſonam. Id eſt, Trebius ſemel ad cœnam vocatus, omnium ſuorum officiorum fructum & quaſi ſummum bonum, pleniſſime jam capit, quod toties ſummo mane & intempeſto abruperit ſomnum, ut patronum ſalutet & comitetur ipſum alios ſalutaturum. infra verſ. 73. & Mart. lib. 3. epigr. 36. *Farn.* Actis hic Ironia. *Propter, &c.*] Propter quod mane, imo mediæ noctis tempore ſomnum abrumpere, & ad patronum ſalutandum properare debeat. *Lubin.*

20. *Et ligulas, &c.*] Nam qui properabant ad ſalutandum non poterant ſe colere. Id eſt, negligere & non ligare: ne ſalutantium ultimus ſit. Quibus ligulis veſtes vel braccæ thoraci alligantur. Vel etiam ligulas calceorum intellige. *Solicitus. &c.*] Valde anxius & timens, ne tu inter ſalutantes ultimus ſis. *Lubin.*

21. *Salutatrix, &c.*] Id eſt, omnis multitudo clientum, tuorum competitorum. *Orbem, &c.*] Ordine, quaſi in orbem circumſtantes omnes patronum ſalutarint, ut ita circuitus ſalutantium jam abſolutus ſit. Qui primi enim venerant, magis intimi habebantur. *Idem.*

22. *Sideribus, &c.*] Id eſt, dubia luce, ſummo mane vel diluculo. *Aut illo, &c.*] Id eſt, vel à media nocte, cum in ſeptentrione plauſtra circumaguntur. *Idem.*

23. *Quo ſe Frigida.*] Quo tempore frigida plauſtra in Septentrione Boötæ vel Arctophylacis pigri & tarde ſe commoventis, ſe flectunt, quod media nocte fieri obſervatur. Eſt ergo noctis deſcriptio. Non media nocte, ut putat Lubinus, ſicuti Vetus Schol. ſed extrema nocte, paulo ante diluculum, ut *Grang.* & *Britann.* *Frigida.*] Utpote in ſeptentrione, quod mundi clima frigidiſſimum

 mum

Qualis cœna tamen? vinum quod succida nolit
Lana pati: de conviva Corybanta videbis;
Jurgia proludunt: sed mox & pocula torques
Saucius, & rubra deterges vulnera mappa:
Inter vos quoties, libertorumque cohortem
Pugna Saguntina fervet commissa lagena:
Ipse capillato diffusum Consule potat,
Cal-

VET. SCHOLIAST.

25. *De conviva, &c.*] Sic enim vinum malum, mentem turbat, quomodo lana tincta mutatur.

27. *Rubra.*] Cruentata.

29. *Saguntina.*] Civitas Hispaniæ, in cujus territorio malum vinum nascitur.

VARIORUM.

mum. Vel, quia tum salutantes non parum frigent. *Pigri.*] Lente circumacti, quia polo vicinissimi, & sic modico flectuntur gyro. Quo vero stellæ à polo remotiores, hoc magis incitato cursu moventur. *Serraca.*] Vel ut alii, *Sarraca.* Plaustra, currus, Græcis ἅμαξα, ursæ duæ Helice & Cynosura. *Boöta.*] Est signum proximum septem stellis ursæ majoris, quod ob id alias dicitur Arctophylax, custos Erimanthidos ursæ. *Lubin.*

24. *Qualis, &c.*] Quasi dicat: Invitantur quidam ad cœnam, quamvis raro. At videmus, qualis illa cœna sit, ad quam vocentur. *Vinum &c.*] Id est, lana *succida*, i.e. nondum lota, humida, quæ sine discrimine omnem humorem imbibit, tam crassum & feculentum vinum quod vobis apponitur, respuerit, & imbibere non posset; vel quod vinum tam vile & insipidum sit, ut ne ad lanas quidem inungendas adhiberi posset. *Lubin.* Lana enim præparanda & imbuenda vino, quo melius sumat purpuram, vinum tamen hoc non imbibat. *Farnab.* *Succida* mediam habet correptam, ut liqueat non esse à *succido*, sed à *Succus*. Accipitur autem hic *succida lana* pro ipsa ove, cui lana detonsa recens est, quam ovem, non lanam (ut nugatur Lubinus) abluebant, teste Varrone. l. 2. de re rust. c. 11. Erit ergo vinum quod ovi detonsæ ungendæ vix conveniens sit: ut judicat *Grang.*

25. *De conviva, &c.*] Temulentum, insanum instar Corybantis. Vel vappa, vinum malum ita mentem tibi perturbat, ut Corybantis cujusdam more furiosus insanias. Erant *Corybantes* Cybeles ministri, qui Bacchico vel Diabolico spiritu adflati, & furore correpti, cum strepitu, clamoribus, tympanis, armis, inter sacrificandum caput vibrabant, & rotabant. Videbis è convivis sanis, furiosos & insanos esse factos. *Idem.*

26. *Jurgia proludunt.*] Proludia jurgiorum primo fieri incipiunt, quæ mox subsequitur vera pugna. Est enim *proludium* imitatio veræ rei, cum quis exercet ludum, similitudine veritatis. Paulo post ex velitatione & pugna joculari, serio pugnatur cantharis & poculis. *Sed mox, &c.*] Id est, non diu post verberatus & vulneratus ab illo, in quem convicia dixeras, ut illum ulciscaris, pocula rursus in eum impellis, & projicis. *Lubin.*

27. *Et rubra, &c.*] Id est, sanguineo & cruentato mantili, detergis vulnera tibi inflixa.

28. *Inter, &c.*] Id est, quoties inter vos clientes & parasitos, & inter libertos patroni vestri, pugna exorta est.

29. *Pugna fervet.*] Cum summo fervore & animi concitatione committitur. *Saguntina lagena.*] Id est, fictili poculo vel vase, quod è Sagunto, Hispaniæ oppido Romam advectum. Vide Polyb. l. 3. *Idem.* Et quia fictilia erant, atque ob id modici pretii, apponebantur pauperibus convivis. *Britann.*

30. *Ipse, &c.*] Ostendit jam è con-
trario

Calcatamque tenet bellis socialibus uvam,
Cardiaco nunquam cyathum missurus amico.
Cras bibet Albanis aliquid de montibus, aut de
Setinis, cujus patriam, titulumque senectus
Delevit multa veteris fuligine testæ:
Qua-

VET. SCHOLIAST.

32. *Cardiaco.*] Cor dolenti. *Cyathum,* mensuram modicam.

34. *Setinis.*] Vinum de montibus Albanis, ita vetus, ut non possit ex superscriptione, antiquitate deleta, cognosci quanti sit temporis.

VARIORUM.

trario vel dissimilitudinis Antapodosi, lautitias cœnæ domini regis & patroni. Id est, Rex vester, vobis vappam & pessimum vinum bibentibus, interea bibit vina generosissima & antiquissima. *Lub. Capillato.*] Id est, antiquo Consule. Veteres enim intonsi erant, & promissos crines & comam proliziorem nutriebant. Brodæus 1. Miscellan. capi.e 3. *Diffusum.*] Vinum autem diffusum est, quod in amphoras & cados apothecarum ad asservandum fusum est. De diffuso vino ita Horatius:

Vina bibes iterum Tauro diffusa.

Aliud est vinum de dolio, seu doliare, quod novum & asperum, & minoris pretii. Porro in amphoris vinum recondebatur & addebatur nomen Consulis, & patriæ ubi natum erat, ut ita sciretur unde & quanti temporis vinum esset. forte Lucilium Opimium innuit, quo Consule diffusa sunt vina, quæ in ducentesimum annum servata fuerint. *Farnab. Turneb.* lib. 1. Adversf. cap. 1.

31. *Calcatamque, &c.*] Id est, rex vester in phiala tenet liquorem, qui calcibus ex uvis expressus est, Julio Cæsare, & M. Philippo, vel etiam L. Opimio Coss. quo tempore bellum sociale gestum fuit, teste Floro lib. 3. cap. 17. *Lubin.* Quo bello nihil unquam calamitosius fuit.

32. *Cardiaco, &c.*] Id est, amico vel clienti suo ægroto, & cordis dolore laboranti, ne cyathum quidem, vel modicam mensuram daturus. Cardiacus dolor est, cum cor palpitat & adfligitur, cui adfectioni aliquando bonum vinum medetur, teste Plinio. *Cardiacorum morbo unicam spem in vino esse certum est.* Seneca *Bibere & sudare vita Cardiaci est. Cardiaco.*] Vel stomachi vitio ab humore acri vellicante & rodente. *Cyathum.*] Emphatice. Ne exiguam quidem mensuram. Cyathus enim 4. continet ligulas. *Idem.*

33. *Cras, &c.*] Id est, hodie bibit vinum vetustissimum, & optimum ex Albanis montibus, cras aliud bibet, &c. Erant autem Albani montes non procul ab urbe, teste Plinio lib. XIV. c. 6. *Idem. Aut de, &c.*] Setini montes erant juxta Pontinos campos: vel ut alii, juxta Setiam oppidum Campaniæ. Porro Divus Augustus Setinum omnibus vinis præferebat, teste eodem Plinio ibidem.

34. *Cujus, &c.*] Vinum commendat vetustas. Ita vetus, inquit, ut non possit amplius ex superscriptione, vetustate deleta, cognosci, unde, & quanti sit temporis. Ita dicit: nam amphoræ & cadi in quibus vinum erat conditum notis & titulis signabantur. *Titulumque.*] Gypsatis picatisque amphoris, à cervicibus affixa erant pittacia, cum inscriptione ubi natum sit vinum & quo Consule conditum. *Farnabius. Senectus.*] Vetustas. *Turnebus* lib. 1. capite 1. *Brodæus* Miscell. 1. cap. 3. *Brissonius* libro 8. Formular.

35. *Veteris, &c.*] Tali enim mucore vasa ex antiquitate obduci solent. *Testa.*] Vasis fictilis, in quo illo tempore vina adservabantur. *Idem.*

Quale coronati Thrasea, Helvidiusque bibebant,
Brutorum, & Cassî natalibus. ipse capaces
Heliadum crustas, & inæquales Beryllo
Virro tenet phialas: tibi non committitur aurum;

Vel

VET. SCHOLIAST.

36. *Thrasea, &c.*] Elvidius Priscus post damnationem soceri Pæti Thraseæ, interdicta sibi Italia, Apolloniam concessit. Sed post interfectum Neronem restitutus à Galba, non aliter quam libero civitatis statu egit. Hic tam industrius, ut cum sub Nerone Achaiam Quæstor administraret, civitates quædam quas non adierat, inclamarent, ΑΙ.ΗΜΕΙΝ ΠΡΕΠΟΝ. Hic postea Vespasianum ita studio libertatis offendit, ut putaret, id optante avunculo Claudio, pristinum libertatis statum posse revocari: quo nomine reus, ac præter spem absolutus est. Sed Thrasea Nerone in Senatu de nece matris agente, cum quasi parricidium damnans è Curia se proripuisset, etiam ex urbe discessisset, accusatus crimine majestatis, defendi se noluit, secandasque venas præbuit: conversusque ad Demetrium Cynicum, *Nonne tibi libare videor Jovi liberatori?* Ac sic singulis amicis oscula offerens, exanimatus est.

37. *Brutorum, &c.*] Qui Cæsarem in Senatu occiderunt.

38. *Heliadum, &c.*] Beliadum, ut Virgilius:

Implevitque mero pateram, quam Belus, & omnes.

A Belo soliti.

Et inæquales, &c.] Phialas ex gemmis factas.

VARIORUM.

36. *Quale &c.*] Quale optimum vinum Traseas Pætus & Helvidius socer bibebant. *Coronati.*] Nam in solennibus conviviis Romani epulabantur coronati, sumta consuetudine ab Ionibus populis Asiæ; qui unguenti coronarumque in convivio dandarum, & secundæ mensæ consuetudinem, haud parva luxuriæ instrumenta, repererunt. *Britannicus. Bibebant.*] Libertatis studio & odio tyrannidis, celebrabant solennem memoriam Junii Bruti, qui Tarquinium expulit: & D. Junii Bruti & Cassii, qui Cæsarem confoderunt. Coronis sertisque capita revincti in conviviis potare soliti erant: Primum quidem ederaceis; quod insita frigiditate vapori resistunt, vinique potentiam sistunt: tum ex apio, mox myrteis, quippe quæ adstringunt & vini etiam exhalationes arcent: tum etiam è rosis & quæ gravitatem capitis sedant, & potione æstuantes refrigerant. Corona insuper plenitudinis & libertatis symbolum, festis conviviisque competit, ut & capiti, quod rationalis animæ sedes. *Farnab.* Hæc autem historia à Poëta inserta est, non tam, ut bonum vinum designaret, quam in invidiam Domitiani, qui Jun. Rusticum necari jussit, quod Thraseæ & Helvidii laudes edidisset: tradit Sueton.

37. *Ipse, &c.*] Dominus Virro, fictitio nomine, bibit ex poculis ex electro beryllo factis, aureis & gemmatis, miseri clientes ex vilibus vitreis: jamque fractis poculis. Est autem talis ordo: Ipse Virro, seu rex qui te invitavit, tenet capaces phialas.

38. *Et inæquales Beryllo Virro tenet.*] Quia viridis color optime cum auro convenit, gemmas viridantes in oculandis poculis ut plurimum adhibebant, inter quas smaragdus tenet primatum. Beryllus quoque, quia viridis, ad hunc usum translatus. Hoc ergo loco Poëta dicit phialas beryllo textas, & per hoc inæquales, asperitate & extuberantia gemmarum. Hodie perperam legitur ac distinguitur:

-- *& inæquales Beryllos.*

Salmas. in Plinian. Exerc. Plin. l. 37. c. 5. *Tibi non, &c.*] Id est, poculum ex auro tibi non conceditur. *Lubin.*

39. *Phialas, &c.*] Ἐμπαίσματα. Crustis Heliadum conflatas. Id est phialas ex electro & beryllo factas. Hæ autem phia-

læ

Vel si quando datur: custos affixus ibidem,
Qui numeret gemmas unguesque observet acutos.
Da veniam: præclara illic laudatur Jaspis.
Nam Virro, ut multi, gemmas ad pocula transfert
A digitis; quas in vaginæ fronte solebat
Ponere zelotypo juvenis prælatus Hiarbæ,

Tu

VET. SCHOLIAST.

42. *Da, &c.*] Id est, venia danda est, si custodiaris cum acceperis in phialam, quoniam gemmæ pretiosæ in poculo sunt, & calices gemmati.

45. *Zelotypo, &c.*] Figura diasyrtica, ut Virgilius.

46. *Tu, &c.*] Quidam sutor fuit Benevento, qui grandem nasum habuit.

VARIORUM.

læ beryllo ornatæ, non fuerunt ex electro naturali, gemma, succino seu ambra: sed artificiali, quod conflatum est ex auro & quinta parte argenti: & hujus generis fuisse hanc phialam ex seq. liquet. Per *Heliadum crustas* ergo crassum electrum in poculum excavatum intelligit. Heliades Solis filiæ ob casum Phaëtontis tam diu flevisse dicuntur, ut mortuæ in alnos arbores conversæ sint, quæ arbores adhuc lacrymantur, & quæ lacrymæ aqua induratæ in electrum vertuntur. Ovid. Metamorph. 11. Quam fabulam sic intelliges, ut cum Heliades à Sole parente sic dicantur fabulose, pro vero scias aurum & argentum Solis esse fœtum, & Solem ipsum Græce electrum vocari. An autem *inæquales phialas beryllo*, ob asperitatem & extuberantiam gemmarum? an ab inæquali numero? an spatio? an (ut dicit Plinius) quod sexangula forma poliantur? an quia alii aliis majores? In incerto est.

40. *Vel, &c.*] Exprimitur magna clientum miseria, qui ne tantum quidem fidei apud patronum habuerint, ut soli sine custode ex aurea phiala biberent. *Adfixus.*] Scoptice, Observans ne quid furtim abradas. *Idem.*

41. *Gemmas, &c.*] Pretiosos lapillos poculis insertos. *Unguesque, &c.*] Aduncos, furaces & rapaces, quibus gemmas effodias vel abradas. *Idem.* Nam eradendis gemmis illa acies non inutilis esset, qua elegantiæ gratia ungues acuebant antiqui. Alii legunt *amicos*, i. e. qui delectantur & inhiant.

42. *Da veniam, &c.*] Nec injuria, namque, Excusat Scoptice hoc factum divitis. quasi dicat: venia danda est si custodiaris cum acceperis phialam auream, cum pretiosæ gemmæ insertæ sunt, & pretiosa Iaspis in illo poculo fulget, quam si furto auferres, non id maximo heri tui damno fieret? *Iaspis.*] Vide Boëthium de Boot, lib. 11. cap. 50. de Gemmis. *Idem.*

43. *Nam Virro, &c.*] In luxuriam Romanorum dictum, qui pocula gulæ & luxuriæ instrumenta, præclaris gemmis exornent, quibus pater ille fortissimus Romani sanguinis Æneas arma & gladium suum ornabat. Notat Romanos a fortitudine proavorum suorum ad luxum descivisse.

44. *A digitis*] Ab anulis. *Quas in, &c.*] Est περίφρασις Æneæ, id est, quas gemmas Æneas, qui Hiarbæ regi Libyæ apud Elysam vel Didonem in amore prælatus vel præpositus est, solebat gerere in maxime specioso & eminenti loco, nempe, *in vagina fronte*, hoc est, capulo vel manubrio ensis. Virgilius lib. 4. Æneid.

- - *Stellatus Jaspide fulva*
Ensis erat. ---

Lubinus.

45. *Zelotypo.*] Nempe qui quod prælatus esset, erat ob amorem æmulus, iratus, invidiosus Æneæ: spreto enim Hiarba Dido nupsit Æneæ. *Lubin.*

46. Tu,

Tu Beneventani ſutoris nomen habentem
Siccabis calicem naſorum quatuor, ac jam
Quaſſatum, & rupto poſcentem ſulfura vitro.
Si ſtomachus domini fervet vinoque, ciboque:
Frigidior Geticis petitur decocta pruinis.
Non eadem vobis poni modo vina querebar:
Vos aliam potatis aquam. tibi pocula curſor
Gætulus dabit, aut nigri manus oſſea Mauri,

Et

VET. SCHOLIAST.

48. *Quaſſatum, &c.*] Ut ſolent, in urbe calices fractos, ſive caldariolas componere. *Sulfura.*] Qui hoc ſolent vitrum ſolidare, id eſt, maltare.

VARIORUM.

46. *Tu, &c.*] Eſt Apodoſis hujus ſecundi Argumenti: id eſt, tu cliens contra è calice vili atque deformi vitreo bibes, qualem habuit Vatinius ſutor Beneventanus, qui calix quatuor roſtra inſtar naſorum protenſa habuit: uti & nos hodie talia pocula habemus, & qualia roſtra videre eſt in aqualibus. *Beneventanni, &c.*] Tanquam deforme illius vitrum ſit, quod ille ſutor habuit. V. M. C. ait Vatinium hunc fuiſſe meribibum & potorem, qui è magnis & vilibus poculis biberit. Unde adhuc magna vaſa vilia & vitrea, Vatiniana dicuntur. *Turnebus* lib. IX. cap. 24. in fine. Mart. epigr. 96. lib. 14.

47. *Siccabis, &c.*] Ebibendo exhauries.

48. *Et, &c.*] Qui calix jam ruptus ſit. *Lubin. Poſcentem ſulfura.*] Ibi vetus Interpres: *quia hoc ſolent vitrum ſolidare, id eſt, malthare.* Et paulo ſupra ad eundem verſum: *ut ſolent in urbe calices fractos: ſive caldariolas componere.* Non tamen hic Juvenalis ſenſus, calicem vitreum ruptum ſarciri ſolitum ac ſolidari ſulphure. Sed vitrum fractum ſulphura poſcere dixit, quia vitreis fractis permutabantur ſulphurata. Nota etiam quod *ſolidare* & *malthare* dixit infima latinitas, pro componere. Veteribus *ſolidare* ſignificavit *indurare.*

49. *Si ſtomachus.*] Id eſt, ſi luxuria & nimia ingurgitatione cibi & potus ferveat vel incaluerit ſtomachus vel ventriculus patroni ſui Virronis.

50. *Frigidior, &c.*] Aqua enim poſt decoctionem magis alget, & Nero inſuper decoctam ſuam multa nive includebat. *Pruinis, &c.* Id eſt, nivibus, quæ perpetuæ in altiſſimis Scythiæ montibus ac ſcopulis. Erat autem Scythica regio frigidiſſima & ſeptentrionalis. Vel ſimpliciter, nivis Scythicæ æmula. Grangæus legit *Geticis*: quod eodem recidit, nam *hyberni Getæ* dicti Propertio, ſunt populi Scythiæ. *Idem. Petitur, &c.*] Adfertur ipſi Domino aqua decocta. Neronis inventum fuit aquam decoquere, vitroque demiſſam in nives, refrigerare. Plin. lib. 31. cap. 3. Suet. Neron. 48. cap.

51. *Non eadem.*] Id eſt, paulo ante querebar quod eadem vina dominis & vobis clientibus ac paraſitis non apponerentur. Imo vero pejorem etiam aquam bibitis. Hoc non fecit Cato cum navigaret in Hiſpaniam; nam non aliud vinum bibit quam remiges. *Poni vina.*] Nam cuique convivæ poculum in menſa ponebatur; uti jam fere etiam moris eſt apud divites noſtros.

52. *Aliam aquam.*] Pejorem, indecoctam, crudam. *Idem. Tibi pocula.*] Dicit jam, quod clientibus miniſtrent nigri & deformes Æthiopes, Dominis vero ex Aſia pueri formoſiſſimi. *Tibi.*] Clienti & paraſito. *Curſor, &c.*] *Un lacquay.* Niger pincerna ex Gætulia Africæ regione, vel pocillabitur tibi niger Æthiops. *Idem.*

53. *Manus oſſea.*] Macilenta ut os exiſtimes, vel putes hominis eſſe mortui, cujus præter oſſa omnia contabuerint. *Lubin.*

54. Et

Et cui per mediam nolis occurrere noctem,
Clivosæ veheris dum per monumenta Latinæ.
Flos Asiæ ante ipsum, pretio majore paratus,
Quam fuit & Tulli census pugnacis, & Anci:
Et, ne te teneam, Romanorum omnia Regum
Frivola. quod cum ita sit, tu Gætulum Ganymedem
Respice, cum sities. nescit tot millibus emtus
Pauperibus miscere puer: sed forma, sed ætas,

Di-

VET. SCHOLIAST.

56. *Flos, &c.*] Pulcher puer Asianus, caro pretio comparatus.

59. *Gætulum, &c.*] Maurum pincernam.

VARIORUM.

54. *Et cui, &c.*] Id est, cui non libenter media nocte occurreres, cum transis per sepulcra viæ Flamineæ aut Latinæ. Nam exstimares μορμολύκιον, mortui umbram, phantasma, vel osseum spectrum esse. Vel quia Æthiops inauspicatus & mali ominis. Unde proverb. *Qui te conspexerit augurium capere poterit.* *Brodæus* lib. 4. Misc. cap. 1. *Turnebus.* libro 15. cap. 24.

55. *Clivosæ.*] Id est, dum veheris noctis tempore per sepulcra viæ Latinæ, clivosæ, & inæqualis ob clivos. Vide 1. Satyr. in calce. *Lubin.*

56. *Flos Asiæ.*] Apodosis dissimilium. Id est, contra, pulcherrimus puer, & quasi flos ex Asia ante ipsum Virronem stabit, & ministrabit; qualis Jovi raptus Ganymedes. *Pretio, &c.*] Id est, qui puer majori pretio emtus fuit, quam omnium septem regum Romanorum paupercu læ opes fuerunt. *Idem.*

57. *Quam, &c.*] Id est, opes vel substantia Tulli Hostilii illius bellicosi, qui Albam subegit; tertius Romanorum rex. *Et Anci.*] Qui, quod bellicosus esset, Martius dictus, Numæ nepos, quartus Romanorum rex.

58. *Et, ne, &c.*] Multa verborum circuitione. Ne longior sim. *Romanorum, &c.*] Id est, denique omnium regum Romanorum bona *frivola*, & utensilia inferiora fuere hujus pueri pretio. *Idem.* *Ita ut Julium quondam ejus pretii puderet, sic ut rationibus vetaret inferri.* Sueton.

59. *Frivola.*] Nugacia & nullius momenti bona, si ad hujus seculi opes vel etiam ad pretium pueri Asiatici referantur. *Quod, &c.*] Ut nimirum dominus formosissimum, cliens deformem & nigrum ministrum & pincernam habeat. Conclusionis formula est, apta epistolis & sermonibus. *Tu Gætulum, &c.*] Id est, tu cliens, cum voles bibere, respice ad nigrum pincernam tuum ex Gætulia. Iterum suo more salse conjungit contraria. Fuit enim Ganymedes filius Trois regis Trojani, & Callirhoes, propter eximiam pulchritudinem aquilæ misterio in cœlum raptus, & Jovis pincerna delectus, ut fabulatur Homerus. Satyrice vocat Ganymedem spurcum, & Æthiopem servum. *Gætuli,* vero, vel Mauri sunt nigri, monstrosi & deformes. *Lubin.*

60. *Respice.*] Id est, Considera & majoris fac, quamvis videatur tibi Gætulus, est tamen Ganymedes. *Nescit, &c.*] Id est, ille pulcherrimus domini pincerna, qui tot millibus numorum emtus est, ille non vult pauperibus clientibus infundere. *Idem.* *Miscere.*] Pro infundere: nam quamvis merum esset, implebantur pocula ea mensura, quam quisque petebat, & hoc dicebatur *miscere.*

61. *Sed forma, &c.*] Rationem superbiæ addit, quia & puer sit, & formosus, & quod ob id merito superbiat: vel Asiaticum illum puerum, non pauperibus aptum dicit; sed rege superbo dignum,

qui

Digna supercilio. quando ad te pervenit ille?
Quando vocatus adest calidæ, gelidæque minister?
Quippe indignatur veteri parere clienti.
Quodque aliquid poscas, & quod se stante recumbas.
Maxima quæque domus servis est plena superbis.
Ecce alius quanto porrexit murmure panem
Vix fractum, solidæ jam mucida frusta farinæ,
Quæ genuinum agitent, non admittentia morsum.

Sed

VET. SCHOLIAST.

62. *Digna, &c.*] Quia pulcher & juvenis, ideo superbit.

64. *Veteri, &c.*] Jam antiquo olim noto, amico domini sui.

66. *Servis, &c.*] Ægre hoc semper servi habent, quod illis stantibus, amici domini sui discumbunt.

VARIORUM.

qui supercilio ipso vinum petit, loqui dedignans. Sic & digitorum tantum crepitu matulam petebant, & quicquid aliud nutu, vel saltem unico verbo: unde proverb. *Omnis herus suo servo monosyllabus.*

62. *Supercilio.*] Fastu, ut te contemnat.

63. *Quando, &c.*] Ut tibi ministret ille formosus puer? Nunquam. *Calda* quidam legunt. Calidæ etiam aquæ in conviviis usus frequentissimus, præsertim hieme, ut ex Græcis Athenæus lib. 2. cap. 2. probat, & Lipsius Elect. 1. cap. 4. *Lubin.*

64. *Indignatur.*] Ægre fert formosulus ille pusio. *Veteri.*] Emphasin habet.

Nam omnia vetera facile evilescunt.

Id est, non vult tibi veteri clienti inservire, qui vetustate & longo servitio contemtum tibi contraxisti. Nam omnia nova gratiora.

65. *Quodque, &c.*] Tibi porrigi vel ministrari à se. Putat enim se longe meliorem & digniorem. *Et quod, &c.*] Ægre hoc servi ferunt, præsertim illi venustiores; quod se stantibus clientes recumbunt, quibus tanquam vilioribus inservire indignantur.

66. *Maxima, &c.*] Omnis domus magnorum patronorum & divitum servis fastu tumentibus plena est, qui pauperes & miseros Cyclopice contemnunt. *Dignum nempe patella operculum*, ut ait Eurip. *Servi dominorum morbis inficiuntur.*

67. *Ecce alius, &c.*] Loquitur jam de pane qui domino apponitur siligineus & niveus, clientibus ater, mucidus, & sordidus. Qui si per impudentiam, domini niveum panem velint tangere, cum dedecore cogerentur eundem rursus deponere. *Ecce.*] Quasi dicat: Aliud majus incommodum de pane. *Alius.*] E servis & libertis superbis. *Quanto, &c.*] Stomacho, indignatione, projecit tibi panem secundarium & vilissimum.

68. *Vix, &c.*] Non scissum, quod ob duritiem quam vetustate contraxit, fieri non poterat, sed vix cum summa difficultate fractum. *Frusta.*] Id est, fragmenta durissimi panis, quæ jam mucorem longa vetustate contraxerint. *Farinæ.*] Materia pro materiato.

69. *Quæ, &c.*] Id est, quæ frusta, cum ob duritiem, morsum non admittunt, solidum & robustissimum dentem inter molares fortissimum, delassent & defatigent. Genuinus dens dictus, quod à genis pendeat. *Fest.* Mihi à gignendo dicuntur, quod novissimi in homine gignantur, ut γνήσιος à γίνομαι: sunt & stabiliores & robustiores hi dentes, ut propterea mereantur nomen *genuini.* Ergo non idem vinum, non iidem servi, non idem potus, non idem panis.

70. *Sed, tener, &c.*] Contra optimus panis domino Virroni apponitur. *Molli, &c.*] Ex alica, sine ullo furfure, mollis,

Sed tener, & niveus, mollique ſiligine factus
Servatur domino. dextram cohibere memento.
Salva ſit artoptæ reverentia: finge tamen te
Improbulum, ſupereſt illic qui ponere cogat.
Vin' tu conſuetus, audax conviva caniſtris
Impleri, paniſque tui noviſſe colorem?

Sci-

VET. SCHOLIAST.

72. *Artopta.*] Piſtoris vel vaſis, in quo panis coquitur.

75. *Paniſque tui.*] Qualem mereris manducare.

VARIORUM.

lis, candidus & tener admodum. Gall. *pain le blanche.*

71. *Dextram, &c.*] Id eſt, Cave dexteram tuam extendas ad panem illum mollem, non tibi deſtinatum.

72. *Artopta, &c.*] Id eſt, Piſtoris, qui illum domino, non autem clienti coxit. *Reverentia.*] Honor, & dignitas illæſa maneat: Vel cave lædas exiſtimationem piſtoris, qui illum panem domino, non autem tibi præparavit, & tibi è manibus ſit excuſſurus. Alii explicant *Artocopi*, elaborati panis: quod ab illo pane candido & ſtudioſe elaborato abſtinere debeat, cum reverentia quadam. Legendum vero eſt *Artopta*, & ἀρτόπτης ab ὄπτομαι derivatur: Et ſignificat diſpenſatorem vel obſervatorem & cuſtodem panis, plane ut dicitur λινόπτης, qui retia obſervat, οἰνόπτης, vini inſpector. Quod Vet. Interp. habet *manicaſti per pulviam*, forte erit *mane itaſti per pluviam.* *Finge, &c.*] Id eſt, age, finge & improbulum & impudentiorem, ut etiam domini panem candidiorem velis tangere. *Idem.* Gall. *poſe le cas.*

73. *Supereſt, &c.*] Id eſt, ſuper te aſtat obſervator vel cuſtos panis ἀρτόπτης, qui candidum illum domini panem quem tetigiſti, te rurſus cogat deponere. *Idem.* *Artopta.* [Male Interpp. ajunt ſervum fuiſſe, ab inſpiciendo pane ſic dictum. Non ſervo ſed ipſi pani reverentia debebatur; ſive artocopus legatur pro pane artificioſe elaborato; ſive artopta ſit panis velut aſſatus, fortaſſe eſcharitis, qui pretioſus. *Ferrarius.*

75. *Vin', &c.*] Et hæc mea lectio vera haud dubie. Nam ſi *vix*, legas, nullam unquam concinnam hic ſententiam exſtruxeris. Eſt autem hic ſenſus: Viſne tu audax hoſpes, & conviva importune (ſunt enim verba increpantis ἀρτόπτου) conſuetis caniſtris, id eſt, panibus, quibus ſoles impleri & ſaturari, & panis tui hordeacei, & durioris, quo quotide cibaris, colorem noſſe? qui per ſummam impudentiam etiam candidum domini panem non tibi deſtinatum & appoſitum, attingas. *Caniſtris.*] Pro pane in caniſtris contento. *Idem.* *Vin tu.*] Sic corrigunt Interp. quod aliter nulla concinna ſententia exſtrui poſſit. Sed nec hoc modo verus ſenſus elici poteſt. Cur enim conviva *nolit impleri conſuetis caniſtris?* id eſt pane communi & plebejo, hoc enim conſueta caniſtra indicant: potius diceret, *vin'tu domini panem audax attingere?* ſed ſi *vix* retineatur quod in vulgatis exſtat, neque ſic ſenſus conſtat, niſi intelligatur *vix potes aut debes.* Ita non aliter poëtæ mens intelligetur, niſi pro *audax* legamus *audeas*, duarum vocalium colliſione, ut verba non ſervi ſed ipſius poëtæ ſint, *vix tu audeas pane tuo & reliquorum convivarum ſaturari, illiuſque colorem noſſe, nedum herili pani improbas manus admovere.* Ferrarius.

76. *Scilicet, &c.*] Verba ſunt Paraſiti vel clientis, cum dolore & indignatione de hac contumelia ſibi illata, & de ingratitudine patroni ſui conquerentis. Quaſi dicat: Hæc eſt illa cœna, quam tanto labore quæſivi. Hoccine præmium officiorum & laborum meorum. *Scilicet.*]

Scilicet hoc fuerat, propter quod sæpe relicta
Conjuge, per montem adversum, gelidasque cucurri
Esquilias, fremeret sæva cum grandine vernus
Juppiter, & multo stillaret pænula nimbo.
Adspice quam longo distendat pectore lancem,
Quæ fertur domino, squilla, & quibus undique septa
Asparagis, qua despiciat convivia cauda,
Cum venit excelsi manibus sublata ministri.
Sed tibi dimidio constrictus cammarus ovo
Ponitur

VET. SCHÓLIAST.

79. *Et multo, &c.*] Propterea semper * manicasti per pulviam.

81. *Squilla.*] Genus piscis, aut cammari.

VARIORUM.

licet.] Acerba Ironia, qua sibi ipse insultat. *Hoc, &c.*] Id est, illa caussa, ut scilicet tanta afficerer contumelia. *Relicta, &c.*] Id est, lecto, in quo conjux jacebat. Sæpe enim de media nocte surgebant.

77. *Per, &c.*] Per collem quendam, qui mihi magna cum difficultate ascendendus, cum patronum meum Virronem deberem salutare, vel comitari ad salutandum alios. *Adversum.*] Mihi objectum, qui superandus erat.

78, *Esquilias.*] Montem illum, vento ob altitudinem expositum & frigidum. Hic plurimi habitabant divites. *Fremeret, &c.*] Id est, cum aër, veris tempore, nive, grandine, & pluvia fremeret, & horreret. Hinc maxime emergit querela.

79. *Jupiter.*] Aër ventosus & pluviosus. *Et multo, &c.*] Id est, Cum exterior villosa vestis contra frigus assumta, aqua madida difflueret. Hanc hyeme superinduebant tunicæ: hinc proverb. *Æstate pænulam deteris.*

80. *Adspice.*] Demonstrat diversa opsonia diversimode dominis & clientibus apponi. At dicit, ô Trebi aspice, squilla illa, quæ domino Virroni apponitur, & in cibum adfertur, quam longo, extento & exporrecto pectore, lancem quasi distendat. Indicat squillæ magnitudinem, quasi illa suo pectore suaque magnitudine quasi ampliorem faciat lancem, dilatetque. *Distendat.*] Quasi distendat, impleat. Metaph. Alii legunt *Distinguat.*

81. *Squilla.*] Est piscis delicatus. Nobis forte ignotus. Gall. *Cyvade.* Squilla gibba, Bel. *een Garner.* Idem. *Quibus, &c.*] Id est, quibus asparagis & herbis delicatissimis ille piscis undique sit conditus & circumdatus. Sunt autem asparagi altiles in summis habiti deliciis. *Idem.*

82. *Qua, &c.*] Id est, quanta, quam longa cauda, ille piscis ad mensam allatus quasi convivia deorsum aspiciat, cum superbe & alte ad mensam in altum elevata adfertur. Depingit habitum ministri, cibum ad mensam adferentis. *Convivia.*] Mensam & accumbentes intellige. *Cauda.*] Inter cætera, cauda squillæ gratissima helluonibus. *Idem.*

83. *Cum venit.*] Cum ad mensam adfertur. *Excelsi.*] Proceri & oblongi famuli: tales enim ferculorum ministros habebant, ut omnia majora & sublimiora viderentur. *Sublata.*] In altum elevata. *Idem.*

84. *Sed, &c.*] Apodosis. Id est, contra tibi vilissimus piscis apponitur. Cammarus inter cancros marinos vilissimi saporis, alias astacus dicitur, qui ova, ut cancri, sub cauda gerit, quæ novilunio constricta, imminuta sunt, semiplena. *Dimidio ovo.*] Potest intelligi de ovis Cammari, ut dixi quia ovis suis immixti coquebantur; potest etiam de

gal-

Ponitur, exigua feralis cœna patella.
Ipse Venafrano piscem perfundit: at hic, qui
Pallidus adfertur misero tibi caulis, olebit
Laternam; illud enim vestris datur alveolis, quod
Canna Micipsarum prora subvexit acuta:

Pro-

VET. SCHOLIAST.

83. *Ministri.*] Infertoris.

86. *Venafrano.*] Oleo bono civitatis Africæ.

88. *Alveolis.*] Vasa, in quibus manducatur.

89. *Canna, &c.*] Genus navis, quæ Gandeia dicitur, ut sic Gandeia Micipsarum, id est, Afrorum. Gandeiam enim soli Afri, id est, Zamæi; vel, ut alii, Byzaceni, ut alii, Barcæi invenerunt. Significat oleum Tripolitanum.

VARIORUM.

gallinæ ovis, quæ in piscis condimentum addita sint; & cujus condimentum, media parte ovi constrictum. Lips. putat dixisse sic, quia ova lustrationibus adhiberi solebant. Et simul notat sordes Virronis in clientes. *Idem.* Posset quoque intelligi de putamine ovi dimidiato, in quo appositus sit; additur enim *exigua patella.* *Constrictus.*] Al. *constructus*, i. e. paratus, conditus. *Cammaris.*] Vel Gammaris.

85. *Ponitur, &c.*] Apponitur in exigua lance vel patina, & revera talis cœna feralis, jejuna & famelica, qualis mortuis dari solet, quo manes placabantur. Vide Lips. lib. 7. Tacit. *Idem.* Ad majorem diminutionem non tantum *patellam*, sed dicit & *exiguam*, solenni Poëtarum more. Forte fuit dimidiatum ovi putamen ipsa *patella exigua*; ut supra monui. *Feralis.*] Qui hanc vocem derivant à voce *Feralia*, errant; nam hæc primam habet brevem, illa productam: Est ergo à φὴρ Æolice pro θὴρ i. e. *fera*; quia mors sæva est & fera; sic ergo & illa, quæ ad hanc pertinent, cruenta & fera videntur.

86. *Ipse.*] Jam de *oleo*, quod domino optimum, clienti pessimum daretur. *Ipse.*] Dominus Virro, vel potius dispensator, aut minister Ganymedes, qui Domino præsto est: vel, si ipse Dominus, erit *perfundit* pro perfundi jubet & curat. *Venafrano.*] Oleo optimo quod provenit Venafri in Campania. *Idem.* Absolute dicit, quod Martial. *Venafrum unctum.*

87. *Pallidus caulis.*] Brassica languens & flaccescens, quæ tibi misero offertur, illa condita est oleo ex lucernis collecto: Vel oleo Africano vilissimo, quo utebantur in lucernis. Caules antiquitus cum nitro coquebantur, ut viriditatem conservarent, nam pallidas fastidiebant. *Olebit.*] Quod quia vile & male olens, in lucernis comburi consuevit. Videtur alludere ad illud in Demosthenem jactatum, τὰ λύχνου ὄζει. Quasi ungebatur *fraudatis Natta lucernis.* Horat. Alii, *offertur.* Idem. *Laternam.*] Al. *Lucernam.*

88. *Alveolis.*] Sunt vasa lignea concava. Hic significat patellam exiguam ligneam. Forte quod ex istis olus vel brassicam comederint. Interpretes per *Alveolos* ventriculos intelligunt. Malo autem paropsides & lances intelligi. *Turnebus* libro 24. cap. 4.

89. *Canna.*] Probus censet esse doliolum factum ex canna, acuminatum forma pyramidali. Quod vasculum vel doliolum è cannis Africanorum illud oleum navi Romam subvexerit. *Lubinus.* Ad quem locum Glossæ veteres nondum editæ: *Canna genus navis*, *unde & cannicarii dicuntur*: quos *cannicarios* haud facile alibi reperias. Sed ut navis hæc ex arundine fuerit; videtur annuere vetus Poëtæ interpres. Quod olim ex arundine navigia confecta fuerint, Plin lib. 7. cap. 11. *Jun. Dousa.* Et in India arundines sunt tantæ proceritatis & magnitudinis, ut ex singulis internodiis naviculæ fiant, quæ alveo suo aliquando etiam ternos homines ferunt, quas incolæ *Cannas* vocant. *Micipsarum*]

Propter quod Romæ cum Bocchore nemo lavatur;
Quod tutos etiam facit à serpentibus Afros.
Mullus erit domini, quem misit Corsica, vel quem
Tauromenitanæ rupes, quando omne peractum est;
Et jam defecit nostrum mare. dum gula sævit
Retibus assiduis penitus scrutante macello
Proxima, nec patitur Tyrrhenum crescere piscem.

In-

VET. SCHOLIATS.

92. *Corsica.*] Insula in Tyrrheno mari posita.

93. *Tauromena.*] Oppidum Siciliæ.

94. *Dum, &c.*] In suburbicario mari.

96. *Nec patimur.*] Ex assidua piscatione. Refert illa ad versum præcedentem.

VARIORUM.

Id est, Afrorum. Micipsa enim nomen proprium Africani regis. *Prora, &c.*] Id est, navi Romam in cannis reportavit. *Lubin.*

90. *Propter, &c.*] Id est, illud Africanum oleum adeo maleolens & fœtidum est, ut cum Africani illo inungantur, tam fœde redoleant, ut nemo cum ipsis lavare sustineat. *Lubin.* *Cum Bocchore.*] Ita scribe, non Baccare, ut vulgo excusum est. Bocchor enim Maurorum regis nomen, idem cum Boccho. *Salmas.*

91. *Quod, &c.*] Non lædunt illos, qui illo oleo inuncti sunt, ejus enim olei teterrimum odorem sustinere non possunt. Malum profecto oleum sit oportet, quod sua graveolentia, venena possit avertere. *Afros.*] Id est, Africanos. Multi enim ibi serpentes ob loci calorem. V. M. C. legit *atris*, id est, diris, nigris, luridis. Rutgers. Var. lect. lib. 2. c. 17. Horat. l. 2. Sat. ult.

--- *Velut illis*
Canidia afflasset pejor serpentibus atris.

Lubin. Sunt & qui legant *Afris*, ut idem sensus resultet, qui ex *atris*; vel ut simpliciter sit pro Africanis: *Nec Mauris animum mitior anguibus.* Horat.

92. *Mullus.*] Mulli & murænæ nobilissimi pisces dominis apponuntur: Clientibus vero, anguilla vel piscis in Tiberi captus, cloacis urbis Romæ pinguis redditus. *Domini.*] Alii, *Domini.* *Misit.*] Romam. *Corsica.*] Insula Tyrrheni maris, Græcis Cyrnos. *Lubin.*

93 *Tauromenitanæ rupes, &c.*] Vel ut alii, *Taurominitanæ*. In mari captus juxta Taurominum opidum Siciliæ prope Messanam, loco, longo à Roma intervallo disjuncto. *Quando, &c.*] Scoptice, in luxuriam Romanorum dictum; ut, quibus suum mare non sufficiebat, imo qui ex luxu continuis piscationibus Tyrrhenum mare exhauserint, ita ut e mari Siculo delicias suas petere cogantur. *Quando.*] Siquidem mare Romanum Tyrrhenum, omne inanitum, evacuatum, & expiscatum est. *Idem.* *Quod dissolutus deliciis stomachus vix admittat, ab ultimo petitur Oceano; vomunt ut edant, edunt ut vomant.* Senec.

24. *Defecit.*] Piscibus est vacuum. *Dum, &c.*] Id est, dum gulositas & luxuria vehementissima est, & immensa. *Lubin.* Terrarum marisque vastatrix.

95. *Retibus, &c.*] Id est, dum quilibet piscator, qui pisces in macello vendit, assiduis retibus proxima & vicina maria perscrutetur, ut nihil ferme piscium ipsi relinquatur. *Scrutante.*] Penitissimos angulos inquirente, investigante. *Lubin.*

96. *Proxima.*] Intelligit mare Tyrrhenum sive superum, Romæ proximum. *Nec patitur.*] Id est, dum gula Romanorum non permittit piscem in mari Tyrrheno proximo crescere, ob assiduam piscationem. *Tyrrhena* autem pars Italiæ, dicta à Tyrrheno rege Lydiæ, postea dicta Tuscia. *Plin.* L. 4. cap. 5.

Alii

Instruit ergo focum provincia: sumitur illinc
Quod captator emat Lenas, Aurelia vendat.
Virroni muræna datur, quæ maxima venit
Gurgite de Siculo: nam dum se continet Auster,
Dum sedet, & siccat madidas in carcere pennas,
Contemnunt mediam temeraria lina Charybdim.

Vos

VET. SCHOLIAST.

98. *Captator.*] Heredipeta. *Aurelia.*] Mulier, quæ distrahebat pisces.

100. *Dum, &c.*] Jocatur. Id est, non flante Austro.

102. *Lina.*] Piscatores.

VARIORUM.

Alii legunt, *Patimur. Tyrrhenum.*] Piscem in Tyrrheno, maris mediterranei & meridionalis parte. *Idem.*

97. *Instruit, &c.*] Id est, quia in mari Italico & Romano nihil piscium reliquum est. Insulæ Corsica, Sardinia Sicilia, & reliquæ provinciæ instruunt nostrum focum & culinam opsoniis & piscibus. *Instruit focum.*] Nostræ culinæ opsonia præbet; & subministrat pisces. *Provincia.*] Aliæ regiones extra Italiam in Provinciam redactæ, & à Romanis subactæ, eisque tributariæ. *Sumitur illinc.*] Ex Sicilia & aliis provinciis accipitur. *Idem.*

98. *Quod, &c.*] Hæredipetæ captatores, pisces magno pretio ex dissitis longe regionibus comparatos, orbis dabant, eosque sibi hisce muneribus devinciebant, ut ita præcipuas in tabulis testamenti partes consequerentur. *Aurelia vendat.*] Forte piscium venditricem dicit. Interpretes (& quidem rectius) divitem matronam orbam intelligunt, quæ pisces à captatoribus dono missos, vendere coacta sit ob illorum copiam, ne corrumperentur. *Idem.* *Aurelia.*] Eadem forsan quæ superius Sat. IV. ℣ 27. Apulia dicitur. *Farnab.*

99. *Virroni, &c.*] Dixit de mullo: idem jam dicit de murænis. Est autem nobis piscis notissimus, Romæ in summis deliciis, anguillæ non absimilis. *Idem.*

100. *Gurgite de Siculo.*] Ex medio Siciliæ mari periculoso & formidabili, advecta quæ est. *Nam, &c.*] Quia rem prope incredibilem dixit in Siculo mari pisces capi posse, in quo Scylla & Charybdis erant. Reddit jam hujus rei caussam. Cum enim, inquit, auster non flat, & mare tranquillum est, &c. *Continet.*] Dum non flat. *Idem.*

101 *Dum sedet.*] Contra *Venti surgunt. Et siccat, &c.*] Ad naturam illius venti respicit, qui aquosus & pluvius. Dicitur enim Auster ab hauriendis aquis, sine aspiratione tamen, ut & auris, eadem originatione. *Grang.* Inde ab Hyeron. vocatur *pincerna pluviarum* quod notat Rhodigin. Alii tamen ab αὔω *accendo*, & Alii ab *Austerus* derivant. *Siccat.*] Postquam diu multumque pluit. *In carcere.*] Æolio antro, Poëtice dicit juxta Virgil. I. Æneid.

——— *Illa se jactat in aula.*
Æolus, & clauso ventorum carcere regnat. Lubin.

Pennas.] Ob velocitatem, ventis pennæ adfinguntur, quos Poetæ alatos fingunt.

102. *Contemnunt mediam.*] Id est, temerarii piscatores cum linis & retibus suis ingrediuntur mediam voraginem Siculi maris, & ibi murænas capiunt. *Lina.*] Intelligit ipsos piscatores, cymbæ linique magistros. *Charybdim.*] Locus in mari Siculo ante Messanam urbem, adjunctus Peloro, profundus & immensus, quo inundatione freti naves mirum in modum distrahuntur per magnas circumductiones, & vortices præcipitatæ. Erat autem Charybdis in dextra, Scylla in sinistra parte; cumque unum volebant evitare, in alterum incidebant, unde Proverbium: *Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim.* Lubin.

Vos anguilla manet longæ cognata colubræ,
Aut glacie aspersus maculis Tiberinus, & ipse
Vernula riparum pinguis torrente cloaca,
Et solitus mediæ cryptam penetrare Suburæ.
Ipsi pauca velim, facilem si præbeat aurem,
Nemo petit, modicis quæ mittebantur amicis
A Seneca, quæ Piso bonus, quæ Cotta solebat
Lar-

VET. SCHOLIAST.

103. Cognata, &c.] Similis colubræ.
105. Pinguis.] De sordibus, qui in cloacis nutritus est.
109. A Seneca.] Hic sub Claudio quod conscius adulteriorum Juliæ Germanici filiæ, in Corsicam relegatus: post triennium revocatus est. Qui cum magno desiderio Athenas tenderet, ab Agrippina tamen erudiendo Neroni, in palatium adductus, sævum immanemque animum & tinctum diu, & mitigavit: hunc Tranquillum solitum dicunt: Non fuit tuo

VARIORUM.

103. Vos, &c.] Apodosis dissimilitudinis. Contra vos loco murenæ anguillas vilissimas comedetis. Manet.] Exspectat, vel asservatur vobis dum murena domino apponitur. Idem. Longæ cognata &c.] Alludit ad etymologiam: nam, ut ait Isidorus anguillæ similitudo angui dedit nomen. inde Ptol. Flav. cognatam interpretatur similem: Alii autem id dictum putant, quod anguillæ cum serpentibus commiscentur. Grang.

104. Aut glacie.] Forte lupum intelligit, qui sine maculis melior creditur. Has autem maculas glacie & frigore contrahere creduntur. Rodam. Misc. 7. cap. 27. Tiberinus. Vix inter Tiberinos numerandus, & adventitius.

105. Vernula, &c.] Id est, qui & ipse Tiberinus piscis alumnus est, in ripis quidem Tibris vagans, cum nempe Tibris plenior ripas ingreditur: Sed non pretiosus. Pinguis &c.] Nutritus & educatus sordibus cloacarum quæ in Tiberim confluentes ex urbe, pedem in ripis infitiebant. Torrente] Jun. Rutgersius Variar. lect. 2. cap. 17. legendum putat, Torpente. Cloacas enim torpere, non autem torrere scimus, inquit. Sed cum Cloacæ dictæ sint, quod in percolentur aquæ, quidni servetur torrente.

106. Solitus, &c.] Qui subterraneos illos meatus, qui sunt sub Subura, per quos sordes in Tiberim defluunt, ingreditur. Vel qui cavernas & loca abjectum excavata, ut quæpiam Suburanum perscrutantur depalcentes & proximæ ripas & stercus infectantes; Monendum autem hic, quod Martinius ut & Bermanus Suburam & Saburram confundant, male hoc fieri. De admirandis cloacarum ductibus, & subterraneis meatibus vide Lips. in Admiranda urbis Romæ magnitudine lib. 3. cap. 11. De Subura supra dictum. Idem.

107. Ipsi pauca.] Epanorthosis Poetæ ad ipsum Virronem obiter directa, quæ ipsum ob hasce sordes objurgat. Ipsi.] Virroni scilicet, homini avarissimo, pauca velim dicere, ne molestum sit. Lubinus.

108. Nemo, &c.] Non ingentia dona à te requirimus, qua, seu qualia munera Piso, Seneca, & alii viri liberales & optimi, clientibus suis donabant. Hoc solum petimus, ut ad cœnam vocati, iisdem tecum fercula tecum perfruamur. Modicis.] Tenuioribus clientibus. Idem.

109. A Seneca.] Annæo Seneca, Neronis præceptore, optimo & sanctissimo viro. Piso, &c.] C. Piso Calpurnius, sub Claudio vixit, teste Probo, largissi-

mus

argiri; namque & titulis, & fascibus olim
lajor habebatur donandi gloria: solum
oscimus, ut cœnes civiliter. hoc face, & esto:
sto, ut nunc multi, dives tibi, pauper amicis.
nseris ante ipsum magni jecur, anseribus par
ltilis, & flavi dignus ferro Meleagri

Fumat

VET. SCHOLIAST.

leoni, quin, gustato semel hominis iore, ingenita redeat sævitia. Huic stremo, quod habitus esset inter con- os conjurationis Pisonianæ, Nero per ibunum, ultimam necessitatem de- nciavit. Hic interitus, amicorum mos, quibus jam ejus casus lacrymas iverat, ad firmitudinem revocavit, itans, Ubi præcepta sapientiæ? ubi per annos meditata ratio adversus minentia? cui præterea ignara fuerit ronis sævitia? neque aliud superesse st matrem fratremque interfectos, um ut educatoris præceptorisque ne- n adjiceret. Deinde sibi venas præ- ans, crurumque venas abrumpens, durante tractu lentitudineque mor- , hausto veneno, & postremo calidæ æ, stagnum introiens, exanimatus est.

a, &c.] Piso Calpurnius, ex antiqua nilia, scenico habitu tragœdias acti- it: in latrunculi lusu tam perfectus allidus ut ad eum ludentem currere- . Ob hæc insinuatus C. Cæsari, * re- ntè etiam relegatus est, quod consue- inem pristinæ uxoris abductæ sibi ab , deinde remissæ, repetiisse existi- batur. Mox sub Claudio restitutus, ost Consulatum materna hereditate tus, magnificentissimus vixit, me- s sublevare inopes ex utroque ordine tus, de plebe autem certos quotannis equestrem censum dignitatemque ehere.

12. *Ut clientes, &c.*] Sine injuria ntum.

13. *Pauper amicis.*] Id est, avarus.

15. *Altilis, &c.*] Pasta est pinguis. *agri.*] Propter Calydonium aprum, m irata Diana, quod contemta esset Oeneo in sacrificiis, agris suis immi- t. quem Meleager filius occidit.

VARIORUM.

cos pariter & ignotos liberalitatem exer- cuit. *Cotta.*] Aurelius Cotta & ipse Ne- ronis tempore vixit in amicos liberalissi- mus. *Lubin.*

110. *Namque, &c.*] Id est, olim lon- ge major honor & gloria ex largitionibus & munificentia ipsis divitibus erat, quam ex titulis & honoribus. *Gratia enim sequi- tur eum qui dat, non eum qui capit.* Ari- stot. *Titulis.*] Fumosis majorum imagi- nibus, cum inscriptione. *Fascibus.*] Im- perio, magistratu, dignitate. *Idem.*

111. *Solum, &c.*] Id est, hoc unum & solum nos miseri clientes à te posci- mus, ut comiter communibus sumti- bus & epulis sine injuria clientum cœ- nes. Sic Martial. *Cur sine te cœno, cum te- cum Pontice cœnem.*

112. *Hoc face, &c.*] Si tantum hoc in cœna facias, in aliis pro voluntate tua age, & vive, tibi luxuriosus, ami- cis pauper & sordidus. Hoc Satyr. 1. appellavit: *Luxuria sordes.* Idem. *Face* pro *fac*, Comicorum more.

114. *Anseris.*] Dicit; ut omnis ge- neris deliciæ, anserum exta, altilia, a ri, tubera domino apponantur & per di- stributorem solenni manuum elegantia distribuantur: ad quæ omnia, ut sequitur, cliens ne quidem hiscere audeat. *Ante ipsum.*] Patronum, Virronem tuum. *Anseris jecur.*] Exta anserum in summis deliciis habebantur: mulso, lacte, ficu & carica farta. Vide Martial. Epigr. 58. libro 13. *Lubin.* Magni jecoris meminit Mart.

Aspice quam tumeat magno jecur ansere ma- jus.

115. *Altilis.*] Id est, aves domesti- cæ ad victum altæ, ut gallinæ, anates, aliæque quæ ad saginam alebantur, pa-

Pocula? quis vestrum temerarius usque adeo, quis
Perditus, ut dicat regi, bibe? plurima sunt, quæ
Non audent homines pertusa dicere læna.
Quadringenta tibi si quis Deus, aut similis Dîs,
Et melior fatis donaret, homuncio, quantus
Ex nihilo fieres, quantus Virronis amicus!
Da Trebio. pone ad Trebium. vis frater ab ipsis
Ilibus? ô nummi, vobis hunc præstat honorem,
Vos estis fratres. dominus tamen, & domini rex

Si

VET. SCHOLIAST.

131. [illegible], &c.] [illegible]

132. [illegible]] [illegible] scilicet.

133. [illegible], &c.] [illegible] amicus statim fies, si pecuniam habueris.

135. Da Trebio.] [illegible]

VARIORUM.

129. Quis vestrum.] Qui [illegible] se perderet, ut qui [illegible] dicendique libertate erga patronum suum uteretur. Lubin.

130. Ut dicat &c.] Ut poscat sibi à Rege seu divite propinari. Vel illud usitatum [illegible], dicat audaculum nimis. Plurima, &c.] Id est, homines, pauperes, quorum læna vestis, palliumve detritum & pertusum est, non habent libertatem loquendi. Qui etiam optima loquentes contemtui sunt & ludibrio. Lubinus. Vide Proverb. Lacer pannus. Et Vestis virum facit. Porro præcipuus lænæ usus in conviviis fuit, quod scilicet à balneis redeuntes lænam gestarent, ne corpus calore solutum frigoris inclementia læderet, atque ideo eadem ferme veste discumberent, atque eadem ab amicorum cœna domum redirent. In convivio ergo hyeme læna adhibita; æstate syntheses, quæ ex lino ac leviore materia erant. Ferrar.

132. Quadringenta.] Ostendit ergo Trebium jam contemtum, in summo honore habitum iri, si dives evadat. Quadringenta.] H. S. scilicet, censum equestrem, qui valet 10000. coronatos Gallicos. Similis diis.] Heros aliquis beneficus, & magnus. Nemo enim, teste Seneca, propius ad Deum accedit, quam qui hominibus salutem dat, & beneficium. Lubin.

133. Melior fatis.] Quam tua fata. Fata enim pauperem & miserum te esse voluerunt, contra hujus beneficio dives & felix evaderes. Homuncio, quantus.] Ita distinguo, &c. ut spero, recte, cum hoc sensu: Si repente Deûm aut hominum munere dives evaderes, tunc tu, qui jam es homuncio nullius pretii, quam magnus & honorabilis continuo evaderes? quanto mox fores in pretio apud ipsum. Conjungit autem, suo more, contraria. Idem.

134. Quantus, &c.] Qui jam vilis minutusque es asecla. Lubin.

135. Da Trebio.] Mimesis. Hæc enim verba Virroni adfingit, quæ Trebio, si dives esset, dicturus esset inter cœnandum. His verbis autem Structorem compellaret Virro: Da de hoc delicatiore ferculo Trebio. Pone, &c.] Appone hoc Trebio, ut comedat. Vis, &c.] Jam dives ipsum compellat Trebium. Attende quam benevole invitet & roget. Ab ipsis.] Id est, delicatis pulpamentis, quæ inter coxam & ventrem. Fratris autem nomen erat blandissimum.

136. O nummi vobis.] Poëtæ ecphonesis. Nummi in honore habentur, non homo ipse. Virro divitiis hoc tribuit; blanditur nummis, non tibi. Al. legunt Vos hunc præstatis honorem. De hac re dixit Sat. 1. Idem.

137. Dominus tamen.] Correctio est, illius quasi, quod diceret: Si dives fueris in magno quidem honore habeberis, frater,

Si vis tu fieri, nullus tibi parvulus aula
Luserit Æneas, nec filia dulcior illo.
Jucundum, & charum sterilis facit uxor amicum.
Sed tua nunc Mycale pariat licet, & pueros tres
In gremium patris fundat simul, ipse loquaci
Gaudebit nido: viridem thoraca jubebit
Afferri, minimasque nuces, assemque rogatum,
Ad mensam, quoties parasitus venerit infans.
Vilibus ancipites fungi ponentur amicis,

Boletus

VET. SCHOLIAST.

138. *Nullus, &c.*] Virgilium videt.

141. *Sed tua, &c.*] Nomen mulieris, ex ipsa coitione.

143. *Gaudebit nido.*] Id est, puerorum. *Viridem, &c.*] Armiclausiam prasinam, purpuram aut similem.

146. *Ancipites, &c.*] Mortiferi, venenosi.

VARIORUM.

fraterque appellaberis: Si autem insuper orbus fueris, in majori adhuc honore eris, & dominus & rex ab illo domino vocaberis; tunc enim Virro te captabit, & à te sibi aliquid sperare potest. *Dominus.*] Hæ enim dominorum & regum appellationes majorem adhuc reverentiam, observantiam, honorem denotabant.

138. *Parvulus Æneas.*] Id est; non filiorum tuorum quispiam in domo tua ludat. Ponitur enim *parvulus Æneas* pro quovis hærede. Sumtum ex Virgilii 4. Æneid. Sunt enim Didonis verba:

--- *Si quis mihi parvus in aula*
Luderet Æneas.

139. *Dulcior illo.*] Filio gratior ipsi patri filia: parentibus enim alii filii aliis magis placent, & plerisque filiæ magis quam filii. Vel qui filius & filia dulcior tibi & carior sit, quam captator Virro. *Idem.*

140. *Jucundum, &c.*] Hæredipetis captatoribus, quibus orbi tales jucundi & cari sunt. *Lubin.*

141. *Sed, &c.*] Quasi dicat; Verumtamen quamvis orbus non sis, sed liberos habeas; modo dives sis, in honore habeberis à Virrone. Imo vero ipse Virro tuis pueris ex uxore Mycale dicta, etiam munuscula dabit. Ostendit quantum divitiæ Romæ valeant. *Et, &c.*] Licet tua uxor cum qua commisceris, fœcundissima multos filios generet, & simul tres tibi pueros pariat. *Idem.*

142. *Fundat.*] Sic supra *effundere* offas. *Ipse, &c.*] Id est, ipse tamen Virro, quia dives es, loquacitate, garrulitate & ludis tergeminorum filiorum tuorum gaudebit, & se tibi amicum simulabit. Quin etiam vestes & munuscula liberis tuis donabit. Scit enim divitem gratiam referre. *Loquaci nido.*] Metaphora ab avibus: Ut sunt aviculæ garrulæ in nidis.

143. *Viridem, &c.*] Id est, vestimentum pectoris viridis coloris, quo puer delectetur, per famulum adferri curat, & puero donat, aptum fatuis & morionibus. *Thoraca* pro thoracem, ut versus constet. *Viridem thoraca jubebit Auferri.*] Scribe *adferri*, ut legisse quoque videtur Lambinus. & in sequente versu: *Ad mensam* pro *ac mensam*. *Graev.*

144. *Minimasque nuces.*] Avellanas. Talibus enim pueri delectantur. *Assemque rogatum.*] A puero, qui notos ita compellat: Da mihi numulum, ad poma, pyra, nuces emenda. *Idem.*

145. *Ad, &c.*] Id est, quoties tuus filius in ædes Virronis ad mensam venerit petens munuscula. *Parasitus.*] Utpote qui alienas mensas, ob vilia munuscula tanquam parasitus sectetur. *Idem.* *Infans.*] Puer balbutiens, & vix potis fari; Similis parasito, vel parasiti instar.

146. *Vilibus.*] Subjungit jam quod Virroni delicatissimi boleti, & poma

 optima:

Boletus domino: sed qualem Claudius edit,
Ante illum uxoris, post quem nil amplius edit.
Virro sibi, & reliquis Virronibus illa jubebit
Poma dari, quorum solo pascaris odore:
Qualia perpetuus Phæacum autumnus habebat,
Credere quæ possis surrepta sororibus Afris:
Tu scabie frueris mali, quod in aggere rodit,

Qui

VET. SCHOLIAST.

147. *Claudius edit.*] De Claudio Nerone dicit, qui [illegible] Mortuus est.

151. [illegible] &c.] Vide de [illegible].

152. *Sororibus Afris.*] De [illegible].

VARIORUM.

[illegible] Clientibus, quos supra modicos amicos vocavit. *Ancipites*, &c.] De quibus dubitare possis, mortiferi, an salutares sint: Fungi enim, nisi ante 3. diem ex quo nati sunt, legantur, mortiferi sunt, & totas sæpe familias è medio sustulerunt. Vide Plinium libro 22. capite 22. *Ponentur.*] Apponentur. *Lubin.*

147. *Boletus*, &c.] Boletus species fungorum soles innocuus, Romanis in summis deliciis. Postea boletus immenso exemplo in crimen adductus est, quod Agrippina Claudium imperatorem conjugem venenato boleto, Locustæ veneficæ artificio, interemerit. Delectabatur enim ille mirum in modum boletis, quod etiam hic notatur. *Junius* Animadvers. lib. 1. cap. 17.

148. *Ante*, &c.] Id est, antequam comederet mortiferum illum boletum ab uxore Agrippina datum, comedebat optimos & electissimos. vide Satyr. 6. vers. 621. *Post quem* &c.] I. e. qui illi ultimus cibus fuit mox moriturо: quare Nero illudens boletos vocabat *Apopa* [illegible].

149. *Et*, &c.] Qui Virroni opibus & similis putat sunt. Vel convivatoribus & congerronibus Virronis. *Turn.* l. 22. c. 27. *Illa poma.*] Qualia erant orbiculata. Massilia, medica, & alius generis delicatissima. *Lubin.*

150. *Quorum*, &c.] Id est, tu nihil inde percipis præter odores. Virro autem cum sui similibus illa gustat, & comedit. *Idem.*

151. *Qualia*, &c.] Qualia poma, juxta Homerum, Phæaces, & illorum rex Alcinous habuerunt. Ubi horti describuntur perpetuos fructus ferentes, nulloque tempore frugibus deficientes, nam pyrum pyro, malum malo, ficui ficus succedebat. Ob id ait, *perpetuus autumnus* Nam Poma dat autumnus. *Idem.* Phæacia eadem est cum Corcyra, hodie *Corfu*.

152. *Credere*, &c.] Atlas Mauritaniæ in Africa fingitur rex, speciosissimum pomarium habuisse in quo aurea poma nascebantur, illumque hortum tenuerunt Atlantis filiæ, Hesperides, & Draco quidam pervigil eum custodiebat. Huc missus ab Eurystheo Hercules, perempto Dracone, fructus illos in Græciam pertulit. Varro non *poma*, sed oves attulisse refert, atque errorem esse in ambiguo vocabulo μῆλα. *Surrepta.*] Ab Hercule. *Idem.*

153. *Tu scabie.*] Apodosis. Id est, tu contra scabiosa mala comedis. *Quod in*, &c.] Quod scabiosum & immaturum pomum miles tiro, levis stipendii, & famelicus devorat in aggere castrorum. *Idem.* Dempsterus autem inquit simiam intelligi insidentem capræ, & edoctum tironis instar, jacula inde vibrare. *In aggere*, hoc est, eminenti triclinii loco. Grangæus quoque periphrasin simiæ esse putat, in cujus capite galea, in manu parma [illegible]

quam

Qui tegitur parma, & galea, metuensque flagelli
Discit ab hirsuto jaculum torquere Capella.
Forsitan impensæ Virronem parcere credas:
Hoc agit, ut doleas. nam quæ comœdia, mimus
Quis melior, plorante gula? ergo omnia fiunt:

Si-

VET. SCHOLIAST.

154. *Metuensque, &c.*] Qualem simia manducat. *Qui, &c.*] Tiro.

155. *Discit, &c.*] A sene magistro. Capella, campi doctore.

VARIORUM.

quam alius levis armaturæ militis, quem histrio aliquis arcum tendere docebat, quare flagellum tenebat, quo simium, si aberraret, severe castigaret. Intelligit ergo per *Capellam*, campidoctorem aliquem histrionem per convicium sic appellatum, quod ejusmodi homines caprarum instar hirsuti esse solerent: unde Pers. *De gente hircosa centurionum*, quod minime commentum novum est: Quare *hirsuta capella* legit, & addit, sic habere exemplaria. *Aggere*] I. e. in castris. Tiberius enim Romæ castra constituit, quibus Prætorianæ cohortes, vagæ ante id tempus & per hospitia dispersæ, continerentur. Ea inter portas Viminalem & Tiburtinam sita, urbisque muris conjuncta ostendit Panvinius, unde *agger* dicta sunt. *Ferrarius.*

154. *Qui, &c.*] Descriptio militis tironis, qui discebat jaculari sub magistro. Ob id ait, *metuens flagelli*. Nam vapulabant qui non didicissent. Vide Gangræi notas in hunc locum. *Flagelli*] Poëtica licentiâ flagellum pro vite Centurionis, qua milites plectebantur, à Juvenale positum. *Ferrar.*

155. *Ab hirsuto, &c.*] Intelligunt alii hic lorum, velamentum è corio capellæ factum hastæ alligatum, quo missa retrahi poterat. Alii censent capellam vivam scopi loco positam, ad quam jacularentur, ut hac ratione à scopo illius capellæ jaculari discerent: sed ineptè. Sunt, qui per *capellam* intelligant arcum è cornibus caprinis, & revera de milite misero hic sermonem esse putent: Alii censent Capellam quendam fuisse gladiatorem & jaculatorem optimum, qui tirones exercebat & à quo tirones jaculari didicerint, qui, quod hirtus corpore esset, Capellæ nomen sortitus sit, vel quod induebatur sago Cilicio. vide Brodæi Miscel. l. 1. c. 1. Rutgers. var. lect. lib. 3. cap. 15. *Idem.* *Hirsuto Capella.*] Recte Vetus Interpres hæc de Campidoctore, explicat, quem senem vocat, quod justa ætate & plena barba centuriones fierent: sive quod hirsuti & impexi altioris ætatis esse viderentur. Confer quæ infra Sat. XIV. ℣. 194. Et Persius: *Hic aliquis de gente hircosa centurionum.* Quod ex illuvie hircum olerent, & promissa barba, intonsisque capillis horrerent. Miror nulli *Interpretum hic* in mentem venisse Ammiani Marcellini verba de Juliano Cæsare, quem contumeliæ caussa *capellam* dictum notat: *in odium venit cum victoriis suis capella non homo, ut hirsutum Julianum carpentes.* Hinc patet hirsutum capellam esse Campi doctorem vel Centurionem, erudientem tironem *in aggere*, id est, castris prætorianis. *Ferrarius.*

156. *Forsitan.*] Exponit jam caussam, quare patroni suos clientes tam misere tractent, aitque esse non avaritiam, sed petulantem malitiam & malevolentiam; non quod sumtui parcant, sed quod illis cupiant ægre facere, illosque ridere. *Lubinus.*

157. *Ut doleas.*] Ut fleas, & ipsi spectaculum jucundissimum in mensa exhibeas. *Nam, &c.*] Id est, nulla Comœdia, nullus Mimus tanta voluptate quempiam adfecerit, quam tu Virronem, dum tu esuris & ploras. *Mimus.*] Qui gestibus mores factaque hominum imitatur. *Idem.*

158. *Melior.*] Jucundior, & accommodatior ad excitandum risum. *Plorante.*] Præ fame & inedia. *Ridiculus æque nullus est, quam quando esurit.* Plaut.

Ergo,

Si nescis, ut per lacrymas effundere bilem
Cogaris, pressoque diu stridere molari.
Tu tibi liber homo, & regis conviva videris:
Captum te nidore suæ putat ille culinæ:
Nec malo conjectat: quis enim tam nudus, ut illum
Bis ferat; Etruscum puero si contigit aurum,
Vel nodus tantum, & signum de paupere loro?
Spes bene cœnandi vos decipit. ecce dabit jam
Semesum leporem, atque aliquid de clunibus apri.
Ad nos jam veniet minor altilis: inde parato,

In-

VET. SCHOLIAST.

164. *Puero, &c.*] Antiquitus nobilium pueri bullas aureas habebant: pauperum de loris, signum libertatis. *Bis ferat.*] Ut denuo ad domum ipsius redeat.

165. *Signum, &c.*] Id est, corrigiam publicam, unde solet bulla pendere, signum ingenuitatis.

VARIORUM.

Ergo, &c.] Repetit quod dixit. Quasi dicat: Ergo si nescis, ego tibi dicam: Omnia tam contumeliosa in mensa divitum fiunt, ut per amaram bilem, vel iram; vel præ ira, lacrymas effundere cogaris.

159. *Effundere.*] Id est, egerere, & testari iram lacrymando. *Idem.* Nam Expletur lacrymis egeriturque dolor.

160. *Pressoque*] More iratorum, qui dentibus frement, frendent, strident. Sunt autem molares dentes ultimi, qui præmorsa à prioribus dentibus, postea molunt. *Idem.*

161. *Tu tibi, &c.*] Monstrat, jure & merito servos & vilia mancipia ita tractari. Talem enim Trebium esse ostendit. *Liber, &c.*] Censes te quantivis pretii hominem & regis convivam, cum sis ventris & alieni cibi asecla, omnium mancipiorum pessimum & gulæ servus. *Regis, &c.*] Scoptice ludit, ambiguitate vocabuli *regis*.

162. *Captum te.*] Id est, ille contra Virro censet te servum & mancipium suum esse, & ob id merito tractari. *Nidore.*] Exhalatione & odore ciborum suæ culinæ. *Idem.*

163. *Nec malo, &c.*] Quia ejus & sui ventris pessimum es mancipium. *Quis, &c.*] Quis adeo pauper & miser est, sive ingenuus sit, sive libertinæ conditionis, qui ejusmodi contumelias bis velit perpeti, & ubi semel passus sit, denuo velit redire. Ne pauperrimi quidem, quibus vel parta libertatis insigne, vel ingenuitatis, hanc contumeliam bis paterentur. *Illum.*] Virronem, ejusque ignominiosam tractationem. *Idem.*

164. *Hetruscum, &c.*] Si ingenuus sit. Ita ait: nam ingenuorum & nobilium pueri bullas aureas & argenteas gestabant. Libertini tenuiores, aliquod signum consutum vel nodum lorumque in libertatis indicium. Bullam scorteam, ex scorto i. e pelle factam. *Hetruscum* dicit Nam illam consuetudinem, bullam auream gestandi, Tullus Hostilius ex Hetruria primum Romam advexit. vide Persii Satyr. 5. vers. 31 *Signum.*] Bulla figuram cordis repræsentabat: Vel potius bullæ, in indicium humanæ fragilitatis. *Idem.*

166. *Spes, &c.*] Reddit rationem cur Parasiti in suo proposito perseverent, quia semper sperent fore, ut melius cœnent, & tractentur. *Ecce, &c.*] Dicitis vos abjecti asseclæ in animo vestro, Virro nobis de suorum ferculorum reliquiis aliquid dabit, de semicomesto lepore, apro, gallina. Miseri clientes, qui tantum ferculorum reliquias speraverint, & tamen talia & tractenti sint.

168. *Ad nos, &c.*] De gallina aliquid.

Nam

Intactoque omnes, & stricto pane tacetis.
Ille sapit, qui te sic utitur. omnia ferre
Si potes, & debes: pulsandum vertice raso
Præbebis quandoque caput, nec dura timebis
Flagra pati, his epulis, & tali dignus amico.

VET. SCHOLIAST.

171. *Pulsandum, &c.*] Etiam capite raso alapas accipies.

VARIORUM.

Nam anser major altilis dici poterat. Britannicus intelligit altilem à Virrone imminutam, qui partem ejus comedit. *Inde, &c.*] Inde, quia leporem & altilem exspectatis, panem paratum habetis, ut cum aliquid à domino missum fuerit, comedatis.

169. *Intacto.*] Non enim tangitis panem, sperantes fore, ut lautitiæ vobis apponantur. *Stricto, &c.*] Arcto, duro, constricto duritie, vel parato. Metaphora desumta à gladiis. *Tacetis.*] Spe alicujus opsonii cum silentio exspectatis. Alii legunt, *jacetis.* Lubin.

170 *Ille, &c,*] Ille Virro patronus tuus profecto sapiens est, qui te Gnathonem suum tam misere tractet. Quasi dicat: tu es stultissimus, ille vero sapit. *Omnia, &c.*] Siquidem omnia contumeliosa tolerare potes, æquum etiam est, ut illa omnia etiam patiaris. Est conclusio. Quasi dicat: Quia omnia, quæ Parasiti patiuntur, pati potes, æquum est, ut non solum epulis à domino tuo male tracteris, sed verberibus etiam & plagis. *Idem.* Quod non sine stomacho Poëta dicit. *Omnia ferre si potes, & debes.*] Copula hic locum non habet: sententia postulat, ut scribas: *Omnia ferre si potes ut debes.* Graev.

171. *Si potes, &c.*] Quum antea multis criminationibus, illos qui mensas potentiorum sectantur, poëta fuerit insectatus: post multa quæ sub alieno imperio digna atque indigna pati necesse est; ut tandem se in libertatem vindicent, suadendo concludit, ultima illis interminatus. *Pulsandum quandoque caput vertice raso:* In dedecus & irrisionem contumeliosam tonsis capillis servili ritu in duram servitutem mitteris verberibus & plagis expositus & subjectus, aliquando alapas accipies, aliquando caput sandalio vel fuste pulsabitur: Hoc enim æquum est te abjectum & obstinatum parasitum perpeti.

172. *Quandoque.*] Hic valet *aliquando.* *Nec dura, &c.*] Quasi dicat: siquidem omnia ferre, & verum Parasitum potes agere, æquum erit te hæc quoque tuæ personæ convenientia, æquo animo ferre. *Lubin.*

173. *His epulis.*] Id est, dignus, qui talibus epulis vilissimis & miserrimis tracteris, & talem etiam amicum dominum & patronum habeas, qui in te suum Parasitum tam contumeliosus, & injuriosus sit; quia tam servili animo es. Quod Britannicus & alii dicunt, designari hic modum quo quis liber à prætore per vindictam fit; quod scil. ii qui ex servitute in libertatem vocabantur, raso capite ad Prætorem irent, qui eorum caput bis terve percuteret, vel per lictorem percuti juberet, deinde virgula seu festuca (quæ *vindicta* est) in eum jacta, postquam dominus eum vertisset, elata voce servituti eximeret prætor; profecto hujus non esse loci, & contra mentem esse Auctoris, quis non videt?

D. JUNII



D. JUNII JUVENALIS
SATYRARUM
LIBER SECUNDUS.
SATYRA VI.

ARGUM. Urſidium Poſthumum ab uxore ducenda diſſuaſurus, acriter ſatis inſurgit in mulierum ludos ſcenicos, libidines, ſuperbiam; Græcæ linguæ, liberalium artium, criticæ, politicæ, imò gladiatoriæ inverecundam affectationem, ſuperciliolum in maritos imperium, crudelitatem, temulentiam, ſuperſtitionem, denique & veneficia.

CREDO, pudicitiam Saturno Rege moratam
In terris, viſamque diu: cum frigida parvas
Præberet ſpelunca domos, ignemque, laremque,
Et

VARIORUM.

Hanc Satyram interpretaturus ſumma ope niti debet, ut caute & caſte agat, ne procax juventus, quorum mentes facile ad vitia moventur, ſalivam moveat, aut turpia audiendo flagitium cogitet aut nefas: ſed ut animos à turpitudine avertat, & caſtitati illibatos ſervet.

1. *CRedo pudicitiam.*] Superiori ergo libro in virorum vitia invectus eſt. Hac tota Satyra, ingenti uſus arte, mulierum horrenda ſcelera exagitat, nihil omittens, quod ad partes diſſuaſionis pertineat: Vult enim dicere pudicitiam in mulieribus viguiſſe aureo ſeculo & ſimplici, ſub Saturno, quæ ætate Jovis perierit, qua libido regnare occœperit, quæ ex illo tempore ſemper creverit: adeo ut ſuo tempore nulla fere caſta inveniatur. *Credo.*] Plerumque de incerta re dicitur, unde ſæpe additur, *nec vana fides* Nec enim certum eſt pudicitiam aureo ſeculo intactam manſiſſe. *Saturno &c.*] Id eſt, regnante Saturno, aureo ſeculo, quo omnis virtus colebatur, viguiſſe aliquamdiu in terris & verſatam inter homines. Vide de hoc Heſiodum *ἔργων ά. Lubinus.*

2. *Cum, &c.*] Id eſt, cum ſubterranea crypta & caverna in terra & rupibus excavata, humiles domunculas habitantibus præberet. *Frigida.*] Utpote ſub terra. *Idem.*

3. *Ignemque, &c.*] Id eſt, cum frigida ſpelunca ignem foci & larem, & pecus & dominos vel paſtores una aliqua communi umbra clauderet & circumdaret. *Larem.*] Familiarem Deum, domus cuſtodem,

Et pecus, & dominos communi clauderet umbra:
Silveſtrem montana torum cum ſterneret uxor
Frondibus & culmo, vicinarumque ferarum
Pellibus: haud ſimilis tibi Cynthia, nec tibi, cujus
Turbavit nitidos exſtinctus paſſer ocellos:
Sed potanda ferens infantibus ubera magnis,
Et ſæpe horridior glandem ructante marito.
Quippe aliter tunc orbe novo, cœloque recenti
Vivebant homines: qui rupto robore nati,

Com-

VARIORUM

ſtodem, quem colebant in foco, qui Deorum penatium ara erat. Ut autem lares domi colerent, inde ortum docet Serv. quia tum mortui in domibus ſuis ſepeliebantur, hos ut Deos domeſticos venerari cœperunt.

4. *Communi, &c.*] Tecto, ſpecu umbroſo pecori & domino communi. Cubile enim, & ſtabulum una caverna erat. *Lubin.*

5. *Silveſtrem, &c.*] Nam ex herbis, frondibus & foliis ſtramenta faciebant, teſte Varrone. Dicitur Feſto *torus* à tortis herbis. *Montana uxor.*] In montibus cavernoſis & ſilvis degens habitansque. *Idem.*

6. *Culmo.*] Calamis ſegetum paleisque, ſtramine. *Vicinarumque.*] Propinquarum, inter quas verſabantur. Nam ex ferarum pellibus, non modo lectos ſternebant, ſed & veſtes ſibi conficiebant. *Idem.*

7. *Haud ſimilis.*] Quæ non adeo ambitioſe culta & ornata fuit, ut Cynthia Propertii amica. De qua ipſe Propertius:

Cynthia ſola ſuis miſerum me cepit ocellis.
Et captum nullis ante cupidinibus.

Fuit autem hæc formoſiſſima & cultiſſima, *conſus induta nepotum*. *Nec, &c.* Leſbiam Catulli amicam intellige, quæ mortuum paſſerem deflevit. De qua Catullus ipſe:

Paſſer mortuus eſt meæ puellæ,
Flendo turgiduli rubent ocelli,
Quem plus illa oculis ſuis amabat.

Pudica uxor montana, impudicæ illæ.

8. *Turbavit, &c.*] Lacrymis. Nam ob illum in lacrymis & mœrore erat. *Idem. Nitidos.*] Metaphora pulchre ducta ab aëre.

9. *Sed, &c.*] Non ſugenda tantum, ſed potanda ubera exhibens. Credibile enim eſt illo tempore infantes grandiores natos fuiſſe. Grangæus putat *magnos* dici pro adultis, quia tum non tam cito arcebantur à mammis: quod non probo, quamvis narret verum, ſi verum eſt. Dicit Heſiodus primo ſeculo natos centum annis ſub matris imperio ſtetiſſe, tanquam adhuc infantes. *Idem.*

10. *Horridior.*] Quæ nullum ornatum adhiberet, neglectior & victu & amictu, quam ipſe maritus. Contra jam fieri conſuevit. Fœminæ enim longe ſuperbiores viris. *Glandem, &c.*] Eo dicit, nam priſco ævo glandibus, fragis, pomis, pyris, aliis arborum & herbarum fructibus veſcebantur. Ait ergo *ructante*, tanquam qui glandes ad ſaturitatem uſque devoraret. *Idem.*

11. *Aliter, &c.*] A voluptatum deliciis, malorum eſcis alieniſſimi. *Tunc, &c.*] Notanda hæc initii mundi teſtimonia. *Cœloque, &c.*] Quod noviter à Deo exſtructum paulo ante fuit. *Idem.*

12. *Qui rupto, &c.*] Ex figmento Poëtico loquitur, & Virgil. reſpicit:

Gensque virum truncis, & rupto robore nata.

Hanc fabulam co natam dicit V.C. quod priſci antequam domos conderent, in excavatis arboribus noctu quievèrint,

and

Compositive luto nullos habuere parentes.
Multa pudicitiæ veteris vestigia forsan,
Aut aliqua exstiterint, & sub Jove, sed Jove nondum
Barbato, nondum Græcis jurare paratis
Per caput alterius, cum furem nemo timeret
Caulibus, & pomis, & aperto viveret horto.
Paulatim deinde ad superos Astræa recessit
Hac comite, atque duæ pariter fugêre sorores.
Antiquum, & vetus est, alienum Posthume lectum

Con-

VET. SCHOLIAST.

20. *Duæ pariter, &c.*] Fides & Pudicitia.

VARIORUM.

unde mane egressi, radibus hujus fabulæ occasionem præbuerint. Alii hæc ad duritiem mortalium referunt. *Rupto robore.*] Ut exprimeret roboris partum. *Idem. Robore.*] Pro omni arbore.

13. *Compositive luto.*] Vel à Deo, vel à Prometheo, qui hominem è limo terræ formasse fingitur. *Nullos, &c.*] A quibus scelera discerent. Nam erant Terræ filii.

14. *Multa, &c.*] Hactenus de prima, sequitur jam de secunda ætate sub Jove, vel de seculo argenteo; quo pudicitia per Jovem incœpit deficere. Fuere forte sub Jove primo tempore etiam adhuc reliquiæ illius priscæ pudicitiæ, quæ sub Saturno fuit. *Forsan.*] Dubitanter merito loquitur, ob incredibilem salacitatem illius nebulonis Jovis. *Lub.*

15. *Aut aliqua.*] Saltem. *Sed, &c.*] Salse Deum suum irridet. Id est, Jove nondum adulto, nondum ad virilem ætatem perducto, ut possit adulterum agere. Illo enim adultiore, mores seculi cum rege mutati sunt, cum nullis non libidinibus frena diffusissime laxaret. Cum infamavit stupris *seque suamque domum. Jove nondum barbato.*] Nondum pubescente. *Ferrar.*

16. *Nondum, &c.*] Græcis perfidiæ nota passim ab autoribus inuritur. Cum nondum Dii essent per quos jurarent. Cum nondum esset perjurium.

17. *Alterius.*] Parentum, liberorum aut aliorum quos charos habebant: quæ solennis jurandi formula, uti &, per suum caput. Hoc verbo indicat se scivisse Deos illos Ethnicorum, homines fuisse, & homines jurare per caput Jovis, Apollinis, Herculis, qui homines fuerunt. *Cum, &c.*] Id est, cum divitiæ & opes nondum essent, ob id nondum etiam fures erant. Cum olera, quibus illo tempore vivebant abunde omnibus & singulis suppetebant, ita ut nemo illa furaretur. *Idem.* Postea enim multi fuerunt fures, inde appositus Priapus ad hortorum custodiam. *Grang.*

18. *Et, &c.*] Sine ullo furum & raptorum metu. *Lubin. Aperto.*] Incustodito, sepimentis haud munito.

19. *Paulatim.*] Astræa, Justitia, filia Astræi, qui Crii & Eurybiæ filius, ut Hesiodus ait:

Victa jacet pietas, & virgo cæde madentes
Ultima cœlestum terras Astræa reliquit.

Paulatim.] Improbitate & libidine ipsius Jovis suorumque subditorum. *Idem.*

20. *Hac comite.*] Pudore scilicet, vel castitate. *Duæ, &c.*] Justitia & Pudicitia individuæ sorores uno tempore aufugerunt, sceleratam terram deserentes. *Idem.* Aliter tamen Hesiodus. *Grang.*

21. *Antiquum, &c.*] Applicat, quæ supra dixit, suo proposito, Libidinem nempe in mulieribus inde ab argenteo seculo vigere, & tamen Ursidium Posthumum

Concutere, atque sacri Genium contemnere fulcri.
Omne aliud crimen mox ferrea protulit ætas.
Viderunt primos argentea secula mœchos.
Conventum tamen & pactum, & sponsalia, nostra
Tempestate paras, jamque à tonsore magistro
Pecteris, & digito pignus fortasse dedisti.
Certe sanus eras. uxorem Posthume ducis?
Dic qua Tisiphone, quibus exagitare colubris?

Fer-

VET. SCHOLIAST.

22. *Fulcri.*] Lecti jugalis.

26. *A tonsore, &c.*] Non severus es, ut maritus, qui à pueris ad magistrum tonsorem transis. aut certe, desisti pueros sectari, qui jam uxori nonnulla munera misisti, & solito diligentius ornaris, ut uxori placeas; cui annulum dedisti.

27. *Pecteris.*] Componis te.

21. *Certe, &c.*] Furis, insanis.

VARIORUM.

hominum adeo insanum esse, ut uxorem castam se inventurum speret, quam ducat: cum longe satius sit se suspendere, vel quovis modo interimere, quam uxorem ducere. *Antiquum.*] Inde scilicet à Jovis tempore: *Hoc est quod nec promitti, nec prohiberi potest, &c.* Plaut. Quer. Utitur autem noster dissuasione à vituperatione rei. *Alienum, &c.*] Id est, adulterium committere, alteriusque mariti lectum ascendere, turbare, violare. *Lubin.*

22. *Et sacri, &c.*] Id est, conjugalis vel matrimonialis fulcri seu tori genium præsidem, qui matrimonio præest & qui vim obtinet rerum omnium gignendarum, contemnere. *Sacri* ait, nam lectus nuptialis Genio sacer. *Fulcri.*] Quo lectus fulcitur. *Lubin.*

23. *Omne, &c.*] Id est, post argenteum seculum, ferrea ætas mox omnia reliqua scelera produxit, præter adulterium, quod jam priori seculo fuit, & inter vitia omnium primum. *Lubin.*

24. *Viderunt, &c.*] Id est, seculo argenteo primi adulteri, & primi scelerati visi sunt Jupiter, Neptunus, Mars, &c. qui omnium mœchorum, quotquot vixerunt, famosissimi. *Idem.* Ut ait Tibull. *Glans aluit veteres & passim semper amarunt.*

25. *Conventum, &c.*] Verba prisci juris, huic rei propria. Sententia hæc est: Cum inde à Jovis tempore nulla castitas, nullus pudor in matronis fuerit, quæ dementia & insania est, te hisce perditissimis temporibus aliquam castam te inventurum sperare, cumque illa matrimonium velle contrahere? *Conventum*] Perperam vulgo distinguitur: nam conventum ac pactum idem est, quod *pactum conventum.* Dotale pactum intelligit. *Salmasius. Sponsalia.*] Futurarum nuptiarum promissiones. *Nostra, &c.*] Sic Salustius creberrime; id est, nostro seculo pessimo, quo tot regnant adulteria.

26. *Jamque, &c.*] Ut nitidior placeas uxori futuræ. *Tonderis.*] Ex more antiquorum, qui ad consistentem ætatem comam nutriebant, postea circa nuptias detondebant. *Idem.*

27. *Et, &c.*] Annulus ferreus ipso nuptiarum die sponsæ mitti solebat, & sine gemmis, qui pronubus dicebatur. *Digito.*] Quarto; seu medicinali, manus sinistræ, quia in eo vena quædam sanguinis, quæ ad cor usque pervenit. Gell. l. 10. c. 10. Macrob. l. 7. c. 13.

28. *Certe, &c.*] Olim eras liber, rationis & mentis compos, jam vero in furorem raperis. Vel lege interrogatorie, *Certe sanus eras? Uxorem, &c.*] Interrogatorie admiratur insaniam & furorem Posthumi, uxorem ducturi. *Idem.*

29. *Dic, &c.*] Id est, quibus tu Furiis agitaris? Sunt autem furiæ tres Acherontis filiæ, Alecto, Tisiphone, Me-

Ferre potes dominam salvis tot restibus ullam?
Cum pateant altæ, caligantesque fenestræ?
Cum tibi vicinum se præbeat Æmilius pons?
Aut si de multis nullus placet exitus, illud
Nonne putas melius, quod tecum pusio dormit,
Pusio qui noctu non litigat? exigit à te
Nulla jacens illic munuscula, nec queritur, quod
Et lateri parcas, nec, quantum jussit, anheles.
Sed placet Ursidio lex Julia: tollere dulcem

Co-

VET. SCHOLIAST.

32. *Æmilius, &c.*] Quod ibi lupanaria essent.

34. *Quod, &c.* A facto nomen.

37. *Et lateri, &c.*] Si parum feceris, non irascitur ut uxor.

38. *Lex Julia.*] Quæ jubet eos hereditatem capere, qui filios habent.

VARIORUM.

gæra, quæ colubros & serpentes loco crinium habent. Hæ sunt impiis assiduæ domesticæque furiæ, quæ dies noctesque parentum pœnas à sceleratissimis filiis repetant. *Idem.*

30. *Ferre, &c.*] Id est, cum tot restes adhuc reliquæ sint & supersint, quibus te possis suspendere: quæ te dementia vexat, ut uxorem velis tolerare, quæ tibi dominabitur; cujusque tu servus necessario futurus es. *Idem.* Argute dicit *dominam* non *sociam*, quasi cujus servus sit futurus: unde apud Comic. *Dote imperium vendidi.*

31. *Cum, &c.*] De quibus te potius præcipitem dares. *Altæ, Caligantesque.*] Quæ tantæ altitudinis, ut caliginem visui obducant. vel, noctis tenebras. *Lubin.*

32. *Cum, &c.*] Ut scilicet inde te in aquam præcipites, & submergas. Fuit autem pons Æmilius à Marco Æmilio Scauro in via Flaminia dictus & conditus. *Lubin.*

33. *Aut si, &c.*] Scoptice jam ex ipso quærit, si se ipsum è medio nolit tollere, cur non in priori sua libidine & puerorum amore perseveret? *Idem. De multis.*] Quos suppl. dixi. *Exitus.*] Ad mortem sc.

34. *Nonne, &c.*] Malum, imo sceleratissimum auctoris nostri consilium foret, si Ursidio horrendum pueri concubitum potius, quam matrimonium serio suaderet. Verum minime existimandus est Juvenalis, Satyricus, morum & honestatis magister integerrimus, alii autor esse, quod ipse Sat. 1. 2. & aliis infinitis locis condemnat. Verum scoptice & hyperbolice notat, omnia potius mala toleranda, omne scelus perpetrandum esse, quam uxorem ducere. Existimaram etiam longe satius tibi esse, ut puer pathicus tecum dormiret. Ludit ergo salse & scoptice Posthumum. *Idem.*

35. *Pusio qui, &c.*] Antique *pusus* puer, & *pusa* puella dicebatur. Hoc loco pro puero Pathico ponitur. Attendendum illud quod *dormit* dicat, non dormiat. *Litigat.*] Vel ut efferæ libidinis mulieres pensum à maritis absolvi cupientes: Vel ob alias caussas, de quibus inferius inquit. *Exigit, &c.*] Pro concubitu; more illarum, quæ temperantiores vel continentiores videri volunt. *Illic.*] I. e. ante, vel in ipso actu, non post actum.

36. *Nec, &c.*] Quemadmodum solent uxores. Ea enim pars immoderato concubitu insigniter læditur. Martial.

—— Usque dum mihi
Venus jocosa molle ruperit latus.

Idem.

37. *Nec, &c.*] I. e. parcas tibi, non coëas, non tam assiduus sis in coitu, quam jussit: quod fœminæ facere consueverunt. *Idem.*

38. *Sed placet.*] Cui legi nimirum obedire vult, quæ lata est de adulteris puniendis & de maritandis ordinibus, post-

Cogitat hæredem, cariturus turture magno;
Mullorumque jubis, & captatore macello.
Quid fieri non posse putes, si jungitur ulla
Ursidio? si mœchorum notissimus olim
Stulta maritali jam porrigit ora capistro,
Quem toties texit perituri cista Latini?
Quid, quod & antiquis uxor de moribus illi
Quæritur? ô medici mediam pertundite venam.

Deli-

VET. SCHOLIAST.

40. *Mullorumque.*] Quos heredipetæ mittunt. *Jubis.*] Cristis.

44. *Quem, &c.*] Qui toties superveniente marito, sub cista celatus est, ut in mimo. *Latini.*] Latinus mimus fuit, qui mœchus in cistam devolutus, superveniente aliquo tegebatur: qui postea propter adulterium Messalinæ punitus est.

VARIORUM.

postquam diu satis adulterum egit. De lege Julia audivimus Satyr. 2. *Lips.* ad III. Annal. Taciti. *Tollere, &c.*] Id est, vult legitimos hæredes ex conjuge suscipere & nutrire, non vult captari ab hæredipetis. *Turneb.* libro XXII. cap. XI.

39. *Cariturus, &c.*] Est turtur nobilis avis & piscis. Quamvis Britannicus de ave intelligat, de pisce potius intelligendum est, quia *magnum* dicit, & adhuc ob aliam tacendam rationem. Talia autem munera orbis à captatoribus mitti solebant. *Lubin.* Et qui liberos habebant, non accipiebant. *Cariturus.*] Ducta uxore captatorum muneribus nequaquam solicitandus. *Farnab.*

40. *Mullorum jubis.*] Barbatis mullis. Λοφοῖς, cristis, vel barbis: nam duplicem barbam à latere oris habent. Talia mitti solita fuisse orbis ex Satyr. 4. vidimus. *Captatore macello.*] Obsoniis, quæ è macello à captatoribus hæreditatum emta, orbis mittebantur. *Idem.*

41. *Quid, &c.*] Quasi dicat: omnia jam sunt possibilia: siquidem Ursidius, qui paulo ante omnium mœchorum turpissimus fuit, jam matrimonii vincula cogitat subire. Quis hoc unquam credidisset? Certe jam omnia vel præter naturam fieri possunt. *Ulla.*] Uxor vel conjux in matrimonium. *Lubin.*

42. *Si mœchorum, &c.*] Famosissimus Ursidium intelligit. *Idem.*

43. *Maritali, &c.*] Matrimoniali vinculo, conjugali jugo, vel freno. Est metaphora ab equis. *Idem. Tollenda est omnis occasio, & luxuria puerilis nuptialibus pedicis colliganda.* Apul.

44. *Quem, &c.*] Qui sæpius periturus, superveniente marito sub cista celatus est, ab ejus adultera uxore; qualem Latinus Mimus in mimo vel ludo expressit. Nam ille in Mimo adulterum repræsentabat in cista conditum subito mariti interventu, ne deprehenderetur, aut occideretur. Ob id *perituri* dicit; quia semper verebatur ne delationibus periret; dicent alii, quos falli putat Grangæus, illum opera delatorum periisse tandem. Indicat ergo Ursidium consimilia pericula perinde sæpe expertum esse. *Idem.*

45. *Quid, &c.*] Auget indignationem suam & stultitiam Ursidii. Primo enim absurdum esse dixit mœchorum famosissimum, matrimonium cum uxore quaquam velle contrahere. Deinde quod cum ipse sit turpissimus, matronam honestam & castam & antiquis moribus præditam sibi quærat. *Antiquis moribus.*] Quales vixerunt aureo seculo sub Saturno, ut dictum. *I. Lœnsis* Epiph. 3. cap. 23.

46. *O medici, &c.*] Et liberate Ursidium à furore & insania: qui furiosus est, dum ipse impudicus pudicam quærit. Physici tradunt tres in brachiis esse

venas

Delicias hominis. Tarpeium limen adora
Pronus, & auratam Junoni cæde juvencam,
Si tibi contigerit capitis matrona pudici.
Paucæ adeo Cereris vittas contingere dignæ,
Quarum non timeat pater oscula. necte coronam
Postibus, & densos per limina tende corymbos.
Unus Iberinæ vix sufficit. ocyus illud
Extorquebis, ut hæc oculo contenta sit uno.

Ma-

VET. SCHOLIAST.

50. *Cereris, &c.*] Quæ possint sacerdotes Cereris esse.

VARIORUM.

venas descendentes ab hepate, unam Basilicam, alteram Cephalicam, tertiam Medianam, nigram sive communem. Porro *media vena* in brachio incidi solet hujusmodi furiosis. Vel si delirans manum porrigere detrectet, vena in fronte secetur, &c. Paulus Ægineta 3. lib. cap. 8. de Phreniticis & Aëtius libro 6. cap. 8. *Farnab.*

47. *Delicias, &c.*] Est exclamatio. Quasi dicat: O hominem delicatum & mollem, qui quidem moribus suis non contentus, electissimam uxorem quærat, idque ab alio requirat quod ipse non præstet. *Tarpejum &c.*] Id est, si tu adeo felix es, ut non sine singulari Deûm benignitate hoc seculo turpissimo casta matrona tibi contingat. Æquissimum profecto erit, ut Jovem adores, eique gratias agas. Per *Tarpejum limen*, Jovem Capitolinum intelligit, in introitu arcis Tarpeiæ, ubi Jovis, Junonis, & Minervæ templum. *Idem.*

48. *Pronus.*] In terram cum maxima animi devotione prostratus. *Et auratam.*] Auratis cornibus. Junoni ait, quod illa mulieribus impudicis & adulteris maxime infesta esset, & *cui vincla jugalia curæ*, conjugii præsidi, pronubæ. Majores autem hostiæ auratis cornibus immolabantur, teste Plin. lib. 34. cap. 4. *Idem.*

49. *Si tibi, &c.*] Qualis hoc tempore non invenitur, & quasi tu etiam non dignus es. *Tibi.*] Cum emphasi dictum. Indignus enim turpissimus scortator honesta matrona. *Idem. Capitis.*] Pars pro toto, i. e. corporis pudici.

50. *Paucæ.*] Matronæ dictæ sunt, quæ Cereris sacerdotes fiant, & cujus mysteria non nisi castis fœminis sunt celebranda. Vel quæ dignæ judicatæ essent, quæ tanquam castæ & honestæ, Cereris vittas contingant; quod ab impudicis fieri nefarium putabatur. *Farnab.* Capita enim statuarum vittis insignita erant.

51. *Quarum, &c.*] Tanquam parum casta oscula, sed turpis libidinis indicia. Eo dicit, nam occurrentes cognatos & notos veteri instituto osculari solebant. V. C. ait, filias impudicas patris osculo privari solitas fuisse, quod magnæ pœnæ loco sit habitum. *Necte coronam.*] Salse Ursidium vexat, Ironice ipsum exhortans ad matrimonium. Id est, ô Ursidi, para te ad futuras nuptias. *Idem.*

52. *Postibus.*] Eo dicit, nam ipso nuptiarum die postes & januæ coronabantur. *Corymbos.*] Fructum & racemos hederæ. *Idem.*

53. *Unus Iberinæ.*] Scoptice hæc dicit. Fuit autem haud dubiæ Iberine illa, quam ducere voluit Ursidius. Quasi dicat. Nimirum Iberine tua casta est. *Ocyus illud.*] Explicat per ironiam. Imo vero illa uno oculo potius contenta esse velit, quam uno viro. Quasi dicat: ipsam suis oculis mœchos cariores habere. *Idem. Præcipue multi vola est uxor.* Catull.

54. *Extorquebis.*] Magna difficultate ab illa impetrabis. *Idem.* Si extorquere

Magna tamen fama est cujusdam rure paterno
Viventis: vivat Gabiis, ut vixit in agro:
Vivat Fidenis, & agello cedo paterno.
Quis tamen affirmat, nil actum in montibus, aut in
Speluncis? adeo senuerunt Juppiter & Mars?
Porticibusne tibi monstratur fœmina voto
Digna tuo?· cuneis an habent spectacula totis
Quod securus ames, quodque inde excerpere possis?
Cheironomon Ledam molli saltante Bathyllo

Tuccia

VET. SCHOLIAST.

63. *Bathyllo.*] Pantomimo.

VARIORUM.

quere velis veritatem, illa ocyus respondebit illud Horatian. *Eripiet quivis oculos citius mihi*, quam ut uno viro sim contenta.

55. *Magna*, *&c.*] Objectio. Quod in agro quædam casta inveniatur. Quasi dicat: Si Iberina casta non est, saltem extra Romam in agro quædam casta invenitur. *Fama.*] De castitate & pudicitia ejus. *Idem.*

56. *Vivat*, *&c.*] Respondet Poëta: illud non tam virginis ingenio deberi, quam loco. Nam si vel Gabiis vel Fidenis in vilibus & desertis urbibus degat (nedum Romæ) statim corrumperetur, & degeneraret. Illa enim casta non est, quæ non impudice vixit, ad quod locus & occasio sæpe aliquem adjuverit, sed quæ animum pudicum habet, & etiam inter impudicos scortatores pudicitiam suam potest retinere. *Lubin.*

58. *Quis*, *&c.*] Corrigit illud quod concessit. Quasi dicat; Et tum quis jurare velit ipsam etiam in patrio agro caste vixisse. Usque adeone Mars, Jupiter, & alii qui passim in montibus & speluncis agrorum scortabantur, senuerunt, ut puellæ rusticæ ab illorum incursibus tutæ sint, & non possint amplius virgines imminuere præ senectute? *Nil actum*, *&c.*] Licet enim palam forte stuprata non est, clam illud fecisse poterit.

59. *Senuerunt.*] Adeo ut senio impediti, rusticas virgines amplius corrumpere non possint. *Idem.* *Adeo.*] In tantum? Itane?

60. *Porticibus*] Intelligit porticum Pompeii & Isidis, in qua mulieres conveniebant. *Voto*, *&c.*] Id est, quæ desiderio tuo satisfaciat, quæ sit ex animi tui sententia. Id est, quæ pudica sit. *Lubin.* Primum præceptum in amore. An ille locus, ubi invenias quod amare velis, in porticibus, Circo, & theatris.

61. *Cuneis*, *&c.*] Pars pro toto: cunei enim in theatro sedes sunt in eis, receptacula & capacitates graduum instar cuneorum. Lips. de Amphith. Id est, an in totis & universis Amphitheatris, & eorum cuneis, sedibus, & receptaculis, in quibus tot centena mulierum conveniunt, aliqua habetur, quam sine cura & metu de ejus libidine, & incontinentia, secure diligere & amare possis.

62. *Excerpere.*] Tibi deligere, & diligere. *Lubin.*

63. *Cheironomon*, *&c.*] Quia de Theatro dixit, reddit jam rationem quare mulieres Romanæ tam parum pudicæ sint. Id fieri ait spectaculis ludorum levissimorum, & propter multas voluptates, & libidinum illecebras. Id est, dum in theatro mollis ille & levis saltator Pantomimus Bathyllus saltando repræsentat Ledam illam insignem saltatricem, (quod certa manuum & pedum lege & motu fiebat, unde χειρονόμος dicitur.) Tunc ejus spectaculo mulier ex Thuscia libidine incenditur. Legatur ergo *Tuscia*: vel sit nomen fictitium *Tuccia*.

Tuccia vesicæ non imperat: Apula gannit,
Sicut in amplexu: subitum, & miserabile longum
Attendit Thymele: Thymele tunc rustica discit.
Ast aliæ, quoties aulæa recondita cessant,
Et vacuo, clausoque sonant fora sola theatro,
Atque à plebeis longe Megalesia, tristes

Per

VET. SCHOLIAST.

66. *Discit.*] Penem ut habent in mimo.

68. *Sonant, &c.*] Jurisdictio quando est.

69. *Megalesia.*] Ludi Megalesiaci.

VARIORUM.

Dicit hic *Chironomon* in genere fœminino, imitatione Græca, quia composita in [illegible] sunt generis fœminini. *Bradaeus* Misc. IX. cap. 1. *Jac. Lectius* Epigh. 4. cap. 9. J. C. Scalig. 1. lib. Poet. 18. cap.

64. *Tuccia, &c.*] Rustica. *Vesica.*] Præ libidinis prurito urinam retinere non potest. *Valer. Maximus* lib. 8. cap. 1. *Apula gannit.*] Per hæc nomina Tuccia & Apula, videtur innuere mulieres ex Thuscia vel Apulia rusticas, quæ corrumpantur Romæ tam obscœnis & lascivis spectaculis. *Gannit.*] Id est Gannitu & murmure libidinosum fatetur affectum: vel gannitu obmurmurat non secus ac si quicum concumberet. *Lubin.* *Gannire* proprium est vulpibus & canibus ob herorum adventum, inde sumitur ad obscœna.

65. *Sicut, &c.*] Id est, illo spectaculo incensa, gannitum & voculas illas amantium edit, quales inter se amplexantes & amantes. Quasi dicat: non secus ac si tenacissimis complexibus mimum quem videt, ad coitum complexum esset. Videntur autem hæc commode cum sequentibus conjungi posse. Gannit *subitum & miserabile.* Id est, edit subitas & miserabiles voculas. Alii per hæc; *Subitum, miserabile, longum,* intelligunt nomina gestuum, & motuum, quos exprimebat mimus, ut docet Julius Pollux. Et quos gestus cum studio Thymele ista mulier rustica observat, non aliter ac si illos vellet discere. Festive autem illa mulier ab Auctore Thymele nuncupatur; sive quod Thymelem exprimat, seu quod Thymele (cui nomen scena dedit) futura sit. Hæc autem omnia eo spectant, ut demonstret etiam rusticarum libidinem. Quasi dicat: Si honestæ hæ rusticæ essent, hujusmodi improbis spectaculis abstinerent. *Idem.*

67. *Ast aliæ,*] Dicitur hoc in illas mulieres, quæ finitis ludis mimorum tractabant ornamenta, ludosque agebant, quando aulæa & tapetia, quibus theatra ornantur & sol arcetur, in suum locum reposita cessant & non suspenduntur. Id est, quando Mimorum ludi in theatris non exhibentur & feriæ sunt. *Aulæa.*] Erant vestes peregrinæ, vel etiam vela depicta, theatri ornamenta. *Lubin.*

68. *Et vacuo, &c.*] Id est, cum Amphitheatrum vacuum & clausum est, & fora sola, in quibus jus dicitur, sonant. *Idem.*

69. *Atque, &c.*] Id est, cum Ludi magnæ Deûm matris Cybeles longe absunt à plebeis ludis, vel longo tempore intermittuntur, & longissimo post illos ludos plebeios tempore exhibentur; interea illæ lascivæ mulieres tristes ob intermissos ludos, ipsæ agunt inter se illos ludos, & mimorum vestes & ornamenta tractant. *Bernard.* [illegible] cap. [illegible] Megalesia enim, ut videre est in Calendario, celebrabantur Nonis Aprilis, Plebei vero ludi [illegible] Calend. Decemb. *Longe.*] Absunt, vel post exhibentur. *Megalesia*] Ludi erant Circenses, qui in honorem magnæ matris Deûm celebrabantur, dicati à Junio Bruto, quod docet

Personam, thyrsumque tenent, & subligar AccI,
Urbicus exodio risum movet Attellanæ
Gestibus Autonoës: hunc diligit Ælia pauper.
Solvitur his magno comœdi fibula: sunt quæ
Chry-

VET. SCHOLIAST.

70. *Subligar Acci.*] Vestem tragœdi.

72. *Gestibus, &c.*] Quando Autonoen saltat.

73. *Solvitur, &c.*] Ut cum comœdis concumbant. Nam omnes pueri vocales, fibulas in naturis habent, ne coeant.

VARIORUM.

docet Livius. *Tristes,*] Ob intermissa spectacula. *Lubin.*

70. *Personam.*] Id est, tum tenent interea, moræ illius impatientes, larvam & personatam faciem, & hastam pampinis involutam. Ludunt ipsæmet in privatis ædibus induta vestimentis Mimorum. Et rerum, quas in theatro viderant, quandam retinent speciem. *Tenent.*] Tractant, seque illis oblectant. *Subligar.*] Subligaculum, quo virilia Accii illius Mimi inter agendum religabantur & velabantur. Subligaculum erat περίζωμα, pudendorum velamen: neque tamen femora contegebat, ut braccæ ἀναξυρίδες, quæ ob id fœminalia dicuntur. *Farnab. Acci.*] Mimi seu poëtæ. Alii, *Acne. Idem.*

71. *Urbicus.*] Ordo & sensus est: Urbicus ille actor movet risum inter mulieres illas, in privato spectaculo. Exodio inculto illo & lascivo ac ridiculo carmine, in ridicula illa fabula de Autonoë Cadmi filia. *Urbicus exodio.*] Ego Urbicum existimo actoris quoddam genus significare, & certum quoddam Poëtarum genus: erantque hæ fabulæ urbanissimæ, & urbis jocos elegantiamque imitabantur, & ab urbe (in qua primum cœptæ) Atella, nomen erant adeptæ: itaque earum actores *Urbici* vocabantur. *Turneb. lib.* 3. *Adverl. cap.* 17. Illa autem carmina risum moventia, si ante fabulam fierent, dicebantur εἰσόδια: si in media fabula ἐμβόλια: si in fine ἐξόδια. Vide Sat 3. vs. 125. *Exodio.*] Exodium hic significat τὸ ἔξω τοῦ πράγματος, quod non est de fabulæ argumento, sed illi inseritur: ἐξοδικῶς enim, id est, *obiter*, & præter argumentum fabulæ jactitata sunt. *Risum movet.*] Quæ verba ita interpretor, Mimum movisse spectatoribus risum, cum in alicujus *Atellanæ* fabulæ *Exodio* ad manum saltaret nescio cujus Autonoës opprobria & ridicula quædam repræsentans. *Petitus.*

72. *Autonoës, &c.*] Fabula conscripta de Autonoë Cadmi filia, Matre Actæonis in cervum conversi. *Ælia, &c.*] Fuit Ælia familia Romæ pauperrima, teste Val. Maximo. Hæc mulier hujus nominis diligebat Urbicum exodiarium. *Lubin. Pauper.*] Ut ostendat non minus pauperes quam divites mulieres libidinis æstu flagrare. jocus ergo est in contrariis *pauper* & *magno*.

73. *Solvitur, &c.*] Id est, aliæ ditiores adulteræ mulieres imo & ipsa Ælia prodiga in pauperie, magno pretio à Comœdis, quos amant, impetrant ut fibulam solvant, & secum concumbant. *Fibula* autem utebantur Comœdi & Tragœdi, non tam ut velarent pudenda, quam ut à coitu, ne raucescerent, prohiberentur. Coitus enim statim vocem invadit & depravat. Erat autem *fibula* circulus æneus: vel ut alii volunt filum æneum argenteumve præputio trajectum. Vel indumentum quo comprimebantur simul & tegebantur inguina. Celsus libro 7. capite 25. *Idem. Solvitur his magno Comœdi fibula, &c.*] Usus fibulæ notus: sed qualis ea fuerit non ita compertum est. Communior sententia est, fuisse annulum æreum vel argenteum quo trajiciebatur cuticula, eam partem operiens, quam exereeri nolebant. Non quidem totum virile membrum transigens, sed tantum cutem, glan-

Chrysogonum cantare vetent: Hispulla tragœdo
Gaudet: an exspectas, ut Quintilianus ametur?
Accipis uxorem, de qua citharœdus Echion,
Aut Glaphyrus fiat pater, Ambrosiusque choraules.
Longa per angustos figamus pulpita vicos;
Ornentur postes, & grandi janua lauro,
Ut testudineo tibi, Lentule, conopeo
Nobilis Euryalum myrmillonem exprimat infans.

Nuper,

VET. SCHOLIAST.

... Quintilianus.] Ut scholasticus.

77. Aut Glaphyrus.] Id est, sub te medico alteri fili.

79. Ornentur postes.] Ad honorem nuptiarum. Sic enim solent in nuptiis parare.

80. Ut, &c.] Hoc est, linum tenuissimis maculis textum, quia Latine Conopeum collocat dicitur. ... Horatius:

— signa militaria,
Sol aspicit Conopeum.

VARIORUM.

glandis velamen. Quo modo & pueros ... fibulatos scimus, ne pubescens ætas in virilitatem præcipitaretur. *Ferrar.*

74. *Chrysogonum cantare, &c.*] Qui scilicet toties pretio à lascivis mulieribus ad concubitum invitatus, raucus factus, cantare non possit. Chrysogonus fuit Cytharœdus & cantor. *Sunt quæ, &c.*] Sunt (explicat Grangæus) quædam matronæ quæ tantopere Chrysogonum coitu delassarunt, ut raucus factus sit. Ego putem Poëtam his verbis commendare fibulæ usum, quod scil. coitus voci noceat eam raucam efficiens, ideo fibula inventa sit: per parenthesin hæc inserens. *Hispulla.*] Hispulla hæc crassa atque pinguis matrona fuit: ob id inferius Sat. 12.

Pinguior Hispulla traheretur taurus.

Lubinus.

75. *An, &c.*] Mulieres adulteræ mimos & histriones amant, non bonos graves & doctos viros, qualis rhetor Fabius Quintilianus; utpote qui à tali turpitudine abhorreant. *Lubin. Quintilianus.*] Ut maritus caste ametur.

76. *Accipis.*] Id est, tu Ursidi aliquam uxorem ducis, è qua prolem per adulterium suscipiat, & pater fiat, non tu, sed alius quispiam histrio. *De qua.*] Pro ex qua.

77. *Choraules.*] Tibicen, qui in choro fistulam inflat. *Idem.*

78. *Longa, &c.*] Ironia & amara in illos irrisio, qui conjuges ducebant. Id est, nos nuptias magnis sumtibus faciamus, ut alii histriones, ludii, & pugiles ex nostris uxoribus per adulterium liberos suscipiant, quos nos tanquam nobiles, & ex nobis natos nutriamus. *Longa, &c.*] Erigamus theatra in plateis; in quibus nuptiarum tuarum ludi agantur. *Per, &c.*] Per angiportus. vel *angustos*, ob multitudinem spectatorum. Hoc autem solebant facere in nuptiis. *Lubin.*

79. *Ornentur, &c.*] Id est, domus nostra frondibus è lauru in honorem nuptiarum ornetur, & omnia fiant, quæ pertinent ad solennitates nuptiales; & infans tuus, qui ex te natus & nobilis putatur, gladiatoris alicujus vel retiarii sui veri patris faciem exprimat & repræsentet. *Grandi, &c.*] Id est, ingentibus ramis laureis. *Idem.* Sed & integra arbor postibus apponebatur. Ironica permissio est sat amara.

80. *Ut tibi.*] Nobilissimo. *Conopeo, &c.*] Sub velo culicari, ex lino tenuissimo, quo culices arcebantur à κώνωψ culex. Talibus enim circumdabantur nobilissimorum liberi in cunis. *Idem.* Sumit pro ipsis cunis testudinis modo concavis.

81. Nu-

Nupta Senatori comitata est Hippia Ludum
Ad Pharon, & Nilum, famosaque mœnia Lagi,
Prodigia & mores urbis damnante Canopo.
Immemor illa domus & conjugis, atque sororis,
Nil patriæ indulsit, plorantesque improba gnatos:
Utque magis stupeas, ludos Paridemque reliquit.

Sed

VET. SCHOLIAST.

83. *Mœnia Lagi.*] Alexandriam dicit, quam Lagus tenuit, pater Cleopatræ & Ptolomæi, armis post magni Alexandri occupatam Ptolomæus cognominatus Lagus, atque deinceps cæteri reges, Lagi sunt appellati.

87. *Paridemque*, &c.] Paridem dicit illius temporis pantomimum, quem postea ob adulteratam uxorem ab eo suam Domitiam, Domitianus occidit.

VARIORUM.

81. *Nobilis*, &c.] Que[illegible] filium tu tuum esse censes, & nobilem. *Euryalum*, &c.] Gladiatorem vilem & infamem. *Exprimat.*] Imagine vel facie sua, & vultu referat in cunis jacens.

82. *Nupta*, &c.] Quod de gladiatore vel Myrmillone adultero dixit, demonstrat jam memorabili exemplo Hippiæ, quæ fuit mœcha famosissima, & cum Sergio quodam gladiatore mœcho suo in Ægyptum profugit. *Senatori.*] Fabricio Vejentoni tumido & superbo. De quo Sat. 4. vs. 113. *Comitata*, &c.] Adulterum mœcha secuta. *Hippia.*] Potest nomen fictitium esse ad rem, nempe ob libidinem: *Scilicet ante omnes furor est insignis equarum.* *Ludum.*] Athletam, gladiatorem Sergium. *Lubin.* Apud veteres *ludii* non alii dicebantur: quam saltatores & histriones: At sequentibus temporibus, *ludii* proprie dicti sunt gladiatores, à ludo gladiatorio: nec *ludii* tantum, sed & *ludi* sunt appellati, ut *reges* pro *regibus*. Hinc ludiam vocat eandem Hippiam, quasi *ludii* & *ludi* uxorem. *Salmasius in Trebell. Poll.*

83. *Ad Pharon.*] Insulam Ægypti Alexandriæ oppositam, & eidem ponte junctam. *Nilum.*] Nobile Ægypti flumen. Mos Poëtarum est per fluvios denotare ipsas provincias. *Famosaque*, &c.] Id est, Alexandriam, quam Lagus pater Cleopatræ: & Ptolomæi tenuit. *Famosa.*] Vel quod reges pessime ibi vixerint, & ob luxum & molles delicias infamia: vel famosa Pompeji cæde. *Lubin.*

84. *Prodigia*, &c.] Exaggerat scelus. Ita etiam, ut Canopus Ægypti civitas, quamvis propter libidinem & luxum infamis, tamen ob hujus sceleris prodigium, ob turpissimos Romanæ urbis mores, hoc factum Hippiæ detestaretur. Quasi dicat, Tantum flagitium, etiam homines flagitiosi condemnabant. *Prodigia.*] Prodigio profecto simile erat, civem & nobilem matronam Romanam in Ægyptum usque gladiatorem sequi. *Canopus* civitas Ægypti impurissima, distat ab Alexandria centum & viginti stadiis. *Lubin.*

85. *Immemor*, &c.] Ob mœchi amorem omnium suorum oblita fuit. *Illa.*] Hippia. *Idem.*

86. *Nil*, &c.] Nulla patriæ charitate commota fuit. Nil pensi habuit, nullum habuit patriæ respectum. *Plorantes*, &c.] Paulatim magis magisque exaggerat hoc facinus, inter alia, inhumanam ἀστοργίαν.

87. *Utque*, &c.] Sceptice hoc dicit in Romanorum odia. Alii *Paridemque*, &c. Quasi non tam mirandum sit, quod maritum & liberos reliquerit, quam, quod ludos Circenses, quos omni Romanorum conditioni maximè in votis & deliciis esse, ubique arguit Satyr. 10. vs. 81. Satyr. 11. vs. 53. *Paridem.*] Nobilem illum histrionem & pantomimum Domitiano charum, qui Juvenali exilii caussa, ut infra in exponetur. Paris,

quod

Sed quanquam in magnis opibus, plumaque paterna
Et segmentatis dormisset parvula cunis:
Contemsit pelagus: famam contemserat olim,
Cujus apud molles minima est jactura cathedras,
Tyrrhenos igitur fluctus, lateque sonantem
Pertulit Ionium constanti pectore, quamvis
Mutandum toties esset mare. justa pericli
Si ratio est, & honesta; timent, pavidoque gelantur
Pecto-

VET. SCHOLIAST.

89. *Et segmentatis.*] Segmenta dicit vittam pendentem de vestibus, intextam auro.

94. *Mutandum, &c.*] Diu navigatura de Tyrrheno mari ad Adriacum, de Adriaco ad Ægæum transitura.

VARIORUM.

quod Domitiani conjugem constupravisset, ab eodem occisus est, *Lubin.* Vel per *Paridem*, scenicos ludos innuit.

88. *Sed quanquam.*] Licet mollissime & delicatissime educata esset, tamen amore turpis mœchi mare intrare sustinuit, & contemsit marina tædia. *Pluma, &c.*] Molli lecto in domo patris & tenera educatione. *Idem.*

89. *Segmentatis, &c.*] Erant *segmenta* vittæ pendentes de vestibus auro intextæ, vel fasciolæ, quæ assuuntur extremis vestium oris, ornatus caussa. Id est, præsegminibus, vel vermiculato emblemate pictis. Alio sensu habentur. Sat. 11. *Parvula.*] Ex toto illo tempore, quo parva adhuc puella fuit, utita in supinis deliciis quasi enutrita sit. *Idem.* Vide Sat. 2. vers. 124.

90. *Contemsit, &c.*] Quod quidem in tali educatione miraculum erat. *Famam, &c.*] Et pudorem. Quem qui contemnit, facile illa omnia contemnit. *Idem. Omnia si perdas, famam servare memento, &c.*

91. *Cujus, &c.*] Cujus honestæ famæ amissio apud delicatas & molliter educatas virgines nullius momenti esse reputatur cum jam eam amiserunt. *Molles, &c.*] Id est, apud illas, quæ in mollibus, & pulvinaribus suffultis cathedris vel lecticis vectantur, & sedent in theatris: bene addit *molles*, quia fœmi- narum; nam erant etiam doctorum cathedræ. Fœminæ vero molliter & otiose sedent in Cathedris nihil operis facientes. Talis enim fortuna facile famam negligit. *Turnebus* lib. xxx. cap. 30. *Cathedras.*] Fœminas, quæ mollibus cathedris vectantur aut sedent. Cathedra enim proprie est sella muliebris, quæ discreta à virili, Lips. 1. Elect. *Farnab.*

92. *Tyrrhenos, &c.*] Pertexit ulterius cœptam historiam, simulque malitiam adulterarum demonstrat, quæ in honestis rebus molles & fractæ, in sceleribus suis perpetrandis robustæ, fortes, & audaces essent. *Tyrrhenos.*] Fluctus Tyrrheni maris, sive inferi Tyrrhenum dictum, quod litus Tyrrhenum radat; nam mare à locis, quæ alluit, nomen capit. Hoc mare Alexandriam petentibus transeundum. *Late, &c.*] Dum fluctus in scopulis franguntur. Est autem Ionium mare pars maris mediterranei inter Siciliam & Cretam. *Lubin.*

93. *Constanti pectore*] Navigantibus enim firmo opus est & minime trepido corde.

94. *Mutandum.*] Ut dictum enim per Tyrrhenum, Ionium, Ægæum, illi transeundum erat. *Justa. &c.*] Id est, si ex honesta aliqua caussa maris periculum subire debuisset, [illegible] & trepida fuisset. *Lubin.*

95. *Pavidoque, &c.*] Id est, pavore [illegible]

Pectore, nec tremulis possunt insistere plantis:
Fortem animum præstant rebus, quas turpiter audent.
Si jubeat conjux, durum est conscendere navim
Tunc sentina gravis, tunc summus vertitur aër:
Quæ mœchum sequitur, stomacho valet. illa maritum
Convomit: hæc inter nautas & prandet, & errat
Per puppim, & duros gaudet tractare rudentes.
Qua tamen exarsit forma, qua capta juventa
Hippia? quid vidit, propter quod ludia dici
Sustinuit? nam Sergiolus jam radere guttur
Cœperat,

VET. SCHOLIAST.

104. *Ludia*, *&c.*] Ludiis serviens gladiatoris uxor.

105. *Nam*, *&c.*] Sergiolum nomine, qui gladiator fuerat, amavit; qui & Ludius dictus est. Quia sit diu demoratus in ludo. qui, ut requiem gladiaturæ haberet, Bellonarium se fecerat. quo mos est in talibus sacris lacertos suos secare.

VARIORUM.

& timore tanquam frigore gelido congelantur. vel præ formidine, frigore & gelu torpescunt. *Idem.*

96. *Nec*, *&c.*] Præ anxietate trepidantibus, titubantibus, & vacillantibus plantis firmiter stare non possunt. *Idem.*

97. *Fortem*, *&c.*] Eximia sententia. Id est, fortissimo animo sunt in rebus turpissimis. *Idem.* *Quid sinat in ausum fœmina præceps furor.* Senec.

98. *Si*, *&c.*] In honesta scilicet & justa caussa, tunc sunt mollissimæ, & delicatæ nimis. *Conscendere.*] Ea ratione etiam dicitur *Conscendere æquor*, quoniam altius est terra.

99. *Tunc*, *&c.*] Tum conqueritur aquam illam in imo vel fundo navis graveolentem esse, & teterrimi odoris, & vomitum provocare, & stomachum subvertere. *Vertitur*, *&c.*] Aëris & spirituum quædam vertigo oculis oboritur, quod ex nausea fieri consuevit: omnia enim sursum versum ferri videntur. *Idem.* Grangæus dicit hanc explicationem meras esse nugas, & dicit mulierem se tum excusare, quod tempestas oriatur. Perinde est.

100. *Quæ*, *&c.*] Contra vero quæ per scelus mœchum suum gladiatorem, Sergium sequitur, illa sine omni difficultate, nulla nausea premitur. *Illa*, *&c.* Quæ invita sequitur & comitatur, maritum suum vomitu & frustis esculentis conspurcat, & conspuit. *Idem.*

101. *Hæc*, *&c.*] Quæ mœchum sequitur. Inter fœtidos & maleolentes nautas, prandium capit, & huc illuc læta currit, & spatiatur per posteriorem navis partem.

102. *Et duros gaudet.*] Id est, delectatur si contingat chordas, quibus vela nautica, sive malus ligantur, & anchoræ firmantur. *Idem.* Quod viri vix audent.

103. *Qua tamen.*] Jam operæpretium est investigare caussam amoris Hippiæ in Sergium, quam ait esse non formam, aut juvenilem ætatem, (ait enim quod senior & admodum deformis fuerit) sed quod crudelis & quod cruentus gladiator esset. *Quæ*, *&c.*] Haud dubie eximia; ob quam, maritum, natos, sororem, patriam, tot & tanta sustinuit relinquere. *Idem.* Hac interrogatione acrius tangit illam.

104. *Quid vidit?*] Adeone venustam faciem conspexit? ex visu enim amor: ut supra. *Ludia.*] Ludionis & gladiatoris uxor potius, quam Senatoris. Quasi dicat: necesse est fuisse caussas gravissimas. *Idem.* *Sustinuit.*] Toleravit, passa est.

105. *Nam*, *&c.*] Respondet quasi ad supe-

Cœperat, & secto requiem sperare lacerto.
Præterea multa in facie deformia; sicut
Attritus galea, mediisque in naribus ingens
Gibbus, & acre malum semper stillantis ocelli.
Sed gladiator erat. facit hoc illos Hyacinthos:

Hoc

VET. SCHOLIAST.

106. *Requiem, &c.*] Rudem, ut solent in amphitheatro accipere gladiatores.

108. *Attritus, &c.*] Apparet eum secutorem fuisse.

110. *Sed, &c.*] Crudelitas tantam deformitatem decorabat, atque illi formosum & pulchrum exhibebat.

VARIORUM.

superiora interrogata, Sergium neque adeo juvenem, neque formosum fuisse. Quasi dicat: Pulchellus ille Sergiolus cœperat jam, utpote senior, plenam barbam alere, & guttur radere inter tondendum. vide vers. 217. infra. Quasi Hippiæ adsentiens illum *Sergiolum* diminutive vocat: sic enim ejusmodi matrona apud Apul. *Teneo te meum palumbulum, meum passerculum.* Sed hoc noster ironicos & per contemtum. Maxime autem æstimabantur inberbes:

Charior est auro juvenis cui levia fulgent
Ora, Nec amplexus aspera barba terit.
Tibull.

Nam Sergiolus &c.] Hæc ita explicant: Sergiolus utpote senior jam cœperat plenam barbam alere, & guttur radere inter tondendum. Quæ non solum falsa sed etiam contraria sunt; falsum quod seniores barbam alerent, eam enim totam radebant; huic contrarium, quod iidem guttur raderent. Quomodo enim idem barbam simul alat & radat, & quidem inter tondendum; quasi tondere & radere eadem res sit? Quærebat Poëta quid Hippiam Senatori nuptam impulisset, ut ludium sive gladiatorem sequeretur in Ægyptum, cum ille nec juvenis esset nec formosus, Nec fuisse juvenem ex eo arguit, quia jam guttur radere cœperat, quod solum viri faciebant; nam juvenes usque ad virilitatem barbam nutriebant, (sive, ut cum Pindaro loquar, *florem lanuginis serpere genis patiebantur,*) & cum excreverat tondebant; Viri jam facti eam ponebant, totamque deinceps faciem radebant. Hinc Sergiolum non esse juvenem arguit Juvenalis, quia guttur & mentum raderet, quod juvenes non faciebant. *Ferrarius.*

106. *Et secto requiem.*] Id est, rudem vel missionem à munere gladiatorio, cum brachium vel aliud membrum aliquando ab adversario ipsi ruptum vel sectum esset. Nam gladiatores membro aliquo mutilato missionem impetrabant, & rude donabantur. *Lubin.* Nondum tamen hanc missionem impetraverat, sed sperabat.

107. *Præterea multa.*] Multa erant ad deformitatem faciei, vel habebat multa, quæ faciem ejus deformarent. *Idem.* Quamvis deformis & attritus cicatricibus, tamen, quia gladiaturam exercebat, satis erat formosus Hippiæ.

108. *Attritus.*] Refert illa, quæ faciem Sergii deformabant. Galea quam in capite gestaverat attritus erat, contusus nempe multo attritu galeæ percussæ. *Mediisque, &c.*] Deformis tumor ex percussione. *Idem*

109. *Et acre, &c.*] Præterea aspero & difficili malo lippitudinis infestabatur, quo oculi illi semper fluebant: ita ut mirum videri possit, quod ab Hippia sit dilectus. *Idem.*

110. *Sed, &c.*] Exponit caussam, quare Sergium adamaverit, quia ferrum mulieres amant. *Facit, &c.*] Hoc facit ex illis turpissimis & deformibus gladiatoribus formosissimos; qualis Hyacinthus ille ab Apolline adamatus, a quo inter ludendum imprudenter disco occisus

fus

Hoc pueris, patriæque, hoc prætulit illa sorori,
Atque viro. ferrum est, quod amant. hic Sergius idem
Accepta rude cœpisset Vejento videri.
Quid privata domus, quid fecerit Hippia curas:
Respice rivales Divorum. Claudius audi
Quæ tulerit. dormire virum cum senserat uxor,

Ausa

VET. SCHOLIAST.

113. *Vejento.*] Senator maritus contemtus.

114. *Quid, &c.*] Miraris hoc factum.

115. *Rivales, &c.*] Ridens, quia imperatores inter Deos referuntur.

116. *Uxor, &c.*] Messalina tantæ libidinis fuit, ut se imminutaret habitu, & cum una ancilla descenderet de palatio, atque publice in Circo prostaret per noctem; quoniam antea meritrices propter sacrorum celebrationem ab hora nona totam noctem prostabant. unde etiam Nonariæ dictæ. Hæc eadem ex Claudio Britannicum sustulit, qui per eam, ut superius dixi, à Nerone interfectus est, de qua est & illud:

Et patruo similes effunderet offas.

VARIORUM.

sus est. Fuit ille Oebeli filius, & in florem sui nominis conversus fuit. *Lubinus.*

111. *Hoc pueris.*] Nimirum maritum gladiatorem habere prætulit propriis suis liberis. *Patriæque, &c.*] Quæ nemo bonus non plurimum amat.

112. *Ferrum, &c.*] Quasi dicat: non amant formosos vel juvenes, sed amant crudeles gladiatores. *Idem.* Præter Faustinam certum est multas alias Romanas mulieres insanisse in hoc genus hominum. *Grang.* Sed latet in voce *Ferri*, quod pro solido forte dicitur, majus quid obscœnum abominandum. *Hic, &c.*] Hic Sergius gladiator non per se, sed ob gladiatoriam amabatur: qui, si rudem emeritus acciperet & gladiatoriam non amplius exerceret, continuo deformis, & non formosius amplius Hippiæ videretur. Sed inciperet talis videri, qualis Vejento, qui ipsi Hippiæ turpis & deformis videbatur, (utpote non gladiator) & ob id, ipsum deseruit. *Idem.*

113. *Rude.*] Duplex fuit rudis, una qua donabantur veteres gladiatores, eaque ex ferula; alia erat gladius è ligno, qua sese exercebant & verberabant invicem tirones: Hanc. Polyb. ξύλινην μάχαιραν, Dionysius ζίφος ξύλινον, baculum ceu virgam, signum missionis à gladiatura vocat.

114. *Quid, &c.*] Si aliqua te cura & cupido tenet sciendi flagitia Hippiæ mulieris privatæ, habebis quod magis adhuc obstupescas. Nam hoc nihil est præ illis quæ sequuntur, quæ ad rem publicam, utpote ad imperatorem summum pertinent. Dixit de Hippia uxore privata Vejentonis: subjungit jam aliud exemplum majus monstrosæ libidinis in Messalina conjuge Imperatoris Claudii. Atque ita paulatim per gradus majores dignitatum, ad majora multorum scelera progreditur. De qua *Plinius* lib. 10. cap. 72. *Cujus Barbam.*] Qui à juventa domum tuam frequentavit. *Ferrar.*

115. *Respice, &c.*] Quasi dicat: Rivalis Fabritii Vejentonis unus tantum erat gladiator Sergius. Respice quot & quales adulteros rivales habuerit Imperator Claudius. Vid. Tacit. ann. 11. *Divorum.*] Irrisorie. Nam Imperatores inter Deos haberi volebant, & volebant Divi videri. *Idem.*

116. *Quæ, &c.*] Opprobria & contumelias ab uxore Messalina passus sit. *Dormire, &c.*] Narrat incredibile libidinis facinus. Est autem hæc constructio. Cum senserat virum domire, deserit & linquebat maritum. *Florid.* Subsec. 9. cap. 5. *Uxor.*] Messalina.

117. Au-

Ausa Palatino tegetem præferre cubili,
Sumere nocturnos meritrix Augusta cucullos,
Linquebat comite ancilla non amplius una:
Sed nigrum flavo crinem abscondente galero,
Intravit calidum veteri centone lupanar.

Et

VET. SCHOLIAST.

117. *Tegetem*, &c.] Teges, ut matta, supellex cubilis obscœni; aut forte hoc tegete, tegitur domus mendicorum, ut tegumenta fornicis.

120. *Sed*, &c.] Crine supposito, rotundo muliebri capitis tegumento, in modum galeæ facto, quo utebantur meritrices. Flavo, nigro enim crine matronæ utebantur.

121. *Veteri*.] Ut velo ex pannis facto.

VARIORUM.

117. *Palatino cubili.*] Id est, thalamo imperatorio: nam Imperatorum sedes & domicilium erat in palatio ut plurimum; unde & cubili. *Tegetem*.] Qua cellæ meritriciæ tegebantur, vel etiam quæ erat in cella meritricia. Vel mattam, quæ centone cooperta pro lecto erat, alii pro lupanari ipso sumunt. *Farnab. Lubin.* Certe pro ipso vili homine in tegete cubante.

118. *Sumere.*] Ausa scilicet est. Non hic sumendum *sumere* pro sumebat, ut quidam volunt; hoc quidem aliquando alibi locum habet. *Augusta*, &c.] Imperatoria conjux ex Augusteo stemmate agens meritricem. *Cucullos*, &c.] Breve & vile capitis tegmen ad pluviam nocte arcendam, quo nocte usa fuit, cognosci nolens. *Idem.* Dicit *cucullam* fœm. gen. Grangæus, & hoc Buchananum ridere dicit; sed, ait, aut malitia aut ignorantia, quia & Ambros. & Hieronym. & Paulin. fœm. gen. dicunt: Ast certe non hi sunt apti linguæ Latinæ magistri, & impingit sic Grangæus. *Cucullos*, *Sed nigrum*, &c.] Ubi alia res fuit cucullus, alia galerus, quamvis utrumque capitis tegmen. Nam galerus est capillamentum adscititium, quod & galericulum appositium, alienum & textile, Gall. *un perruque.* Rotundum muliebre capitis tegumentum in modum galeæ & galeri factum. Vetus Scholiastes interpretatur, quo utebantur meritrices. Quod vero adjicit, ideo flavum sumtum, quia nigro crine matronæ utebantur, Grammatici deliramentum est. Quis enim credat matronas omnes nigro, meritrices flavo crine fuisse? sed credibile est, Messalinam, cum nigris capillis esset, flavum galerum sumsisse; sive ne dignosceretur, sive ut formosior amantibus videretur. Flava enim coma olim meritoria habita.

119. *Linquebat.*] Cubile imperatoris, Claudii scil. mariti. *Comite*, &c.] Cum ante innumeris famulis tanquam imperatoria conjux stiparetur, nunc unam tantum secum habebat, rerum suarum consciam, quam ex prostitutis elegerat. Hanc autem elegerat in certamen libidinis.

120. *Sed*, &c.] Habitu meritricio incedens, nigros suos capillos, quales matronæ pleræque habebant, flavo pileo in modum galeæ facto abscondebat, Mœchos obtecto capite cucullo, per lupanaria nocte vagari solitos notum ex historiis. Quin & meritrices obnuptas fuisse; non novum. *Farnab. Flavii* Conject. c. 44. *Sed nigrum*, &c.] Galerum non omnibus sumere licitum; usus enim ejus matronis Cerealisque sacerdotibus quasi privilegio quodam concedebatur, ut & vitta, quam non omnes fœminæ gerebant, sed solæ matronæ.

121. *Intravit*, &c.] Vel frequentatum, & nimia frequentia celebratum; vel quod vetus cento calorem retinuerit. Vel potius minime *calidum* & quasi vero; nam addit *veteri centone*: quæ verba sic

Et cellam vacuam atque suam: tunc nuda papillis
Prostitit auratis, titulum mentita Lyciscæ,
Ostenditque tuum, generose Britannice, ventrem.
Excepit blanda intrantes, atque æra poposcit
Mox, lenone suas jam dimittente puellas;
Tristis abit: sed quod potuit, tamen ultima cellam
Clau-

VET. SCHOLIAST.

123. *Prostitit*, &c.] Quoniam in cellis nomina meritricum superscripta fuerunt, hoc est, pro quadam Lycisca meritrice, ipsa cellam ingressa est.

124. *Britannice.*] Ipse Britannicus, quem pro Messalinæ matris nece, conscia Agrippina, Nero in convivio suo necavit.

125. *Excepit.*] In meritorio.

126. *Mox lenone.*] Id est, de meritoriis recedentibus puellis, ipsa tristis efficiebatur, quod per totam noctem lassata quidem ex coitione virorum, tamen adhuc desiderans, non satiata, & ultima recedebat.

VARIORUM.

sic componi possunt, alias sejunguntur. Vel calidum à Lycisca recens egressa. Contraxerat autem cum meritrice Lycisca nobilissima, & à multis ganeonibus petita. *Veteri*, &c.] Laneo & vili panno diversis coloribus & variis panniculis texto, super quem coibant, villoso & detrito. *Idem.*

122. *Vacuam.*] E qua paulo ante exierat Lycisca, à qua illam conduxerat. *Suam.*] Quippe quam Messalina jam conduxerat, à Lycisca in suum usum: sed interdiu Lyciscæ concesserat: in fornice enim distinctæ unicuique meritrici cellæ erant. *Tunc nuda.*] In prostibulo constitit, habens papillas nudas auro undique redimitas, in circuitu. *Schog.* procem. 5.

123. *Prostitit.*] Alii. *Constitit.* Sed frustra; nam tam unum, quam alterum huic rei conveniens. *Auratis.*] I. e. pulchris: more Græcorum, quorum vox tam aurum quam pulchrum significat? quid enim pulchrius auro? Alii ornatis auro, vel syndonio connexo aureis annulis: videatur Xiphilin. in Heliogab. ad hanc rem: nisi forte syndonium illud intelligatur rectius de velo quod lupanaribus & cauponis oppandebatur, atque annuli sint illi, per quos velum adducitur & reducitur. *Farnabius.* *Titulum*, &c.] Præfigens cellæ suæ titulum Lyciscæ ne proderetur aut agnosceretur quasi meritrix Lycisca in cella illa prostaret. In cellis autem nomina meritricum solebant præfigi, & superscribi simul & stupri pretium. Et ita se gerebat Messalina pro meritrice Lycisca. *Lubinus.*

124. *Ostenditque*, &c.] Id est, ô generose & nobilissime Britannice, qui generosus es in Imperatoris domo, natus à Claudio scilicet, si credere fas est, tua mater Messalina ventrem in quo tu conceptus es, & ex quo tu prodiisti, vel proditurus eras, ostendit. *Generose*, &c.] Quasi minime generosus, qui forte ganeonis es filius. Quidam hunc versum poni volunt post sequentem 125. *Lubin.*

125. *Blanda.*] Blanditiis alliciens meritricum more. *Atque*, &c.] Stupri scilicet mercedem, ut crederetur vere publica meritrix esse. *Idem.* Unde apud Apul. meritricum *poscinummia*.

126. *Mox*, &c.] Cum leno meritrices suas, quarum dominus erat, sub noctem ferme mediam, jam dormitum dimitteret. *Lubin.* Incipiebant autem hora nona noctu, unde *nonaria* Persio dicta. *Grang.* *Puellas.*] Inquit, sic denominatur à potiori parte.

127. *Tristis*, &c.] Quod ipsi tam subito discedendum esset, cum adhuc libidine

Clausit, adhuc ardens rigidæ tentigine vulvæ,
Et lassata viris, necdum satiata recessit,
Obscurisque genis turpis, fumoque lucernæ
Fœda lupanaris tulit ad pulvinar odorem.
Hippomanes, carmenque loquar, coctumque [illegible],
Privignoque datum? faciunt graviora coactæ

Im-

VET. SCHOLIAST.

131. *Fœda.*] Obscœnatum odorem lupanaris pertulit ad lectum maritalem.

132. *Hippomanes.*] Quod de partu equarum rapitur à fronte pulli, statim ut nascitur. quod mater ab eodem lambit. quod datum in poculum ad amatorias res facit.

133. *Faciunt, &c.*] Graviora faciunt in aliis rebus, quam quod persuadet libido & minus peccant forte quam quod libido desiderat.

VARIORUM.

libidine æstuaret. *Sed, &c.*] Quæ potuit tentavit, ut saltem ultima esset inter discedentes. *Lubin.*

128. *Ardens, &c.*] Insaniens, & fervens prurigine atque tentigine rigidæ. inflatæ & tumidæ vulvæ. Quidam hic inserunt hunc versum,

Et resupina jacens multorum absorbuit ictus. Idem.

129. *Lassata, &c.*] Defatigata à fututoribus. *Nondum, &c.*] Nondum exsaturata inde ex lupanari recessit. *Idem.* *Omnis satietas in coitu, homini nulla.* Plin.

130. *Obscurisque, &c.*] Deturpata, & denigrata fuligine in sordido lupanari; vel turpata crebro tactu, crebrisque osculis amplexantium. *Fumoque, &c.*] Fuligine lucernæ fœdata. Prostabant autem meretrices ad lucernas, ut notat Lips. elect. 1. c. 3. *Idem.*

131. *Lupanaris, &c.*] Turpem, fœdum, & obscœnum odorem lupanaris, pertulit ad pulvinar vel lectum maritalem Imperatoris. *Idem.* Grangæus per pulvinaria intelligit lectisternia in templis, quibus accumbunt [illegible], quales censentur Imperatores.

132. *Hippomanes.*] Tangit jam alia mulierum scelera, quæ libidine longe erant pejora. Id est, describamne jam veneficia & amatoria pocula. Est autem *Hippomanes* quod de partu equarum rapitur à fronte pulli, caricæ magnitudine, & colore nigro, quod statim edito partu devorat fœta equa mater, aut pullum ad ubera non admittit. Est & Hippomanes virus ab inguine destillans, dum libidinis furore equæ agitantur, & unde proprie nomen habet. Hoc veneficæ ad philtra, furorem conciliandum, & ad veneficia simul utebantur. *Carmen.*] Incantatorium, quo amatorum animos fascinant. Virgilius:

Carmina vel cœlo possunt deducere Lunam.

Coctum, &c.] Temperatum, & admistum dulcibus cibis, *Idem.*

133. *Privignoque, &c.*] Inter privignum & novercam semper simultates, si non palam, clam saltem exercentur. Historiæ multæ de tali odio novercali, & veneficio. *Faciunt, &c.*] Duplici sensu hæc dici videntur. Vel; illæ coactæ ab imperio sexus muliebris, ab odio, ira, invidia, & reliquis affectibus, quos, muliebris sexus imperium vocat, vel, quibus infirmitatibus ad omne flagitium facile impelluntur, & quorum affectuum imperio haud graviter obsequuntur, graviora adhuc scelera committunt, atque illa sunt, quæ faciunt ob libidinem. Vel per *Imperium sexus*, muliebrem vel fœmineum sexum vocat, subditum virili vel maritali. Quasi dicat: Viri imperium ægre ferunt, & libenter illud excuterent, inde semper in vetitum nituntur, multa sæpe machinantur, multa interdum etiam

Imperio sexus, minimumque libidine peccant.
Optima, sed quare Cæsennia teste marito?
Bis quingenta dedit; tanti vocat ille pudicam,
Nec pharetris Veneris macer est, aut lampade fervet:
Inde faces ardent, veniunt à dote sagittæ.
Libertas emitur: coram licet innuat, atque
Rescribat, vidua est locuples quæ nupsit avaro.
Cur desiderio Bibulæ Sertorius ardet?

Si

VET. SCHOLIAST.

135. *Optima, sed.*] Anthypophora est. tanquam ab alio interrogatus sit.

139. *Libertas, &c.*] Mariti, ut peccante uxore contentus sit tacere, propter avaritiam. ut Horat.

Non sine conscio surgit marito.

140. *Vidua, &c.*] Tanquam vidua peccat sine crimine dives mulier, quæ avaro nupserit marito

141. *Cur desiderio.*] Anthypophora.

VARIORUM.

etiam perpetrant, quippe quibus pectus natura dolo instruxit, sed vires negavit. *Lubin.*

134. *Minimum; &c.*] Præ aliis gravioribus sceleribus, quæ committunt, ira, odio, vindictæ cupidine. Talia erant veneficia, cædes, parricidia. *Lub. Peccant.*] Hoc verbum Poëtæ quamplurimum ad dictam turpem actionem transferunt.

135. *Optima, &c.*] Objectio est Posthumii, cui respondet Poeta vers. seq. *Sed quare.*] Cum tu dicas omnes malas esse & impudicas, quare ergo testimonio mariti sui ubique Cæsennia optima jactatur? Alii legunt *Cesennia, Censennia, Cesonia, Censonia, Censoria. Casennia* communis est; quam & nos præponimus, quia verior nulla liquet.

136. *Bis, &c.*] Respondet auctor noster, maritum Cæsenniam conjugem suam castam vocare, quia ipsi contulit amplissimam dotem, quæ forsan alias impudica est. Sunt autem bis quingenta, id est, mille Sestertia vel talenta. Et pro immensa dote seu ingenti summa ponuntur. *Turneb.* libro 18. cap. 30. Lipsius ad 11. Ann. Tacit. observat decies centena numerum esse dotis legitimum & solennem apud autores. *Tanti, &c.*] Maxima dos tanti & tam boni testimonii caussa est, non rei veritas.

137. *Nec, &c.*] Macer est. Id est, non maceratur Veneris cupidine; non fervet flammis Veneris, sed dotis flagrat amore. *Lampade.*] Non tæda vel flamma Veneris & Cupidinis nec ejus sagittis: Nam illius Dei *Altera tela arcus, altera tela faces.*

138. *Inde.*] A dote, flammæ amoris ardent in marito. *Sagittæ.*] Jacula amoris veniunt à dote.

139. *Libertas, &c.*] Id est, libertas faciendi quidquid libet, emitur à mulieribus divitibus, dote. ut Horat. *Non sine conscio surgit marito.* Plaut. *Uxorem accepi, dote imperium vendidi.* *Coram, &c.*] Dives & dotata mulier etiam præsente marito omnia flagitia designat, & tamen à marito tanquam pudica laudatur. Et licitum est etiam ei coram vel præsente marito, mœcho innuere; illique rescribere quæcunque velit. Nam viri, quidquid mulieres agunt, illud laudant, cum sint dotatæ. *Innuat.*] Amatori nutum faciat. In indicium consensus, quod nimirum velit ad ipsum certo loco & tempore venire. *Idem.*

140. *Vidua, &c.*] Dives mulier quæ avaro alicui nupsit, illa in conjugio sui juris est, ac æque libera est ac si esset vidua, ac si nulli matrimonio juncta esset. Vel, quibus voluerit, illis commisceatur tanquam vidua esset, & maritum non haberet. *Lubin.*

141. *Cur, &c.*] Altera objectio Posthumii de Bibula. Id est, cur Sertorius maritus tanto amore atque deside-

M rio

Si verum excutias, facies, non uxor amatur.
Tres rugæ subeant, & se cutis arida laxet,
Fiant obscuri dentes, oculique minores:
Collige sarcinulas dicet libertus: & exi;
Jam gravis es nobis, & sæpe emungeris, exi
Ocyus, & propera: sicco venit altera naso.
Interea calet, & regnat, poscitque maritum
Pastores, & ovem Canusinam, ulmosque Falernas.

Quan-

VET. SCHOLIAST.

144. *Oculique*, &c.] Præ senectute: id est, fiat cæcus.

146. *Et sæpe*, &c.] Mucosa es.

149. *Et ovem*.] Id est, greges in Cantabria, & vineas in Falerno.

VARIORUM.

rio tenetur erga Bibulam conjugem? *Lubin.*

142. *Si*, &c.] Si ipsam veritatem accuratius aliquanto perscruteris, & inquiras. *Facies*, &c.] Non tam uxorem amat, quam pulchritudinem. Non amat eam ut bonam, sed ut formosam. Sic apud Terent. discite.

Quippe formâ nostrâ nos amatores colunt.
Hac ubi immutata est, suum animum alio conferunt.

Uxor.] Uxor enim est respectu animi. *Idem.*

143. *Tres*, &c.] Probat quod dixit, ipsam non ob virtutem, sed formam amari; nam dum per ætatem formosa est, à marito adamatur, qua forma per senectutem pereunte & flaccescente amor mariti etiam flaccescit, qui eam paulo post domo ejiciet. *Tres rugæ.*] Ipsam invadant, corripiant, vel in faciem ejus succedant. *Subeant.*] I. e. veniant. *Et*, &c. Id est, deficiente succo & sanguine, arida cutis se laxam faciat, inque rugas se ex laxitate contrahat. *Arida.*] Exsucca, marcida, senilis. *Idem.*

144. *Fiant*, &c.] Quod fit senio, nigrescant. Ovid. 3. de Arte.

Quid si præcipiam ne fuscet inertia dentes.

Oculique, &c.] Contrahantur, quod itidem præ senectute fit, humore deficiente. *Idem.*

145. *Collige*, &c.] Verba liberti, eam jam anum, domo ejicientis. Formula à re militari translata ad divortium: quæ est, *Res tuas tibi habeto*. *Res tuas tibi agito*. *Brisson.* Form. libro. VIII. *Exi.*] E domo heri mei. Sic Martial. l. XI. *Uxor vade foras aut moribus utere nostris.*

146. *Jam*, &c.] Hac tua senili ætate nobis es molesta, quia fœda & deformis, anus es. *Sæpe*, &c.] Vetulis enim stiria de aduncis naribus semper dependet. *Lubin.* Vel, jam ingenium tuum hebetatum domestici ludunt, & fraudulenti servi & ancillæ, & alii quicunque te pecunia tua emungunt & fraudant. Sed prius mage consonum.

147. *Sicco*, &c.] Juvenis & formosa, tibi successura, substituetur, quæ se ob senilem ætatem toties non emungat. *Idem.* Vel, magis sedula & astuta.

148. *Interea.*] Quamdiu annis & forma floret. Notat jam mulierum procacem petulantiam, & in viros imperium, dum adhuc juvenes & formosæ sunt. *Calet.*] Viget, vegeta, vivida est, & promta ad omnia tractanda. Non *callet*, ut scriptum erat: idque ex correctione Passeratii. *Regnat*] In domo, viro imperans. *Lubin.* *Poscit*, &c.] Id est, poscit à marito quidquid volet, pastores & greges ovium in Calabria, vineas in Falerno, & alia pretiosa.

149. *Ovem*, &c.] Canusium oppidum Dauniorum in Apulia, ubi optimæ oves, & pretiosa lana. *Ulmosque*, &c.] Quæ viti maritandæ supponitur, ulmus est.

Sumi-

Quantulum in hoc? pueros omnes, ergastula tota,
Quodque domi non est, & habet vicinus, ematur.
Mense quidem brumæ, quo jam mercator Iason
Clausus, & armatis obstat casa candida nautis,
Grandia tolluntur crystallina, maxima rursus
Myrrhina, deinde adamas notissimus, & Berenices

In

VET. SCHOLIAST.

150. *Ergastula tota.*] Ergastula proprie dicuntur loca, in quibus ad pœnam vincti, opus faciunt. Hic ergo ergastula dixit rusticorum servientium multitudinem.

152. *Quo jam, &c.*] Illud significat, quod Romæ in porticu Trajanarum Thermarum tempore Sigillariorum sigillaria sunt. Tunc mercatores casas de linteis faciunt, quibus picturæ * obstant. Ideo autem dicit, mercator Jason: quoniam antea in porticu Agrippianarum sigillaria proponebantur, in qua porticu historia Argonautarum depicta est, & casæ cum fierent, picturæ obstabant.

154. *Grandia, &c.*] Sic & Claud. dicit: *Atque aestatis erit longus stupor crystallus.*

155. *Myrrhina.*] De myrrha pocula tincta facta.

VARIORUM.

Sumitur hoc pro vino, & vino. Id est, nobilissima vina ex Falerno Campaniæ monte. *Lubin.*

150. *Quantulum, &c.*] Quod poscit scilicet. Quasi dicat: minimum adhuc illud est si aliquis spectes. *Pueros, &c.*] Magnam servorum multitudinem à marito cupit, ad agricolationem. *Ergastula tota.*] Omnes servos vinctos in ergastulo, & ibi opus facientes: vel servos omnes ex ergastulis. *Lubin.* Qui solerent vinctos servos in villa ad agriculturam, vel ad pistrinum. Apud *Ruardum liberi hominis populus est, quindecim servi familia, quindecim vincti ergastulum.*

151. *Quodque.*] Id est, quodcunque ipsa non habet, sed vicinus habet. *Idem.* Attende importunitatem & invidiam muliebris, quæ dolet se non habere quod habet vicinus:

Fertilior seges est alienis semper in agris, Vicinumque pecus grandius uber habet.

152. *Mense, &c.*] Notat servitia & miseram conditionem maritorum, qui hiemali tempore, cum reliqui mercatores, & negotiatores cessant propter frigus, coguntur uxoribus suis crystallina & myrrhina pocula, & pretiosos lapillos, non sine vitæ discrimine afferre. *Mense brumæ.*] Cum bruma sævit & horret. Mense Decembri, quo βραχὺ est ἦμαρ. *Lubin.* Leber M. S. Junii legit, *Numa.* Dicitque ita Februarium dictum, quem Februo, id est, Plutoni consecrarit Numa: sed vetus altera lectio. *Putaneus.* *Jason, &c.*] Jason pro quovis mercatore vel negotiatore navigante ponitur. Alludens ad Jasonem, qui Colchos navigavit ad vellus aureum rapiendum. *Clausus* supp. domi, dicitur, quia per hiemem mare navigantibus clauditur. Ver enim aperit navigantibus maria. Ex die III. Idus Novembr. usque in diem sextum Idus Martii, maria claudebantur.

153. *Et, &c.*] Id est, cum nives, quæ omnia contegunt, impedimento sunt. Cum casis vel domuncula nautarum candida, & nivibus conspersa, nautis obstat: qui alias instrumentis suis ad navigandum armati, ornati, & instructi sunt ad navigandum ex imperio uxoris importuno. *Lubinus.* Illa omnia instrumenta nautica arma vocantur.

154. *Grandia, &c.*] Tunc à longinquis regionibus vasa crystallina à marito tolluntur, & uxori adferuntur. *Idem.* Erat hic Lubinus; nam ex mercatoris officina de tabernis solet emere marita.

155. *Myrrhina.*] Pocula de myrrha facta, quæ primus in urbem invexit

In digito factus pretiosior: hunc dedit olim
Barbarus incestæ, dedit hunc Agrippa sorori,
Observant ubi festa mero pede sabbata Reges,
Et vetus indulget senibus clementia porcis.

Nul-

VET. SCHOLIAST.

157. *Barbarus.*] Barbarum Ptolomæum significat, & Beronicem sororem ejus. *Dedit, &c.*] Juliam neptem Augusti significat, quæ nupta Æmilio Paulo, cum is majestatis crimine periisset * à Barbaro relegata est: post revocata, cum semet vitiis addixisset, perpetuo exilio damnata est. Supplicio hujus Agrippa frater, propter morum feritatem in Sicilia ab Augusto relegatus, post cujus mortem jussu Tiberii interfectus est. * Beronice soror Ptolomæi, verum neptis Augusti Julia, cum qua commisit incestum, & pro ea ab Augusto relegatus est. *

158. *Observant, &c.*] In Judæa regione, ubi est synagoga.

159. *Et vetus, &c.*] Id est, majoribus porcis parcunt. nam minores manducant.

VARIORUM.

Pompejus. *Plin.* libro 37. capite 2. & 8. Oriens, inquit, myrrhina mittit ex humore sub terra calore densata. in pretio sunt ob nitorem & coloris varietatem, purpurei, candidi, & tertii ignescentis. Aliqua & in odore commendatio est, &c. Jos. Scalig. ad versum illum Propertii lib. 4.

Murreaque in Parthis pocula cocta focis: adversatur Plinio, asseritque myrrhina pocula ex Signino cocto apud Sinas facta esse, quæ nos *Porcellana* vocamus. *Farn.* Meo quidem judicio recte dicit Scal. in odore commendationem esse, unde colligere licet vasa *myrrhina* fictilia fuisse ex argilla, conchylibus, vel alia materia, quæ fragrante & bene olente myrrha erat condita. Absit ergo tantus doctorum de hac vocabulo labor. Qui *murrinam* à mari ducunt, unde præcipua sit materia, sc. è conchis, itidem vani sunt. *Deinde, &c.*] Notissimus ille & durissimus lapis, tollitur vel comparatur à marito. *Et, &c.*] Quod regina Judææ, Herodis uxor eum in digito gesserit, & ideo majori pretio venundatus. Alii intelligunt Beronicem, quæ post Herodis mortem cum Agrippa prioris conjugis fratre concubuit. Et sic in digito incestæ reginæ lapis pretiosior redditus est. Scoptice. Nec hoc moveat, quod bis repetatur *dedit*, nam hoc sæpe fit apud Poetas: sed, Di boni, quot hoc fefellit interpretes.

156. *Hunc, &c.*] Repetitur bis hoc loco *dedit*. Quasi dicat: hunc nobilissimum adamantem, barbarus ille rex Judææ, Herodes Agrippa, dedit incestæ suæ sorori Berenicæ, cum qua incestum commiserat, utpote quæ ante nupta erat patruo suo Herodi. *Lubin.* Satyrice: Factus pretiosior adamas, non quod tantum hunc Berenice tulerit, sed & quod ab Agrippa fratre, cum quo solebat concumbere, acceperit.

158. *Observant.*] Est descriptio Judææ. Id est, ibi in Palæstina hoc factum est, (vel inde hic annulus petitus) ubi reges nudis pedibus festa sabbata observant. Hebræi enim sacra loca non ingrediebantur nisi nudis pedibus. Berenice autem nudipes & capillos rasa venit Hierosolymam, Deo vota pro salute solutura. Joseph. libro 2. Judaici belli, & Egesippus. Hinc forte hujus digressionis caussa, ad mores Judæorum, facta Beronices mentione. *Farnab.* Ridet obiter Judæos. *J. Gyrald.* Dialog. 2.

159. *Et, &c.*] Apud Judæos, inquit Tacitus, senescunt porci, & veteri lege Judæis prohibitum, ne vescerentur porcis. Unde cum porci non occiderentur, senescebant. *Vetus, &c.*] Clementia quæ ex veteri more & lege introducta fuit, quod esset animal immundum, ungulam findens, non ruminans, Levit. 11. 7.

non

Nullane de tantis gregibus tibi digna videtur?
Sit formosa, decens, dives, fœcunda, vetustos
Porticibus disponat avos, intactior omni,
Crinibus effusis, bellum dirimente Sabina:
RARA avis in terris, nigroque simillima cycno.
Quis feret uxorem, cui constant omnia? malo,
Malo Venusinam, quam te Cornelia mater
Gracchorum, si cum magnis virtutibus adfers

Gran-

VET. SCHOLIAST.

162. *Porticibus.*] Cujus avi triumphantes in imaginibus picti & positi in porticibus.

163. *Bellum, &c.*] Sit castior Sabinis, quæ fœdera inter Tatium & Romulum fecerunt.

VARIORUM.

non ut falso Tacitus 5. hist. in memoriam cladis, quod ipsos scabies quondam turpaverat (idem etiam mentito Justino lib. 36.) cui id animal obnoxium. *Indulget.*] Longam vitam, ut valde senescant. *Lubin.*

160. *Nullane, &c.*] Ostendit ulterius nullam uxorem esse ducendam. Probavit hoc de malis. Subjungit postea ideam quasi optimæ fœminæ, quam postea ostendit raro inveniri, & ut maxime inveniatur, fore superbam, propter illas suas animi & corporis dotes, & ob superbiam illam fore intolerabilem. *Nullane.*] Περιπατιδικως. Anne quædam ex illis, quas memoravi, digna tibi videtur tuo matrimonio? *Idem.* Sed miror neminem hic argutiam Poëtæ intelligere, qui de *tantis gregibus* porcorum loquens false innuit fœminas, ad has ab illis cito transiens.

161. *Sit formosa.*] Describitur ergo quædam ex voto mulier, non qualis detur, sed qualis merito esse deberet, si daretur. Et quæ, si vel maxime daretur, ob fastum esset intolerabilis. *Sit formosa.*] Est concessio. Age sit illa quam tu desideras speciosa. *Decens.*] De moribus intellige venustis. *Dives.*] De quibus prima quæstio esse solet. *Fœcunda.*] Quæ fœcunditate sua conjugium reddat lætius. *Lubin.* *Vetustos, &c.*] Sit etiam nobilis & generosa.

162. *Avos.*] Imagines majorum, quas in porticibus & atriis ordine disponere solebant. Vel cujus avi triumphantes in imaginibus picti sint. *Intactior omni.*] De moribus ultimo loco dicit, ex consuetudine perditi temporis. Sit etiam castior & inviolatior Sabinis mulieribus castissimis, quæ bellum inter Tatium & Romulum dirimebant, & fœdera faciebant. Vide Livium. *Lubin.*

163. *Crinibus effusis.*] Sparsis & passis, & veste scissa infestas acies utrinque dirimente, & bello finem imponente. Quæ belli modus & fœderis inter Tatium & Romulum exstitit.

164. *Rara avis.*] Sicut phœnix, quæ una avis in terris tantum reperiri dicitur. Proverbii speciem habet & per parenthesim dictum est.

165. *Quis, &c.*] Id est, prædicta omnia si maxime uni uxori adessent, quis illam ferre posset. Nam ob hasce dotes superba esset, & propter superbiam intolerabilis. Uno vitio laborabit, quod omnibus his bonis præponderabit. *Cui, &c.*] Cui suppetunt, præsto sunt & adsunt prædicta omnia.

166. *Malo, &c.*] Nota, quod serio repetat *Malo*, *Malo*. Satius est pauperem & extraneam ex Venusino oppido sibi uxorem ducere, quam Corneliam Gracchorum matrem nobilem, divitem, superbam, sibi dominam introducere. Hæc Cornelia fuit insignis pudicitiæ, Scipionis Africani filia, quæ nupsit Cornelio Graccho, mater Caji & Tiberii Gracchorum. *Idem.*

167. *Si, &c.*] Id est, si cum his raris

Indigito factus pretiosior: hunc dedit olim
Barbarus incestæ, dedit hunc Agrippa sorori,
Observant ubi festa mero pede sabbata Reges,
Et vetus indulget senibus clementia porcis.

Nul-

VET. SCHOLIAST.

157. *Barbarus.*] Barbarum Ptolomæum significat, & Beronicem sororem ejus. *Dedit*, &c.] Juliam neptem Augusti significat, quæ nupta Æmilio Paulo, cum is majestatis crimine periisset * à Barbaro relegata est: post revocata, cum semet vitiis addixisset, perpetuo exilio damnata est. Supplicio hujus Agrippa frater, propter morum feritatem in Sicilia ab Augusto relegatus, post cujus mortem jussu Tiberii interfectus est. * Beronice soror Ptolomæi, verum neptis Augusti Julia, cum qua commisit incestum, & pro ea ab Augusto relegatus est. *

158. *Observant*, &c.] In Judæa regione, ubi est synagoga.

159. *Et vetus*, &c.] Id est, majoribus porcis parcunt. nam minores manducant.

VARIORUM.

Pompejus. *Plin.* libro 37. capite 2. & 8. Oriens, inquit, myrrhina mittit ex humore sub terra calore densata. in pretio sunt ob nitorem & coloris varietatem, purpurei, candidi, & tertii ignescentis. Aliqua & in odore commendatio est, &c. Jos. Scalig. ad versum illum Propertii lib. 4.

Murreaque in Parthis pocula cocta focis: adversatur Plinio, asseritque myrrhina pocula ex Signino cocto apud Sinas facta esse, quæ nos *Porcellana* vocamus. *Farn.* Meo quidem judicio recte dicit Scal. in odore commendationem esse, unde colligere licet vasa *myrrhina* fictilia fuisse ex argilla, conchylibus, vel alia materia, quæ fragrante & bene olente myrrha erat condita. Absit ergo tantus doctorum de hac vocabulo labor. Qui *murrinam* à mari ducunt, unde præcipua sit materia, sc. è conchis, itidem vani sunt. *Deinde*, &c.] Notissimus ille & durissimus lapis, tollitur vel comparatur à marito. *Et*, &c.] Quod regina Judææ, Herodis uxor eum in digito gesserit, & ideo majori pretio venundatus. Alii intelligunt Beronicem, quæ post Herodis mortem cum Agrippa prioris conjugis fratre concubuit. Et sic in digito incestæ reginæ lapis pretiosior redditus est. Scoptice. Nec hoc moveat, quod bis repetatur *dedit*, nam hoc sæpe fit apud Poetas; sed, Di boni, quot hoc fefellit interpretes.

156. *Hunc*, &c.] Repetitur bis hoc loco *dedit*. Quasi dicat: hunc nobilissimum adamantem, barbarus ille rex Judææ, Herodes Agrippa, dedit incestæ suæ sorori Berenicæ, cum qua incestum commiserat, utpote quæ ante nupta erat patruo suo Herodi. *Lubin.* Satyrice: Factus pretiosior adamas, non quod tantum hunc Berenice tulerit, sed & quod ab Agrippa fratre, cum quo solebat concumbere, acceperit.

158. *Observant.*] Est descriptio Judææ. Id est, ibi in Palæstina hoc factum est, (vel inde hic annulus petitus) ubi reges nudis pedibus festa sabbata observant. Hebræi enim sacra loca non ingrediebantur nisi nudis pedibus. Berenice autem nudipes & capillos rasa venit Hierosolymam, Deo vota pro salute solutura. Joseph. libro 2. Judaici belli, & Egesippus. Hinc forte hujus digressionis caussa, ad mores Judæorum, facta Berenices mentione. *Farnab.* Ridet obiter Judæos. *J.Gyrald.* Dialag. x.

159. *Et*, &c.] Apud Judæos, inquit Tacitus, senescunt porci, & veteri lege Judæis prohibitum, ne vescerentur porcis. Unde cum porci non occiderentur, senescebant. *Vetus*, &c.] Clementia quæ ex veteri more & lege introducta fuit, quod esset animal immundum, ungulam findens, non ruminans. Levit. 11.7.

non

Nullane de tantis gregibus tibi digna videtur?
Sit formosa, decens, dives, fœcunda, vetustos
Porticibus disponat avos, intactior omni,
Crinibus effusis, bellum dirimente Sabina:
RARA avis in terris, nigroque simillima cycno.
Quis feret uxorem, cui constant omnia? malo,
Malo Venusinam, quam te Cornelia mater
Gracchorum, si cum magnis virtutibus adfers

Gran-

VET. SCHOLIAST.

162. *Porticibus.*] Cujus avi triumphantes in imaginibus picti & positi in porticibus.

163. *Bellum, &c.*] Sit castior Sabinis, quæ fœdera inter Tatium & Romulum fecerunt.

VARIORUM.

non ut falso Tacitus 5. hist. in memoriam cladis, quod ipsos scabies quondam turpaverat (idem etiam mentito Justino lib. 36.) cui id animal obnoxium. *Indulget.*] Longam vitam, ut valde senescant. *Lubin.*

160. *Nullane, &c.*] Ostendit ulterius nullam uxorem esse ducendam. Probavit hoc de malis. Subjungit postea ideam quasi optimæ fœminæ, quam postea ostendit raro inveniri, & ut maxime inveniatur, fore superbam, propter illas suas animi & corporis dotes, & ob superbiam illam fore intolerabilem. *Nullane.*] Περιπατέλιψις. Anne quædam ex illis, quas memoravi, digna tibi videtur tuo matrimonio? *Idem.* Sed miror neminem hic argutiam Poëtæ intelligere, qui de *tantis gregibus* porcorum loquens false innuit fœminas, ad has ab illis cito transiens.

161. *Sit formosa.*] Describitur ergo quædam ex voto mulier, non qualis detur, sed qualis merito esse deberet, si daretur. Et quæ, si vel maxime daretur, ob fastum esset intolerabilis. *Sit formosa.*] Est concessio. Age sit illa quam tu desideras speciosa. *Decens.*] De moribus intellige venustis. *Dives.*] De quibus prima quæstio esse solet. *Fœcunda*] Quæ fœcunditate sua conjugium reddat lætius. *Lubin. Vetustos, &c.*] Sit etiam nobilis & generosa.

162. *Avos.*] Imagines majorum, quas in porticibus & atriis ordine disponere solebant. Vel cujus avi triumphantes in imaginibus picti sint. *Intactior omni.*] De moribus ultimo loco dicit, ex consuetudine perditi temporis. Sit etiam castior & inviolatior Sabinis mulieribus castissimis, quæ bellum inter Tatium & Romulum dirimebant, & fœdera faciebant. Vide Livium. *Lubin.*

163. *Crinibus effusis.*] Sparsis & passis, & veste scissa infestas acies utrinque dirimente, & bello finem imponente. Quæ belli modus & fœderis inter Tatium & Romulum extitit.

164. *Rara avis.*] Sicut phœnix, quæ una avis in terris tantum reperiri dicitur. Proverbii speciem habet & per parenthesim dictum est.

165. *Quis, &c.*] Id est, prædicta omnia si maxime uni uxori adessent, quis illam ferre posset. Nam ob hasce dotes superba esset, & propter superbiam intolerabilis. Uno vitio laborabit, quod omnibus his bonis præponderabit. *Cui, &c.*] Cui supperunt, præsto sunt & adsunt prædicta omnia.

166. *Malo, &c.*] Nota, quod serio reperat *Malo, Malo.* Satius est pauperem & extraneam ex Venusino oppido sibi uxorem ducere, quam Corneliam Gracchorum matrem nobilem, divitem, superbam, sibi dominam introducere. Hæc Cornelia fuit insignis pudicitiæ, Scipionis Africani filia, quæ nupsit Cornelio Graccho, mater Caji & Tiberii Gracchorum. *Idem.*

167. *Si, &c.*] Id est, si cum his raris

Grande supercilium, & numeras in dote triumphos,
Tolle tuum precor Hannibalem, victumque Syphacem
In castris, & cum tota Carthagine migra.
Parce precor, Paean & tu depone sagittas,
Nil pueri faciunt, ipsam configite matrem,
Amphion clamat: sed Paean contrahit arcum.

Extur-

VET. SCHOLIAST.

168. *Et numeras, &c.*] Imputas.
172. *Nil pueri, &c.*] Comminuunt. ut Lucanus:
Crimine quo parvi cædem potuere mereri?

VARIORUM.

Prædictis virtutibus, pulchritudine, divitiis, foecunditate, castitate, superbiam tecum adfers & non secus ac magna dos esset, mihi imperiosa insultare velis. Nam certe Cornelia magnæ eloquentiæ fuit & eruditionis unde Gracchorum eloquentiæ multum contulisse legitur: deinde etiam insignis fuisse probitatis creditur; quod Campanæ matronæ liberos suos ostenderit tanquam maxima sua ornamenta: insuper mirum in modum pudica fuit, præterquam quod optimo genere nata esset.

161. *Supercilium.*] Superbiam & fastum, quæ in supercilio apparet. Hinc proverbia. *Tollere supercilium, & ponere. Et, &c.*] Id est, si triumphos majorum tuorum Scipionum, loco dotis tecum adfers. Id est, si propter nobilitatem & gloriam majorum tuorum tibi subjectus esse cogar. *Idem.*

169. *Tolle, &c.*] Tolle jactationes de Annibale, &c. à tuis devictis, & recede. Habe tibi res tuas, inter quas numeras victorias & triumphos majorum tuorum. Hisce verbis indicat satius esse talem superbam uxorem deserere, & dimittere, quam illi cohabitare. *Annibalem, &c.*] Quem toties mihi objicias exprobrando. *Victum, &c.*] Asdrubalis & Siphacis copias juvante Masinissa fudit, & utriusque castra facibus illatis, una nocte delevit. *Farn.*

170. *Et cum, &c.*] Recede è domo mea cum tota gloria Scipionum majorum tuorum, quos spoliorum ex Carthagine devicta. *Lubin.*

171. *Parce precor.*] Mulierum superbiam intolerabilem esse, quæ vel Deos contemnant, indicat exemplo Niobes. Quæ Amphionis uxor nobilitate & foecunditate superba, Thebanas mulieres Latonæ sacrificantes redarguit, sibi sacrificandum esse dictitans; quod ipsi Latonæ, ob numerosam prolem, merito fuerit anteponenda. Qua matris injuria, Diana & Apollo commoti, Niobes filios, ad unum omnes una die sagittis confecerunt. Unde mater Niobe præ dolore in saxum fuit conversa. *Parce, &c.*] Est Prosopopœia Amphionis deprecantis mortem liberorum suorum à Diana & Apolline sagittis confectorum. Id est, O Pæan Apollo, parce meis liberis. *Et tu, &c.*] Tu Diana scilicet. vide fab. 3. lib. 6. Metam Ovidii. *Lubinus.* *Parce precor, Pæan, & tu depone sagittas.*] Quis ille alter quem invocat cum Pæane, petitque ut cum illo sagittas ponat? Vides hic mendam esse insignem, quem tolles, si mecum scripseris, ut Juvenalem scripsisse persuasissimum habeo,

Parce precor Pæan, & tu depone sagittas.

Tu Diana & Apollo recondite vestra tela, quibus Nioben conficitis. *Graev.*

172. *Nil, &c.*] Nihil culpæ admiserunt. *Ipsam, &c.*] Niobem, quæ sua superbia hanc calamitatem concitavit. *Idem.*

173. *Amphion.*] Jovis ex Antiope filius, Thebanus. *Sed, &c.*] Id est, Apollo nihil commotus miserabili voce patris, omnes filios immisericorditer sagittis

Extulit ergo greges natorum, ipſumque parentem,
Dum ſibi nobilior Latonæ gente videtur,
Atque eadem ſcrofa Niobe fœcundior alba.
Quæ tanti gravitas? quæ forma, ut ſe tibi ſemper
Imputet? hujus enim rari ſummique voluptas
Nulla boni, quoties animo corrupta ſuperbo
Plus aloës quam mellis habet. quis deditus autem
Uſ.

VET. SCHOLIAST.

174. *Greges*, *&c.*] Quia plures fuerunt, & diverſi ſexus, id eſt ſeptem maſculi, & ſeptem fœminæ.

176. *Scrofa Niobe.*] Luſit. Scrofa alba Trojanorum, quæ viſa eſt Æneæ cum triginta fœtibus.

180. *Plus*, *&c.*] Plus amaritudinis ex ſuperbia, quæ ſe tibi ſemper profert, quam dulcedinis ex caſtitate.

VARIORUM.

gittis conficit & trucidat. *Contrabit.*] Ut tendat & ut feriat filios Amphionis. *Idem. Contrabit.*] I. e. tendit.

174. *Extulit*, *&c.*] Ad ſepulturam una cum patre Amphione adfert. *Efferri* enim dicuntur mortui, cum ad buſta feruntur. *Gregem*, *&c.*] Id eſt, multitudinem confoſſorum: De quorum numero variant Autores. Vid. Agell. *Ipſumque*, *&c.*] Ipſum Amphionem, quem tamen non occidit, ſed qui calamitate filiorum, & morte eorundem contabuit. Vide Ælian. var. hiſt. lib. 12. cap. 36. *Lubin.* Sicuti Britannicus inepte *extulit* capit pro occidit, ſic non minus inepte omnes interpretes per *parentem* intelligunt Amphionem, cum aperte ſatis, imo luce meridiana clarius, ex textu pateat, intelligendam eſſe Niobem; & quæ objici poſſent, nullius ſint momenti & ne relatione quidem digna: Lego itaque *ipſamque parentem.* Lubinus ex Æliano narrat Amphionem contabuiſſe, ſed dicit Ovid. 6. Metam.

Nam pater Amphion, ferro per pectus adacto,
Finierat moriens pariter cum luce dolorem.

Imo Ælianus ne verbum quidem de Amphione aut ejus morte, ſed de incerto numero liberorum; quem ipſe etiam certum ſcribit; ſed expunxi, ne lectori dubia (ne quid magis dicam) pro veris obtrudantur & indubitatis.

175. *Dum*, *&c.*] Dum Niobe exiſtimat ſe generoſiorem eſſe quam Diana & Apollo, Jovis ex Latona filii; dumque videtur ſibi fœcundior, quam alba illa ſcropha, quæ triginta filios peperit, de qua Virgilius, Æneid. 3. *Idem.*

177. *Quæ*, *&c.*] Id eſt, quæ morum gravitas & honeſtas, & quæ pulchritudo & formoſitas tanta eſſe poteſt, ut patiaris æquo animo, ut per ſuperbiam ſe & ſuas dotes, virtutes & formam tibi objiciat & exprobret.

178. *Imputet.*] Tibi ſemper inſultet, ſupputans & dinumerans ſua bona & virtutes. *Hujus*, *&c.*] Ut vel maxime formoſam, nobilem, & caſtam ducas (quod tamen rariſſimum inventu) ſi ſuperbia accedat, nulla inde ad te voluptas perveniet. Et plus aloës vel amaritudinis ex ſuperbia ejus, quam mellis & dulcedinis ex formoſitate & caſtitate ejus conſequeris. *Lubin. Summique.*] Neque enim quicquam poteſt eſſe majus; quam ut mulier formam pudicitia & honeſtate venuſtet.

179. *Nulla boni.*] Subaudi *eſt*. *Quoties*, *&c.*] Quando illa gratia & voluptas omnem ſuam jucunditatem deperdit per animi faſtum & ſuperbiam. Quo malo mulieres laborant.

180. *Plus aloës.*] Plus amaritudinis. Eſt herba amariſſimi ſucci. Vide Eraſmi Chil. 1. cent. XI. proverb. 66. *Lub.* *Quis*, *&c.*] Quis ſuperbam uxorem tantopera

Usque adeo est, ut non illam, quam laudibus effert,
Horreat, inque diem septenis oderit horis?
Quædam parva quidem, sed non toleranda maritis;
Nam quid rancidius, quam quod se non putat ulla
Formosam, nisi quæ de Tusca Græcula facta est:
De Sulmonensi mera Cecropis? omnia Græce,
Cum sit turpe magis nostris nescire Latine.
Hoc sermone pavent, hoc iram, gaudia, curas,
Hoc cuncta effundunt animi secreta. quid ultra?
Concumbunt Græce. dones tamen ista puellis:

Tunc

VARIORUM.

pere amore prosequitur ob castitatem, ut illam non majori odio prosequatur. *Deditus.*] Obnoxius, indulgens adeo, & uxorius. *Idem.*

181. *Quam, &c.*] Ob morum gravitatem, & corporis pulchritudinem. *Idem.*

182. *Horreat.*] Ob superbiam & fastum. *Inque, &c.*] Id est, ut singulis diebus illam septem horis oderit, quinque tantum amet: id est, majori diei parte oderit, quam amet. Dies singuli Romanis in duodecim horas dividebantur. *Idem.*

183. *Quædam, &c.*] Id est, referam quædam modica, & exilia vitia, graviorum respectu: sed viris tamen non toleranda. Vel *parca* hoc loco lege, & sic interpretare: Quædam mulier parca quidem est, non superba, magnifica & sumtuosa: sed tamen non toleranda est, quod Græco sermone, ut blandior videatur, utatur. *Idem.*

184. *Nam, &c.*] Intolerabilius, putidius, fœdius nihil; nihil est magis auribus infestum, quam cum mulieres Græce loquuntur, balbutiendo turpia inserentes: Sic Pers. Sat. 1. *Rancidulum quiddam balba de nare loquutus. Quam, &c.*] Nisi, quæ ante Romana vel Thuscâ lingua vernacula, & materna usa, Græca lingua utatur. *Idem.* Thusca autem primum Romanorum fuit, & hi contermini sunt.

186. *De Sulmonensi,*] Sulmo Italiæ urbs, patria Ovidii. *Mera, &c.*] Prorsus & tota Attica est vel Atheniensis, à Cecrope Athenarum primo rege originem ducens. Quia Græcorum quinque sunt linguæ, Jonica, Dorica, Æolica, Communis & Attica, ex quibus omnium elegantissima habetur ultima, ideo Satyrice puram putam Atheniensem dicit. *Omnia, &c.*] Sc. proferunt, existimantes eo sermone venustatem & elegantiam sibi conciliaturas esse. *Idem.*

187. *Cum, &c.*] Cum tamen nostris Romanis pro summa turpitudine habeatur Latine loqui nescire, & vernaculam linguam ignorare. Videtur allusisse ad Ciceronis illud in Bruto, *Non enim tam præclarum est scire Latine, quam turpe nescire.* Farnab. Mallem hoc loco legi:
Cum sit turpe minus.
Florid. Subs. lib. 2. cap. 1. Grangæus à lectione Farnabii cavendum censet; sed nimio, & ut spero, irrito conatu.

188. *Hoc, &c.*] Græco sermone omnes adfectus, & secreta animi proferunt, & pavorem & timorem animi exprimunt. *Iram, &c.*] Omnes animi perturbationes. *Idem.* Signanter dicit *effundunt.*

189. *Quid, &c.*] Supp. *dicam.* Quid progrediar ulterius singulos adfectus recitando?

190. *Concumbunt, &c.*] Dum inter se concumbunt, Græco sermone utuntur. Sic quidem Lubinus: sed non modo Græcos sermone, verum & turpi concubitu æmulantur. Honos sit auribus: proh infandum scelus! Poëta initio quid

majus

Tune etiam; quam sextus & octogesimus annus
Pulsat, adhuc Græce? non est hic sermo pudicus
In vetula, quoties lascivum intervenit illud,
ΖΩΗ' ΚΑΙ' ΨΥΧΗ', modo sub lodice relictis
Uteris in turba. quod enim non excitet inguen
Vox blanda, & nequam? digitos habet. ut tamen omnes
Subsidant pennæ; dicas hæc mollius Æmo,

Quan-

VET. SCHOLIAST.]

191. *Tune.*] Signum est impudicæ mulieris, quæ cum sit valde senex, alienam vult linguam imitari.

194. ΖΩΗ' ΚΑΙ' ΨΥΧΗ'.] Quibus sermonibus Græcæ mulieres in concubitu solent blandiri.

195. *In turba.*] Etiam in publico.

196. *Digitos, &c.*] Excitat, tanquam in manu palpetur.

197. *Subsidant, &c.*] Longam ætatem. pinnæ aut metaphora; quia vetulæ hiacessant. *

VARIORUM.

majus dicere volens mox desistit, & ne nimius sit, de sermone tantum loquitur. *Dones, &c.*] Concessio: qua innuit hanc Græcæ linguæ & rei turpissimæ adfectationem puellæ juniori esse condonandam; in vetulis vero prorsus esse intolerabilem. *Lub.*

191. *Tune, &c.*] Quis ferat 86. annorum decrepitas vetulas & anus, sibi illas Græcas delicias usurpare.

192. *Pulsat.*] Concutit, imminuit, senio & languore vexat. *Adhuc Græce.*] Græce concumbis vel loqueris. *Non est, &c.*]Id est, hic sermo Græcus, etiam in vetula turpis, & impudicus est, præsertim si lasciva illa verba inserantur, quibus Lais nobilissima illa meretrix, in concubitu juvenibus adblandiebatur: Ζωὴ καὶ ψυχὴ, mea vita, mea animula. *Idem.*

193. *Lascivum.*] Quo lasciva utuntur. *Idem.*

194. *Modo, &c.*] Indignatio. Tu pessima vetula uteris in turba vel communi sermone, illis verbis lascivis Græcis, quæ paulo ante *sub lodice*, stragulo, vel coopertorio lecti reliquisti; & quibus paulo ante usa fuisti in concubitu & cubili. *Idem.*

195. *Quod, &c.*] Quem hominem non excitat vel incitat in libidinem, hujusmodi nimis blanda & nequam Græcorum vox, quæ nimis insidiosa est homini pudico. *Idem.* Sic Pers. *quum carmina lumbum intrant, & tremulo scalpuntur ubi intima versu.*

196. *Nequam*] Quæ profecto multa mala docet. *Digitos.*] Id est, illa vox non minus libidinem excitat, quam si admota impudicæ mulieris manu libido excitetur. *Ut tamen omnes subsidant, &c.*] Male & inconcinne Lubinus, sed hic sensus est: quando autem omnes alæ demissæ sunt, quando omnes frigent, & omnes libidinis prurigines cessant, licet tum hæc blanda verba dicas Hæmo & Carpophoro, è facie tamen tua norunt fastidiendam tuam senectutem, & sic te fugient anum decrepitam. Accedit huic sententiæ Grangæus, fere etiam Farnabius, & Britannicus; sed non sine errore immixto; nam crux fuit hic locus omnibus, qui mihi prima statim fronte patuit. *Subsidant, &c.*] Lego: Pinnæ autem metaphora, quia vetulæ flaccescant. *Rutgers. Subsidant pennæ.*] Vel *subsident*. Quamvis vel maxime auditores ad libidinem excitentur & omnes libidinis prurigines subsidant & inferius in inguen delabantur. Sic Lubinus, sed indigne: sic vero, licet, vel potius, quando inguina quiescunt & jacent; metaphora deducta ad avibus, quæ aliquando demissis & compositis alis sedent mœrentes. *Dicas, &c.*] Licet Græca illa verba

mol-

Quanquam & Carpophoro, facies tua computat annos.
Si tibi legitimis pactam, junctamque tabellis
Non es amaturus: ducendi nulla videtur
Caussa: nec est, quare cœnam & mustacea perdas
Labente officio, crudis donanda: nec illud,
Quod prima pro nocte datur, cum lance beata
Dacicus, & scripto radiat Germanicus auro.
Si tibi simplicitas uxoria, deditus uni
Est

VET. SCHOLIAST.

198. *Et Carpophoro.*] Nomen est scenici effœminati, sive histrionis.

202. *Labente*, &c.] Discedentibus pronsoribus, qui officii caussa conveniunt. Solebant enim antea per nuptias recedentibus dulcia erogari pro apoforetis. *Crudis.*] Saturis & indigestis.

203. *Lance*, &c.] Ampla aut plena.

204. *Dacicus*, &c.] Solidi ita signati, qui pro virginitate deposita, novæ nuptæ donantur.

VARIORUM

mollius, & effœminatius, fractius & lascivius pronuncies, ad Hæmum & Carpophorum; tamen facies tua (cum te turpem & deformem vetulam esse prodat) in caussa est, ut à nemine ameris. *Hæmo & Carpophoro.*] Robustis & petulantibus adolescentibus.

198. *Computat annos.*] Enumerat ætatem tuam; quia vox tua juvenculæ est, facies vero est rugosa & decrepitæ vetulæ. *Idem.* Tuo indicicio te quasi sorex prodis.

199. *Si tibi.*] Pergit Ursidio persuadere uxorem non esse ducendam, hoc dilemmate: Aut amabis à te ductam uxorem, aut non amabis. Si non amabis, caussa nulla est, cur uxorem ducas. Si vero amabis, miser eris, & ab uxore tua misere torqueberis, & excruciaberis. *Legitimis*, &c.] Certis sponsalibus & instrumentis, super futuro matrimonio legitime confectis. *Idem.* Quæ in tabulas referebantur: quanquam scriptura ad id non necessaria.

201. *Nec*, &c.] Id est, nulla caussa est quare impensas facias. *Cœnam.*] Nuptialem. *Mustaces.*] Gen. neut. Sed dicuntur & masculino. Sunt lenia cibaria ad stomachum reconciliandum, & fercula facillimæ digestionis, quæ dabantur crudis, & qui imbecillioris erant stomachi. Genus erat panis, quod in nuptiis convivis dabatur loco apophoretorum sub finem officii. *Idem.* Ordo est, donanda crudis, labente officio.

202. *Labente*, &c.] Pro abeunte. Cum jam illi abeunt, qui officii gratia convenerunt. *Muretus.* 11. cap. 5. Vel labente officio stomachi, quia addit, *crudis donanda.* *Nec*, &c.] Nec est quod perdas pro virginitatis flore prima nocte decerpendo, donum, quod novæ nuptæ à marito datur. *Brisson* de rit. nupt.

203. *Cum*, &c.] *Cum* hoc loco est adverbium temporis. Est descriptio illius matutini muneris: id est, cum in divite lance, numis & auro plena, numus aureus radiat insculptus & figuratus imagine Domitiani: qui à Dacis & Germanis devictis, Dacicum & Germanicum sese appellavit. Solebant enim in lance novæ nuptæ hujusmodi munera offerri. *Beata.*] Plena, ampla, vel divite. *Lubin.*

204. *Scripto.*] Cui literæ quasi inscriptæ & insculptæ sunt. Alii leg. *Sculpto.* ex M. S. Posset & legi *Scutulo*, judicante Dempstero. *Radiat.*] Splendorem emittit radiis solis parem.

205. *Si*, &c.] Alterum Argumenti membrum? sin simpliciter & omnino unam conjugem vis amare eique in omnibus obedire; necessarium est te esse miserum. Vel si simpliciter uni uxori animus tuus deditus est. Si tibi est illa,

Quæ-

Est animus: summitte caput cervice parata
Ferre jugum: nullam invenies, quæ parcat amanti.
Ardeat ipsa licet, tormentis gaudet amantis,
Et spoliis. igitur longe minus utilis illi
Uxor, quisquis erit bonus, optandusque maritus.
Nil unquam invita donabis conjuge: vendes
Hac obstante nihil: nihil, hæc si nolet, emetur:
Hæc dabit affectus: ille excludatur amicus
Jam senior, cujus barbam tua janua vidit.
Testandi cum sit lenonibus, atque lanistis
Liber-

VET. SCHOLIAST.

208. *Ardeat, &c.*] Quantumvis amet mulier, tamen pœnis ejus delectatur admodum quem amat.

213. *Amicus, &c.*] Qui ab ineunte ætate amicitiis tuis inhæserat.

VARIORUM.

φιλεγυνίαν, illa mulierositas, & cupido fœmineæ voluptatis. Videtur hic ludere in ambiguo, vocat enim *Simplicit. &c.* unam & simplicem uxorem habere: sed ironicos, cum nihil minus simplex quam fœmina. *Grang. Simplicitas.*] Placet, vel cordi est. *Lubinus.*

206. *Submitte, &c.*] Expedias te ad jugum subeundum, & mala innumera ferenda. Inclina caput tuum ad capistrum & servitium. *Lubinus.* Sumta translatione ab armentis, quæ jugum cervicibus excipiunt: vel inde, quod jugum imponebatur matrimonio conjungendis. At jugum signum servitutis.

207. *Nullam, &c.*] Nulla invenitur uxor, quæ, si sentiat maritum se amare, amantem maritum non miserum habeat. *Lubin.*

208. *Ardeat, &c.*] Id est, licet ipsa uxor maritum redamet, & suo amore vehementissimo, marito respondeat: tamen tanta in ipsa est malitia, ut naturaliter gaudeat tormentis sui mariti se amantis, & illum spoliare bonis. Hinc vocat Martial. *Amicam spoliatricem. Tormentis.*] Ac si dicat, omnibus mariti incommodis.

209. *Igitur, &c.*] Concludit. Ergo quo quis melior erit, suamque uxorem debito honore magis est complexurus, hoc minus utilis illi uxor est, & hoc magis ille à muliere cruciabitur. *Lub.* Tanto ei damnosior erit uxor & magis importuna.

210. *Bonus optandusque.*] Qualem virum matrona merito sibi optet. *Lubin.*

211. *Nil unquam.*] Ostendit jam quale imperium uxor in virum exerceat, à quo se amari sentit. Nihil cuiquam muneris loco dare poteris, si uxor tua hoc nolit. *Vendes, &c.*] Ejus arbitrio donatio, emtio & venditio instituetur.

213. *Hac, &c.*] Ut nullum amare vel odisse queas, nisi quemcumque illa voluerit. *Ille, &c.*] Id est, hac uxore tua instigante vetustissimus & optimus tuus amicus, qui tibi à puero notus & familiaris fuit, ille inquam, hac imperante è domo tua ejicietur, & excludetur. *Idem.*

214. *Cujus barbam.*] Qui juvenis tuus cliens fuit, domumque tuam salutare solebat, cum adhuc esset juvenis, & primam barbam alere inciperet. Juvenes enim barbam alebant ad ætatis annum XXI. deinceps radebantur. *Lubin.* Qui à tenera etiam ætate, quo tempore cœpit barba ipsi crescere, tibi familiaris fuit, & ad ædes tuas te compellatum venit, te patronum coluit.

215. *Testandi, &c.*] Sensus est: Cum etiam homines infames, ut lenones, & gla-

Libertas, & juris idem contingat arenæ,
Non unus tibi rivalis dictabitur hæres.
Pone crucem servo: meruit quo crimine servus
Supplicium? quis testis adest? quis detulit? audi,
Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa est.
O demens, ita servus homo est? nil fecerit, esto.
Hoc volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas.
Imperat ergo viro; sed mox hæc regna relinquit,

Per-

VET. SCHOLIAST.

217. *Non, &c.*] [illegible] hæredes, [illegible] vo-luerit.

220. *Nulla, &c.*] Hoc tibi uxor respondebit. De nece ingenui nulla dubitatio. At de servi morte causa quærenda est?

VARIORUM.

gladiatores ipsi jus habeant pro suo arbitrio testamentum construere, fingere, & refingere. Contra tibi forma testamenti ab uxore tua dictabitur: libertatem illam non habebis, sed pro arbitratu uxoris tuæ rivales etiam tuos, idque non unum, sed multos in testamento tuo hæredes bonorum tuorum relinques. *Lubin.* Metaphora à discipulis, quibus scribenda dictant præceptores.

216. *Et, &c.*] Cum idem jus, & eandem libertatem habeant gladiatores, qui in arena theatri versantur. *Arena* ergo pro arenariis, id est, pro iis qui in arena seu Amphitheatro propugnant. *Idem.*

217. *Tibi.*] Emphatice. Tibi soli & uni contra. *Rivalis.*] 'Αντεραστὴς: aliàs & proprie, qui eundem rivum habet communem & agros habet eidem rivo contiguos. *Dictabitur.*] Satyrice: Quemadmodum discipulis, quibus imperamus, & qui morem nobis gerunt.

218. *Pone crucem.*] Sunt verba mulieris viro imperantis, ut servum cruci adfigendo è medio tollat. Id est, constitue crucem. Servorum erat supplicium peculiare crux: Phrases autem ad hoc supplicium sunt, *cruci affigere, cruci suffigere, in cruce figere;* & ἁπλῶς *figere, configere, cruciare.* De quibus Lips. l. 1. de cruce. *Meruit, &c.*] Responsio miseri illius mariti [illegible], & caussam supplicii ab uxore percunctantis. Quid peccati commiserit? *Lubinus.* Totum hoc ex jure Romano. Sic accusator rei nomen & caussam referebat, judex quæstionis recipiebat. Brisson. v. de form. [illegible]

219. *Quis testis.*] Cujus testimonio ille tanti sceleris convincitur? *Quis detulit.*] Quis indicavit crimen ejus, eumque accusavit? *Idem.* *Audi, &c.*] Sunt verba adhuc mariti ad uxorem, uxorem suam admonentis: Audi ô mea conjux. Non tam subito, & inconsiderate de morte alicujus hominis statuendum est. Nam nulla cunctatio, nulla mora, nulla deliberatio de morte hominis potest esse nimis longa. Nec omnia nimis accurate in judicio capitis observari possunt. *Lubin.* Potest enim pœna dilata exigi, non potest exacta revocari. *Senec.*

221. *O demens, &c.*] Verba uxoris maritum suum imperiose objurgantis & increpantis: O demens, stulte, & stolide vir! Itane vero tam vilissimus servus etiam homo judicandus est? quasi inter homines recensendus? hoc modo ut tu reris. Age, esto quod nihil fecerit, & admiserit dignum pœna. Ego volo & jubeo ipsum interfici. Tyrannica verba sunt, quibus qui vocantur principes hodie ut plurimum utuntur.

223. *Imperat, &c.*] Eandem rem confirmat, quod mulieres dominium imperiose in maritos exerceant. *Sed, &c.*] Dum secum sua regna ad alium transfert.

Permutatque domos, & flamea conterit: inde
Advolat, & spreti repetit vestigia lecti.
Ornatas paulo ante fores, pendentia linquit
Vela domus, & adhuc virides in limine ramos.
Sic crescit numeris, sic fiunt octo mariti,
Quinque per autumnos: titulo res digna sepulcri.
Desperanda tibi salva concordia socru:
Illa docet spoliis nudi gaudere mariti:
Illa docet missis a corruptore tabellis,

Nil

VET. SCHOLIAST.

224. *Et flamea.*] Genus amicti, quo se cooperiunt mulieres die nuptiarum. Est enim sanguineum propter ruborem custodiendum. *conterit* autem, exterit sæpe nubendo.

231. *Illa docet.*] Socrus filiam suam lenat, & docet eam mœchis suis caute rescribere.

VARIORUM.

fert, id est, paulo post priorem domum, in qua regnaverit imperiosa, relinquit, & maritum repudiat. *Lubin.*

224. *Permutatque*, &c.] Dum ab uno marito ad alium, ex una domo ad alias secedit. *Et*, &c.] Toties aliis atque aliis nubit, ut frequenti usu vestes nuptiales & flammea, quibus novæ nuptæ velabantur, conterat, & perdat. Vel priora lacerat, & nova sumit, *flammea*, id est, velamenta rubei coloris, quibus novæ nuptæ caput cooperiebatur. *Farn.* *Inde*, &c.] Mox alium. Inde rursus ad alium avolat, & quandoque ad primum revertitur.

225. *Et*, &c.] Repetit rursus priorem maritum, quo spreto se paulo ante ad alium contulerat. *Repetit.*] Per eadem vestigia, eandemque viam per quam maritum deseruerat, ad maritum revertitur. *Lubin.*

226. *Ornatas*, &c.] Id est, fores secundi mariti in nuptiis frondibus exornatas relinquit, & se ad alium confert. *Paulo*, &c.] Facile enim tales bestias alicujus mariti fastidium capit. *Pendentia.*] Paulo post nuptias cum vela vel aulæa adhuc suspensa sunt.

227. *Adhuc*, &c.] Indicat quod paulo post nuptias, novum maritum relinquant. I. e. qui adhuc non aruerunt.

228. *Sic crescit* , &c.] Scoptice hæc dicuntur. Sensus est: Hac ratione, dum uxores viros frequenter deserunt, fit ut numerus maritorum exiguo tempore valde crescat, & ut quinque autumnis vel annis una mulier octo maritis nubat. *Sic fiunt*, &c.] Ad octavum enim maritum licebat uxori nubere, nec ultra. *Nec consulum sed maritorum numero annos suos computant*, &c. Senec. 3. de Benef. 16. Martialis lib. 6. *Lubin.*

229. *Quinque*, &c.] Id est, quinque annis. *Titulo*, &c.] Scoptice, quæ res digna est, quæ in memoriam apud posteros lapidi sepulcri incidatur. Eo dicit, nam maritorum nomina sepulcris uxorum inscribi solebant. *Turneb.* lib. 14. cap. 10.

230. *Desperanda*, &c.] Aliud matrimonii incommodum, quod socrus vel uxoris mater, filiam suam ad omne malum erudiat, quæ socrus quamdiu superstes sit & viva, nec concordiam, nec amorem conjugalem sperari posse. *Salva.*] Viva, superstite, incolumi.

231. *Illa docet.*] Illa docet filiam suam, ut sumtuoso victu & vestitu, omnibus bonis miserum maritum spoliet, & nudum relinquat. *Nudi.*] Nequitia & sumtu uxoris ad paupertatem redacti. *Lubin.*

232. *Missis*, &c.] Id est, Epistolis vel literis à mœcho missis accurate respondere. *Idem.* *A corruptore.*] Mœchum vel adulterum intelligit.

233. Nil

Nil rude, nec simplex rescribere: decipit illa
Custodes, aut ære domat: tunc corpore sano
Advocat Archigenem, onerosaque pallia jactat.
Abditus interea latet, & secretus adulter,
Impatiensque moræ silet & præputia ducit:
Scilicet exspectas, ut tradat mater honestos,
Atque alios mores, quam quos habet? utile porro
Filiolam turpi vetulæ producere turpem.

Nulla

VET. SCHOLIAST.

235. *Archigenem.*] Medicum magnum illius temporis. Simulat ægritudinem socrus, ut habeat facultatem ad se filia veniendi, causa adulterii.

236. *Secretus, &c.*] Pro Medico intrat adulter.

237. *Silet, &c.*] Metuit, & manu sua penem fricat sibi. Hic versiculus in quibusdam codicibus non est.

240. *Producere.*] Meretricem.

VARIORUM.

233. *Nil rude, &c.*] I. e. Nil rusticum, sed politum & limatum: *Nil simplex.*] Nil stolidum, sed callidum & artis plenum. Ita ut mater filiam suam ad adulteria erudiat, eamque doceat non ruditer, & rustice, sed docte & artificiose respondere: ut quæ non sit nequitiarum rudis. *Decipit, &c.*] Socrus vel mater conjugis, custodes, qui à marito conjugi adhibebantur custodiendæ pudicitiæ, decipit, vel pecunia data corrumpit, ut mœchi tuto filiam adire possint. *Idem.* Hos autem custodes fallendi varios modos docet nequitiæ magister Ovid. III. de Arte, pari joco & morsu. *Domat.*] I. e. sibi morigeros & obsequentes reddit, dans illis bovem in lingua, ut taceant.

234. *Tunc, &c.*] Exprimit dolum & artes, quibus custodes & maritum decipiunt. Fingit enim socrus filiam ægrotare, & Archigenem (nobilem medicum Domitiani tempore) advocat. Ut sub medici nimirum persona quivis adulter intrare possit. Videntur hæc omnia magis & rectius socrui convenire, quasi quæ per eam ægritudinem simulatam possit filiam suam ad se accire & ibi sub prætextu detinere. *Corpore sano.*] Filiæ; vel (ut dixi) suo proprio, quæ ægrota non est, sed valens sano corpore; cujus tamen ægritudinem simulat. *Lubin.*

235. *Onerosaque.*] Id est, mater abjicit pallia & alia, quibus filia in lecto tegitur, tanquam illa onerosa sint filiæ ægrotanti, & nunquam illa ferre nequeat. *Lubin.* Vel illa ipsa ægrota potius socrus ex lecto dejicit strata, sive operimenta, in molesto quasi febris æstu.

236. *Abditus, &c.*] Id est, interea dum visitur à medico, adulter, qui sub persona medici etiam intrare potuit, in aliquo secreto loco abditus latet. *Idem.*

237. *Impatiens, &c.*] Ex Veneris effreni desiderio. *Silet.*] Lubinus legit *tacet*, alii *pavet*, id est timet, vel formidat ne videatur. *Præputia, &c.*] *Μασθυρισμὸς*, Masturbatorem agit. Hic ultimus obscœnus versus juxta Probum, in quibusdam exemplaribus non invenitur. *Lubin.*

238. *Scilicet, &c.*] Alloquitur Ursidium, quasi dicens non absurdum esse, si mala ex matre, mala etiam filia progignatur. Mater filiam meliores mores atque ipsa habet docere non potest. *κακῆς κόρακος κακὸν ᾠόν. Exspectes.*] Quasi dicat: Frustra profecto exspectas, si hoc facis. *Lubin.*

239. *Utile porro.*] Scortationibus enim & adulteriis filiæ, mater sustentatur, vestitur, nutritur.

240. *Producere.*] Προαγωγεύειν, quod inter alia significat prostituere. Ait ergo

Nulla ſere cauſſa eſt, in qua non fœmina litem
Moverit. accuſat Manilia, ſi rea non eſt.
Componunt ipſæ per ſe, formantque libellos,
Principium, atque locos Celſo dictare paratæ.
Endromidas Tyrias, & fœmineum ceroma
Quis neſcit? vel quis non vidit vulnera pali?
Quem cavat aſſiduis ſudibus, ſcutoque laceſſit,

Atque

VET. SCHOLIAST.

241. *Litem, &c.*] Uxor cum marito litigat.

244. *Celſo.*] Oratori illius temporis: qui ſeptem libros Inſtitutionum ſcriptos reliquit.

246. *Vulnera, &c.*] De palo pugnantium habitu gladiatorum.

247. *Quem, &c.*] Obtundendo illum ferulis, in mediatione pugandi.

VARIORUM.

go utile ei eſſe producere vel proſtituere filiam, & ita quæſtum facere. *Parrhaſ.* Epiſt. 27.

241. *Nulla.*] Subtexit jam alia, quod mulieres in foro cauſſas agant, & in arena vel in theatro gladiatoriam exerceant. *Nulla, &c.*] Quaſi dicat: Pene in omnibus cauſſis, quæ in foro agitantur, fœminæ litem movent, vel alios accuſant & reos agunt. *Lubin.* Foemina enim prompta eſt ad litigandum.

242. *Accuſat, &c.*] Id eſt, mulier ſi non defendentis partes, habet accuſantis; in utrumque parata. *Manilia.*] Scortum, quæ Hoſtilium Mancinum lapide percuſſit, & per Tribunos plebis abſoluta eſt. *A. Gellius* lib. 4. cap. 14. Poſuit autem hanc, pro quacunque litigioſa.

243. *Componunt, &c.*] Notat illas mulieres in litibus & cauſſis forenſibus probe verſatas. Id eſt, formulas vel libellos accuſatorios, petitorios, &c. componunt propria induſtria & ope, ſine auxilio virorum Jctorum & advocatorum. *Lubin.*

244. *Principium, &c.*] Adeo verſatæ ſunt in cauſſis forenſibus, ut Cornelio Celſo oratori & Jcto eximio, orationis exordium, & locos argumentorum, tanquam diſcipulo, dictare promtæ atque paratæ ſint. *Locos.*] Unde argumenta deſumuntur, argumentorum ſedes. *Idem.*

245. *Endromidas.* Arguit jam mulieres, quæ veſtibus, & unguentis athletarum utebantur, & in campo Martio more tyronum exercebantur. Senſus eſt: Quis ignorat veſtes gymnaſticas athletarum Endromidas & Tyrio cocco tinctas, quibus foeminæ utuntur, & ceroma, vel unguentum athletarum, foemineum, vel quo fœminæ utuntur. *Lubin.* Duobus locis, *endromidas* athletis quaſi propriam ac peculiarem veſtem attribuit. Græci quidem etiam ἐνδρομίδας athletis tribuunt, ſed quod mirere, non de veſtis genere, verum de calceis interpretantur. *Salmaſ.* Vide Satyr. 3. verſ. 68. & 103. *Turnebus* lib. 3. cap. 17. *Endromidas Tyrias, &c.*] Non recte Tyrias molliores explicari videmus. Nam omnes omnino endromides pingues craſſæque erant, quippe arcendo frigori. Sed divites, ut ſaltem colore diſtinguerentur, eas abſurdo luxu purpura tingebant. *Ferrar.*

246. *Quis, &c.*] Nam more tironum ad palum exercebantur, & pugnabant. Figebatur autem palus in terra ſex pedum, contra quem tiro tanquam contra adverſarium, cum crate & clavo velut cum gladio ſe exercebat. *Vulnera pali.*] Quæ mulier gladiatoris more infert cum ſudibus & fuſtibus, eminus & cominus tanquam res cum vero hoſte ageretur. *Lubin.*

247. *Quem cavat.*] Perfodit haſtis & ſudibus, dum ſe exercet. Et quem palum ſcuto ſuo tanquam adverſarium laceſſit, & provocat. *Idem.*

248. *Ab*

Atque omnes implet numeros. dignissima prorsus
Florali matrona tuba: nisi si quid in illo
Pectore plus agitat, veræque paratur arenæ.
Quem præstare potest mulier galeata pudorem,
Quæ fugit à sexu, vires amat? hæc tamen ipsa
Vir nollet fieri. nam quantula nostra voluptas!
Quale decus rerum, si conjugis auctio fiat,
Balteus, & manicæ, & cristæ, crurisque sinistri
Dimi-

VET. SCHOLIAST.

248. *Atque, &c.*] Hoc est, universa efficit dicta, ut tantum curat in exercitio, quantum gladiator.

249. *Florali, &c.*] Qua committuntur ludi florales, in quibus meretrices nudatis corporibus per varias artes ludicras discurrunt, & armis certant gladiatoriis atque pugnant. Hi ludi à Flora meretrice instituti sunt in honorem Floræ Deæ, quæ floribus præest. Ludi sunt impudici.

251. *Quem, &c.*] Id est, si nudo vultu pudorem non capit, cooperta quando erubescat?

254. *Auctio, &c.*] Fit nam & privatim auctio.

VARIORUM.

248. *Atque, &c.*] Id est, nil omittit ex legitima exercitatione, implet omnem præceptorum ordinem, id est, omnia facit, quæ ad athleticam spectant, & quæ à lanista vel magistro gladiatorum didicit. *Dignissima prorsus.*] Has mulieres, quæ ad palum exercebantur, dignas ait esse, quæ nudæ in Floralibus se exponant. *Idem.* Hoc dictum cum ingenti stomacho à Poëta.

249. *Florali tuba.*] Tubæ sonitu vocatæ discurrant. Ludi erant impudici, ad quos meretrices per tubam convocabant. Tali tubæ eam adhibendam dicit. *Lactant.* lib. 1. cap. xx. Et idem est ac si dicat, Hæc inter impudicas numeranda, quando tam impudenter sese habet. *Nisi, &c.*] Nisi forte ejus matronæ pectore virilius aliquid adhuc & magis masculum sese movet, quam ut ad Floralia vocetur, *Idem.*

250. *Plus, &c.*] I. e. cogitat. *Veræque, &c.*] Id est, nisi forte sese præparat & disponit ad verum pugnam, ne aliquando vere in harena more gladiatorum depugnet. Id fecisse mulieres docet plane *Lipsius* Saturnal. l. II. cap. 4.

251. *Quem, &c.*] Quasi dicat, illa necessario frontem insigniter perfricuit, quæ à sexu suo naturali fœmineo fugit, & arma virorum induit, & vires vel robur virorum amat.

252. *Vires amat.*] Id est, virilia exercitia & arma, artem gladiatoriam, in qua vires & robur corporis potissimum valent: & quam viri exercent. *Idem.*

253. *Vir, &c.*] Ratio est, quia viri cito, mulieres nunquam voluptate coitus satiantur. Fabula est apud Ovidium in Metamorphosi. Ubi hac ipsa de re inter Jovem & Junonem contentionem ortam, suo arbitrio dirimit Tiresias; *Brodæus.* 5. Miscell. 27. & Hippocr. libro περὶ γυνῆς, ὅκοσον ἡ πολλῷ ἥδιον ἡ γυνὴ τῶ ἀνδρὸς ἐν τῇ μίξει, πλείονα ἢ χρόνον. *Quantula.*] Præ fœminea.

254. *Quale decus.*] Id est, quam egregium & eximium ornamentum vestium muliebrium venum exponeretur, si vestimenta conjugis tuæ sub hasta vel auctione venderentur? Qualem mundum & ornatum muliebrem videres? *Auctio.*] Est publica venditio rerum privatarum, sub auctione. *Lubin.*

255. *Balteus.*] Scillicet exponeretur, vel inveniretur in mundo tuæ uxoris cingulum militare ex corio, è quo arma pendebant. *Manicæ.*] Quibus manus muniuntur inter pugnandum, ferrea digitalia. *Cristæ.*] Pinnæ vel ornamenta

Dimidium tegmen: vel si diversa movebit
Prælia, tu felix ocreas vendente puella.
Hæ sunt, quæ tenui sudant in cyclade, quarum
Delicias & panniculus bombycinus urit.
Adspice, quo fremitu monstratos perferat ictus,
Et quanto galeæ curvetur pondere, quanta
Poplitibus sedeat, quam denso fascia libro,

Et

VET. SCHOLIAST.

257. *Tu felix, &c.*] Si in auctione uxoris venient arma gladiatoria, [illegible]. Ocreas dicit, quas retiarii aut secutores habent.

259. *Panniculus, &c.*] Sericum. Id est, etiam sericis vestibus gravatur.

260. *Monstrata.*] A campi doctore.

262. *Poplitibus, &c.*] Super poplites suos sedit, quod dicimus sedere & surgere. *Fascia libro.*] Volumen in specie libri. Id est, longa fascia.

VARIORUM.

menta galearum in cono galeæ defigi solita. *Crurisque, &c.*] Ita dicit, nam crus sinistrum tegmine ferreo tegebant, & quidem dimidium tantum eius, ne nimium ponderosum esset, reliquam partem clypeo tegebant. Congrediuri enim cum adversario sinistrum pedem protendebant, qui ne læderetur tegmine illum tegebant. *Idem.*

256. *Vel, &c.*] Ironice, ut omnia: quod si uxor tua etiam diversa prælia retiariorum, secutorum, myrmillonum, & alia pugnarum varia genera obiturus, tu felix eris. *Idem.*

257. *Tu felix.*] Ironice. Summus tibi erit honor, si tunc gloria vel uxor tua in auctione etiam ocreas vendit, quales gerunt retiarii & secutores. Quasi dicat, minime felix. Cui hæc res dedecori & pudori erit. *Lubin.*

258. *Hæ, &c.*] Perstringit ferocissimas illas mulieres, quæ tamen alias admodum delicatæ & teneræ erant, &, videri volebant, ut etiam in tenuissima veste sudent. Nunc in hoc turpi opere multum sentiant laborem. *Cyclade.*] Id est, in circulari rotunda veste ex tenuissimo filo facta. [illegible]

259. *Quarum delicias.*] Quarum tenerum & delicatum corpus, pannus etiam bombycinus, tenuissimus, & mollissimus, vel pannus sericeus urit, suo pondere gravat, molestat. *Lubinus.* Grangæus hanc differentiam dat, quod sericum sit ex arborum lana, bombycinum ex vermibus. Sed revera Sericum est ipsum bombycinum ex vermibus qui apud Seres lanam suam in ramis arborum texunt. Salmasius nulla alia re differre putat quam gentis ratione; Pretiosissimum enim, ait, apud Seres provenit, quod Sericum appellatum est, [illegible]. Scio quidem veteres auctores lanuginem sylvarum appellasse Sericum: sed fallunt tirones, lanuginem illam vermium; quos Græci bombyces vocant, fuisse opus. quod multis auctorum locis comprobavimus ad Tertullianum de pallio. *Salmas.*

260. *Aspice, &c.*] Gestum mulierum pugnantium exprimit. Id est, aspice quam magno pondere, quanto fremitu, qua ferocia, perferat & excipiat ictus à lanista, & gladiatorum magistro. *Idem.* *Monstratos.*] Antea à lanista edoctos & dictatos.

261. *Quanto, &c.*] Dum virilem galeam ponderosam gestat. *Curvetur.*] Inter pugnandum dum ictum declinat. *Id.* *Quanta, &c.*] Flexura genuum ad evitandos ictus, quam fortis & valida illa in poplitibus vel sura inde sedent, dum flectit genua inter pugnandum. Expositio ferentis ictum. *Quanta?* I. e. quam contracta, & sic quam valida: Alii legunt iterum *Quanto*, & tum Ordo est: quanto, quam denso libro fascia sedeat poplitibus.

262. *Quam, &c.*] [illegible]

Et ride, positis scaphium cum sumitur armis;
Dicite vos neptes Lepidi: cæcive Metelli,
Gurgitis aut Fabii, quæ ludia sumserit unquam
Hos habitus? quando ad palum gemat uxor Asylli?
Semper habet lites, alternaque jurgia lectus,

VET. SCHOLIAST.

263. *Scaphium cum.*] Et cum posuerit arma post meditationem, & ut cepe[rit] vas ut bibat, ride.

265. *Quæ ludia.*] Quando hoc habitu [illegible] sit uxor gladiatoris.

VARIORUM.

[illegible], quam denso volumine & complicatione vestes ejus sinuentur & complicentur, quod fascia succinctæ putarent. Verum sicut Samnitibus, ut tradit Livius, pro lorica spongia erat pectori adpressa; ita conjicio pro eadem lorica fuisse fasciam ex pluribus tiliarum contabulationibus densatam, velut quandam tabellarum instar Codicis compaginationem, muniendo pectori adversus ictus. Vetus Interpres improprie volumen appellat quod Codicem dicere debuerat, multiplici tabellarum serie compactum. *Ferrar.*

263. *Et, &c.*] Scaphium pro vase vel matella, in quam mulieres immejere solent, ponitur hoc loco. Merito autem rideas, si quem in armis virum esse rati sis, eam mingentem mulierem esse videas. Alii *Scaphium* sumunt pro muliebri ornamento, quod & Galli *Escaphion* vocant. Tum enim risui locus, cum positis armis videmus sumere vestimenta muliebria, eas, quas antea viros credebamus. *Turneb.* lib. 2. cap. 30. *Grang.* Cui non placet commentum Turnebi l. 2. adversar. cap. ult. Nec quæ Dousa ad Plautum. *Positis armis.*] Cum deposuerit arma post meditationem pugnæ. *Ride.*] Nam vides, quod latebat.

264. *Dicite vos.*] Ironice hactenus in illam mulierum turpitudinem fuit invectus. [illegible] & perstringit, quod nobilissimæ matronæ per ingens dedecus, gladiatorum arma induant, quod ne vilissimæ quidem gladiatorum uxores faciant. *Vos neptes.*] Id est, ô vos nobilissimæ matronæ Romanæ, quæ Lepidi, Metelli, Fabii Gurgitis censorum neptes estis. Ergo mulieres severæ & ex parentibus severis natæ. Dicite vos, quæ unquam *ludia* vel gladiatoris uxor hunc gladiatorum habitum, quem vos induitis, induit? Quasi dicat: Nulla. M. Æmilius *Lepidus* Censor vir optimus fuit, qui moriturus filiis suis præcepit, ut lecto sine linteis strato, & sine purpura funus suum efferrent; in reliquum, ne plusquam æris decies consumerent. *Cæcivi Metelli.*] De hoc Metello Censore & Pontifice maximo superius dictum. Satyr. 3. vers. 139. *Lubin.*

265. *Gurgitis, &c.*] Qui primo patrimonium suum dilapidavit, unde gurges dictus. Inde ad frugem reversus exemplum abstinentiæ & omnium virtutum fuit. Erat Fabii Maximi filius, & summus belli Imperator. *Idem.* *Ludia.*] Uxor ludii alicujus.

266. *Quando, &c.*] Quando uxor illa Asylli gladiatoris ad palum sese exercet per summum dedecus. Et quando illa defassata vel defatigata gemitum facit ad palum, quem ictibus lacessit. *Lubinus.* Bene dicit *gemit*, non quod doleat animove succumbat, sed quia pro fundenda voce omne corpus intenditur.

267. *Semper, &c.*] Aliud incommodum matrimonii, quod non interdiu solum, sed noctu etiam in lecto uxores cum maritis, & vicissim mariti cum uxoribus contendant & litigent. [illegible] *dicet uxoribus, dos est uxoria lites.* Ovid. [illegible] *Alterna, &c.*] [illegible]

In quo nupta jacet: minimum dormitur in illo.
Cum gravis illa viro, tunc orba tigride pejor,
Cum simulat gemitus occulti conscia facti:
Aut odit pueros, aut ficta pellice plorat
Uberibus semper lacrymis, semperque paratis
In statione sua, atque exspectantibus illam,
Quo jubeat manare modo: tu credis amorem,
Tu tibi tunc curruca places, fletumque labellis

Ex-

VET. SCHOLIAST.

273. *In, &c.*] Metaphora à militibus in statione: quoniam milites semper ad ambulandum parati sunt, quacunque illis hora jubeatur.

275. *Tu, &c.*] Uruca mimologi stupidi nomen finxit, quia ferme * quasi frequenter fallit, cum * magis & personam mariti. vel ut alii dicunt, genus est animalis foedi, spinosi, ut ericius. Uruca autem est proprie illud, quod in faba nascitur, ut gurgulio.

VARIORUM.

bus, modo à viro, modo ab uxore moventur. *Idem.*

268. *Nupta.*] Legitima conjux. *Minimum, &c.*] Quando ne nox quidem & quietis locus, rixæ finem & quietem potest imponere. *Idem.*

269. *Tunc, &c.*] Exprimitur insignis mulierum malitia, quæ quo gravius scelus ipsæ admiserant, hoc gravius cum marito contendebant, cumque eo gravius accusabant, ut ita omnem de se suspicionem amolirentur. *Orba, &c.*] Id est, tunc sævior, immanior, & truculentior est tigride, cui catuli ablati sunt; quod tum gemitus & dolorem simulet, per se ferens, quod de marito adulterium suspicetur. Tutissime autem facit, quæ maritum peccasse simulat, ut suum peccatum lateat. *Idem.*

270. *Cum, &c.*] Dum conscia sibi facti occulti, id est, adulterii commissi, maritum scelerum & adulteriorum insimulat, & plorat, ut maritus credat se vehementer ab uxore amari, & ut ipsa hac ratione tutius moechari queat. *Lubinus.*

271. *Pueros odit.*] De pueris meritoriis loquitur Poëta, quique marito in deliciis, quos non minus quam pellicem confictam uxor detestatur. *Farnab.* *Aut, &c.*] Simulat se pellicem habere, quam maritus amet, & ob id plorat, quasi doleat, quod non redametur. Hoc autem facit, ne quid mali maritus de illa suspicari possit. *Idem.*

272. *Uberibus, &c.*] Abundantibus. Ex natura mulierum, quibus lacrymarum copia semper suppetit:

Ut flerent oculos erudiere suos.

273. *In, &c.*] Metaphora à militibus, qui stant in loco vel statione sua parati, ut signo dato excurrant, quo imperator jubeat; ut sic lacrymæ etiam effluant & excurrant, cum jubeantur. *Atque, &c.*] Id est, ejus imperium & jussa respectantibus, quomodo, quo loco & tempore illas manare jubeat.

274. *Tu, &c.*] Jucundissimus locus. Est autem apostrophe ad maritum. Id est, tu ô miserrime vir, quando vides uxorem tuam ita plorare, credis quod tui amore id faciat. *Lubin.*

275. *Tu tibi, &c.*] Tu ô miserrime cucule gaudes & tibi places quod uxorem consecutus sis, quæ tanto tui amore teneatur. *Curruca.*] Similis es avi currucæ, quæ aliena cuculi ova, pro propriis fovet & excludit, ita tu alienos liberos pro tuis. Alii legunt, *Uruca.* Al. *Eruca*: Al. *urtica.* Gesner. 3. de avib. *Currucam* nomen à latinis per onomatopoejam factum putat. Alciat. autem vocem quidem barbaram putat, sed

nullibi

Exsorbes; quæ scripta, & quas lecture tabellas,
Si tibi zelotypæ retegantur scrinia mœchæ!
Sed jacet in servi complexibus, aut Equitis. dic,
Dic aliquem sodes hic Quintiliane colorem.
Hæremus, dic ipsa. olim convenerat, inquit,
Ut faceres tu quod velles; necnon ego possem
Indulgere mihi: clames licet, & mare cœlo
Confundas, homo sum. nihil est audacius illis

Depren-

VET. SCHOLIAST.

279. *Quintiliane*] Quintilianus orator egregius: dic orator colorem, ad defensionem hujus caussæ.

280. *Hæremus*, &c.] Tanquam orator responderit, mulier deinde suum crimen defendit.

283. *Homo sum.*] Nata sum ut peccem.

VARIORUM.

nullibi alibi reperiri, magisque hic vel *urticam* vel *erucam* legendum asserit. *Fletumque*, &c.] Id est, conjugem tuam consolaris, amplecteris, & fletum & lacrymas ejus fictas, labellis tuis inter osculandum absorbes. *Idem.*

276. *Quæ scripta.*] Id est, ô miserrime vir, qui tibi tantopere places ob amorem conjugis, quæ & qualia scripta & quas literas à mœchis uxori tuæ missas visurus & lecturus esses, si scrinia uxoris tuæ perscutareris, vel si cista uxoris tuæ tibi retegeretur & aperiretur. *Idem.*

277. *Zelotypæ*, &c.] Iterum antithesis, & elegantissime quidem, utitur. Id est, conjugis tuæ pessimæ adulteræ, quæ se tamen optimam, & zelotypam simulat. Et quæ adulterii sibi male conscia, scelus suum ut tegat, te suspicione pellicis vexat. *Farnab.*

279. *Sed jacet*, &c.]Persequitur hanc rem & amplificat, quod matronæ Romanæ non solum occulte mœchentur, verum etiam palam à maritis in adulteriis deprehensæ, rationes purgandi se, invenire possint, quod ne clarissimis quidem oratoribus possibile esset. *In servi complexibus.*] In adulterio commisso cum servo, vel equite. *Idem.*

279 *Dic aliquem*, &c.] Id est, age tu ô Quintiliane oratorum disertissime, dic aliquem colorem quo hoc tantum scelus possis excusare. *Lubin.* Quintilianus hic perstringitur, credo ob invidendas opes, obque artem quam mire callebat, struendi & destruendi veritatem accipitern. Ac ideo forte nobilissimus rhetor, cum autores Satyrarum recenseret, laudato Persii libro, Juvenalem præteriit. *Rigaltius.* *Sodes.*] Pro si audes, hoc est, si vis & places.

280. *Hæremus.*] Verbum Quintiliani: Nos oratores hic hæremus, ambigimus & subsistimus, nihilque invenimus, quo tantum scelus excusari possit. *Dic ipsa.*] Verba Poëtæ per Apostrophen ad ipsam mulierem, in adulterio deprehensam. *Dic ipsa*, ô mulier quomodo te purgabis? *Olim* &c.] Verba se purgantis adulteræ, satis procacia & malitiosa. Convenit inter me & maritum jam *olim* inde à contractis nuptiis, ut ille viveret ut sibi complacitum esset, & ego itidem mihi indulgere possem, quodcunque vellem. *Lubinus*

282. *Clames licet.*] Quasi dicat: O vir, licet præ indignatione exclamans cœlum & terram confundas, nihil profeceris, nec me aliter ac si feceris: nam homo sum, & talis nata quæ ex sexus imbecillitate peccet, & veniam mereatur. Vide Sat. 2. vers. 25.

283. *Homo.*] Appellatione hominis, mas & fœmina continetur. *Idem.* *Homo sum, humani nihil a me alienum puto. Humanum est errare, humanum autem ignoscere est.*

Deprensis. iram atque animos à crimine sumunt.
Unde hæc monstra tamen, vel quo de fonte requiris?
PRÆSTABAT castas humilis fortuna Latinas
Quondam, nec vitiis contingi parva sinebant
Tecta labor, somnique breves, & vellere Tusco
Vexatæ, duræque manus, ac proximus urbi
Hannibal, & stantes Collina in turre mariti.
Nunc patimur longæ pacis mala: sævior armis
Luxu-

VET. SCHOLIAST.

284. *Iram, &c.*] Quanto ingentius crimen est quod admittitur, tanto deprehensæ majorem induunt ad defendendum audaciam.

288. *Tecta labor.*] Nam labor custos est castitatis.

290. *Collina turre.*] Collino monte, ut porta.

VARIORUM.

ß. Crimen à se removet, in sexus imbecillitatem transferens. *Nihil, &c.*] Verba Poëtæ incredibilem illarum mœcharum audaciam & impudentiam detestantis. *Idem.*

284. *Iram, &c.*]Ut quo enormius scelus admiserunt, unde animo dejici, ac perterrefieri maxime deberent, hoc etiam majorem audaciam & indignationem animo concipiant. *A crimine.*]A magnitudine & enormitate sceleris. *Idem.*

285. *Unde hæc.*] Inquirit jam Poëta, quænam sit caussa hujus mali, quod vix ulla Romæ fœmina bona & pudica inveniatur: Caussam vero esse inquit otium & luxuriam, omniumque rerum abundantiam. *Hæc, &c.*] Hæc scelerum ostenta, portenta & prodigia, quæ numeravit. *Vel, &c.*]Ex qua caussa, quæris, oriantur hæc scelera. *Idem.*

286. *Præstabat, &c.* I. e. efficiebat & servabat. Ostendit è contrario quod paupertas, labor, vigilia olim Italas vel Romanas mulieres castas & pudicas conservavit. *Humilis, &c.*] Paupertas, quæ continentiæ mater, & genitrix omnium virtutum, & magistra. *Idem.*

287. *Nec vitiis*] Ordo est; nec labor & adsiduitas sinebat vel permittebat parva & humilia tecta à vitiis, turpitudine atque libidine infici & contingi. Otia enim dant vitia. *Lubin. Parva tecta.*] I. e. pauperes domos, pro humilibus hominibus inhabitantibus: Sic Alii *humiles casas*: *Romuleoque recens horrebat regia culmo.*

288. *Somni, &c.*] Vigiliæ, & labor nocturnus. *Et vellere.*] Tractando lanam Thuscam. Nam in vico Thusco Romæ, lanificium exercebatur. Id est, manus mulierum assiduo opere induratæ, & vexatæ & exercitatæ lanificio, vel velleribus ex ovibus Thusciæ. In tali lanificio honestissimo deprehensa est Lucretia à Tarquinio.

289. *Ac proximus.*]Assidua bella cum Carthaginensibus. Eo dicit, nam tempore belli cum exercerentur viri, & fœminæ timidæ & meticulosæ, non facile libidini fenestra patebat. *Idem.* Alludit ad illud *Hannibal ad portas*: Sic Salust. in Iugurt. *Metus hostilis in bonis artibus civitatem retinebat.*

290. *Et &c.*] Mariti Romani stantes vel excubantes ad portas Collinam, & Esquilinam in turri contra Annibalem, cum tertio ab urbe lapide castra posuisset. *Lubinus.*

291. *Nunc, &c.*] Apodosis contrariorum. Id est, jam contra longa pace omnia mala nobis nata sunt, & luxuria imprimis, quæ omni hoste sævior & immanior, nunc Romanos punit & adfligit. *Sævior, &c.*] Verissima sententia. Certe luxuria Romanos, Græcos, Alexandrum Magnum, Germanos, & quos nullus hostis unquam superavit, domuit

Luxuria incubuit, victumque ulciscitur orbem.
Nullum crimen abest, facinusque libidinis, ex quo
Paupertas Romana perit: hinc fluxit ad istos
Et Sybaris colles: hinc & Rhodos, & Miletos,
Atque coronatum, & petulans, madidumque Tarentum.
Prima peregrinos obscœna pecunia mores

Id.

VET. SCHOLIAST.

292. *Victumque, &c.*] Orbem quem nos subegimus, lascivitasque nos invasit, defendit.

295. *Et, &c.*] Sybarim civitatem in Italia, Philoctetæ comites condiderunt: quæ urbs postea in tantum prolapsa est in omne probrum continua felicitate, ut nomen ad significationem impudicitiæ significare videatur. Similiter & Rhodos & Miletos in Græcia civitates. *Petulans* autem dicit, quia adversum Romanos bellum sæpe moverunt, & se Pyrrho sociarunt. *Coronatum*, in conviviis madidum, fluxum.

297. *Obscœna pecunia.*] Quia ore obscœno sunt. Horatius de hujusmodi:

—— *superbo provocet ab inguine,*
Ore adlabitrandum est tibi.

VARIORUM.

domuit, deque illis triumphum egit. *Lubin.*

292. *Incubuit.*] Invasit, obsedit, occupavit, & oppugnavit. *Victumque, &c.*] Nos orbis victores vicit luxuria. Sumsit supplicium & vindictam de Romanis:

Orbem nam totum victor Romanus habebat.

293. *Nullum, &c.*] Periérit quod cœpit.

294. *Paupertas Romana.*] Id est, ex quo, postquam Romam pauperes esse desierunt, & magnas opes, summam potentiam sunt consecuti. *Perit.*] Pro periit. *Istos, &c.*] Alii legunt *Istros*: Al. *Indos*, Al. *Istmos*. Quasi dicat, Romanos suis vitiis, luxu & libine etiam alios homines, tanquam contagio, infecisse. Erant autem Istri populi in litore Illyricæ. Verum legendum *istos*, hoc perspicuo sensu. *Hinc* ex opulentia, potentia, & luxuria Græcorum mores Romam venerunt, & ad istos septem urbis Romæ colles fluxerunt. *Politian.* Miscell. cap. 15. *Parrhas.* Epist. 28. Quod Britann. *hinc* explicat ex urbe Roma, absonum est.

295. *Et Sybaris.*] Ipsa Sybaris. I. e. Deliciæ Sybaritarum. Sybaris, est oppidum ab Achivis conditum, situm inter Crathidem, & Sybaridem fluvios, cujus cives deliciis & luxuria diffluebant: populi in ea Italiæ parte, quæ magna Græcia dicta est. Vide Proverb. *Sybaritica sur. Et Rhodos.*] Insula in Lycia, Homeri patria. *Rhodos & Mil.*] Luxuria Græca, & Asiatica. Miletos enim civitas est in finibus Ioniæ & Cariæ, in Asia minori, & Rhodos insula in mari Carpathio, Cariæ adjacens. *Farnab. Miletus*] Insula in mari Siculo, Thaletis patria, jam Malta dicitur. Vide Prov. *Fuere quondam strenui Milesii.* Lubinus.

296. *Atque, &c.*] Tarentini, qui inter potandum coronis ornantur, petulantes, madidi, & vino diffluentes, & unguentis madentes. Tarentum civitas Apuliæ, olim Calabriæ caput, positum in ipsis Adriatici maris faucibus. *Petulans.*] Vel quod fuerit opulentum; vel potius, quod non modo per superbiam naves Romanorum in portu suo captas reddere noluerint, sed & alterum è legatis Rom. qui à Senatu missi fuerant, ad eas repetendas, urina resperserint. *Madidum.*] Vino & unguento diffluens. *Lubinus. Madidumque Tarentum*] Vel propter vicinum mare, vel, ut verius loquar, propter affluentes delicias. *Durleus.*

297. *Prima, &c.*] Ostendit quid castitatem conservarit, labor scilicet & parvis contenta frugalitas. Jam demonstrat, quid eandem expulerit, pecunia scilicet, & rerum copia, otium, & luxus. *Prima.*] Romanis omnium nummum

Intulit, & turpi fregerunt secula luxu
Divitiæ molles. quid enim Venus ebria curat?
Inguinis, & capitis quæ sint discrimina, nescit:
Grandia quæ mediis jam noctibus ostrea mordet,
Cum perfusa mero spumant unguenta Falerno,
Cum bibitur concha, cum jam vertigine tectum
Ambulat, & geminis exsurgit mensa lucernis:
I nunc & dubita, qua sorbeat aëra sanna

Tullia,

VET. SCHOLIAST.

303. *Cum, &c.*] Non calicibus.

305. *Qua, &c.*] Revocato naribus spiritu, insultet ebria, ac per hoc ronchos ducat.

VARIORUM.

rum caussa. *Obscœna, &c.*] Ab effectu, quod vitam turpitudine & obscœnitate deformarit, castitate profligata. *Peregrinos.*] Externos, impudicos, turpes Græcorum & Persarum mores. *Idem.*

298. *Intulit.*] In urbem Romam. *Et turpi.*] Id est, Divitiæ, quæ homines molles & effœminatos faciunt, fregerunt & corruperunt secula & ætates Romanorum, turpi & obscœno luxu. Hoc est, corruperunt prisci temporis frugalitatem & pudicitiam. *Idem.*

299. *Quid, &c.*] Egregia sententia. Si enim Venus furiosa, alio furore ebrietatis incitetur; facile omnem honestatem contemnit, nihilque pensi habet. *Venus ebria.*] Libidinosa & ebria mulier. *Idem.* Libidini addita ebrietas. *Omne vitium ebrietas & intendit & detegit, obstantem malis conatibus verecundiam removet.* Senec.

300. *Inguinis, &c.*] Proverbialiter dictum. Notat autem tales mulieres, quod nimia libidine etiam fellatrices sint. Id est, nescit ebria fœmina vulvæ & oris differentias. *Brodæus* 2. Miscell. cap. 21. Obscœnitatem eorum, qui sunt spiritu impuro, quique ori medigerantur & capiti illudunt, denotat. *Grang.* Fas atque nefas indifferenter agunt.

301. *Grandia quæ.*] Cohærent hæc cum antecedentibus. Id est, quæ ebria & luxuriosa Venus etiam media nocte fomenta libidinis adhibet, & ostrea comedit ad provocandam libidinem. *Ostrea.*] Ad Venerem miris modis instigant, inde turpissimæ illæ bestiæ ostrea comedebant, ut ad Venerem promtiores essent. *Lubin.*

302. *Cum, &c.*] Id est, cum unguenta puro Falerno vino perfusa & delibuta spumant, & effervescunt; id est, cum vino & unguento madidæ sunt: eo sc. invalescente luxuria, ut odorem prodigum ex utraque corporis parte captarent, & non tantum iis linerentur, sed etiam biberent. *Si foliata sitis.* Mart. lib. 14. Ep. 110. *Plin.* lib. 31. *Brodæus* 4. Miscell. cap. 4. Al. *spument.*

303. *Concha.*] Explicant amplum vas, & quidem vinarium, in quod è dolio hauritur vinum: Atqui hoc loco concha est vas unguentarium; non solum enim unguenta vino miscebant, sed ipsis vasculis unguentariis potabant. Hinc Martial. lib. 14. epigr. 110. *Hoc licet in gemma quæ servat nomina Cosmi, luxuriose bibas si foliata sitis. Cum jam, &c.*] Cum ipsis valde ebriis, tectum in gyrum circumagi & ambulare videtur, quod fit cum spiritus copiosi è ventriculo adscendentes, cerebrum perturbant. *Lubin.*

304. *Et geminis.*] Cum omnia, quæ videntur, gemina & bina apparent: ubi oculorum nervis potu distentis & debilitatis, distrahuntur radii. cujus rei rationem vide apud Alex. Aphrodisæum in Problem. Unde proverb. *E duobus tria vides. Exsurgit.*] Exsurgere videtur. *Idem.*

350. *I nunc, &c.*] Loquela nostro familiaris. Non ergo dubites vel demi-

Tullia, quid dicat notæ Collatia Mauræ;
Maura pudicitiæ veterem cum præterit aram.
Noctibus hic ponunt lecticas, micturiunt hic,
Effigiemque Deæ longis siphonibus implent,
Inque vices equitant, ac Luna teste moventur.
Inde domos abeunt: tu calcas luce reversa
Conjugis urinam magnos visurus amicos.

VET. SCHOLIAST.

[illegible]] Apud Pudicitiæ [illegible], & [illegible].

309. *Longis*, &c.] [illegible]

311. *Tu calcas*.] Tu [illegible], [illegible].

VARIORUM.

[illegible] *sive forma*.] [illegible] ad capitis vertiginem & [illegible], est ne caussa, quare ambigat, qua & quali sanna, vel quo sonitu & roncho narium, qua oris distortione, aerem & spiritum per nares sorbeat, dum os lingendo occupatum est in fœdo illo opere. *Lubinus*. Indesse hæc Lubinus, quem noster exprimat gestum irridentium, qui extensis paulum labris cum certo sibilo solent aëra sorbere: quasi dicat, quam distorto & hianti ore respiciat & respiciat in contemptum deæ, cum juxta illius aram præterit:] & dubita unde, qua caussa, aut quomodo hoc à Tullia fiat.

306. *Quid*, &c] Id est, quam multa ignominiosa effutiat in ipsam impudicitiam Collatia illa mulier, & dicat Mauræ alteri mulieri, sibi cognitæ propter stupri & crissationis commercium. Quidam legunt *Collatias*, quæ quasi eodem lacte nutrita est. *Lubinus*.

307.] *Pudicitiæ*.] Dixit Emphatice, quod ad statuam illius veterem & verecundam inprimis impudicæ essent. Duo Pudicitiæ templa Romæ: unum Patriciæ in foro boario, quod antiquius: alterum plebeiæ in vico longo. *Idem*.

Notæ

308. *Noctibus*, &c.] Id est, hic ad Pudicitiæ aram matronæ lecticis vectæ conveniunt, & inter se concumbunt. *Micturiunt*.] Prurigine libidinis corruptæ. *Idem*.

309. *Effigiemque Deæ*.] Statuam Deæ longis urinæ vel vesicæ meatibus tanquam siphonibus, tubulis & canalibus, turpant & contaminant. *Lubin*. Per *siphones* intelligit ipsam urinam; longo tractu in effigiem Deæ projectam, quod faciebant mulieres impudicæ, manu sua locos premendo, diuque eam retinendo. sic enim urina prius coacta majori prosilit impetu, quem tractum urinæ exsilientis, *siphonem* appellat. *Grangæus*.

310 *Inque*, &c.] Ἐναλλὰξ ἀλλήλαις ἐπιβαίνουσι. Id est, alternis vicibus una aliam crissando adscendit. Nam & mulieres inter se libidinis coitum obibant, & quæ agebat τριβάδες vel fricatrices dicebantur. De his Paulus 1. ad Romanos. *Luna*, &c.] Id est noctu illud faciunt, nec quenquam suorum facinorum testem vel conscium habere censent. Verum falluntur, nam

---- *Sidera testes*,
Intendunt oculos. ---

Et, quod magis est, ille Pater luminum, cujus oculos nemo fallit, cui omnia patent. *Moventur*.] Subagitantur & agitantur à se invicem. *Lubin*.

311. *Inde*, &c.] Post tanta perpetrata facinora. *Tu calcas*] Id est, tu ô marite, cum mane surgis & magnos tuos patronos visitaturus, & sportulæ gratia salutaturus es, dum in platea Pudicitiæ aram prætergrederis, conjugis tuæ urinam, quam ibi sparsit, pedibus inter ambulandum conculcas, quam prætetiam

Nota Bonæ secreta Deæ, cum tibia lumbos
Incitat: & cornu pariter, vinoque feruntur
Attonitæ, crinemque rotant, ululantque Priapi
Mænades: ô quantus tunc illis mentibus ardor
Concubitus! quæ vox saltante libidine! quantus
Ille meri veteris per crura madentia torrens!
Lenonum ancillas posita Saufeia corona

Pro-

VET. SCHOLIAST.

313. *Nota, &c.*] Templum ubi intravit Clodius pro psaltria, & cum uxore pontificis concubuit. ibi nam saltat matrona cum tibia.

315. *Priapi.*] Id est, non Liberi patris Bacchæ, sed Priapi.

319. *Saufeia.*] Sacerdotis nomen.

VARIORUM.

rita nocte libidinem exercens ibi reddidit. *Lubin.*

313. *Nota.*] Et scelera & flagitia, quæ in secreto in sacris Bonæ Deæ admittuntur, satis omnibus jam cognita sunt. vide Sat. 2. vers. 85. *Cum, &c.*] Cum in his sacris matronæ saltant ad tibiam, vel ut in Bacchanalibus. De hac re vide Plutarchum in Cæsare. *Lubin.*

314. *Incitat.*] Ad saltandum concentu suo commovet. vel ut alii, ad libidinem, ut Pers. Sat. 1.

Cum carmina lumbum intrant.

Lumbi enim à libidine, quod in eis sit Veneris sedes. *Grang.* *Et cornu.*] Id est, cum ad saltandum cornu canente, & vino pariter, quod immodice biberunt instigante, agitantur. *Lubin.* Hæc lucem afferunt illis Sat. 11. 90. *Nullo gemit hic tibicina cornu:* quod ad Clodium perperam viri docti referunt, qui vestitu cultuque psaltriæ sive tibicinæ ædem Bonæ deæ ingressus, cornu intulerat; nempe virum parrando stupro paratissimum. Verior interpretatio est, in illo turpissimo cœtu semivirorum Bonam deam celebrantium, fœminas omnes tanquam prophanas submotas fuisse, ita ut nulla ibi tibicina cornu inflaverit, ut in veris sacris deæ illius fiebat, sed omnia virorum ministerio peracta. *Ferrar.*

315. *Attonitæ.*] Instigatæ, & quasi extra se raptæ. *Crinemque, &c.*] Circumducunt crinem sparsum, Bacchantium furiosarum more caput agitant. *Ululantque, &c.*] Alii legunt, *Ululante Priapo.*

316. *Priapi Maenades.*] Recte haec explicat Vetus Interpres non Bacchi, sed Priapi Maenades. Sic vocat mulieres libidine & vino furentes ad instar Baccharum in sacris BonaeDeae, ubi nullus Priapi sacerdotibus locus. *Graev.* *Mænades.*] Mænas, est furiosa Bacchi sacerdos, ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι. Sic has appellat, quod multa bacchanalibus similia peragerent. *O quantus.*] Id est, ô quam vehementi desiderio concubitus, tunc cum ita Bacchanalia Priapi furiose agunt, tenentur. *Illis, &c.*] Id est, illis mulieribus. *Ardor.*] Ardens desiderium. *Idem.*

317. *Quæ, &c.*] Id est, quam lascivæ, & obscœnæ illarum voces [illegible], quem edunt gannitum, quum pruri-gine & tentigine libidinis, etiam subsilire coguntur. *Idem.* *Quantus, &c.*] Id est; quam abunde ob libidinis impatientiam à mulieribus vino veteri potis, & libidine instigatis inter saltandum urina emittitur. Quod de spermate collecto dicit Britannicus, errat. *Torrens.*] Quam copiosus rivus, vel fluxus.

318. *Meri veteris.*] Optimi vini, quo se inebriarunt. *Per crura, &c.*] Per quas urina defluit. *Idem.*

319. *Lenonum, &c.*] Publicas meretrices & prostitutas. Invehitur jam in infames illas Tribades sese invicem ad certamen libidinis proposito præmio

pro-

Tullia, quid dicat notæ Collatia Mauræ;
Maura pudicitiæ veterem cum præterit aram.
Noctibus hic ponunt lecticas, micturiunt hic,
Effigiemque Deæ longis siphonibus implent,
Inque vices equitant, ac Luna teste moventur.
Inde domos abeunt: tu calcas luce reversa
Conjugis urinam magnos visurus amicos.

Nota

VET. SCHOLIAST.

308. *Hic, &c.*] Apud Pudicitiæ aram concumbunt, & urinam faciunt.

309. *Longis, &c.*] Jactationibus lotii.

311. *Tu calcas.*] Tu cum mane processeris, lotium calcas uxoris tuæ.

VARIORUM.

reris quot sint fellatrices, aut cunnilingæ. *Qua sanna.*] Cum vides tales mulieres ad capitis vertiginem se inebriare, est ne caussa, quare ambigas, qua & quali sanna, vel quo sonitu & roncho narium, qua oris distortione, aerem & spiritum per nares sorbeat, dum os lingendo occupatum est in fœdo illo opere. *Lubinus.* Insulse hæc Lubinus, quum noster exprimat gestum irridentium, qui extensis paulum labris cum certo sibilo solent aëra sorbere: quasi dicat, quam distorto & hianti ore respiciat & respiret in contemtum deæ, cum juxta illius aram præteritit: I & dubita unde, qua caussa, aut quomodo hoc à Tullia fiat.

306. *Quid, &c.*] Id est, quam multa ignominiosa effutiat in ipsam impudicitiam Collatia illa mulier, & dicat Mauræ alteri mulieri, sibi cognitæ propter stupri & crissationis commercium. Quidam legunt *Collactea*, quæ quasi eodem lacte nutrita est. *Lubinus.*

307.] *Pudicitiæ.*] Dixit Emphatice, quod ad statuam illius veterem & venerandam imprimis impudicæ essent. Duo Pudicitiæ templa Romæ: unum Patriciæ in foro boario, quod antiquius: alterum plebeiæ in vico longo. *Idem.*

308. *Noctibus, &c.*] Id est, hic ad Pudicitiæ aram matronæ lecticis vectæ conveniunt, & inter se concumbunt. *Micturiunt.*] Prurigine libidinis correptæ. *Idem.*

309. *Effigiemque Deæ.*] Statuam Deæ longis urinæ vel vesicæ meatibus tanquam siphonibus, tubulis & canalibus, turpant & contaminant. *Lubin.* Per *siphones* intelligit ipsam urinam; longo tractu in effigiem Deæ projectam, quod faciebant mulieres impudicæ, manu suos locos premendo, diutuleque eam retinendo: sic enim urina prius coacta majori prosilit impetu, quem tractum urinæ exsilientis, *siphonem* appellat. *Grangæus.*

310. *Inque, &c.*] Ἐφάλλονται καὶ παρὰ φύσιν ἀνδρίζονται. Id est, alternis vicibus una aliam crissando adscendit. Nam & mulieres inter se libidinis coitum obibant, & quæ agebat τριβὰς vel frictrix dicebatur. De his Paulus 1. ad Romanos. *Luna, &c.*] Id est nocte illud faciunt, nec quenquam suorum facinorum testem vel conscium habere censent. Verum falluntur, nam

---- *Sidera teste*,
Intendunt oculos. ---

Et, quod magis est, ille Pater luminum, cujus oculos nemo fallit, cui omnia patent. *Moventur.*] Subiguntur & agitantur à se invicem. *Lubin.*

311. *Inde, &c.*] Post tanta perpetrata facinora. *Tu calcas.*] Id est, tu o marite, cum mane surgis & magnos tuos patronos visitaturus, & sportulæ gratia salutaturus es, dum in platea Pudicitiæ aram prætergrederis, conjugis tuæ urinam, quam ibi sparsit, pedibus inter ambulandum conculcas, quam præterita

Nota Bonæ secreta Deæ, cum tibia lumbos
Incitat: & cornu pariter, vinoque feruntur
Attonitæ, crinemque rotant, ululantque Priapi
Mænades: ô quantus tunc illis mentibus ardor
Concubitus! quæ vox saltante libidine! quantus
Ille meri veteris per crura madentia torrens!
Lenonum ancillas posita Saufeia corona
Pro-

VET. SCHOLIAST.

313. *Nota, &c.*] Templum ubi intravit Clodius pro psaltria, & cum uxore pontificis concubuit. ibi nam saltat matrona cum tibia.

315. *Priapi.*] Id est, non Liberi patris Bacchæ, sed Priapi.

319. *Saufeia.*] Sacerdotis nomen.

VARIORUM.

rita nocte libidinem exercens ibi reddidit. *Lubin.*

313. *Nota.*] Et scelera & flagitia, quæ in secreto in sacris Bonæ Deæ admittuntur, satis omnibus jam cognita sunt. vide Sat. 2. vers. 85. *Cum, &c.*] Cum in his sacris matronæ saltant ad tibiam, vel ut in Bacchanalibus. De hac re vide Plutarchum in Cæsare. *Lubin.*

314. *Incitat.*] Ad saltandum concentu suo commovet. vel ut alii, ad libidinem, ut Pers. Sat. 1.

Cum carmina lumbum intrant.

Lumbi enim à libidine, quod in eis sit Veneris sedes. *Grang.* *Et cornu.*] Id est, cum ad saltandum cornu canente, & vino pariter, quod immodice biberunt instigante, agitantur. *Lubin.* Hæc lucem afferunt illis Sat. 11. 90. *Nulla gemit hic tibicina cornu:* quod ad Clodium perperam viri docti referunt, qui vestitu cultuque psaltriæ sive tibicinæ ædem Bonæ deæ ingressus, cornu intulerat; nempe virum patrando stupro paratissimum. Verior interpretatio est, in illo turpissimo cœtu semivirorum Bonam deam celebrantium, fœminas omnes tanquam prophanas submotas fuisse, ita ut nulla ibi tibicina cornu inflaverit, ut in veris sacris deæ illius fiebat, sed omnia virorum ministerio peracta. *Ferrar.*

315. *Attonitæ.*] Instigatæ, & quasi extra se raptæ. *Crinemque, &c.*] Circumducunt crinem sparsum, Bacchantium furiosarum more caput agitant. *Ululantque, &c.*] Alii legunt, *Ululante Priapo.*

316. *Priapi Maenades.*] Recte haec explicat Vetus Interpres non Bacchi, sed Priapi Maenades. Sic vocat mulieres libidine & vino furentes ad instar Baccharum in sacris BonaeDeae, ubi nullus Priapi sacerdotibus locus. *Graev.* *Mænades.*] Mænas, est furiosa Bacchi sacerdos, ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι. Sic has appellat, quod multa bacchanalibus similia peragerent. *O quantus.*] Id est, ô quam vehementi desiderio concubitus, tunc cum ita Bacchanalia Priapi furiose agunt, tenentur. *Illis, &c.*] Id est, illis mulieribus. *Ardor.*] Ardens desiderium. *Idem.*

317. *Quæ, &c.*] Id est, quam lascivæ, & obscœnæ illarum voces [illegible], quem edunt gannitum, quum prurigine & tentigine libidinis, etiam subsilire coguntur. *Idem.* *Quantus, &c.*] Id est; quam abunde ob libidinis impatientiam à mulieribus vino veteri potis, & libidine instigatis inter saltandum urina emittitur. Quod de spermate collecto dicit Britannicus, errat. *Torrens.*] Quam copiosus rivus, vel fluxus.

318. *Meri veteris.*] Optimi vini, quo se inebriarunt. *Per crura, &c.*] Per quas urina defluit. *Idem.*

319. *Lenonum, &c.*] Publicas meretrices & prostitutas. Invehitur jam in infames illas Tribades sese invicem ad certamen libidinis proposito præmio pro-

Provocat, & tollit pendentis præmia coxæ:
Ipsa Medullinæ frictum crissantis adorat
Palmam inter dominas virtus natalibus æquat.
Nil ibi per ludum simulabitur, omnia fient
Ad verum, quibus incendi jam frigidus ævo
Laomedontiades, & Nestoris hernia possit.
Tunc prurigo moræ impatiens, tunc fœmina simplex,
Et

VET. SCHOLIAST.

320. *Præmia coxæ.*] Ad commune lenocinium alius poni, ut pro præmio posita esse.

321. *Ipsa, &c.*] Duæ Medullinæ eodem fuerunt tempore: ex quibus una Val. Claudio nupta fuit: altera Neronis prior nota omnibus probris, quam hic significat: posterior famæ honestioris. *Crissantis.*] Crissare mulierum, cevere virorum est. Hinc cevetes, molles & obsceni appellantur. *Frictum.*] Id est, habet potiorem in obscœnis motibus motum, sive fluxum.

VARIORUM.

provocantes. Sensus est, *Saufeia*, vel ut alii legendum censent *Laufella*, matrona Romana, proposita *corona*, vel præmio victoriæ, provocat in certamen libidinis Sodomiticæ, *ancillas lenonum*, vel lenonum puellas meretrices, easque vincit, & tanquam victrix præmia victricia proposita aufert. *Idem.*

320. *Provocat, &c.*] Ut eas citius delectetur, quasi melius libidinatura. *Et, &c.*] Tanquam quæ vicerit ἀνδρῶς in umbratili & muliebri hac ἀλογομαχίᾳ. *Pendentis coxæ.*] Quod succubuerit, & tribadem sublimi coxa incumbentem exceperit. *Idem.* Pendulæ Veneris præmium. *Grang.*

321 *Ipsa, &c.*] Ut supra Laufellam vel Saufeiam inferiori loco, ita hoc superiori loco tribadem egisse notat. *Medullinæ.*] Hæc Valerio Claudio nupta fuit, & omnibus probris nota. *Frictum.*] Fricationem & pruriginem libidinosam. Hinc fricatrices dicebantur. *Crissantis.*] Inferiori loco se apte moventis, & jacentis. *Adorat.*] Adorare est genu flectere. Tribas autem genu flexo & incurvatis genibus ad frictum, dum incumbit.

322. *Palmam, &c.*] Generosior existimatur, inter illas quæ melius crisset, id est, ipsa crissandi vel patiendi virtus & potentia exæquat palmam vel victoriam in certamine illo crissandi, cum ipsis natalibus vel generis nobilitate. *Inter, &c.*] Inter fœminas fricatrices & victrices. *Lubin.*

323. *Per, &c.*] Non ludi aut simulacra libidinis effinguntur, sed omnia vero quasi virorum concubitu fiunt, & quidem ita ad vivum, ut illarum aspectu etiam Laomedontis filius Priamus, quamvis jam senior & ævo frigidior, ad libidinem inflammari possit. *Idem.*

324. *Ad verum,*] Tanquam virili membro ἐν ὅπλοις armatæ. *Idem.*

325. *Nestoris.*] Membrum virile Nestoris, qui jam tertiam ætatem vivebat, hernia laborans. Per Priamum autem & Nestorem omnes extremæ senectutis intelligit. *Hernia.*] Decrepiti senis testium sacculus contractior. Est autem hernia proprie, cum omento rupto intestina in testiculorum tunicam vel scrotum devolvuntur. *Idem.*

326. *Tunc, &c.*] Cum saltatione, vino, & obscœno illo spectaculo & actu probe ad libidinem excitatæ sunt, tentigo & prurigo libidinis excitata & inflammata, ulterius moram & dilationem ferre nequit. *Moræ, &c.*] Non potest ulterius exspectare virorum absentiam. *Fœmina, &c.*] Id est, fœmina tunc simpliciter fœmina esse videtur, & sibi opem se indigere fingit. Quasi dicat:

Et toto pariter repetitus clamor ab antro.
Jam fas est: admitte viros. jam dormit adulter?
Illa jubet sumto juvenem properare cucullo.
Si nihil est, servis incurritur. abstuleris spem
Servorum, veniet conductus aquarius. hic si
Quæritur, & desunt homines: mora nulla per ipsam,
Quo minus imposito clunem summittat asello.
Atque utinam ritus veteres, & publica saltem

His

VET. SCHOLIAST.

334 *Et*, *&c.*] Quia habebant & privati sua sacra antea.

336 *Quæ psaltria.*] De psaltria, id est, de Clodio dicit, qui templum Bonæ Deæ ingressus habitu psaltriæ adulterium admisit.

VARIORUM.

dicat: Quæ ante virili instrumento se quidem armarat, videt, illud fictitium instrumentum non sufficere, & fœminam illo armatam, esse tamen, & manere simpliciter fœminam, neque vere viri opus obire posse; sed umbratile tantum opus, quo libido non satietur, sed excitetur potius. *Simplex.*] Nihil virile potens. *Idem.* Vel ironice, quæ quasi virum nondum cognovit: vel, quæ non agit virum, non tribas esse vult, non frictrix, sed partes suas sibi proprias sustinere vult; Vel, ut ait Britannicus, simpliciter omnia agit mulier, nec turpitudinem aliquo pudoris velamento tegit.

327. *Et*, *&c.*] Id est, ab omnibus mulieribus similiter in toto antro, in quod libidinis exercendæ ergo conveniunt, clamor in sequentia verba sæpe iteratur. *Idem.* *Ab antro.*] i. e. A loco fœdorum illorum sacrorum occultiore.

328. *Jam*, *&c.*] Verba mulierum præ libidine clamantium: O Janitrix jam non amplius nefas est virum Bonæ Deæ sacra adire. Tu vero jam viros intro ad nos admitte: an adulteri jam dormiunt, qui ad nos in fine sacrorum venire solent? *Idem.*

329. *Illa*, *&c.*] Una ex illis per ancillam jubet juvenem adulterum properanter ad se venire, cucullo sumto, ne cognoscatur. Erat enim vestis muliebris, de qua Sat. 11. dictum. *Idem.*

330. *Si nihil est*, *&c.*] Supp. amantium, vel adulterorum. Id est, si juvenem adulterum ancilla missa non inveniat, tum servos solicitat. *Incurritur.*] Impetus in illum fit. Sic supra:

Sed jacet in servi complexibus.

Abstuleris, *&c.*] Si servi non adsint, nec illorum adventus spes sit, vilissimus lixa, qui mercede constituta ad aquam gestandam conductus est, ille veniet ad matronam. *Idem.*

331. *Hic*, *&c.*] Et non invenitur.

333. *Mora*, *&c.*] I. e. nihil impedit, vel non cessat. Cum nulli homines, & ne vilissimi quidem adsint, supponit se asello, & ut libidinem expleat, per extremam enormitatem ab asello se subagitari patitur. O prodigiosam & incredibilem libidinem! *Idem.*

334. *Atque utinam.*] Conqueritur in sequentibus, quod passim publica sacra, & veteres religiosi sacrificiorum ritus à Numa instituti hujusmodi libidinibus, & sceleribus pollucrentur. Qua occasione invehitur in Clodium, qui in domum Cæsaris sub psaltriæ habitu ad sacra Bonæ Deæ penetravit, ibique Pompejam Cæsaris uxorem celebrantem sacra Bonæ Deæ, constupravit. *Ritus veterum.*] A majoribus Romanis, & à Numa constituti. *Idem.* *Et publica.*] Τυναικεῖα, pro salute publica nuncupata. *Atque utinam* *&c.*] Dolet Poëta in mulieribus tantam esse libidinis ucedinem, ut Deorum etiam templa horrenda turpitudine profa-

neat

His intacta malis agerentur sacra: sed omnes
Noverunt Mauri, atque Indi, quae psaltria penem
Majorem, quam sunt duo Caesaris Anticatones,
Illuc, testiculi sibi conscius unde fugit mus,
Intulerit, ubi velari pictura jubetur,
Quaecunque alterius sexus imitata figuram est:
Et quis tunc hominum contemtor numinis? aut quis
Sympuvium ridere Numae, nigrumque catinum,
Et

VET. SCHOLIAST.

337. *Duo*, &c.] Cæsar bello civili, cognita Catonis morte, (cujus virtutem dialogo illo qui inscribitur Cato, Cicero etiam laudavit) libros duos famosissimos in vitam Catonis edidit, quos Anticatones inscripsit.

338. *Testiculi*, &c.] Ad templum, ubi non est fas intrare, nec murem masculum.

340. *Alterius sexus*.] Masculini.

341. *Sympuvium*.] Vas sacrificiis aptum, in quo Pontifices lavare solebant. Sympuvium autem, quia omnes sacerdotes simul bibebant: inde sympuviatrix illa dicitur, quæ porrigit poculum ipsud.

VARIORUM.

nent. *Ritus veteres*.] I. e. Solennia sacrorum vetera.

335. *His*, &c.] Incorrupta & integra à libidine, stupris, & adulteriis. *Sed*, &c.] Sensus est, Jam vero publica etiam sacratalibus sceleribus polluuntur.

336. *Noverunt Mauri*.] Nam omnibus Mauris atque Indis à nobis remotissimis, atque adeo toti mundo notum est, quæ psaltria, vel quis adulter sub psaltriæ habitu maximum virile suum membrum in sacra Bonæ Deæ intulerit, quo virum accedere nefas. *Idem*. *Quæ*, &c.] Maximus adulterorum Clodius tangitur.

337. *Quam*, &c.] Nam duo libri Cæsaris adversus Catonem in unum volumen complicati, haud male figuram ingentis virilis fasci referebant, qualem Clodius intulerat in pulvinar bonæ Deæ. Cæsar autem indignatus, quod Cicero libellum in laudem Catonis Uticensis scripsisset, duos libros Anti-Catones dictos scripsit. Facete noster penem Clodii duplo majorem Cæsaris pene, & propter tam opulentum peculium, Pompejam Cæsaris uxorem magis dilexisse Clodium, quam maritum, dicit. *Cæsaris*.] Magna hic ἐνέργεια Satyrica. Obiter vexat Cæsarem ob Anticatones scriptos. Et simul recte innuit, illam infamiam suæ uxori esse illatam, quæ major fuerat, quam illa probra Catoni immerito in Anticatonibus objecta. *Lubin.*

338. *Illuc*, &c.] Ridicule & Satyrice dixit, quasi eum locum ob reverentiam etiam mures masculi fugiant. Ad quem locum vel murem masculum intrare nefas, qui sciat se habere testiculum. *Idem.*

339. *Ubi*, &c.] Testatur hoc Seneca Epistola 98. *Submovet extra conspectum omnibus viris, ut picturæ quoque masculorum animalium contegantur.*

340. *Alterius sexus*.] Masculini. *Lubinus*. Sensus est, ubi pictura maris imaginem exhibens absconditur.

341. *Et quis tunc*.] Id est, anne tunc, prisco nimirum seculo, quisquam inventus fuit, qui numina contemneret? quasi dicat: Non. Nam, ut alibi:

Improbitas prisco fuit admirabilis ævo.

Idem. Hic obiter notandum est, quod Juvenalis noster revera sit unus ex illorum numero, de quibus Horatius

——— *Laudator temporis acti.*

342. *Aut quis Sympuvium*, &c.] Quis prisco seculo vas illud sacrificiis aptum, & à Numa in Sacris adhibitum, irridere tanquam fictile & non aureum, ausus fuisset?

Et Vaticano fragiles de monte patellas
Ausus erat? sed nunc ad quas non Clodius aras?
Audio quid veteres olim moneatis amici:
Pone seram: cohibe. sed quis custodiet ipsos
Custodes? cauta est, & ab illis incipit uxor.
Jamque eadem summis pariter minimisque libido:
Nec melior, silicem pedibus quæ conterit atrum,
Quam quæ longorum vehitur cervice Syrorum,
Ut spectet ludos, conducit Ogulnia vestem,

Con-

VET. SCHOLIAST.

344. *Ad quas non Clodius,*] Pro Clodius. licet nam per [illegible], ut Clodius & Claudius, ut cotes & cautes, ut origa & auriga.

345. *Pone,* &c.] Januam, id est, include uxorem.

347. *Et ab illis incipit uxor.*]
Qui nunc lascivus furta paulo.
Hac [illegible] fiunt, crimen [illegible] tecetur.

349. *Pedibus,* &c.] Quæ pedibus suis ambulat.

350. *Quam,* &c.] *Aliquos* significat. Syrorum, servorum; verbo usus est comico. Nam antiquitus servis nomina ex gentibus suis ponebantur, ut apud Terentium frequenter legimus. *Vehitur,* id est, in lectica, ut Cicero; nam, ut mos est, lecticas ad [illegible] ferebant.

VARIORUM.

fuisset? Quasi dicat: Nemo. *Junius* Animadv. 2, cap. 10. & vide Erasmum in Proverb. *Nigrum,* &c.] Vas fictile & nigra terra à Numa in sacrificiis constitutum. *Idem.* Alia lectio est *prisumque catinum.* Grang.

343. *Et,* &c.] Eo dicit, quia in monte vel colle Vaticano, fictilia vasa fiebant. *Idem.*

344. *Ausus erat.*] Qui profecto capitis periculum incurrisset. *Sed,* &c.] Subaudi, *accedit.* Antapodosis. Quasi dicat. Contra nostro tempore ad omnes aras, templa, & sacrificia, Clodii similes [illegible] intrantur. *Lub.* Alii *Claudius.*

345. *Audio,* &c.] Respondet admonitioni vel consilio amicorum, dicentium, januæ seram esse adponendam, & libidinosas illas mulieres custodiendas esse. *Lubin.*

346. *Pone seram.*] Pone januæ seram, cohibe illas, & intro contine, & custodibus adhibitis observari cura. *Sed,* &c.] Respondet Poëta non posse custodiri mulieres, quia ipsos custodes ad concubitum solicitare [illegible]. Ovidius libro 4. de Amorib. *Lubin.*

347. *Cauta est.*] Bene sibi cavet, ne prodatur à custodibus, nam adulterium primo omnium cum illis incipit. *Idem.* Cum illis limat caput, & pecunia, vel alia fraude illos expugnat.

348. *Jamque eadem*] Ostendit, luxuriam & libidinem communem esse, omnibus mulieribus Romanis, divitibus & pauperibus. *Idem.*

349. *Nec,* &c.] Id est, non melior & honestior est paupercula uxor, quæ suis pedibus per plateas, & nigros ac lutosos silices in plateis stratos ambulat. Indicat ergo suo seculo vitam [illegible] esse corruptam. *Idem.*

350. *Quam,* &c.] Id est, quam illa quæ in summis deliciis mollis & dives est, in lectica, cervice vel humeris magnorum & procerorum Syrorum, servorum lecticariorum portatur. *Syrorum.*] Ex Syria enim & Media servi lecticarii proceri & robusti eligebantur, ut sublimiores ferrentur. *Lubinus.*

351. *Ut spectet.*] Jam [illegible] [illegible], [illegible] [illegible]

[redacted]

His intacta malis agerentur sacra: sed omnes
Noverunt Mauri, atque Indi, quae psaltria penem
Majorem, quam sunt duo Caesaris Anticatones,
Illuc, testiculi sibi conscius unde fugit mus,
Intulerit, ubi velari pictura jubetur,
Quaecunque alterius sexus imitata figuram est:
Et quis tunc hominum contemptor numinis? aut quis
Sympuvium ridere Numae, nigrumque catinum,

H

Et

VET. SCHOLIAST.

337. *Duo, &c.*] Cæsar bello civili, cognita Catonis morte, (cujus virtutem dialogo illo qui inscribitur Cato, Cicero etiam laudavit) libros duos famosissimos in vitam Catonis edidit, quos Anticatones inscripsit.

338. *Testiculi, &c.*] Ad templum, ubi non est fas intrare, nec murem masculum.

340. *Alterius sexus.*] Masculini.

341. *Sympuvium.*] Vas sacrificiis aptum, in quo Pontifices lavare solebant. Sympuvium autem, quia omnes sacerdotes simul bibebant: inde sympuviatrix illa dicitur, quæ porrigit poculum ipsud.

VARIORUM.

nent. *Ritus veteres.*] I. e. Solennia sacrorum vetera.

335. *His, &c.*] Incorrupta & integra à libidine, stupris, & adulteriis. *Sed, &c.*] Sensus est, Jam vero publica etiam sacratalibus sceleribus polluuntur.

336. *Noverunt Mauri.*] Nam omnibus Mauris atque Indis à nobis remotissimis, atque adeo toti mundo notum est, quæ psaltria, vel quis adulter sub psaltriæ habitu maximum virile suum membrum in sacra Bonæ Deæ intulerit, quo virum accedere nefas. *Idem. Quæ, &c.*] Maximus adulterorum Clodius tangitur.

337. *Quam, &c.*] Nam duo libri Cæsaris adversus Catonem in unum volumen complicati, haud male figuram ingentis virilis fingi poterant, qualem Clodius intulerat in pulvinar bonæ Deæ. Cæsar autem indignatus, quod Cicero libellum in laudem Catonis Uticensis scripsisset, duos libros Anti-Catones dictos scripsit. Facete noster penem Clodii duplo majorem Cæsaris pene, & propter tam opulentum peculium, Pompejam Cæsaris uxorem magis dilexisse Clodium, quam maritum, dicit. *Cæsaris.*] Magna hic ἐνέργεια Satyrica. Obiter vexat Cæsarem ob Anticatones scriptos. Et simul recte innuit, illam infamiam suæ uxori esse illatam, quæ major fuerat, quam illa probra Catoni immerito in Anticatonibus objecta. *Lubin.*

338. *Illuc, &c.*] Ridicule & Satyrice dixit, quasi eum locum ob reverentiam etiam mures masculi fugiant. Ad quem locum vel murem masculum intrare nefas, qui sciat se habere testiculum. *Idem.*

339. *Ubi, &c.*] Testatur hoc Seneca Epistola 98. *Submoti extra conspectum omnibus viris, ut picturæ quoque masculorum animalium contegantur.*

340. *Alterius sexus.*] Masculini. *Lubinus.* Sensus est, ubi pictura maris imaginem exhibens absconditur.

341. *Et quis tunc.*] Id est, annon tunc, prisco nimirum seculo, quisquam inventus fuit, qui numina contemneret? quasi dicat: Non. Nam, ut alibi:

Improbitas prisco fuit admirabilis ævo.

Idem. Hic obiter notandum est, quod Juvenalis noster revera sit unus ex illorum numero, de quibus Horatius

——— *Laudator temporis acti.*

342. *Aut quis Sympuvium, &c.*] Quis prisco seculo vas illud sacrificiis aptum, & à Numa in Sacris adhibitum, irridere tanquam fictile & non aureum, ausus fuisset?

Et Vaticano fragiles de monte patellas
Ausus erat? sed nunc ad quas non Clodius aras?
Audio quid veteres olim moneatis amici:
Pone seram: cohibe. sed quis custodiet ipsos
Custodes? cauta est, & ab illis incipit uxor.
Jamque eadem summis pariter minimisque libido:
Nec melior, silicem pedibus quæ conterit atrum,
Quam quæ longorum vehitur cervice Syrorum,
Ut spectet ludos, conducit Ogulnia vestem,

Con-

VET. SCHOLIAST.

344. *Ad quas non Clodius,*] Pro Clodium. Licet nam per communionem, ut Clodius & Claudius, ut cotes & cautes, ut origa & auriga.

345. *Pone,* &c.] Januam, id est, include uxorem.

347. *Et ab illis incipit uxor.*]
Qui nunc lascivos furtim [illegible].
Hoc [illegible] sunt, [illegible] [illegible] [illegible].

349. *Pedibus,* &c.] Quæ pedibus suis ambulat.

350. *Quam,* &c.] *Alegyr* significat. Syrorum, servorum; verbo usus est comico. Nam antiquitus servis nomina ex gentibus suis ponebantur, ut apud Terentium frequenter legimus. *Vehitur*, id est, in lectica, ut Cicero; nam, ut mos est, lecticas ad scenam ferebant.

VARIORUM.

fuisset? Quasi dicat: Nemo. *Junius* Animadv. 2. cap. 10. & vide Erasmum in Proverb. *Nigrum,* &c.] Vas fictile & nigra terra à Numa in sacrificiis constitutum. *Idem.* Alia lectio est *prisumque* [illegible]. Grang.

343. *Et,* &c.] Eo sit, quia in monte vel colle Vaticano, fictilia vasa fiebant. *Idem.*

344. *Ausus erat.*] Qui profecto capitis periculum incurrisset. *Sed,* &c.] Subaudi, *ausus*. Antapodosis. Quasi dicat: Contra nostro tempore ad omnes aras, templa, & sacrificia, Clodii similes [illegible] [illegible]-

tur. *Lub.* Alii *Claudius*.

345. *Audio,* &c.] Respondet admonitioni vel consilio amicorum, dicentium, januæ seram esse adponendam, & libidinosas illas mulieres custodiendas esse. *Lubin.*

346. *Pone seram.*] Pone januæ seram, cohibe illas, & intro contine, & custodibus adhibitis observari cura. *Sed,* &c.] Respondet Poëta non posse custodiri mulieres, quia ipsos custodes ad concubitum solicitarent. [illegible]. Ovidius libro 4. de Amorib. *Lubin.*

347. *Cauta est,*] Bene sibi cavet, ne prodatur à custodibus, nam adulterium primo omnium cum illis incipit. *Idem.* Cum illis luxu capta & pecunia, vel alia fraude illos expugnat.

348. *Jamque eadem*] Ostendit, libidinem & libidinem communem esse, omnibus mulieribus Romanis, divitibus & pauperibus. *Idem.*

349. *Nec,* &c.] Id est, non melior & honestior est paupercula uxor, quæ suis pedibus per plateas, & nigros ac lucidos silices in plateis stratos ambulat. Indicat ergo sine lectulo vitam procliviorem esse pauperum. *Idem.*

350. *Quam,* &c.] Id est, quam illa quæ in summis deliciis mollis, & dives est, in lectica, cervice vel humeris magnorum & procerorum Syrorum, [illegible] [illegible] lecticariorum portatur. *Syrorum.*] Ex Syria enim & Media servi lecticarii procerì & robusti eligebantur, ut splendidiorem [illegible]. *Lubinus.*

351. *Ut spectet.*] Jam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Conducit comites, ſellam, cervical, amicas,
Nutricem, & flavam, cui det mandata, puellam.
Hæc tamen argenti ſupereſt quodcumque paterni
Levibus athletis, ac vaſa noviſſima donat.
MULTIS res anguſta domi: ſed nulla pudorem
Paupertatis habet, nec ſe metitur ad illum,
Quem dedit hæc, poſuitque modum. tamen utile quid ſit,
Proſpiciunt aliquando viri: frigusque, famemque
Formica tandem quidam expavere magiſtra.
Prodiga non ſentit pereuntem fœmina cenſum:

At

VET. SCHOLIAST.

359. *Proſpiciunt*, *&c.*] Et ſuam paupertatem diſpoſitione utili gubernant. Frigusque, famem, vitam & veſtem.

VARIORUM.

quæ, ut divites viderentur, conducebant comites, veſtes, lecticam. *Ludos.*] Circenſes & Theatrales. *Ogulnia.*] Nomen mulieris pauperis & ambitioſæ. *Idem.*

352. *Comites.*] Pediſſequas. *Sellam.*] In qua geſtatur ſedens, ad theatrum, & in qua ſpectabit ludos. *Cervical.*] Pulvinar, ſuper quod caput inclinet. *Amicas.*] Quas tanquam dives habeat loco clientarum. *Idem.*

353. *Nutricem.*] Simulat ſe tanquam prædivitem liberis ſuis nutricem alere. *Et flavam.*] Id eſt, pulchram & comtam aliquam ancillam, cui tanquam domina, mandata imponat. Quidam meretricem intelligunt, quæ flava utebatur coma, quaſi illi det mandata ad adulterum ſuum. *Idem*

354. *Hæc*, *&c.*] Hæc Ogulnia mulier, licet valde pauper, & parum admodum habeat, tamen quidquid habet, & reliquum illi eſt ex hæreditate paterna, illud omne confert in athletas. *Idem.*

355. *Levibus.*] Glabris, formoſis & imberbibus athletis, gladiatoribus, ſtupratoribus ſuis. *Athletis.*] I. e. pugilibus. Hoc loco autem obſcœnum videtur verbum, ut ſit metaphora: ſicuti Galli dicunt *les piqueurs*. *Vaſa noviſſima.*] Omnium ultima, ut nihil reſtet. *Idem.*

356. *Multis*, *&c.*] Eſt quaſi ſuperiorum correctio: Id eſt, multæ mulieres pauperculæ ſunt. *Sed nulla.*] Nulla tamen pudore paupertatis inhibetur, ne reprehendatur & derideatur ab aliis, ſi cultus & ſumtus ultrà fortunæ ſuæ modum vela pandat. Vel, non eſt pudica & frugalis, uti decet pauperem. *Farnab*. *Pudorem &c.*] Nam pauperes prudentes eſſe ſolent, frugales & pudici. *Idem.*

357. *Nec*, *&c.*] Id eſt, nec ſe continet intra limites ac terminos, quos paupertas ipſi præſcribit. Quaſi illum modum, luxuriâ & intemperantiâ excederent. *Idem.*

358. *Dedit*, *&c.*] Paupertas. *Tamen*, *&c.*] Levi limitatione corrigit quod dixit. Viros tamen interdum temperantiam colere, cum contra prodigæ mulieres omnia conſumant. *Idem.*

359. *Aliquando.*] Interdum. *Frigusque*, *&c.*] Id eſt, exemplo formicæ in tempore de victu & amictu ſunt ſoliciti, & frigus ac famem reformidant. *Idem.*

360. *Formica.*] Horatius:
Parvula, nam exemplo eſt magni formica laboris. Idem.

361. *Prodiga*, *&c.*] Apodoſis diſſimilium. Id eſt, contra prodiga & profuſa mulier non animadvertit continuis impenſis & ſumtibus immodicis paulatim cenſum, res, & opes imminui, & perire. *Idem.*

362. *At*

At velut exhausta recidivus pullulet arca,
Nummus, & è pleno tollatur semper acervo,
Non unquam reputat, quanti sibi gaudia constent.
Sunt quas eunuchi imbelles, ac mollia semper
Oscula delectent, & desperatio barbæ,
Et quod abortivo non est opus. illa voluptas
Summa tamen, quod jam calida & matura juventa

Ingui-

VET. SCHOLIAST.

364. *Non, &c.*] Hic versus in quibusdam non est.

365. *Sunt, &c.*] Inutiles ad concubitum.

&c. si quando ad prælia ventum est,
Ut quondam stipulis, magnus sine viribus ignis
Incassum furit.
Horatius:
- - non prælia virginum
Sectus in juvenes unguibus acribus.

367. *Et, &c.*] Poculo faciente abortum. Pro patina.

368. *Jam, &c.*] Tunc faciunt eunuchos, quando jam pubuerunt.

VARIORUM.

362. *At, &c.*] Id est, [illegible] non unquam reputat secum & perpendit, quam magno pretio gaudia sibi comparentur. Non secus ac si inani jam & exhausta arca nummus redivivus repullulet, & rursus crescat. *At velut exhausta redivivus, &c.*] Longe venustior vetus scriptura: *At velut exhausta recidivus pul. &c.* Metaphoram enim ab arboribus cæsis & renascentibus usurpat, quod verbum *pullulat* ostendit. *Recidivæ arborum sunt*, ait Isidorus, *quæ alias sectis repullulant.* Schioppius. *Exhausta.*] Ex tam sumptuosis prodigæ mulieris impensis, exinanita. *Redivivus.*] Ex mortuo consumptoque, tanquam in arca nummi renascentur. *Pullulet.*] Copiosius rursus crescat. Ut in sacculo illo Fortunati, de quo fabellæ Germanicæ. *Idem.* Metaphora [illegible] [illegible], vel arboribus, [illegible]

364. *Non, &c.*] Non animo perpendunt, & considerant, quantus sumtus luxuria, voluptate & gaudiis consumatur. Et non quærunt unde habeantur illi sumtus, sed oportet habere. *Idem.*

365. *Eunuchi, &c.*] Id est, sunt mulieres, quæ delectantur imbellibus Eunuchis. *Imbelles*, impotentes, non ad concubitum, sed ad impregnandum. Hinc Terentianum illud:

Ajunt illos maximos mulierum amatores, sed nihil posse.

Vide quid de his diximus, Sat. 1. ad illa verba:

Cum tener uxorem ducat spado.

Brodæus 4. Miscellaneor. 1. Muret. 1. c. 21. Scalig. Exercit. 175. Martial. Ep. 67 l. 6. *Mollia oscula.*] Levia: carent enim barba & pilis Eunuchi. *Idem.*

366. *Desperatio, &c.*] Destitutio & absentia barbæ, quæ in Eunuchis nunquam sperari potest ob inopiam caloris, qui pilos creat. *Idem.*

367. *Et, &c.*] Id est, quæ non impregnantur ab Eunuchis, nec opus habeant abortivo poculo conceptum [illegible] abigere. *Illa, &c.*] Reddit jam rationem cur mulieres Eunuchos amant. Quamvis Eunuchi sint & castrati, mulieres tamen summam ex illis voluptatem capiunt, eo quod tum demum, [illegible] ad maturam ætatem pervenerint, castrantur, & cum illorum membrum [illegible] justam magnitudinem excrevit, [illegible] adimuntur, membrum in [illegible] quantitate manet, quo [illegible] delectatione [illegible]. *Lubin.*

368. *Quod, &c.*] Quia [illegible] [illegible] vel [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], jam [illegible]

[illegible]

Conducit comites, sellam, cervical, amicas,
Nutricem, & flavam, cui det mandata, puellam.
Hæc tamen argenti superest quodcumque paterni
Levibus athletis, ac vasa novissima donat.
MULTIS res angusta domi: sed nulla pudorem
Paupertatis habet, nec se metitur ad illum,
Quem dedit hæc, posuitque modum. tamen utile quid sit,
Prospiciunt aliquando viri: frigusque, famemque
Formica tandem quidam expavere magistra.
Prodiga non sentit pereuntem foemina censum:

At

VET. SCHOLIAST.

359. *Prospiciunt*, &c.] Et suam paupertatem dispositione utili gubernant. *Frigusque*, famem, vitam & vestem.

VARIORUM.

quæ, ut divites viderentur, conducebant comites, vestes, lecticam. *Ludos.*] Circenses & Theatrales. *Ogulnia.*] Nomen mulieris pauperis & ambitiosæ. *Idem.*

352. *Comites.*] Pedissequas. *Sellam.*] In qua gestatur sedens, ad theatrum, & in qua spectabit ludos. *Cervical.*] Pulvinar, super quod caput incliner. *Amicas.*] Quas tanquam dives habeat loco clientarum. *Idem.*

353. *Nutricem.*] Simulat se tanquam prædivitem liberis suis nutricem alere. *Et flavam.*] Id est, pulchram & comtam aliquam ancillam, cui tanquam domina, mandata imponat. Quidam meretricem intelligunt, quæ flavo utebantur coma, quasi illi det mandata ad adulterum suum. *Idem*

354. *Hæc*, &c.] Hæc Ogulnia mulier, licet valde pauper, & parum admodum habeat, tamen quidquid habet, & reliquum illi est ex hæreditate paterna, illud omne confert in athletas. *Idem.*

355. *Levibus.*] Glabris, formosis & imberbibus athletis, gladiatoribus, funambulis. *Athletis.*] I. e. pugilibus.

bam, ut sit metaphora: sicut Galli dicunt *les piqueurs. Vasa novissima.*] Omnium ultima, ut nihil restet. *Idem.*

356. *Multis*, &c.] Est quasi superiorum correctio: Id est, multæ mulieres pauperculæ sunt. *Sed nulla.*] Nulla tamen pudore paupertatis inhibetur, ne reprehendatur & derideatur ab aliis, si cultus & sumtus ultrà fortunæ suæ modum vela pandat. Vel, non est pudica & frugalis, uti decet pauperem. *Farnab. Pudorem* &c.] Nam pauperes prudentes esse solent, frugales & pudici. *Idem.*

357. *Nec*, &c.] Id est, nec se continet intra limites ac terminos, quos paupertas ipsi præscribit. Quasi illum modum, luxuriâ & intemperantiâ excederent. *Idem.*

358. *Dedit*, &c.] Paupertas. *Tamen*, &c.] Levi limitatione corrigit quod dixit. Viros tamen interdum temperantiam colere, cum contra prodigæ mulieres omnia consumant. *Idem.*

359. *Aliquando.*] Interdum. *Frigusque*, &c.] Id est, exemplo formicæ in tempore de victu & amictu sunt solliciti, & frigus ac famem reformidant. *Idem.*

360 *Formica.*] Horatius:
Parvula, nam exemplo est magni formica laboris. Idem.

361. *Prodiga*, &c.] Apodosis dissimilium. Id est, contra prodiga & profusa mulier non animadvertit continuis impensis & sumtibus immodicis paulatim censum, res, & opes imminui, & perire. *Idem.*

362. *At*

Tundendum eunucho Bromium committere noli.
Si gaudet cantu: nullius fibula durat
Vocem vendentis Prætoribus: organa semper
In manibus: densi radiant testudine tota
Sardonyches: crispo numerantur pectine chordæ,
Quo tener Hedymeles operas dedit: hunc tenet, hoc se
Sola-

VET. SCHOLIAST.

377. *Bromium*, *&c.*] Puerum ephebum & comatum non committes Eunucho.

378. *Nullius*, *&c.*] Fibulam dicit circellos, quos Tragœdi sive comœdi in pene habent, ut coitum non faciant, ne vocem perdant.

379. *Organa.*] Organa dicit citharas eorum quos amant.

381. *Crispo.*] Eburno, qui crispet & agitet cordas: aut scutulato & pulchro.

382. *Quo tener*, *&c.*] Hic citharœdus fuit: tener autem ad ætatem retulit.

VARIORUM.

uxore, potius, quam concubino, quem τόσον ἀνδρεγουίδης διαῤῥήξειε *Farnab.* *Jam*, *&c.*] Ætatis provectioris, qui posset ex robusta ætate aliquid sustinere, verum tantæ enormitati ferendo non est. *Lub.*

377. *Bromium.*] Puerum in deliciis habitum jam ætatis provectioris intelligo, concubinum domini Ursidii Posthumi. *Idem.* Formosum, qualis fuit Bromius Bacchus.

378. *Si*, *&c.*] Id est, si mulier cantoribus delectetur, tunc nullius cantoris ad id conducti fibula vel connexio subligaris (qua utuntur ad arcendam Venerem, & vocem retinendam) durat, ut non statim proposito coitus pretio à cantatoribus dissolvatur. Id est nullus adolescens ad canendum conductus, qui infibulatus est, potest tam diutinum canendi laborem perferre. *Fibula.*] Circellus erat æneus vel argenteus, quo Comœdi & Tragœdi circa penem utebantur, ut ita non coirent & vocem perderent. *Idem.*

379. *Vocem*, *&c.*] Id est, cantoris, & citharœdi, à prætore ludos edente, ad canendum conducti. *Organa semper.*] Id est, tali mulieri citharæ, & instrumenta Musica cantorum, quos amant, assidue in manibus versantur. *Idem.*

380. *Densi*, *&c.*] Sic interpretes exponunt, quasi mulier instrumenta musica gemmis ornarit. Verum hæc videtur sententia, quod mulier, quæ digitos gemmis & annulis ornatos habeat testudinem pulsarit, & sic digiti & gemmæ in testudine micuerint. *Idem.* *Densi*, *&c.*] Plurimi & copiosi lapilli, quos in digitis gestat. *Testudine.*] I. e. Cithara; quam Mercurius primus ex testudine fecit, ut testatur Eratosthenes. Vel lyra, ut notat Servius.

381. *Crispo*, *&c.*] Id est, Chordæ in cithara per ordinem & numerum, artificiose crispo plectro vel pectine pulsantur. *Crispo* ait, cælato, vel crispante, quod ex pilis fere conficeretur. *Numerantur.*] Id est, numero & ordine pulsantur chordæ à muliere in cithara. *Lubinus.*

382. *Quo tener.*] Id est, quo pectine mollis ille & tener ac junior Hedymeles citharœdus utebatur. *Hedymeles.*] Nomen fictum ex ἡδὺς *dulcis* & μέλος *cantus.* *Operas dedit.*] Supp. cantui. *Hunc tenet.*] Pectinem vel plectrum, quem in magno pretio habet ob citharœdum Hedymelem, qui illo usus. *Idem.* *Hoc*, *&c.*] Dum abest citharœdus, vel etiam forte mortuus est, consolatur se hoc plectro, quando ipsius citharœdi copiam habere non potest, & plectrum illud propter

c indulget basia plectro.
ro Laniarum, ac nominis Appî,
anum, Vestamque rogabat,
:beret Pollio quercum
s promittere, quid faceret plus
medicis quid tristibus erga
ate aram, nec turpe putavit
:aput, dictataque verba

Per-

:AST.

Appias signi-

.m coronam,
itrona, utrum
tus, in agone
ipere posset.
solebant co-

A sacerdote,

1.

iatum oscu-
ctur.
1 prioris do-

nsectatur jam
salute & vi-
:erorum suo-
aciebant, &
Ex gente no-
i fine Sat. 4
:pia. Magni,
. Alii, *alii*.

.o. Oblatio
&c.] Deos
lem.
1 est, sacri-
t, an Pollio
in certamine
omitiano in-
re, & coro-
res ornaban-
s suis & ci-

tharæ chordis i. e. suo lusui & certamini, victoriam polliceri. *Lubinus*. *An*, *&c.*] Olympiam coronam vocat quercum Capitolinam, quam merebant Poëtæ, qui in agonibus Capitolinis poëmate vicerant. Illi agones Capitolini primum a Domitiano instituti sunt, XII. die, & ejus Sergii Cornelii Dolabellæ Consulatu, exemplo ludorum Olympicorum. In iis agonibus omne genus artifices certabant. *Scaliger* Auson. lect. libro 1. capite 10. Martialis Ep. 54. libro. 4.

387. *Quid*, *&c.*] supp posset. Exclamatio Poëtæ cum indignatione. Id est, quid ipsa mulier majus & diligentius facere posset, si vir vel maritus ægrotaret. Vel si filius periculoso morbo laboraret, adeo ut medici de salute ejus desperantes tristes essent. *Lubin*.

389. *Stetit*, *&c.*] Habitum sacrificantis exprimit. *Brissonius* de formul. Salutabant enim Deos non de geniculis, sed stantes. *Grang*. *Nec*, *&c.*] Non sibi turpitudini futurum duxit, pro citharœdo inter sacrificandum more solito sacrificantibus, caput velare. *Lubin*.

390. *Pro*, *&c.*] Ut illa vinceret: vel pro citharœdo. *Velare*, *&c.*] Erant signa adorationis, velari & sedere. *Dictataque*, *&c.*] Dictata ab haruspice, nam certa verba de scripto dictante sacerdote haruspice repetere sacrificantes oportebat, ne præpostere dicerentur, aut aliquid præteriretur. *Brisson*. de formul.

391. *Et*

Pertulit, ut mos est, & aperta palluit agna.
Dic mihi nunc, quæso, dic antiquissime Divûm,
Respondes his Jane pater? magna otia cœli:
Non est, ut video, non est, quod agatur apud vos.
Hæc de comœdis te consulit: illa tragœdum
Commendare volet, varicosus fiet haruspex.
Sed cantet potius, quam totam pervolet urbem
Audax, & cœtus possit quæ ferre virorum,

Cum-

VET. SCHOLIAST.

391. *Pertulit.*] Ad Deos scilicet secundum consuetudinem. *Palluit.*] De eo solicita, vel de responso, exta intuendo, an ille coronam posset consequi.

392. *Dic mihi.*] Apostrophe ad Deos.

393. *Respondes his.*] His de scilicet rebus responsa datis.

396. *Varicosus, &c.*] Multum stando, dum Deos, aut exta consulit, aut certe tantum patientiæ sumit inspiciendis extis ut varicosi aruspicis doctior videatur. Potest & nomen esse aruspicis cujusquam.

VARIORUM.

391. *Et, &c.*] Cum corpus agnæ aperiretur, solicita fuit exta intuendo de haruspicis responso, an ille Pollio coronam etiam possit consequi. *Palluit.*] Summum mulieris desiderium notat; inter spem & metum constituta palluit, solicita & anxia de responso. *Lubinus. Pertulit.*] Lege *protulit*; agit enim de proferendis voti verbis solennibus. *Dorleans.*

392. *Dic mihi, &c.*] Quia dixit, mulieres Deos consulere de salute adulterorum. jam indignatus Poëta Janum percunctatur, an hujusmodi adulteras audiat, eisque respondeat. *Antiquissime Divûm.*] Apostrophe ad Janum. quærit autem ex illo, an tam impudicis mulieribus respondeat. Janus enim regnabat in Italia ante Saturnum, quem regno pulsum hospitio excepit. *Idem.* Vanus omnino est ad hæc verba Grangæus, transferens huc versum Persii,

O Jane, à tergo quem nulla ciconia pinsit. Quasi hæc esset descriptio *antiquissimi.* Omnes autem Deos *patres* appellatos, inprimis *Janum*, ostendit multis Brisson. lib. 1. de formul.

393. *Magna, &c.*] Supp. Sunt. Ridicula exclamatio. Id est, si adulteræ cupiditatibus in sacrificiis inservis, aliud quod agas in cœlo non habes. *Idem.*

394. *Non. &c.*] Irridet suos Deos. *Idem.*

395. *Hæc de.*] Persequitur quod dixit. id est, una mulier de salute Comœdi adulteri sui te consulit; altera Tragœdum adulterum suum victimis & sacrificiis tibi volet commendare. Et hac malitiosa mulierum importunitate & malitia homines etiam offenderentur, multo ergo magis Dii.

396. *Varicosus.*] Cui varices sunt tumidi: vel qui venas tumidiores habet; quod fit diuturna statione deos consulentibus, cum sanguis crassus & melancholicus deorsum in pedum venas decumbit. Hippocr. 6. Aphor. 21. *Idem.* Haruspex ergo diu stando, dum exta consulit, fiet varicosus.

397. *Sed, &c.*] Vagas, audaces, & rerum novarum avidas & sciscitatrices mulieres jam carpit. Satius esse dicens eam cantu gaudere; quam vagam & impudentem esse, omnia nova expiscari, conventicula & cœtus virorum ingredi; & cum militum ducibus loqui. *Pervolet,*] Dissolute per totam urbem vagetur; ut nunc multæ. *Lubin.*

398. *Audax.*] Confidens, impudens

ce.

Cumque paludatis Ducibus, præſente marito
Ipſa loqui recta facie, ſtrictisque mamillis.
Hæc eadem novit, quid toto fiat in orbe.
Quid Seres, quid Thraces agant: ſecreta novercæ,
Et pueri: quis amet, quis decipiatur adulter.
Dicet quis viduam prægnantem fecerit, & quo
Menſe: quibus verbis concumbat quæque, modis quot.
Inſtan-

VET. SCHOLIAST.

399. *Cumque, &c.*] Euntibus ad militiam, chlamidatis ſcilicet. Salluſtius, togam paludamento mutavit.

400. *Strictisque, &c.*] Adhuc exſtantibus, vel ſine ſudore.

402. *Qui, &c.*] Galliarum gentes, aut Scythæ.

403. *Et, pueri.*] Quid noverca cum privigno ſuo agat. *Quis, &c.*] Quis ad pœnam raptus eſt.

VARIORUM.

Et cœtus] Id eſt, inter viros ſine pudore & verecundia verſari. *Lubin.*

399. *Cumque, &c.*] Id eſt, ut posſit cum chlamydatis & paludamento ornatis ducibus & militibus in bellum euntibus, adulteris forte ſuis, etiam marito præſente familiariter loqui. Eſt autem paludamentum chlamys vel veſtis militaris. *Idem.* Duces ergo atque imperatores paludati proficiſcebantur in hoſtem: cum è bello reverterentur, poſito paludamento togati urbem ingrediebantur.

400. *Recta facie.*] I. e. erecta: Inverecunde. In qua facie nullum pudoris ſignum, quæ facies non turbata ſit pudore & verecundia. *Strictisque, &c.*] E ſinu exſertis & patentibus. ita coarctatis, ut in ſummo natent ſinu. Sic dicimus ſtrictum gladium, pro evaginato. Alii legunt *ſiccis*, ſed non placet. *Idem.*

401. *Hæc, &c.*] Jam damnat earundem mulierum curioſitatem & loquacitatem, quæ omnia explorabant, non ſolum quæ in tota urbe, verum etiam quæ in toto orbe fiebant. *Guil. Canterus* Animad. lib. 2. Novar. lect. cap. XII. *Id quod in aurem rex regina dixerit; Sciunt, quod Juno fabulata cum Jove; Quæ neque futura neque facta ſunt, tamen ſciunt.* Plaut. Trinum.

402. *Quid, &c.*] Populi Scythici Aſiatici, apud quos bombyces. *Plin. Secreta, &c.*] Novit hæc curioſa mulier, quid novercæ cum privignis pueris ſecrete agant. *Lubin.* Vel, quæ privignos adamarint.

403. *Quis amet.*] Adulter alterius conjugem, vel quis virginem amet. *Quis decipiatur.*] Ab illa quam amat. *Idem.* *Quis decipiatur adulter.*] Antiqui codices: *quis diripiatur adulter.* Quod merito probat vir excellenti ingenio & doctrina, Albertus Rubenius. Sententia eſt, quis à pluribus mulieribus ametur adulter. Eleganter enim ii dicuntur diripi, qui multis ſunt in amoribus & deliciis. Mart. VII, 75:

Quod te diripiunt potentiores
Per convivia, porticus, theatra.

Senec. de brevit. Vitae cap. 7: *Diripitur ille toto foro patronus.* Id. III de ira 23: *Ac tota civitate direptus eſt.* Sic omnes M.S. quod perperam editores non intellecta vi verbi, mutaverunt, monente eodem Rubenio. *Graev.*

404. *Dicet, &c.*] Hæc eadem polypragmon mulier dicit, quis viduam imprægnaverit, quo menſe id factum ſit, quibus verbis, quæque mulieres coëant cum amatoribus, quotque quibusque modis concumbant. Satyrice.

405. *Quibus, &c.*] Græcis an Latinis. Sic ſupra dixit *Concumbunt Græce.* Idem.

406. In-

Inſtantem Regi Armenio, Parthoque cometem
Prima videt: famam, rumoreſque illa recentes
Excipit ad portas: quoſdam facit iſſe Niphatem
In populos, magnoque illic cuncta arva teneri
Diluvio: nutare urbes, ſubſidere terras,
Quocunque in trivio: cuicunque eſt obvia narrat.
Nec tamen id vitium magis intolerabile, quam quæ
Vicinos humiles rapere, & concidere loris
Exorata ſolet. nam ſi latratibus alti

Rum-

VET. SCHOLIAST.

406. *Parthoque, &c.*] Hujus ſtellæ ortus magnum regibus portendit exitium: unde & Lucanus,

——— *& magnum terris adſtare cometem.*

Latine autem hæc ſtella *cincinnata* dicitur. *Alii* crinitam *vocant.*

410. *Diluvio.*] Inundaſſe Armeniæ fluvium. *Subſidere terras.*] Terræ motum fieri.

413. *Vicinos, &c.*] Pauperes vicinos rogata, loris cædit, cæterum irata fuſtibus ſi canes latraverint in vicinia, & experrecta fuerit.

VARIORUM.

406. *Inſtantem. &c.*] Id eſt, ipſa omnium primo ſidus crinitum & caudatum regi Armenio & Parthis exitium portendens & minitans videt, inque cœlo animadvertit. *Inſtantem.*] Imminentem, minitantem exitium. *mutantem regna cometen*: Lucanus I. *Armenio.*] Rom. nomini infenſo: Cui ergo male ominari velit. *Parthoque.*] Refert hæc ad Trajani ævum, qui expeditionem in Armenios & Parthos ſuſcepit. *Lubin.*

407. *Famam, &c.*] Illa ad portas, quid novi alibi agatur ex nunciis explorat, antequam in urbem veniant. *Recentes.*] De quibus nemo in urbe ante aliquid reſcivit, & ob id *recentes*. Lubin.

408. *Excipit.*] Peregre redeuntes ſolenne illud ſciſcitatur, μή τι καινόν. *Quoſdam., &c.*] Id eſt, ipſa fingit ſpargitque rumorem, Niphatem fluvium Armeniæ inundatum, quoſdam populos aqua obruiſſe. *Iſſe, &c.*] In quoſdam populos fluxiſſe, eoſque diluvio abſumſiſſe. *Idem.*

409. *Magnoque, &c.*] Id eſt, in Armenia omnia arva obrui, teneri, & inundari magno diluvio. *Idem.*

410. *Nutare, &c.*] Terræ motu ruinam & caſum minitari. Refer hæc ad famoſum illum terræ motum, qui tempore Trajani Antiochiam, & vicina loca concuſſit, ut ſubſediſſe montes, & fluvios erupiſſe, Dionis abbreviator refert. *Lipſ.* Epiſt. quæſt. 4. Epiſt. 20. *Subſidere, &c.*] Deorſum & peſſum ire.

411. *Quocunque, &c.*] Id eſt, quovis loco, & unicuique obvio hæc narrat & exponit nova. *Idem.*

412. *Nec, &c.*] Illud curioſitatis vitium non adeo intolerabile eſt, quam vitium crudelitatis. *Idem.*

413. *Quam qua &c.*] Melius, Quam quod. Quando pauperes vicinas ob leviſſimam quamque cauſſam, ad flagra rapit, & rogata vel exorata ne id faciat, crudelius adhuc loris illas concidit. *Humiles.*] Infimæ conditionis paupercula, mulieres. *Concidere, &c.*] Flagellis ex corio concidere & ſæviter lacerare. *Idem.*

414. *Exorata.*] Compoſitum pro ſimplici, i. e. orata. Ne quid crudelius in eos ſtatuat. Vel cum exorata & quodammodo placata eſt, loris illas concidit, alias illas plane occiſura, vel ad mortem mulctatura. *Nam ſi, &c.*] Cauſſas hujus ſævitiæ leviſſimas adfert. Id eſt; ſi latratibus vicini canis, altus & profundus ſomnus hujuſmodi crudelis mulieris forte rumpatur, tunc mane ſurgens in-

quit:

Rumpuntur somni: fustes huc ocyus, inquit,
Adferte, atque illis dominum jubet ante feriri,
Deinde canem: gravis occursu, teterrima vultu
Balnea nocte subit: conchas, & castra moveri
Nocte jubet: magno gaudet sudare tumultu;
Cum lassata gravi ceciderunt brachia massa,
Callidus & cristæ digitos impressit aliptes,
Ac summum dominæ femur exclamare coëgit,

Con

VET. SCHOLIAST.

417. *Gravis occursu.*] Visione terribilis, ut Virg.

Nec visu facilis.

418. *Castra, &c.*] Instrumenta balneana.

420. *Cum, &c.*] * Alteras dicit, quibus utuntur athletæ, cum exercent: *quasi plumbeis ponderibus exerceatur.*

422. *Exclamare coegit.*] Non cogit exclamare quod fecerit, illa non exclamat, sed patienter tolerat.

VARIORUM.

quit: O famuli ocyus huc fustes adferte; quibus allatis fustibus, primo vel ante alios dominum latrantis canis feriri & pulsari jubet: deinde ipsum canem. *Idem.*

417 *Gravis, &c.*] Molesta, iracunda, inhumana. *Teterrima, &c.*] Maxime torva & immitis domesticis suis. *Idem.*

418. *Balnea, &c.*] Nocturno tempore importune lavat. *Subit.*] I. e. intrat. *Conchas, &c.*] Id est, jubet noctis tempore *conchas*, vasa ampla, quibus lavatur, & *castra* vel instrumenta balneatoria moveri, & in balnea portari, & præparari. Metaph. à militia. *Idem.*

419. *Magno, &c.*] Ambitioso strepitu, servis molesto. Vel, Tumultuoso exercitio, quod magno fit strepitu, sudorem in balneo sibi excitat. Ex consuetudine hoc dicit, nam sudaturi plumbea massa, quam varie jactabant & agitabant, in balneis se exercebant & sudorem eliciebant. Antequam lavarentur. *Idem.*

420. *Cum, &c.*] Dum tandem satis sudavit, cuique brachia exercitio diuturno gravis & ponderosæ massæ plumbeæ, delassata sunt. *Ceciderunt.*] Quieverunt otiosa ab exercitio. *Massa.*] Plumbea illa massa ad sudorem eliciendum se exercebant. Vide Senec. Ep. 57. *Idem.*

421. *Callidus.*] Dum unctor versutus & dolosus, qui sciat dominam suam hujusmodi titillatione, & contrectatione gaudere, cujus mœchus forsan est. *Crista.*] Id est, dum ille morum ejus non ignarus, inter ungendum, obscœno naturali & vulvæ, digitos inseruit. Vocat ergo *Cristam*, partem muliebris pudendi, quæ à Græcis Nympha seu κλειτορὶς appellatur. *Idem Ac, &c.*] infirmavit naturam, & obscœnum mulieris membrum. *Summum femur*, i. e. Summa pars femoris

422. *Exclamare*] Qualis crepitus editur, dum madida & uncta corpora pertricantur. *Lubin.* vel significat crepitum concavæ manus inter ungendum illisæ, vel obscœnius quod poppysma. *Farnab.* *Exclamare, &c.*] Loquitur hic de alipta, qui dominam ungendo, fessus erat, ac tandem ut mitteretur ψόφον ... expresserat ab ea dominæ parte, quam in in Galla ob consimile vitium Val. Martialis nequissimo epigrammate, *garrulam & clamosam* appellavit. Neque existimaverim ambitiose potius quam honeste & decore usurpata fuisse palpitandi & micturiendi vocabula; sicut & clamo, cristæ,

Velo-

Convivæ miseri interea somnoque, fameque
Urgentur: tandem illa venit rubicundula, totum
Oenophorum sitiens, plena quod tenditur urna
Admotum pedibus, de quo sextarius alter
Ducitur ante cibum, rabidam facturus orexim,
Dum redit, & loto terram ferit intestino.
Marmoribus rivi properant, aut lata Falernum
Pelvis olet: nam sic, tanquam alta in dolia longus
Deciderit serpens, bibit, & vomit. ergo maritus
Nau-

VET. SCHOLIAST.

427. *Ducitur.*] Bibit, ut digerat.

428. *Et, &c.*] Cum cœperit ebria rejicere. Id Græci dicebant τlὼ νῆςιν ἐμεῖν.

429. *Marmoribus,*] In triclinio marmoreo.

431. *Deciderit, &c.*] Ita post vomitum bibit, tanquam serpens, quando in dolium vini ceciderit, bibendo vomit, & vomendo denuo bibit.

VARIORUM.

vesicæ, urinæ, offæ, item urticæ, cornu, herniæ: per quæ alia minus speciosa dictu significantur. *Rigaltius.*

423. *Conviva, &c.*] Convivæ & clientes, qui exspectant dum domina e balneis redit (quæ ibi diu commorata fuit, ex mulierum natura) somno & tame urgentur & premuntur. *Lubin.*

424. *Tandem, &c.*] Id est, tandem progreditur ex balneo, post longam cunctationem rubicundula, & tantum sitit, ut totum œnophorum exhauriat. *Rubicundula.*] Subrubens ex calore post balnea. *Lubin. Totum, &c.*] Totum vas vinarium sitiens & exsiccans.

425. *Sitiens.*] Capiens vel exhauriens. Sic ille: *Sitit quadrantal*, id est, capit. Mos autem erat apud Romanos ut exonerandi stomachi gratia statim è balneis redeuntes amystim vel uno ductu multum vini biberent, & deinde statim rursus evomerent, & ita ventriculum lavarent. Id quod Erasistratus tanquam oculis noxium improbavit, & hic Juvenalis reprehendit. *Idem. Plena, &c.*] Quod œnophorum è plena urna ipsi tenditur a ministris, & ori admovetur, offertur, & bibendum porrigitur. Grangæus dicit, quod sit urnæ capax.

426. *Admotum, &c.*] Id est, ante pedes positum œnophorum prope mensam. *De quo, &c.*] Ex quo œnophoro vel vase vinario duo sextarii educuntur & ductim exhauriuntur. Vide Martial. Ep. 79. lib. 6. *Lub.*

427. *Ante, &c.*] Quos sextarios duos epotat antequam cibum capiat, qui rabidum appetitum potanti excitabunt bibendo & vomendo. Unde Seneca: *Vomunt ut edant, edunt ut vomant.* Idem. *Orexis.*] Est appetitus comedendi.

428. *Dum, &c.*] sc. e stomacho. Id est, dum sextarius epotus per vomitum rursus ejicitur. *Et, &c.*] Id est, & terram vel pavimentum, luto vel abluto & purgato stomacho, decidens ferit & percutit. *Luto*] Lauto, lavato, abluto. Alii *luto.* alii, *luteo*, ut sit Synizesis. *Idem.*

429. *Marmoribus, &c.*] Id est, integri rivi ex vomitu, in pavimento cœnaculi marmore strato, fluunt & properanter currunt. *Rivi.*] Vomitus: Hyperbolice. *Aut lata.*] Id est, pelvis lata, vel allata, in quam vomit, vel in quam excipiunt ministri vomitum, olet Falerno vino, quod illa antea biberat. Alii leg. *Aurata.* & pro *Falernum*, *Falerno.* Idem

430. *Nam sic.*] Id est, adeo avide bibit post balneum, tanquam serpens, quan-

Rumpuntur somni: fustes huc ocyus, inquit,
Adferte, atque illis dominum jubet ante feriri,
Deinde canem: gravis occursu, teterrima vultu
Balnea nocte subit: conchas, & castra moveri
Nocte jubet: magno gaudet sudare tumultu;
Cum lassata gravi ceciderunt brachia massa,
Callidus & cristæ digitos impressit aliptes,
Ac summum dominæ femur exclamare coëgit.

Con-

VET. SCHOLIAST.

417. *Gravis occursu.*] Visione terribilis. ut Virg.

Nec visu facilis.

418. *Castra*, &c.] Instrumenta balnearia.

420. *Cum*, &c.] * Alteras dicit, quibus utuntur athletæ, cum exercent: *quasi plumbeis ponderibus exerceatur.*

422. *Exclamare cogit.*] Non cogit exclamare quod fecerit, illa non exclamat, sed patienter tolerat.

VARIORUM.

quit; O famuli ocyus huc fustes adferte; quibus allatis fustibus, primo vel ante alios dominum latrantis canis feriri & pulsari jubet deinde ipsam canem. *Idem.*

417. *Gravis*, &c.] Molesta, iracunda, inhumana. *Teterrima*, &c.] Maxime torva & immitis domesticis suis. *Idem.*

418. *Balnea*, &c.] Nocturno tempore importune lavat. *Subit.*] I. e. intrat *Conchas*, &c.] Id est, jubet noctis tempore *conchas*, vasa ampla, quibus lavatur, & *castra* vel instrumenta balneatoria moveri, & in balnea portari, & præparari. Metaph. à militia. *Idem.*

419. *Magno*, &c.] Ambitioso strepitu, servis molesto. Vel, Tumultuoso exercitio, quod magno fit strepitu, sudorem in balneo sibi excitat. Ex consuetudine hoc dicit, nam sudaturi plumbea massa, quam varie jactabant & agitabant, in balneis se exercebant & sudorem eliciebant. Antequam lavarentur. *Idem.*

420. *Cum*, &c.] Dum tandem satis sudarit, ejusque brachia exercitio diuturno gravis & ponderosæ massæ plumbeæ, delassata sunt *Ceciderunt.*] Quieverunt otiosa ab exercitio. *Massa.*] Plumbea illa massa ad sudorem eliciendum se exercebant. Vide Senec. Ep. 57. *Idem.*

421. *Callidus.*] Dum unctor versutus & dolosus, qui sciat dominam suam hujusmodi titillatione, & contrectatione gaudere, cujus mœchus forsan est. *Crista.*] Id est, dum ille morum ejus non ignarus, inter ungendum, obscœno naturali & vulvæ, digitos inseruit. Vocat ergo *Cristam*, partem muliebris pudendi, quæ à Græcis Nympha seu κλειτορὶς appellatur. *Idem. Ac*, &c.] infimam naturam, & obscœnum mulieris membrum. *Summum femur*, i. e. Summa pars femoris

422. *Exclamare.*] Qualis crepitus editur, dum madida & uncta corpora perfricantur. *Lubin.* vel significat crepitum concavæ manus inter ungendum illisæ, vel obscœnius quod poppysma. *Farnab.* *Exclamare*, &c.] Loquitur hic de alipta, qui dominam ungendo, fessus erat, ac tandem ut mitteretur ψόφον καὶ πόππυσμα expresserat ab ea dominæ parte, quam in in Galla ob consimile vitium Val. Martialis nequissimo epigrammate, *garrulam & clamosam* appellavit. Neque existimaverim ambitiose potius quam honeste & decore usurpata fuisse palpitandi & micturiendi vocabula; sicut & cinnæ, cristæ,

Tel-

Convivæ miseri interea somnoque, fameque
Urgentur: tandem illa venit rubicundula, totum
Oenophorum sitiens, plena quod tenditur urna
Admotum pedibus, de quo sextarius alter
Ducitur ante cibum, rabidam facturus orexim,
Dum redit, & loto terram ferit intestino.
Marmoribus rivi properant, aut lata Falernum
Pelvis olet: nam sic, tanquam alta in dolia longus
Deciderit serpens, bibit, & vomit. ergo maritus
Nau-

VET. SCHOLIAST.

427. *Ducitur.*] Bibit, ut digerat.

428. *Et*, *&c.*] Cum cœperit ebria rejicere. Id Græci dicebant τὴν νῆστιν ἐμεῖν.

429. *Marmoribus.*] In triclinio marmoreo.

431. *Deciderit*, *&c.*] Ita post vomitum bibit, tanquam serpens, quando in dolium vini ceciderit, bibendo vomit, & vomendo denuo bibit.

VARIORUM.

vesicæ, urinæ, offæ, item urticæ, cornu, herniæ: per quæ alia minus speciosa dictu significantur. *Rigaltius.*

423. *Conviva, &c.*] Convivæ & clientes, qui exspectant dum domina e balneis redit (quæ ibi diu commorata fuit, ex mulierum natura) somno & fame urgentur & premuntur. *Lubin.*

424. *Tandem*, *&c.*] Id est, tandem progreditur ex balneo, post longam cunctationem rubicundula, & tantum sitit, ut totum œnophorum exhauriat. *Rubicundula.*] Subrubens ex calore post balnea. *Lubin. Totum*, *&c.*] Totum vas vinarium sitiens & exsiccans.

425. *Sitiens.*] Capiens vel exhauriens. Sic ille: *Sitit quadrantal*, id est, capit. Mos autem erat apud Romanos ut exonerandi stomachi gratia statim è balneis redeuntes amystim vel uno ductu multum vini biberent, & deinde statim rursus evomerent, & ita ventriculum lavarent. Id quod Erasistratus tanquam oculis noxium improbavit, & hic Juvenalis reprehendit. *Idem. Plena, &c.*] Quod œnophorum è plena urna ipsi tenditur a ministris, & ori admovetur, offertur, & bibendum porrigitur. Grangæus dicit, quod sit urnæ capax.

426. *Admotum*, *&c.*] Id est, ante pedes positum œnophorum prope mensam. *De quo*, *&c.*] Ex quo œnophoro vel vase vinario duo sextarii educuntur & ductim exhauriuntur. Vide Martial. Ep. 79. lib. 6. *Lub.*

427. *Ante*, *&c.*] Quos sextarios duos epotat antequam cibum capiat, qui rabidum appetitum potanti excitabunt bibendo & vomendo. Unde Seneca: *Vomunt ut edant, edunt ut vomant.* Idem. *Orexis.*] Est appetitus comedendi.

428. *Dum*, *&c.*] sc. e stomacho. Id est, dum sextarius epotus per vomitum rursus ejicitur. *Et*, *&c.*] Id est, & terram vel pavimentum, luto vel abluto & purgato stomacho, decidens ferit & percutit. *Luto*] Lauto, lavato, abluto. Alii *luto*. alii, *luteo*, ut sit Synizesis. *Idem.*

429. *Marmoribus*, *&c.*] Id est, integri rivi ex vomitu, in pavimento cœnaculi marmore strato, fluunt & properanter currunt. *Rivi.*] Vomitus: Hyperbolice. *Aut lata.*] Id est, pelvis lata, vel allata, in quam vomit, vel in quam excipiunt ministri vomitum, olet Falerno vino, quod illa antea biberat. Alii leg. *Aurata.* & pro *Falernum*, *Falerno.* Idem

430. *Nam sic.*] Id est, adeo avide bibit post balneum, tanquam serpens, quan-

Nauseat, atque oculis bilem substringit opertis.
Illa tamen gravior, quæ cum discumbere cœpit,
Laudat Virgilium, perituræ ignoscit Elisæ,
Committit vates & comparat, inde Maronem,
Atque alia parte in trutina suspendit Homerum.
Cedunt grammatici, vincuntur rhetores, omnis
Turba jacet, nec caussidicus, nec præco loquatur,

Al-

VET. SCHOLIAST.

433. *Illa, &c.*] Statiliam Messalinam insectatur, quæ post quatuor matrimonia diverso exitu soluta, postremo Neroni nupsit: post quem interemtum, & opibus, & forma, & ingenio plurimum viguit. consectata est usum eloquentiæ usque ad studium declamandi. Illo tempore duæ Messalinæ fuerunt. hæc, & Valeria, de qua Claudius Britannicum filium sustulit.

VARIORUM.

do in vini dolium ceciderit, bibendo vomit, & vomendo iterum bibit. *Idem.* Plinius libro 7. & l. x. cap. 72. Testatur, quod serpentes vini avidissimi sint. Testatur idem Aristoteles l. 8. de historia animalium. Putem ego quod Autor velit innuere serpentem vino immersum mucore & sordibus suis inficere vinum, & hinc vomitum creari: hinc dicit *sic bibit & vomit*, i. e. quamprimum bibit etiam vomit. Nam & sic sentiunt Medicorum filii. *Ergo: &c.*] Id est, nausea adficitur ob vomitum obscœnum uxoris. *Idem.*

432. *Atque, &c.*] Id est, clausis oculis ob hanc uxoris turpitudinem indignatur, & bilem ad indignationem clausis oculis substringit, contrahit, & coarctat. *Substringit.*] Ob oculos ita dicit, quos ob nauseam contrahit, ut compesceret vomitum: vel clausis oculis iram dissimulat & continendo se, choleram compescit. *Idem.*

433. *Illa, &c.*] Jam ad garrulitatis vitium transit, & taxat mulieres Criticas & doctas, quæ sapientissimæ sibi visæ inter cœnandum solæ loqui, & de rebus gravissimis, arduis & sublimibus judicare; quæ Poëtas inter cœnandum inter se conferebant, & de iis judicabant. *Gravior.*] Molestior, & intolerabilior, quam imperiosa & immunda. vel ridendo, ait Poëta, eam majoris esse gravitatis, quæ etiam in cœnis disputet de Poëtis. *Britann.* *Discumbere.*] Ad mensam. *Lubin.*

434. *Laudat, &c.*] Ejus ingenium, & divinum carmen. *Peritura, &c.*] Miseretur ejus, quod ex amoris impatientia sibi mortem consciverit. vel condolet Didoni, eique veniam dat, quod deserta ab Ænea, mori destinarit.

435. *Committit, &c.*] Comparat Poëtas Græcos & Latinos inter se Criticorum more, & uter excellentior sit inquirit, & sententiam de illo fert. *Turnebus* lib. XXI. cap. 29.

436. *Atque, &c.*] Criticorum more, quasi in trutina vel lance perpendit Virgilium cum Homero, ecquis horum melior. *Lubinus.* Iis versibus plus ponderis & majestatis Virgilio tribui intelligunt, qui in trutinarum & examinum ratione leviora pondera à gravioribus suspendi attollique non ignorant. *Rigaltius.* *In trutina.*] In lance vel statera exacti sui judicii, quæ videlicet Criticorum munus de Poëtis & Oratoribus sibi delegatum putat. *Suspendit.*] Metaphora à libra. *Lubin.*

437. *Cedunt, &c.*] Id est, Grammatici illi, qui loquaces maximi, illa præsente tacere coguntur, adeo ipsa vocalis est. Vel coguntur illi mulieri doctæ concedere, quamvis illorum proprium munus sit de Poëtica judicare. *Vincuntur, &c.*] Ab illa muliere, quamvis dicaces, & clamosi rabulæ. *Idem.*

438. *Omnis, &c.*] Totum convivium illa loquente silet, & illam dicentem admi-

Altera nec mulier: verborum tanta cadit vis;
Tot pariter pelves, tot tintinnabula dicas
Pulsari. jam nemo tubas, nemo æra fatiget;
Una laboranti poterit succurrere Lunæ.
Imponit finem sapiens & rebus honestis.
Nam quæ docta nimis cupit & facunda videri,
Crure tenus medio tunicas succingere debet,
Cædere Silvano porcum, quadrante lavari.

Non

VET. SCHOLIAST.

442. *Una*, *&c.*] Sonitum fieri adsolet, quando luna deficit.

463. *Imponit*, *&c.*] Etiam philosophiam tractat.

445. *Crure*, *&c.*] Id est, accipere debet virilem habitum, & cingi ut vir.

446. *Cædere*, *&c.*] Silvano mulieres non licet sacrificare.

VARIORUM.

admiratur. *Nec*, *&c.*] Garrulitate caussidicum, & vocis vehementia præconem, & omnes alias mulieres superat. *Idem.* Ac si dicat, si caussidici, aut præcones, aut altera mulier loquerentur ea præsente, non exaudirentur.

439. *Verborum*, *&c.*] Nam tanta verborum vis & copia à muliere profertur, ut tam multas pelves, tot cymbala & tintinnabula pulsari dicat, dum illa loquitur. *Idem.*

440. *Tot*, *&c.*] Quot verba. In tantum sonora est. Alludit ad proverb. *Δωδωναῖον χαλκεῖον.* Erasmi Chil. 1. cap. 1. proverbio 7. *Tintinnabula.*] A sonitu fictum nomen, quod tinniat. *Lubin.*

441. *Jam*, *&c.*] Ex superstitione Romanorum hæc ridicule dicit. Credebant autem Lunæ, Eclipsin patienti, subveniri posse æris & pelvium sonitu, & cornuum ac tubarum clangore. Unde *æra auxiliaria Lunæ*, Poëta Tibul. dixit. Id est, si Luna deficit, & eclipsin, quasi mortem, patiatur excantationibus, (nam sic credebant antiqui) non opus est tubas inflari, & pelves atque æra pulsari: nam hæc una mulier, sua dicacitate Lunæ laboranti potest succurrere; adeo vocalis & clamosa est, & tantum tinnit. *Plin.* cap. 22. lib. 11. *Turnebus* cap. 22. Advers. cap. 24.

442. *Laboranti.*] Eclipsin patienti.

443. *Imponit*, *&c.*] Sensus est: Mulier, quæ sapiens videri cupit, instituit sectam, & finem certum rebus honestis adsignat, ad quem omnia dicta & facta tanquam ad scopum dirigat. Vel more Sapientum & Philosophorum de summo bono disputat, dat præcepta de ratione recte vivendi; docet, quid sit honestum, quid sit utile, quid pulchrum.

444. *Nam*, *&c.*] Quæ docta & eloquens, tanquam sapiens videri cupit, & Philosopha. *Idem.* *Nam si docta nimis.*] Perstringit hic Satyricus mulieres, quæ literas callere videri volebant doctius, quam ut probas deceret. Si ergò, inquit, mulier vult literas tractare, de scriptoribus judicium ferre, philosophari, & reliqua quæ sunt virorum propria; etiam virili habitu incedat, quæque sunt virorum munia tantum peragat. Primum, *medio crure tenus tunicas succingat*, quum mulieres stolis talaribus uterentur: Alterum, *Cædere Silvano porcum*, id enim tantum viris licitum. *Ferrar.*

445. *Crure*, *&c.*] Id est, virorum Philosophorum more, crure medio tenus, vestes suas debet succingere, virilem habitum accipere. Demissæ enim tunicæ fœminarum sunt. *Turnebus* libro xx. cap. 23.

446. *Cædere*, *&c.*] Id est, non ut mulier Cereri: sed ut vir Philosophus, Silvano porcum debet sacrificare. Vel Epicuream

Non habeat matrona, tibi quæ juncta recumbit,
Dicendi genus, aut curvum sermone rotato
Torqueat enthymema, nec historias sciat omnes;
Sed quædam ex libris & non intelligat. odi
Hanc ego, quæ repetit, volvitque Palæmonis artem
Servata semper lege, & ratione loquendi,

Igno-

VET. SCHOLIAST.

451. *Palæmonis artem.*] Grammatici, magistri Quintiliani oratoris.

452. *Servata, &c.*] Analogia.

VARIORUM.

curam professa, cædere Silvano porcum. *Silvano.*] Arvorum & pecorum Deo mares porcum mactabant, & nullo modo, illi sacrificio fœminis adesse licebat. *Cato* lib. de rust. *Quadrante, &c.*] Exigua mercede, qualem persolvunt pauperes Philosophi: quod Horatius objicit Philosopho Stoico, regem se esse adfirmantis, quod sapiens sit.

—— Dum tu quadrante lavatum
Rex ibis.

Britannicus

447. *Non, &c.*] Non sit ea eruditione, ut ex arte possit dicere, cognoscatque genera dicendi, quæ tria sunt, grande, mediocre & humile. *Britannic.* *Non habeat, &c.* Persequitur quod cœpit de mulieribus Criticis & damnat mulieres, quæ nimiam doctrinam & Rhetoricam exercebant. *Lubin.* *Recumbit.*] In lecto, matrimonio tibi conjuncta. *Lubin.* *Curvum sermone rotato Torqueat enthymema.*] Male sic recentiores editiones, Vetustiores & membranae recte, *curtum enthymema.* *Grœv.*

448. *Dicendi, &c*] Non rhetorum more certum aliquod dicendi genus adfectet. *Aut curvum.* Alii *curtum.* Non uxor tua concisum illud & succinctum dicendi genus adfectet, nec inter orandum curtum aliquod Enthymema rotato sermone torqueat, & proferat. *Sermone, &c.*] Brevibus comprehenso, expedito, volubili. Eo, quod rotunda, rotatu faciliora, quam quadrata. *Turnebus* lib. 3. cap. 17. Sermonem *rotatum* hoc loco intelligit, orationem conversion e conclusam, & ambitu comprehensam: Quod genus dicendi Cicero in Partitionibus *versum*, Aristoteles συνεστραμμένην vocat. *Muret.* Var., libro 8. cap 21.

449. *Torqueat.*] Jaculetur, utpote brevem, & acutissimam sententiam. *Enthymema*] Argumentum Dialecticum, alteram partem animo concipiens, unde & nomen habet. hic pro universa Dialectica ponitur, quasi dicat, nec habeat uxor tua Dialecticam. *Farnab.* *Nec, &c.*] Id est, non sit historica, ut omnes historicos perlegerit. *Lubin.*

450. *Sed quædam, &c.*] Martialis ait;
Sit non doctissima conjux.
Quædam tantum ex historiis sciat, ne omnino elinguis & rerum ignara sit. *Lubin.* *Neque ullum verbum faciat perplexabile, neque ulla lingua sciat loqui nisi Attica.* Plaut. Asinar. *Odi, &c.*] Id est, odi ego nimis doctam mulierem, quæ sit Grammaticæ & historiarum, fabularumque peritissima & arrogantissima.

451. *Repetit, &c.*] Sedulo studet & meditatur. *Palæmonis, &c.*] Remmius Palæmon fuit Grammaticus arrogantissimus, Fabii Quinctiliani præceptor, fuit is tantæ superbiæ, ut literas secum natas, & secum morituras dixerit. Cæterum M. Varronem Romanorum doctissimum, porcum literatum per superbiam appellavit: Jactavit nomen suum non temere in Bucolicis positum, sed vaticinatum Poëtam, fore aliquando omnium Poëtarum & Oratorum Palæmonem judicem. *Idem.*

452. *Servata, &c.*] Quam Palæmon ipsi prævivit, ut ab ejus stylo, loquendi modo & analogia, quam curiose observat, ne latum quidem unguem recedat. *Idem.*

454. *Lu-*

Ignotosque mihi tenet antiquaria versus,
Nec curanda viris opicæ castigat amicæ
Verba. solœcismum liceat fecisse marito.
Nil non permittit mulier sibi: turpe putat nil,
Cum virides gemmas collo circumdedit, & cum
Auribus extentis magnos commisit elenchos.
Intolerabilius nihil est, quam fœmina dives.
Interea fœda adspectu, ridendaque multo
Panc

VET. SCHOLIAST.

453. *Tenet, &c.*] Quæ antiquitatem tenet, & ut antiquarius, versus dicit.

455. *Opicæ, &c.*] Imperitæ: male pronunciantis.

454. *Nil, &c.*] Id est, omnia. Nam duo negativi unum confirmativum faciunt.

457. *Cum, &c.*] Monilia circa collum miserit. virides, prasinæ.

458. *Magnos, &c.*] Uniones, margaritas oblongas. Magnarum gemmarum elenchos, quos & Titulatos appellant.

VARIORUM.

453. *Ignotosque mihi.*] Quæ novit versus mihi ignotos, quæque sit Critica, antiquissimorum Poëtarum studiosa, & me viro longe doctior. *Idem.* *Antiquaria.*] Antiquitatum, vel, veterum Poëtarum, & mihi inauditorum, versus tenens, vel, antiquæ locutionis investigatrix & Critica. *Farnab.* Quæ verba ab usu remota, à Saliorum carminibus petita, ipsi Evandri matri non intellecta, & jam exauctorata scrutantur & proferunt. Veterum Poëtarum & Historicorum studiosi Antiquarii dicuntur.

454. *Nec, &c.*] Quæ castigat & reprehendit verba amicæ suæ minus elegantia & Latina. Et quæ verba minora sunt, quam ut à viro gravi & honesto curentur, utpote è mediis antiquitatis tenebris eruta. *Opicæ.*] Indoctæ, barbaræ, & non analogia & lege observata loquentis, quæ Osce fortassis, & Volsce ac barbare loquitur. Vide Sat. III. vers. 207. *Idem.* *Osci* enim *Opsci* dicti vulgo *Opici*. Grang.

455. *Solœcismum.*] Hoc Satyrice Poëta dicit, deprecans, ut saltem viro vitiose loquenti parcat, ut ipsi liceat solœcismum ex imprudentia facere in loquendo, & patrando forte. Quod fiet, si uxorem non doctam duxerit. Vel eo dicit, quasi condemnet sermonem viri, eumque non curet. *Solœcismum.*] Vitiosam verborum compositionem. Vide Martial. Epigram. 20. lib. II. *Lubin.*

456. *Nil, &c.*] Id est, omnia mulier superba sibi licere putat, præsertim cum jam vestium ornatum adhibuerit. *Idem*

457. *Cum, &c.*] Cum monilia ex viridibus gemmis & smaragdis collo suo circumdedit. *Idem.*

458. *Et, &c.*] Postquam auriculis suis ponderosis gemmis extensis, & deorsum tractis, *magnos elenchos*, & oblongos uniones, fastigiata longitudine in pleniorem orbem desinentes, seu margaritas oblongas ovali figura, conjunxit & sociavit. *Farn.*

459. *Intolerabilius.*] Quia miser maritus misere illi inservire cogitur. Hæc intelligenda de illis, de quibus supra: *Imperat ergo viro.* Idem.

460. *Interea.*] Recitat alia mulierum scelera, quæ pane, fuco, lacte asinino apud maritum sese fucarent, quo fuco mariti labia inter deosculandum conglutinarent, cum contra suis mœchis pretiosis unguentis delibutæ & lotæ occurrerent. Dum ergo dives omnia sibi licere

Pane tumet facies, aut pinguia Poppæana
Spirat, & hinc miſeri viſcantur labra mariti.
Ad mœchum lota veniunt cute: quando videri
Vult formoſa domi? mœchis foliata parantur.
His emitur quidquid graciles huc mittitis Indi.
Tandem aperit vultum, & tectoria prima reponit:
In-

VET. SCHOLIAST.

461. *Pane, &c.*] Medicamen ad tendendam faciem, aut cutem magis. *Aut, &c.*] Poppea uxor Neronis, adeo diligens in excolenda forma fuit, ut eam quinquaginta aſinæ ſequerentur miſſam in exilium, quarum lacte candorem corporis provocabat, earum natura fucata eſt. Deceſſit calce à Nerone percuſſa. Medicaminis ipſius autem nomen Juvenalis Poppeana dixit, quaſi ab illa inventum ſit.

464. *Foliata.*] Unguenta foliis plena, vel aliis aromatibus.

465. *Quicquid, &c.*] Odorum.

VARIORUM.

cere exiſtimat, nihil maritum curat, apud quem dum verſatur facies ejus aſpectu fœda eſt & ridicula. vide Sat. 2. verſ. 107. *Idem*

461. *Pane, &c.*] Panem lacte aſinino madidum, ad ſolicitandum candorem cutis adhibuiſſe, ſupra dictum eſt Sat. 2 verſ. 107. *Lubin.* Alia autem erant καταπλάσματα, illa σμήγματα, quibus utebantur ad cutem poliendam: ſublatis enim cataplaſmatis τὰ σμήγματα adhibebant. *Salmaſius. Tumet*] Incruſtatione panis, quam apud maritum non abluit. *Pinguia, &c*] Id eſt, emittit odorem pinguium & fragrantium unguentorum, quæ Poppæa Neronis uxor invenit: quæ adeo diligens in curanda forma fuit, ut eam in exſilium miſſam 50. aſinæ ſequerentur, quarum lacte candorem corporis provocavit. Deceſſit gravida, calce à Nerone percuſſa. *Lubin.*

462. *Et, &c.*] Conglutinantur inter ſaviandum. *Idem.*

463. *Ad, &c.*] Id eſt, contra, ubi ad mœchum accedit, omnia illa medicamenta faciei abluit, & ipſi placere ſtudebit, ut ſit nitida, terſa, à fuco mundata. *Lubin. Lota cute.*] Id eſt, lomento expolita vel ſmegmate, ſublato ἐπιχρίσει. *Salmaſius. Veniunt.*] Potius Veniet. *Quando videri.*] Lege cum interrogatione. Quaſi dicat: domi non curat ſuam formam. *Lubin.*

464. *Mœchis, &c.*] Cum mœchum vult accedere adhibet unguenta foliata, vel Nardina, pretioſiſſima. Plin. 13. lib. 1. cap. *Idem.* Unguenta ex ſpicis & foliis nardi atque aliis odoris.

465. *His emitur.*] Omnia aromata, quæcunque ex India huc Romam advehuntur, emuntur à mulieribus Romanis, non ſuis maritis, ut illis placeant, ſed his mœchis, & in mœchorum gratiam. *Quidquid.*] Aromatum, odorum, unguentorum. *Graciles.*] Tenues, macri, non corpulenti ob ſolis æſtum, ut contra pinguedo à frigore & humore. *Lubin.*

466. *Tandem, &c.*] Perſequitur idem mulieris vitium, quod tandem poſtquam multum diuque faciem illevit, vultum aperit, fucum removet, agnoſci incipit. *Tectoria.*] Sunt proprie incruſtationes & coopcrimenta coſmetica, quibus muri & parietes obteguntur, ut novam faciem induant. *Lubinus.* Tectoria vero hic vocat panem illum, quo madido faciem linebant, ac veluti tectorio quodam inducebant, τετανωτικῷ καὶ τριβατικῷ τοῦ χρωτός, quod tectorium ſeu κατάπλασμα abſtergebant σμήγματι ex lacte aſinino, cum ad mœchos irent. *Salmaſius in Æl. Spart.*

467. In-

Incipit agnoſci, atque illo lacte fovetur,
Propter quod ſecum comites educit aſellas,
Exſul Hyperboreum ſi dimittatur ad axem.
Sed quæ mutatis inducitur, atque fovetur
Tot medicaminibus, coctæque ſiliginis offas
Accipit, & madidæ; facies dicetur, an ulcus?
Eſt curæ pretium penitus cognoſcere, toto
Quid faciant, agitentque die. ſi nocte maritus
Averſus jacuit: periit libraria; ponunt
Coſ-

VET. SCHOLIAST.

467. *Illo lacte.*] Aſinino lacte faciem linit, ut cutem tendat, & candorem eliciat.

471. *Coctaque, &c.*] Candidi panis.

473. *Eſt, &c.*] Operæ pretium eſt.

475. *Averſus, &c.*] Libidini ipſius ſatis non fecit. *Periit, &c.*] Lanipendia.

VARIORUM.

467. *Incipit, &c.*] Id eſt, tum demum incipit agnoſci qualis vera ſit, cum antea fucata fuerit. Nimirum faciem habens rugoſam & tetram. *Atque, &c.*] Quia amplius ſe pane incruſtare non poteſt, ob id rugoſam faciem lacte aſinino fovet, quod teneram, erugatam & candidam reddit conſervatque cutem. *Idem.*

468. *Propter quod.*] Ob quod lac habendum, ſemper aſellas apud ſe habet, & ſecum ducit, ut Poppæa, etiamſi in exſilium & in extremas mundi oras ipſi eundum ſit. Plin. lib. 11. cap. 14. *Idem.*

469. *Exſul, &c.*] Ducit ſecum aſinas lactis cauſſa, ſi etiam apud Hyperboreos ipſi exſulandum ſit. Quocunque ipſi etiam migrandum ſit, in ærumnis & exſilio etiam voluptatibus indulget. *Hyperboreum.*] Hyperborei ſunt, qui ſuper aquilonis flatum habitabant, apud quos mundi cardo vel axis eſſe creditur. ob id dixit *Hyperboreum axem.* Idem.

470. *Sed, &c.*] Sed illa facies, quæ tot fucis & medicamentis commutatis, variis ac diverſis inducitur & illinitur, & quæ facies tot offas ſiliginis coctæ & lacte aſinino madidæ accipit & adhibet, an illa facies dicetur, an vero hulcus? *Inducitur.*] Cooperitur, illinitur. *Fovetur.*] Conſervatur, cuſtoditur, retinetur. *Idem.*

471. *Cocta, &c.*] Id eſt, candidi panis offas vel fruſta & cruſtas lacte aſinino madidas, quibus faciem incruſtabant: vel candidi panis è ſiligine, faba aut oryza cocti maceratique lacte aſinino ad coſmeticen & faciem emendandam. *Farnab.*

472. *Ulcus.*] Eo dicit, nam ulcera medicaminibus & offis vel incruſtationibus curari ſolent. *Idem.*

473. *Eſt, &c.*] Locus jucundus, quo rurſus in mulierum ſævitiam invehitur, quam in familiam & domeſticos exercebant tota illa die, qua præterita nocte à marito, venereo aliquo complexu conſolatæ non eſſent. *Curæ.*] Alii *operæ.* Dignum conſideratione exacte perpendere, quanta rabioſa crudelitate ſæviant in domeſticos. *Idem.*

474. *Si, &c.*] Id eſt, ſi forte maritus noctu libidini conjugis non ſatisfecerit, ſi faciem ab uxore averſam habuerit. *Idem.*

475. *Periit libraria.*] Serva lanipendia (quæ à librando penſo ita dicitur & diſpenſando lanam aliis ancillis) male ab ipſa tractatur, & pene occiditur: quum enim in maritum animadvertere & ſævire non poſſit, in familiam invehitur. *Ponunt, &c.*]Id eſt, ancillæ quæ mundum & veſtes dominæ curant, & ornatum dominæ cuſtodiunt, & purgant, deponunt

Cosmetæ tunicas, tarde venisse Liburnus
Dicitur, & pœnas alieni pendere somni
Cogitur. hic frangit ferulas; rubet ille flagello,
Hic scutica. sunt quæ tortoribus annua præstent.
Verberat, atque obiter faciem linit; audit amicas,
Aut latum pictæ vestis considerat aurum,
Et cædit; longi relegit transversa diurni,
Et cædit, donec lassis cædentibus, exi

In-

VET. SCHOLIAST.

476. *Cosmetæ, &c.*] Eos dicit, qui ornamentis præsunt, non tamen & ornatrices. ponunt tamen & tunicas, ut vapulent. *Liburnus.*] Nuncius, aut certe lecticarius. aut gerulus lecticæ, quæ liburnata est.

477. *Alieni, &c.*] Somni mariti pœnas præstat familia.

479. *Hic, &c.*] Lorus latus, *corium non confectum* ἀδέψητον vocant Græci. *Tortoribus annua.*] Salaria quæstionariis, sive carnificibus.

481. *Aut, &c.*] *Aurociavas* vestes miratur. Alibi *Scutulatas* vocat.

482. *Transversa diurni.*] Ratiocinium diurnum accipit in transversa charta scriptum, in opistographo.

483. *Exi, &c.*] Quasi in caussa disceptaverit.

VARIORUM.

nunt tunicas, & vestes exuunt, ut nudæ virgis cædantur. *Brodæus* 10. cap. 17.

476. *Cosmetæ.*] Non sunt ancillæ, ut placet interpretibus, sed ornatores: qui ponunt tunicas ad pœnas. *Salmas. Tarde, &c.*] Servus Liburnus lecticarius, si aliquo sit missus, tarde rediisse dicitur, & ob id vapulat. *Lubin.*

477. *Et, &c.*] Ille miser servus, ob ignaviam domini sui, quod ille dormierit, cum uxorem suam amplexari, & vigilare debuerit, pœnam subire cogitur, & plectitur. *Alieni.*] Domini sui. *Idem. Pendere.* Proprie is dicitur, qui ob delictum pecuniam solvit, quia penso ære utebantur. *Festus.*

478. *Hic, &c.*] In dorso suo dum vapulat; vel franguntur ei in dorso ferulæ seu virgæ è ferula. *Rubet, &c.*] Dum tamdiu flagro vel scutica cæditur, donec rubeat, & sanguis prope sequatur. *Idem.*

479. *Sunt, &c.*] Id est, quædam crudelissimæ bestiæ solvunt carnificibus annua salaria, ut, cum iratæ sint, familiam suam cædant, ut quando volunt, & quos volunt flagellent. *Idem.*

480. *Verberat, &c.*] Summa mulieris malitia & crudelitas exprimitur. Id est, sævissima mulier flagellari curat servos suos & interim obiter & quasi per otium aliud agens, fucum, de quo dictum est, adhibet. *Audit amicas.*] Id est, interea dum servi flagellantur, ipsa cum amicis confabulatur. *Idem.*

481. *Aut, &c.*] Vel pretiosas suas vestes auro & acu pictas Phrygionum arte, contemplatur & perpendit, quasi tranquillo animo, alias res interea agens. *Idem.*

482. *Longi transversa diurni*] Sic in sui temporis codicibus lectum fuisse Vetus Scholiastes ostendit, & bene explicat Grangæus jure probus. *Grangæus.* Al. legunt *transacta. Aut, &c.*] Id est, relegit rationem transactorum totius longi diei tempore. Id est dum alios flagellari curat, recognoscit interea rationem omnium quæ illo die sunt peracta.

Diurni.] Græce Ephemeris. Moris enim fuit unumquemque domesticam rationem per singulos dies scribere. Alii leg. *diei.* Grangæus.

483. *Et, &c.*] Id est, tamdiu cædit, donec carnifices, qui cædunt, jam delassati sint verberando. Et tunc demum horrenda voce terribiliter per modum

toni-

Intonet horrendum, jam cognitione peracta,
Præfectura domus Sicula non mitior aula.
Nam si constituit, solitoque decentius optat
Ornari, & properat, jamque exspectatur in hortis,
Aut apud Isiacæ potius sacraria lenæ:
Disponit crinem laceratis ipsa capillis,
Nuda humero Psecas infelix, nudisque mamillis.
Altior hic quare cincinnus? taurea punit

Con-

VET. SCHOLIAST.

485. *Præfectura*, *&c.*] Tyrannorum dicit Phalaridis, aut Dionysii. Phalaris Agrigentinus missos in æneum taurum homines, subjecto igne torquebat: de quo Cicero dicit inclusorum hominum gemitu mugiebat taurus.

488. *Isiaca.*] Apud templum Isidis, Lenæ, conciliatrices quia in hortis templorum adulteria committuntur.

489. *Disponit crinem.*] Componit crines dominæ, ipsa lacerata per iram.

490. *Nuda*, *&c.*] Psecazin Græce dicunt, quando minutum, sive rarum pluit. Ornatrices igitur componentes rarum ac parvum aquæ solent mittere, ac velut ψεκάζειν. Ergo nominis etymologiam ab arte sumsit.

VARIORUM.

tonitrus quasi intonat: Exi sceleratissime, nunquam domum meam reversurus; quasi jam caussam recognoverit, & disceptaverit. *Lubin.* Sic Cicero dixit *imitari verborum fulmina. Horrendum* pro horrende.

484. *Jam*, *&c.*] Cognitio hic est judicium vel judicatio & examen. *Idem.*

485. *Præfectura.*] Supp. *Est.* Quod per exclamationem legendum. Administrat & gubernat ædes. Vel in tali domo vel familia, administratio, præfectura, & gubernatio nihilo mitior & clementior est, quam quæ fuit in aula Sicula, tempore crudelissimorum tyrannorum Phalaridis, & Dionysiorum. *Sebrg.* prodem. 5.

486. *Nam*, *&c.*] Al. *Aut si &c.* Id est, si talis mulier dives, solito aliquanto accuratius & decentius exornari constituit. *Constituit.*] Proposuit, vel constituit tempus & locum mœcho suo. *Lubin.*

487. *Et properat.*] Ad mœchum suum in hortum, vel alium locum. *Jamque exspectatur.*] Ab adultero suo. *Idem.*

488. *Aut*, *&c.*] Id est, vel potius dum à mœcho suo exspectatur in templo vel Sacrario Isidis, ubi adulteria & stupra promiscue fiebant, ut in domo lenonis. Ob id, illam *lenam* vocat. *Lena.*] Dicit quasi magistræ & gubernatricis ac præfectæ meritricum. *Idem.* Nam in ejus templo maxima dabatur adulteriorum occasio.

489. *Disponit*, *&c.*] Id est, tunc Psecas vel quævis ancilla dum satis decenter illam exornare nequit, male à domina sua adfligitur, & ipsa crinibus & capillis diffusis & ab irata matrona laceratis, exornat capillos dominæ suæ. *Idem.*

490. *Nuda*, *&c.*] Ad verbera, si quid peccet. Vel, humeros & mamillas nudas habens, discissa veste à domina. *Psecas*, *&c.*] Quod talem dominam habeat virulentam & crudelem. Id est, ipsa admodum deformis, dominam suam exornare cogitur. vide Proverb. *Psecas aut vos. Psecas.*] Ancillæ nomen sumtum ex Ovidio, qui ita Dianæ ornatricem nominat. forte à ψεκάζειν, ornatrices enim pauculum irrorabant aquæ ad compositionem crinium. *Farnab.*

491. *Altior*, *&c.*] Furiosæ atque iratæ dominæ verba sese in speculo contemplantis & ancillam objurgantis & pulsantis: Quare non ubique æqualiter capillus mihi compositus est? quare hic cin-

Continuo flexi crimen, facinusque capilli.
Quid Pſecas admiſit? quænam eſt hîc culpa puellæ,
Si tibi diſplicuit naſus tuus? altera lævum
Extendit, pectitque comas, & volvit in orbem.
Eſt in conſilio matrona, admotaque lanis
Emerita quæ ceſſat acu: ſententia prima
Hujus erit: poſt hanc ætate, atque arte minores
Cenſebunt, tanquam famæ diſcrimen agatur,
Aut animæ: tanta eſt quærendi cura decoris

Tot

VET. SCHOLIAST.

494. *Si tibi, &c.*] Si tu fœda es. *Altera, &c.*] Altera componit crinem, dum illa cæditur.

496. *Eſt, &c.*] Lanipendia matris facta ornatrix, quaſi magiſtra.

497. *Emerita.*] Quæ ornatrix eſt, ſed jam quaſi emerita ceſſat.

VARIORUM.

cincinnus altior eſt cæteris & inæqualis? *Cincinnus.*] Eſt capillus criſpus & condenſatus. *Taurea, &c.*] Id eſt, ſtatim poſtquam verba hæc dixit, flagro vel ſcutica de pene taurino, ipſam ancillam cædit, & punit perinde quaſi eſſet maximum illud crimen & facinus, quod capillus & cincinnus inæqualis, & non ſatis compoſitus fuiſſet. *Facinus, &c.*] Satyrice, ſcoptice, & ridicule dictum. *Lubin.* Quod ipſa putat & vocat crimen & facinus.

493. *Quid, &c.*] Verba Poëtæ, quibus mulierum malitiam notat, quæ cum ſæpe deformes & fœdæ eſſent & ſatis ornari ab ancillis non poſſent, eas verberabant, & iis imputabant quod deformes eſſent. *Idem.* *Pſecas.*] Ab irrorandis capillis dicta ancilla. *Hic.*] I. e. in hac re.

494. *Si, &c.*] Si deformis ſit naſus tuus. Si fœda & deformis es, an illud miſeræ puellæ imputabis. *Altera, &c.*] Id eſt, altera ancilla in *læva* ſiniſtra parte capillum extendit, componit, & pectine exornat, eumque circumducit in orbem vel circulum. *Magius.* 3. cap. 2. *Volvit in orbem.*] Multimodis revolutionibus componit, ut fiant *capillorum volumina.*

496. *Eſt, &c.*] Convocatur ad conſilium formæ atque ornatus. Senſus & ordo eſt: *Matrona* jam ſenior, *qua* (*acu* quaſi jam *emerita*) à nendo *ceſſat*, & quæ jam *lanis admota* eſt & lanificium exercet, *eſt in conſilio*, ut domina rite ac dextre ornetur, ut de hoc ſententiam ſuam ferat. *Junius* de coma cap. 7. *Eſt, &c.*] Eſt ejus conſiliaria, cum ſententia de ornatu dicenda eſt. *Lubin.* Similis jocus de rhombo piſce, ſupra.

497. *Emerita.*] Illa dicitur quæ functa eſt munere ſuo & vacationem habet. *Britann.* *Quæ ceſſat acu.*] De acu crinali dictum cenſeo, cujus hanc peritam olimque exercitam, accerſit in conſilium. *Farnab.* Sic quidem ille, Sed merito præfertur aliorum expoſitio: quæ hebeti per annos oculorum acie à ſuendo ceſſat. *Sententia prima.*] Illa in conſilium admiſſa prima eſt inter conſiliarias, in dicendo de ornatu formæ, matronæ vel dominæ. Id eſt, prima ſententiam dicet, utpote ſenior, & ob id prudentior. *Lubin.* Juxta huic rei ſolennem formulam *De ea re ita cenſeo*: princeps enim Senatus à Conſule relatione facta, prior ſententiam dicebat, cæteri ordine rogabantur.

498. *Poſt, &c.*] Poſt hanc, juxta ordinem ætatis, artis ac prudentiæ, ut in magnis conciliis fieri conſuevit, reliquæ etiam in concilio vocatæ cenſebunt, & ſuam ſententiam dicent. *Idem.*

499. *Tanquam, &c.*] Tanquam periculum agatur de fama & vita, adeo ſolicita eſt de forma. *Idem.*

500. *Tanta eſt.*] Tam magni pretii eſſe cenſetur cura de pulchritudine & decore

Tot premit ordinibus, tot adhuc compagibus altum
Ædificat caput. Andromachen à fronte videbis:
Post minor est: credas aliam. cedo, si breve parvi
Sortita est lateris spatium, breviorque videtur
Virgine Pygmæa, nullis adjuta cothurnis,
Et levis erecta consurgit ad oscula planta.
Nulla viri cura interea, nec mentio fiet
Damnorum: vivit tanquam vicina mariti.

Hoc

VET. SCHOLIAST.

506. *Ad oscula.*] Mœchi scilicet.
508. *Damnorum.*] Quæ in domo fuerunt. *Tanquam, &c.*] Tanquam extranea.

VARIORUM.

decore formæ quærendo. *Scheg.* procem. 5. Al. *Tanti.*

501. *Tot, &c.*] Deridet easdem, quod caput tot ornamentis exaltent, ut aliæ à fronte quam à tergo videri possint. Id est, illa matrona tot fasciis capillorum in ordinem constrictis, caput suum premit & aggravat, & tot compagibus, & conjunctionibus rerum per modum ædificii exaltat, ut si illam à fronte videas, excelsam & proceram virginem esse credas, qualis Andromacha fuit. Sin illam à posteriore parte vel à tergo videas, tunc minor est, ut aliam illam esse credas, non illam quam à fronte vidisti. *Parrhasius* Epist. 57. §. 2. *Junius* de coma cap. 7. *Compagibus*] Fasciis & tiaris.

Celsa procul aspice frontis honores,
Suggestumque comæ.

Papin. Sylv.

502. *Ædificat.*] Καταχρηστικῶς καὶ σκωπτικῶς. *Andromachen.*] Hectoris conjugem te videre putares. Hanc Dares Phrygius & Ovidius, longissimam fuisse testantur. *Lubin.*

303. *Cedo, &c.*] Est autem hic sensus: Et quidni illa alia videatur à fronte, quam à tergo. *Cedo* enim & dic, an non alia videri queat, cum à natura parva sit & brevis. Vel est concessio Ironica & Satyrica. Da & concede hoc parvis illis mulieribus, & permitte ac indulge, ut per artem caput suum ita ædificent, ut si natura brevioris sint staturæ, & breve spatium parvi corporis consecutæ sint. *Idem.* Vel, *Cedo*, id est, dic quomodo facit quum vult osculari mœchum? si sortita est breve spatium lateris parvi, & si videtur brevior virgine pygmæa, adjuta nullis cothurnis; si & *levis* est, id est, minime ponderosa, quum sit pusilla; consurgit, inquit, ad oscula, *planta erecta*, hoc est, ipsa se erigens plantis. *Britannicus.*

504. *Breviorque, &c.*] Id est, si illa mulier matrona nullis cothurnis vel altioribus calceamentis adjuta, tunc brevior esse videtur aliqua virgine pygmæa, quæ quidem est brevissima. *Lubin.*

505. *Pygmæa.*] Brevior tribus spithamis vel cubito. Dicuntur enim pygmæi à πῆχυς, id est, cubitus, quod cubitum longitudine exæquent. *Virgine Pygmæa, nullis adjuta.*] Non ineleganter ex v. l. legas *adjuncta.* Parvam puellæ staturam exprimit, dum eam cothurnis adjunctam ait, *Schioppius.* *Cothurnis.*] Altis è subere calceamentis, suram ambientibus, quibusque personarum majestas & proceritas requisita adjutabatur. *Idem.*

506. *Et, &c.*] Ipsa ob breve & exiguum corpus levis & agilis, ad oscula mœchi planta sursum erecta, & talis innixa, consurgit. *Idem.*

507. *Nulla viri.*] Id est, interea dum nobilis, & dives matrona ita se linit, colit, laute ornat, virum prorsus negligit, & illum parum curat. *Idem.*

508. *Damnorum.*] Quæ miser maritus patitur, ex tam luxurioso mulieris cultu, ex tot impensis sumtuosæ & prodigæ conjugis: & negligit res domesticas, quasi ad eam non pertinerent. *Tanquam, &c.*]

P

Hoc solo propior, quod amicos conjugis odit,
Et servos. gravis est rationibus. ecce furentis
Bellonæ, matrisque Deûm chorus intrat, & ingens
Semivir, obscœno facies reverenda minori;
Mollia qui rupta secuit genitalia testa
Jam pridem, cui rauca cohors, cui tympana cedunt
Plebeia, & Phrygia vestitur bucca tiara,

Grande

VET. SCHOLIAST.

509. *Quod, &c.*] Quod vicina non facit.

510. *Gravis, &c.*] In lomentis, & balneariam pecuniam erogando.

511. *Bellonæ, &c.*] Sacerdotes, sive mystæ.

512. *Reverenda, &c.*] Quia minorem penem habet.

515. *Et, &c.*] Sacerdotis habitu. Tiara nam galea sacerdotis est, quæ per malas veniens, mento subligatur. Tiara est Phrygium quod dicunt.

VARIORUM.

&c.] Nihilo familiarius cum marito vivit, tanquam ejus conjux non magis esset, quam reliquæ vicinæ.

509. *Hoc solo*] Correctio. Hoc uno & solo, non tanquam vicina viri est, sed tanquam proxima, quod amicos & servos ob mariti odium, odit, quod vicinæ non faciunt. *Lubin.*

510. *Gravis, &c.*] Suis immodicis sumtibus, quos nimio cultu aggravat, gravis & molesta est. *Ecce, &c.*] Pergit jam ad superstitionem mulierum, quæ de rebus futuris solicitæ, & nimis credulæ timeant, quæ à Sacerdotibus Cybeleis & Isiacis horribiliter prænuncientur. Sententia est: Ecce chorus Sacerdotum Bellonæ vel Minervæ & Pallados Bellorum Deæ, quæ sacerdotes suos furentes facit, &c. intrat, grande sonat, & metum incutit aliis. *Idem.* Conjungit Bellonam & matrem Deûm, ut quæ una eademque Dea diversis nominibus & numinibus. *Grang.*

511. *Matris Deûm.*] Vestæ vel Cybeles, sive terræ. De utraque Dea, ejusque sacerdotibus dictum Sat. 2. vers. 111. *Lubin.* *Chorus.*] Sacerdotum. *Ingens, &c.*] Satyrice. Est autem descriptio summi Sacerdotis, qui *semivir* ob abscissos testes, & in ingenti existimatione. Quod ingenti sit membro, ut ideo *facies* dicatur *reverenda obscœno minori*, i. e. sacerdotibus reliquis qui minus habent membrum virile.

513. *Mollia, &c.*] Eo dicit, nam Sacerdotes Deæ Cybeles, vel Phrygiæ sese castrabant, cultello petrino, quem *ruptam testam* hoc loco vocat. *Mollia.*] Ad mollitiem creata. Vel quia Eunuchi molles sicut fœminæ. *Rupta.*] Fracta testa Samia, vel cultello ex petra, ut & Judæi, *Plin.* lib. 11. cap. 49. & Sat. 2. vers. 116. Alii leg. *Rapta.*

514. *Jampridem.*] Ad sequentia, & præcedentia potest referri. *Cui, &c.*] Id est, cui reliquorum sacerdotum, rauca cohors tanquam digniori, cedit, *Cui, &c.*] Cui tympana, quæ à vulgaribus & plebeis sacerdotibus pulsantur, tanquam Antistiti suo, & summo Pontifici cedunt, & locum dant. *Rauca.*] Cantu, vel, quod eunuchis, ut & fœminis ex frigore & superflui humoris abundantia arteriam asperam crassiorem reddens, vocis meatum angustat. *Farnab.* *Tympana.*] Id est, Galli infimi ordinis, tympanotribæ. *Lubinus.*

515. *Et Phrygia.*] Cui summo sacerdoti vel antistiti mentum, vel os, Phrygio galero, vel infula Trojanis olim usitata, tegitur & operitur. *Tiara.*] Tiara alia est regum, alia sacerdotum. Regum tiara recta & cum apice, sacerdotum sine acumine, eaque *Cidaris* dicebatur. *Grang.*

516. *Gran,*

Grande sonat, metuique jubet Septembris, & Austri
Adventum, nisi se centum lustraverit ovis,
Et xerampelinas veteres donaverit ipsi;
Ut quidquid subiti, & magni discriminis instat,
In tunicas eat, & totum semel expiet annum.
Hibernum fracta glacie descendet in amnem,
Ter matutino Tiberi mergetur, & ipsis
Vorticibus timidum caput abluet: inde Superbi

Totum

VET. SCHOLIAST.

518. *Et*, *&c.*] Vestes scilicet, quæ ad usum matronarum fuerunt, ampelini coloris, qui inter coccinum & muricem medius est. Xeron vero siccum significat.

VARIORUM.

516. *Grande sonat.*] Id est, ille sacerdotum Antistes hactenus descriptus, elara voce superstitiones suas proclamat & inculcat, illis mulieribus metum incutit. Vel alta voce canit. *Metuique jubet.*] Id est, ille jubet & prædicit, si quæ mulier Romana centum ovis sacerdoti datis, se non expiet & lustret, fore, ut mensis Septembris & Auster illo mense flans ipsi febrim, pestem, morbum, & mortem adferat. *Ova* expiationibus lustrationibusque adhibebantur, ac præcipue in sacris Isidis. *Brodæus.* Miscellan. lib. 1. cap. 25.

518. *Et*, *&c.*] Nisi ipsi sacerdoti vestes suas veteres Xerampelini coloris (qui color inter muricem & coccum medius est) donarit. *Xerampelinæ.*] Vestes coloris siccæ rosæ: vel cujusmodi est in autumnalibus vitis frondibus. *Farnabius. Lubinus.* Ex superstitione veteri hæc dicuntur. Nam tales vestes solebant suspendere, & lustratione facta credebant omnes morbos, & infortunia in vestes illas derivari. Ut ex sequentibus liquet. Hoc autem artificio potiebantur vestibus illi sacerdotes. Alii pro *veteres* legunt *vestes*. *Guil. Canterus* Novar. lect. l. 3. c. 6. pro *ipsi*, legit *igni*. *Xerampelinæ*, *&c.*] Vet. Interpres, *Vestes ampelini coloris*, *qui inter coccinum & muricem medius est*, quod scilicet coccineus color clare rubesceret; muricis, pressior esset ac subobscurus; ut *Xerampelinus* sit rufus ex flavo & fusco temperatus: vel quod eo colore sit, qui est foliorum vitis arescentium. *Ferrar.*

519. *Ut*, *&c.*] Id est, ut quidquid è vestigio vel improviso superveniens adversum, vel infortunium evenire illi mulieri possit, expiatione in tunicam averruncetur. *Instat.*] Mulieri imminet. *Lubin.*

520. *In*, *&c.*] Non vestes solum, sed etiam & effigies, & simulacra solebant suspendere ex lana in Compitalibus, ut manes illis imaginibus & simulacris contenti, vivis parcerent. *Idem.* *Totum annum.*] Mala totius anni. *Expiet.*] I. e. purget. *Semel.*] I. e. sola hac lustratione.

521. *Hibernum fracta.*] Exagitat jam miseram illarum mulierum superstitionem, quæ omnia agebant, etiam durissima, quæcunque sacerdos jusserit. *Idem.*

522. *Ter*, *&c.*] Ut se expiet ex præcepto sacerdotis, & glaciem franget, & mane Tiberis aqua submergetur. Pers. Satyr. 2.

Tiberino in gurgite mergis, *&c.*

Idem.

523. *Timidum caput.*] Vel ob mala futura, quæ sacerdos prædixit, vel superstitiosum, superstitio enim ex inscitia & timore. *Abluet.*] Ablutio fiebat sacris Superorum, respersio inferorum. Marcil. ad Pers. Sat. 11. *Inde superbi.*] Id est, manibus & pedibus instar brutorum, per totum campum Martium, vel agrum Tarquinii Superbi, quem Brutus

 Marii

Totum regis agrum nuda ac tremebunda cruentis
Erepet genibus: si candida jusserit Io,
Ibit ad Ægypti finem, calidaque petitas
A Meroë portabit aquas, ut spargat in ædem
Isidis, antiquo quæ proxima surgit ovili.
Credit enim ipsius dominæ se voce moneri.

En

VET. SCHOLIAST.

524. *Totum, &c.*] Brutus agrum Tarquinii Superbi ejecti totum Marti consecravit. unde hodieque campus Martius appellatur.

525. *Jusserit Io.*] Io Inachi fluvii filia, quam Juppiter stupravit: & deprehensus à Junone, in vaccam eam transfiguravit, celare volens factum, quod Juno sciens, dono eam sibi petit, & accepit, quam acceptam, Argo custodiendam tradidit, Hic Argus centum oculos dicitur habuisse, quem Mercurius jussus ab Jove occidit. Hanc igitur Io in tantum persecuta est Juno, ut per omnem mundum eam minaret. Quæ cum venisset errans in partibus Ægypti, in Nilum fluvium, lassata cœpit orare, prout potuit, requiem malorum. Juppiter Junonem dilexit, * petit, indulsit pellici, & reversa in suam figuram, recepta est inter Deas. Et ipsa est Dea Isis. Inde etiam sacra de Ægypto.

527. *A Meroë.*] Civitas est Ægypti.

528. *Isidis, &c.*] In Martio campo templum Isidis vetustum. *Ovili.*] Quia ibi Romulus & pastores adsueverant pecora pascere, aut regiam dicit Romuli, ut palatium.

529. *Se voce.*] Ut putet ipsam Deam per Gallum loqui matrona, usque adeo superstitiosa est.

VARIORUM.

Marti consecravit, perrepet, idque genibus attrita pelle cruentis, & nuda illud faciet, & frigore tremebunda.

524. *Nuda ac tremebunda.*] Rependo. Is. Casaub. ad Suetonium in Augusto, accipit hunc locum pro nudipedalium superstitione,

Huc pede matronam nudo descendere vidi. Ovid. VI. Fast.

525. *Si, &c.*] Io Inachi filia, quam Jupiter stupravit, & à Junone deprehensus, in candidam vaccam eam transformavit. Vide Fabulam apud *Ovidium*. Quæ tandem intercedente Jove, Junoni reconciliata & in veterem formam transformata, inter Deas in cœlum relata, Isis postea dicta, & ab Ægyptiis culta fuit. Id est, si Isis dicatur hoc jubere per sacerdotem suum. *Lubin.*

526. *Ibit, &c.*] Si jubeatur ab Iside ad Ægypti extremitatem ire, & à Meroë Æthiopiæ insula aquas calidas petere, ut illas in suam ædem vel templum spargat, illud confestim faciet. Quum in templo Isidis aqua tantum simulata esset, si juberet Io, vel ejus Sacerdos, etiam pedibus hæc religiosa, seu potius superstitiosa matrona ad Nilum usque itura esset, veramque Nili aquam allatura. *Grang.* *Calida.*] Ob illam regionem, cui Sol ad verticem propius accedit. *Brodæus* Miscellan. 4. capite 2. Alii leg. *Calidas*.

527. *Meroë.*] Civitate Ægypti, ut alii, Nili insula in Æthiopia, quam describit Heliodorus lib. 10.

528. *Antiquo.*] Id est, quod templum surgit vel ædificatum est ad proximum antiquo ovili, vel palatio, vel regiæ Romuli. Alii censent, quod fuerit in campo Martio vicinum ovili, quod ibidem in memoriam, quia ibi Romulus & pastores pecora paverint, exstructum sit. *Beroaldus* in Servium §. 38. *Ovili.*] Sunt qui de septis intelligunt, in quibus claudebatur populus ad suffragia. de his vide quæ ad Martial. Epigr. 14. lib. 2. cap. *Farnab.*

529. *Credit, &c.*] Id est, matrona adeo superstitiosa est, ut cum monetur à sacerdote, credit se admoneri voce ipsius

Isidos

En animam, & mentem, cum qua Dii nocte loquantur.
Ergo hic præcipuum summumque meretur honorem,
Qui grege linigero circumdatus, & grege calvo
Plangentis populi currit derisor Anubis.
Ille petit veniam, quoties non abstinet uxor
Concubitu, sacris, observandisque diebus,
Magnaque debetur violato pœna cadurco,

Et

VET. SCHOLIAST.

532. *Qui, &c.*] Sic enim symmistæ quando Osirim quærunt.

533. *Derisor Anubis.*] Utrum quod ipse derideat, an quod aliis se præbeat deridendum. Dictus anubis, quia caput caninum accepit per mysteria.

535. *Observandisque diebus.*] Festis.

536. *Violato, &c.*] Membrum mulieris intelligitur, cum sit membri velamen. vel, ut alii, instita, qua lectus intenditur. Unde ait Sulpitia,

Ne me cadurci destitutam fasciis
Nudum Calano concubantem proferat.

VARIORUM.

Isidos dominæ? vel credit in somnis illam sibi apparere, & talia jubere. *Lubin.* *Dominæ.*] Dii enim domini, Deæque dominæ antiquis vocabantur. *Grangæus.*

530. *En animam, &c.*] Amara ironia. Nimirum tu mulier adeo impudica & flagitiosa, digna es, cum qua Dii nocturna colloquia instituant. *Lubin.*

531. *Ergo hic.*] Id est, hic igitur Isidis Antistes, qui circundatus est multitudine hominum candido linteamine cinctorum, & summus, & præcipuus & in summo honore est apud superstitiosas hasce bestias. *Lubin.*

532. *Grege, &c.*] Ita dicti reliqui sacerdotes Isidis, summum sacerdotem comitantes, qui veste linea utebantur. *Pithæus* legit, *lanigero. Grege calvo.*] Quia Isidis sacra celebraturi, capillum funditus deradebant. *Junius* de Coma, cap. 11.

533. *Plangentis.*] Multitudinis, Apim bovem, cum planctu quærere solitæ. *Derisor.*] Haud dubie enim nebulo ille sciebat, talibus sacris populum ludibrio haberi. *Anubis.*] Antistes sustinens personam Anubidis, filius fuit Osiridis, qui in specie canis colebatur, quod in insigni canem gessit, ut Macedo frater lupum. Diod. Sicul. 1. 4. *Lubin.*

534. *Ille &c.*] Antistes. Notat hic superstitionem mulierum, quæ cum à concubitu diebus festis, & cum reverentia observandis non abstinuissent, adibant hunc Antistitem, ut pro illis intercederet. *Lubinus. Ille, &c.*] Horum versuum sententiam nemo recte explicavit. Matronæ quæ in casto Isidis aut Cereris erant, concubitu abstinebant: & per eos dies quibus castum observabatur, secubabant à lectis suis ac toris genialibus, & stramentis incubabant in templo ipso, in quo & pervigilia celebrari mos fuit. Sic mulieres θεσμοφοριάζουσαι apud Athenienses, per totos sacrorum dies stramenta habebant in templo, quibus incubarent. Ea stramenta ut plurimum iis herbis ac foliis farta fuêre, quæ castitati conducere existimantur. Maritus ergo ejus mulieris, quæ sacris observandisque diebus non abstinuerat concubitu, cogebatur pro ea veniam petere per sacerdotem, & magna mercede ac pœna violatum Cadurcum redimere. Violatum autem Cadurcum sive stramentum intellige ab illa muliere, quæ in casto non fuerat, nec stramento incubuerat cum reliquis ἁγνεύουσαι. Sic *Cadurcum* pro stramento omni, quum proprie culcita sit ex lino Cadurcensi. *Salmasius Plinian. Exercit.*

536. *Magnaque debetur.*] Hoc mulieri persuadent, se magnam pœnam pro-

Et movisse caput visa est argentea serpens.
Illius lacrymis, meditataque murmura præstant,
Ut veniam culpæ non abnuat, ansere magno
Scilicet, & tenui popano corruptus Osiris.
Cum dedit ille locum: cophino, fœnoque relicto,
Arcanam Judæa tremens mendicat in aurem,
Interpres legum Solymarum, & magna sacerdos
Arbo-

VET. SCHOLIAST.

537. *Argentea serpens.*] Quæ est in templo Isidis.

538. *Illius, &c.*] Isiaci antistitis.

541. *Cum, &c.*] Cum Gallus sacerdos ac lustrator abscessent, Judæa mulier advenit, quæ in aurem susurrando, sub obtentu religionis, aliquid petit. Dixit nam superius Judæis hortos datos, quos colentes, præstabant pensiones: modo, inquit, laborem horti declinantes, transferunt se ad Deos lucri causa, legem Moysi exponentes. *Cophino fœnoque.*] Suppellectile, quod his pulmentaria sua, & calidam aquam die sabbati servare consueverunt.

VARIORUM.

promemisse, quod cadurcum violarit. *Lubinus. Violato cadurco.*] Id est cum lectus concubitu esset contaminatus.

537. *Et, &c.*] Quamvis culpa & pœna gravis sit, tamen intercessione, & lacrymis illius antistitis, argentea serpens in templo Isidis & imagine Osiridis canem & lupum complectens, illa caput in signum veniæ movisse visa est, & precibus adsensisse. *Lubin.* Vel, iratæ similis, caput movisse (ut Sat. 2. vs. 130.) draconis effigies in Isidis templo; de qua vide Diod. Sicul. & Macrob. l. 1. Sat. 20. c. *Farnabius.* Ælianus prodit Isidis simulacrum ab Ægyptiis effingi solitum, ut quodam Diademate aspidum coronaretur; unde in illius pompa serpens ferebatur. *Grang.* Qui etiam *movisse caput* explicat, ut irati solent.

538. *Illius.*] Isiaci sacerdotis. *Meditataque, &c.*] Id est, tacitæ antistitis precationes cum susurro pro muliere jam ante meditatæ & animo conceptæ, efficiunt, ut Isis veniam culpæ det. Est Ironia. *Idem.*

Hinc Pers. Sat. II.

Haud cuivis promtum est murmurque humilesque susurros
Tollere de templis & aperto vivere voto;

Non abnuat.] I. e. non deneget, non recuset.

539. *Ansere magno.*] Est ergo irrisio. Nimirum Deus ille Osiris victimis & sacrificiis corruptus, a pœna abstinet. *Ansere.*] Alite Isidi sacro. Solebant ergo eam ansere colere, & popano, id est, placenta tenui, lata & rotunda, teste Herodoto libro 2. *Idem.*

540. *Osiris.*] Deus ille qui *Anubis* vers. 535.

541. *Cum, &c.*] Cum Isidos sacerdos abiit, & locum dedit, tum Judæa supellectili sua paupercula (cophino & fœno) relicta, ipsi succedit, male vestita ac tremens. Vide quæ vers. XIV. Sat. III. dicta sunt de cophino fœnoque. *Farnab.* Epist. 18.

542. *Arcanam*] Cum non Deorum, sed Dei unius nomine stipem peterent, palam id facere non audebant. Romani enim Deos patrios negligi indignissime ferebant. Ergo non palam stipem rogat, sed clam in aurem arcanam mendicat. Vel cui arcana & secreta insusurrat. *Lub. Mendicat.*] Insusurrat aliquid de sua religione, simulque opem petit, sed recte, ne in periculum adducat matronas Romanas, quibus damnosum foret Judaicam profiteri religionem. vide Martial. Epig. 54. lib. 7.

543. *Interpres legum.*] Hierosolymitanarum & Judæarum, quæ ib veteri testa-
mento

Arboris, ac summi fida internuntia cœli.
Implet & illa manum, sed parcius, ære minuto
Qualiacunque voles Judæi somnia vendunt.
Spondet amatorem tenerum, vel divitis orbi
Testamentum ingens, calidæ pulmone columbæ
Tractato, Armenius, vel Commagenus haruspex.
Pectora pullorum rimabitur, exta catelli,
Interdum & pueri: faciet quod deferat ipse.

Chal-

VET. SCHOLIAST.

544. *Ac, &c.*] Quid Dii cogitent de hominibus, vel disponant.

546. *Qualiacunque, &c.*] Mala sive bona, etiam res vanas, quas pro magno proferunt.

550. *Pectora, &c.*] Inspiciens, ut Virgilius:

Pectoribus inhians spirantia consulit exta.

551. *Faciet, &c.*] Hic Egnatium Philosophum significat, qui filiam Bareæ Sorani, quam cum ipse ad magicam descendisset, hortatus detulit Neroni. ob quam rem mori cum patre jussa est à Nerone. Egnatium autem hic Poëta ob delationem hanc ipsam sæpe lacerat, ut superius dixit,

Stoicus occidit Baream delator amicum,
Discipulumque senex.

VARIORUM.

mento habentur. *Lubin.* *Legum, &c.*] Solymas autem appellavit, quia quæ Hierosolyma dicitur, antea *Solyma* vocabatur. *Britannic.* *Et, &c.*] Quæ ut sacerdotes Dodonææ, sub quercu & fago responsa & oracula potest reddere, teste Herodoto. *Lubin.* Sed Lubinum fabulari & minime ad rem, dicit Grangæus, addens, quod Judæi arboribus urbi proximis alligabant jumentum, ibique tota nocte cum familia dormiebant, unde mane surgebant, ut in urbe vaticinatum venirent. Quæ conveniunt cum Autoris verbis Sat. III. ut hinc dicatur *Sacerdos arboris. Magna &c.* & *ac summi fida &c.* à Judæos subsannante.

544. *Arboris.*] In nemore Aricino victitans. Vide quæ ad Senecæ Medeam Farnabius, versu 349. *Et summi.*] Quæ Dei nuncia ad nos; & nostra ad Deum defert, idque certe ac fideliter. *Idem.*

545. *Implet, &c.*] Id est, mulier superstitiosa his Judæis etiam aliquid donat, sed parcius, quam sacerdotibus Isidos. Legunt & distinguunt alii hoc modo, *implet & illa manum, sed parcius: ære minuto Qualiacunque voles &c.* Ut sensus sit distinctus, illa dat quidem, sed parca manu; vel implet quidem manum, sed rebus frivolis: & tum aperitur nova sententia. *Ære, &c.*] Id est, pro minuto etiam ære (pro mercedis qualitate & quantitate) Judæi qualiacunque somnia & qualescunque vanitates tibi vendere non gravabuntur. Notat imposturas Judæorum irrisorie. Quos eodem modo, ut nos Ægyptios & Bohemos habet. *Grang.*

547. *Spondet, &c.*] Id est, aruspex aliquis ex Armenia, vel Commagenus ex parte illa Syriæ, cum pulmonem vel intestina columbæ adhuc calidæ & palpitantis inspexit, mulieri tali omnia fausta & felicia futura prædicit, ipsique amatorem tenerum & formosum inde pollicetur, vel maximam & ingentem hæreditatem ex testamento divitis cujusdam orbi. *Lubin.*

548. *Calida.*] Paulo ante dissectæ, adhuc vivæ & palpitantis. vel, salacis. *Pulmone.*] Inspectis extis. *Idem.* *Columba.*] Sacrificabatur enim Veneri, ad quam res amatoriæ pertinent, columba.

549. *Tractato.*] Id est, quem scrutatus & manibus rimatus est aruspex. *Idem.*

550. *Pectora pullorum.*] Id est, studiose pectus & intestina & pullorum catelli introspicit. *Parrhas.* epist. 18.

551. *Interdum, &c.*] Scilicet occisi & ma-

Chaldæis sed major erit fiducia: quidquid
Dixerit Astrologus, credent à fonte relatum
Ammonis: quoniam Delphis oracula cessant,
Et genus humanum damnat caligo futuri.
Præcipuus tamen est horum, qui sæpius exul,
Cujus amicitia, conducendaque tabella

Ma-

VET. SCHOLIAST.

553. *A fronte, &c.*] Tanquam si à Jove ipso Ammone sit dictum. Apollo nam indignos homines putat quibus futura respondeat. Nam magis sic intelligitur, quod Alexander damnavit templum Apollinis in Delphis, ne sint homines futurorum præscii.

556. *Præcipuus, &c.*] Deest fuerit. Horum autem, id est, magorum, aruspicum, mathematicorum.

VARIORUM.

& mactari exta inspicit. Notandum hoc loco extremam illam superstitionem, ne sanguini quidem humano pepercisse. *Faciet, &c.*] Id est, aruspex ipse illud committet, quod ipse accuset & objiciat aliis, vel patrabit infanticidium, quod judicio suo postea detegat, ut propositum præmium delationis consequatur. *Parrhasius* Epist 18. *Deferat.*] Accuset.

552. *Chaldæis, &c.*] Indicat jam quod superstitiosæ illæ mulieres, plus tamen tribuant Chaldæis & Astrologis Babyloniis & Syris, quam aruspicibus. *Lub.*

553. *A fonte, &c.*] Tanquam ex sacro tripode profectum, ut ab ipso Jove Ammone dictum: alii legunt à *fronte*, Sed male: Nam ibi non responsa, ut apud Delphos verbis dabantur, sed nutu & signis. Templum enim Ammonis conditum eo loco in quo fontem invenit Bacchus in Indiam iter faciens, ut docet *Servius.*

554. *Ammonis*] Jovis, ab ἄμμου, id est, arena, in arenosis enim Africæ desertis templum illi à Baccho conditum est, propter fontem ex ariete conspecto inventum Vel Hammonis ab Hebraico solatium, simulacrum Jovis in sublimi extructum. *Farnab Quoniam, &c.*] Sceptice hoc dicit, quasi illi astrologi oraculorum defectum supplere deberent. Scripsit Plutarchus librum de Oraculorum suo tempore defectu. Christus autem suo adventu Dæmones profligavit, & omnibus oraculis Dæmonum, æternum silentium imposuit. *Lubin.*

555. *Et, &c.*] Quoniam inquit mortalitas hac una re damnatur & affligitur, quod futura noscere non possit. *Britannicus. Caligo*] Obscuritas & ignorantia rerum futurarum *Lubin.*

556. *Præcipuus, &c.*] Acrius invehitur in superstitionem mulierum credentium Astrologis, quibus ut perniciosissimus quisque erat, ita maximam habebat fidem, & qui ob vaticinia sua sæpius quam reliqui in exsilium ejectus est, sed quia eventus vaticinio respondit, fuit revocatus *Qui, &c.*] Subaudi *fuit*, id est, qui sceleratissimus, ac per hoc sæpius missus in exilium. Seleucum Astrologum hic designat *Britann.*

557. *Cujus, &c*] Per cujus amicitiam, & tabellas judiciorum Astrologicorum magno pretio ab Othone emendas, cui contra Galbam victoriam pollicebatur, Sergius Galba Othonis hostis obiit, ut Astrologus fuerat vaticinatus. Vel per cujus amicitiam & familiaritatem cum Othone, & per cujus tabulam vel chartam, cui judicia sua Astrologica inscripsit, & quæ magno pretio conducenda erat, mors & cædes futura magni Romani civis imperatoris Sergii Galbæ prædicta fuit *Amicitia.*] Quasi Otho amicitiam, & tabellas illius Mathematici pretio redemerit. *Tabella.*] In qua thema & constitutio cœli, additio de illis judicio, & vaticinio. Sueton. 4. Otho. *Lubin.*

558. 4.

Magnus civis obit, & formidatus Othoni.
Inde fides artis, sonuit si dextera ferro,
Lævaque si longo castrorum in carcere mansit.
Nemo Mathematicus genium indemnatus habebit:
Sed qui pene perit, cui vix in Cyclada mitti
Contigit, & parva tandem caruisse Seripho.
Consulit ictericæ lento de funere matris,
Ante tamen de te, Tanaquil tua; quando sororem
Esse-

VET. SCHOLIAST.

559. *Sonuit*, *&c.*] Si jam in catenis fuit, aut in castrorum custodia.

561. *Nemo*, *&c.*] Quasi ob nimiam peritiam scilicet fuerit damnatus.

562. *In*, *&c.*] In insulam Cycladam relegari. Sensus hic est. Peritissimus astrologorum ille est, qui tale aliquid admisit: cum facinus non exilium semper mereatur.

565. *Tanaquil tua.*] Modo pro qualibet uxore posuit nomen. Hæc autem Tanaquil fuit Tarquinii Prisci uxor, soceri Servilii Tullii, quæ dicitur mathematicam artem optime scisse.

VARIORUM.

558. *Magnus civis.*] Sergium Galbam intelligit, *Obit.*] Pro *obivit*, vel *obiit.* Syncope, quæ producit hanc syllabam. *Formidatus.*] Quem Otho formidavit. Æmulus enim Imperii erat. *Junius* ex libro Susii legit, *formidandus.*

559. *Inde*, *&c.*] Hinc Astrologicæ arti fides habetur à fœminis, si aliquoties ante Astrologus fuerit in vincula conjectus, manicis & catenis ferreis vinctus: & postea dimissus cum honore, quando comperiebantur vera esse quæ prædixerat. Vide *Lipsium* libro 11, Annal. Taciti. *Longo.*] I. e. diuturno.

561. *Nemo*, *&c.*] Id est, nemo Mathematicorum genium vel animum futuris rebus dignoscendis aptum & perspicacem habere creditur, qui aliquoties non sit condemnatus. *Lubin.*

562. *Sed*, *&c.*] Qui sua arte prope vitæ periculum incurrit. *Cui*, *&c.*] Qui supplicio adficiendus; & cui per singularem gratiam & misericordiam vix ægre contigit exsilio mulctari, & in Cycladam insulam mitti ut effugeret præsentem mortem. Erat hæc insula in Ægæo sinu, exsilio noxiorum destinata. *Idem.*

563. *Et*, *&c.*] Erat Seryphus una Cycladum, ad quam, ut in Gyaron noxii relegabantur. Erat autem Seryphus grave exilium. *Lubin.* *Et &c. caruisse.*] I. e. Revocari ex illa exsilii insula. *Tandem.* I. e. post longum tempus.

564. *Consulit.*] Notat jam, quid quærerent mulieres ex Astrologis, & quod plurimæ mulieres ipsæ Astrologiam exercerent. Id est, Tanaquil uxor tua Astrologis summopere dedita, consulit Astrologum, quando tandem mater moritura sit, quæ tardo morbo Ictero laborat, quam cupit jamdudum mortuam. *Icterica.*] Icterus est suffusio bilis flavæ per totum corpus, morbus regius & arquatus etiam dicitur. *Idem.* *De funere lento.*] I. e. de morte quæ nimis moratur, & nimium differtur.

565. *Ante*, *&c.*] Id est, de te tamen viri sui funere, prius eum consulit, quem citius adhuc mori quam matrem desiderat. Tum, quando sororem & patruos mortuos ad sepulturam efferat, eorumque bonis potiatur. *Idem.* *Tanaquil.*] Pro qualibet superstitiosa ponitur, qualis fuit illa Tarquinii Prisci uxor Astrologiæ peritissima, quæ Mathematicæ fuit studiosissima. Tanaquil est uxor imperiosa, ut apud Auson. in ep. *Tanaquil tua nesciat illud.*

Chaldæis sed major erit fiducia: quidquid
Dixerit Astrologus, credent à fonte relatum
Ammonis: quoniam Delphis oracula cessant,
Et genus humanum damnat caligo futuri.
Præcipuus tamen est horum, qui sæpius exul,
Cujus amicitia, conducendaque tabella

VET. SCHOLIAST.

553. *A fronte, &c.*] Tanquam si à Jove ipso Ammone sit dictum. Apollo nam indignos homines putat quibus futura respondeat. Nam magis sic intelligitur, quod Alexander damnavit templum Apollinis in Delphis, ne sint homines futurorum præscii.

556. *Præcipuus, &c.*] Deest *fuerit*. Horum autem, id est, magorum, aruspicum, mathematicorum.

VARIORUM.

& mactati exta inspicit. Notandum hoc loco extremam illam superstitionem, ne sanguini quidem humano pepercisse. *Faciet, &c.*] Id est, aruspex ipse illud committet, quod ipse accuset & objiciat aliis, vel patrabit infanticidium, quod judicio suo postea detegat, ut propositum præmium delationis consequatur. *Parrhasius* Epist. 18. *Deferat.*] Accuset.

552. *Chaldæis, &c.*] Indicat jam quod superstitiosæ illæ mulieres, plus tamen tribuant Chaldæis & Astrologis Babyloniis & Syris, quam aruspicibus. *Lub.*

553. *A fonte, &c.*] Tanquam ex sacro tripode profectum, ut ab ipso Jove Ammone dictum: alii legunt à *fronte*, Sed male: Nam ibi non responsa, ut apud Delphos verbis dabantur, sed nutu & signis. Templum enim Ammonis conditum eo loco in quo fontem invenit Bacchus in Indiam iter faciens, ut docet *Servius*.

554. *Ammonis.*] Jovis, ab ἄμμου, id est, arena, in arenosis enim Africæ desertis templum illi à Baccho conditum est, propter fontem ex ariete conspecto inventum. Vel Hammonis ab Hebraico solarium, simulacrum Jovis in sublimi extructum. *Farnab. Quoniam, &c.*] Scoptice hoc dicit, quasi illi astrologi ora culorum defectum supplere deberen Scripsit Plutarchus librum de Oraculo rum suo tempore defectu: Christus au tem suo adventu Dæmones profligavit & omnibus oraculis Dæmonum, æter num silentium imposuit. *Lubin.*

555. *Et, &c.*] Quoniam inquit mor talitas hac una re damnatur & affligitur quod futura noscere non possit. *Britann* cus. *Caligo.*] Obscuritas & ignorantia re rum futurarum. *Lubin.*

556. *Præcipuus, &c.*] Acrius invehi tur in superstitionem mulierum creden tium Astrologis, quibus ut perniciosissi mus quisque erat, ita maximam habe bat fidem, & qui ob vaticinia sua sæ pius quam reliqui in exsilium ejectu est, sed quia eventus vaticinio respon dit, fuit revocatus. *Qui, &c.*] Subaud *fuit*, id est, qui sceleratissimus, ac pe hoc sæpius missus in exilium. Seleucus Astrologum hic designat. *Britann.*

557. *Cujus, &c.*] Per cujus amic tiam, & tabellas judiciorum Astrolog corum magno pretio ab Othone emen das, cui contra Galbam victoriam polli cebatur, Sergius Galba Othonis host obiit, ut Astrologus fuerat vaticinatu Vel per cujus amicitiam & familiarita tem cum Othone, & per cujus tabulat vel chartam, cui judicia sua Astrologic inscripsit, & quæ magno pretio condu cenda erat, mors & cædes futura ma gni Romani civis imperatoris Sergii Gal bæ prædicta fuit. *Amicitia.*] Quasi Oth amicitiam, & tabellas illius Mathema tici pretio redemerit. *Tabella.*] In qu thema & constitutio cœli, addito de ill judicio, & vaticinio. Sueton. 4. Othc *Lubin.*

558. C

Magnus civis obit, & formidatus Othoni.
Inde fides artis, sonuit si dextera ferro,
Lævaque si longo castrorum in carcere mansit.
Nemo Mathematicus genium indemnatus habebit:
Sed qui pene perit, cui vix in Cyclada mitti
Contigit, & parva tandem caruisse Seripho.
Consulit ictericæ lento de funere matris,
Ante tamen de te, Tanaquil tua; quando sororem
Effe-

VET. SCHOLIAST.

559. *Sonuit*, &c.] Si jam in catenis fuit, aut in castrorum custodia.

561. *Nemo*, &c.] Quasi ob nimiam peritiam scilicet fuerit damnatus.

562. *In*, &c.] In insulam Cycladam relegari. Sensus hic est. Peritissimus astrologorum ille est, qui tale aliquid admisit: cum facinus non exilium semper mereatur.

565. *Tanaquil tua.*] Modo pro qualibet uxore posuit nomen. Hæc autem Tanaquil fuit Tarquinii Prisci uxor, soceri Servilii Tullii, quæ dicitur mathematicam artem optime scisse.

VARIORUM.

558. *Magnus civis.*] Sergium Galbam intelligit, *Obit.*] Pro *obivit*, vel *obiit.* Syncope, quæ producit hanc syllabam. *Formidatus.*] Quem Otho formidavit. Æmulus enim Imperii erat. *Junius* ex libro Susii legit, *formidandus.*

559. *Inde*, &c.] Hinc Astrologicæ arti fides habetur à fœminis, si aliquoties ante Astrologus fuerit in vincula conjectus, manicis & catenis ferreis vinctus: & postea dimissus cum honore, quando comperiebantur vera esse quæ prædixerat. Vide *Lipsium* libro 11. Annal. Taciti. *Longo.*] I. e. diuturno.

561. *Nemo*, &c.] Id est, nemo Mathematicorum genium vel animum futuris rebus dignoscendis aptum & perspicacem habere creditur, qui aliquoties non sit condemnatus. *Lubin.*

562. *Sed*, &c.] Qui sua arte prope vitæ periculum incurrit. *Cui*, &c.] Qui supplicio adficiendus; & cui per singularem gratiam & misericordiam vix ægre contigit exsilio mulctari, & in Cycladam insulam mitti ut effugeret præsentem mortem. Erat hæc insula in Ægæo sinu, exsilio noxiorum destinata. *Idem.*

563. *Et*, &c.] Erat Seryphus una Cycladum, ad quam, ut in Gyaron noxii relegabantur. Erat autem Seryphus grave exilium. *Lubin. Et &c. caruisse.*] I. e. Revocari ex illa exsilii insula. *Tandem.* I. e. post longum tempus.

564. *Consulit.*] Notat jam, quid quærerent mulieres ex Astrologis, & quod plurimæ mulieres ipsæ Astrologiam exercerent. Id est, Tanaquil uxor tua Astrologis summopere dedita, consulit Astrologum, quando tandem mater moritura sit, quæ tardo morbo Ictero laborat, quam cupit jamdudum mortuam. *Icterica.*] Icterus est suffusio bilis flavæ per totum corpus, morbus regius & arquatus etiam dicitur. *Idem. De funere lento.*] I. e. de morte quæ nimis moratur, & nimium differtur.

565. *Ante*, &c.] Id est, de te tamen viri sui funere, prius eum consulit, quem citius adhuc mori quam matrem desiderat. Tum, quando sororem & patruos mortuos ad sepulturam efferat, eorumque bonis potiatur. *Idem. Tanaquil.*] Pro qualibet superstitiosa ponitur, qualis fuit illa Tarquinii Prisci uxor Astrologiæ peritissima, quæ Mathematicæ fuit studiosissima. Tanaquil est uxor imperiosa, ut apud Auson. in ep. *Tanaquil tua nesciat illud.*

Efferat, & patruos: an sit victurus adulter
Post ipsam. quid enim majus dare Numina possunt?
Hæc tamen ignorat quid sidus triste minetur
Saturni, quo læta Venus se proferat astro,
Qui mensis damnis, quæ dentur tempora lucro.
Illius occursus etiam vitare memento,
In cujus manibus, ceu pinguia succina, tritas
Cernis ephemeridas: quæ nullum consulit, & jam
Con-

VET. SCHOLIAST.

566. *An, &c.*] Κατὰ κοινοῦ consulit, si superstes illi sit adulter suus.

568. *Quid, &c.*] Superstitiose. Virgilius:

Frigida Saturni sese cum stella receptet.

Lucanus.

---Veneris salubre sidus.

571. *Illius, &c.*] Quasi dicat: Tolerabilior illa est, quæ consulit alium: non ferenda vero ea, quæ ipsa mathesin profitetur.

572. *Ceu, &c.*] Membrana mathematicorum, ut actus diurnus, quæ adsidua tractatione colorem suum mutavit, & * epocica facta est. colorem fecit, ut succinum.

VARIORUM.

566. *An sit, &c.*] Id est, quærit de morte viri, & vita sui adulteri, anne etiam ille diutius victurus sit. *Idem.*

567. *Quid, &c.*] Scoptice & Satyrice. Quasi nihil majus & excellentius tali mulieri a Diis dari possit, quam longa felicitas & valetudo ac vita mœchi sui. *Idem.*

468. *Hæc, &c.*] His sequentibus jam notat illas mulieres & insultat illis, quæ ipsæ erant Astrologæ, dicens illas tolerabiliores esse, quæ astrologos consulant, eo quod astrologiam ipsæ ignorent, & quæ sint qualitates & potentiæ Planetarum. Vel, quæ talia tali & tanto scrutentur studio, nec curent magis quæ in rem suam sint. *Sidus triste.*] Inominata illa sicca, & frigida stella Saturni, maleficum, & infortunatum sidus: & quibus in ortu affulserit infelicitatem portendens. Propert.

Et grave Saturni sidus in omne caput.

Britann. Lubin.

569. *Quo, &c.*] Cum quo signo vel sidere Venus orta læta sit ac fausta, fortunata, ac benigna: quos planetas habeat amicos. *Lubin.*

570. *Qui, &c.*] Quæ tempora ex stellarum constitutione lucrum, & quæ damnum allatura sint. Hæc à stolidis illis alogis astrologis verbosissime tractantur. *Idem.*

571 *Illius, &c.*] Jam contra Antapodosi demonstrat, prorsus intolerabiles & pessimas illas esse, quæ ipsæ Astrologiam didicerint, & in manibus Ephemerides quotidie vel assidue terant, nihilque incipiant nisi prius ex libro vel Ephemeridibus sumto judicio. Simulque monet, periculosum esse, talibus mulieribus occurrere, & obviam fieri; tanquam aliquid non boni ominis.

572. *In, &c*] Id est, quæ Astrologorum Ephemeridas quotidiano usu in manibus versans, ita attrivit, ut colorem papyri mutent, & manuum sudore ac pinguedine, pinguibus ac pellucidis succinis non dissimiles sint. *Lubin* Quemadmodum teri solet succinum, ut magis flagret; dicit Grangæus: sed inconsulte. Dixisse debuisset, unctas, flavas & pellucidas ut pinguia succina.

573. *Ephemeridas.*] Singulorum dierum cœli constitutionem continentes. *Quæ, &c.*] Astrologum, cum ipsa ejus artis sit satis perita. *Idem.*

574. Con-

Consulitur: quæ castra viro, patriamque petente
Non ibit pariter numeris revocata Thrasylli.
Ad primum lapidem vectari cum placet, hora
Sumitur ex libro: si prurit frictus ocelli
Angulus, inspecta genesi collyria poscit,
Ægra licet jaceat, capiendo nulla videtur
Aptior hora cibo, nisi quam dederit Petosyris.

Si

VET. SCHOLIAST.

574. *Non, &c.*] Ut præscia futuri periculi. Thrasillus multarum artium scientiam professus, prostremo se dedit Platonicæ sectæ, ac deinde mathesi: quæ præcipue viguit apud Tiberium, cum quo sub honore ejusdem artis familiariter vixit: quem postea Tiberius in insula Rhodo præcipitare voluit in pelagum, quasi conscium præmissæ dominationis. Quem dolum cum præsensisset, fugit.

576. *Ad primum, &c.*] Si gestari voluerit, horam ex signis eligit convenientem.

580. *Petosyris.*] Alter auctor artis mathematices.

VARIORUM.

574. *Consulitur.*] Id est, quæ ipsa Astrologiam didicit, & ob id ab aliis tanquam peritissima consulitur. *Quæ castra, &c.*] Quæ non una cum viro, sive castra petat, sive è militia domum repetat, proficisci vult, si videat, cœli faciem infortunatam esse per calculationem, numeros, vel Ephemerides Thrasylli, qui fuit nobilis Mathematicus Tiberii tempore. *Idem.*

575. *Revocata.*] Suis astrologicis calculationibus, imminentis sibi periculi præscia, impedita. *Thrasylli.*] Multarum artium scientiam ille professus. Vide Sueton. in Tib. cap. 15. Tacit. Annal. 6. Dio. 55. lib. Hic ponitur pro quocunque Mathematico.

576. *Ad, &c.*] Exaggerat superstitionem illam Astrologicam satis Satyrice. Si illi mulieri placeat curru vel vehiculo vectari ad unum miliare, hora & opportunitas sumitur ex libro mathematico & Ephemeridibus. *Lubin.* Numerabantur enim miliaria per lapides vel columellas lapideas: quæ erant ex instituto Gracchi notis numerorum incisæ. Numerus autem omnium miliarium incipiebat, vel desinebat, in columna aurea, quæ erat in foro Romano, in quam omnes viæ Italiæ finiebant; idque ex Augusti instituto. *Sumitur ex libro.*] Quem supra *tabulam* vocavit, postea *ephemeridas.*

577. *Si prurit.*] Miram superstitionem notat, & irridet. Id est, si vel angulus ocelli fricando attritus prurit, prius inspicit suum thema, vel genituræ suæ calculationem, & tum demum oculorum medicamina adsumit *Idem.* Huc spectat Melampodis liber περὶ παλμῶν, & illud, *Oculus mihi dexter salit.* Ex alicujus enim membri pruritu, antiqui conjicere solebant. *Junius. Erasmus* Cent. IV. Proverb. 37. Chil. II. Ex libris Ἰατρομαθηματικῶν συντάξεων, quando cibus aut catharcticum dandum esset ægrotis, colligebant, & quando quidquam rerum in vita agendarum auspicandum. *Salmasius de annis Climactericis.*

578. *Genesi.*] Nativitatis themate. Quæ Manilio *genitura* dicitur, aliis *horoscopus.*

579. *Ægra, &c.*] Licet morti vicina sit, & cibo salvari possit, illum tamen cibum non prius sumit, quam librum Petosyris Astrologi consuluerit. *Petosyris* Ægyptius, insignis fuit Astrologus, & Medicus, teste Plinio lib. 7. & Suida. *Lubin. Dederit.*] I. e, indicaverit, vel permiserit.

581. Si

Si mediocris erit, ſpatium luſtrabit utrinque
Metarum, & ſortes ducet; frontemque, manumque
Præbebit vati crebrum popyſma roganti.
Divitibus reſponſa dabit Phryx augur, & Indus
Conductus, dabit aſtrorum, mundique peritus,
Atque

VET. SCHOLIAST.

581. *Si, &c.*] Si pauper erit mulier ſuperſtitioſa, in circo quærit quos conſulat. ibi nam antea proponere ſolebant hujus artis profeſſores. *Spatium, &c.*] Quod circulatores hoc conſueverunt adhibere, ut delectis ſibi locis duobus, eos luſtrent, id eſt circueant, deinde per eos ſortes, id eſt, taxillos jactitent, quo exinde, quod ſuæ geneſeos ſignum ſe accommodaverit, inſpiciatur, numquid vivet, & quandiu. Et paucis ex verbis ibidem conſcriptis ſortes educunt ſuas.

583. *Popyſma.* Oris preſſi ſonus, ut labiorum in ſe colliſorum ſtrepitus, qui lætitia prædicere mala * adſolet, vitare vota.

584 *Phryx, &c.*] Ille Phryx qui Romæ moratur. Sunt enim ob hoc qui ab ipſa Phrygia exhibiti ſunt.

VARIORUM.

581 *Si mediocris.*] Dixit de divitibus matronis, earumque ridicula ſuperſtitione; pergit jam dicere de tenuioribus, & mediocris fortunæ mulieribus, quæ non haruſpices & Aſtrologos, ſed ſortilegos adibant. *Spatium, &c.*] I e. Circum inter duas metas, quibus definitum circi ſpatium. Propoſitarum ſcilicet metarum. Sortilegi enim duos locos ſibi eligebant quos luſtrabant & circumibant. Nam in circo maximo circa metas ſolebant conſidere, qui ſortes dabant vulgaribus, ut Acron tradit. *Idem.*

582. *Et ſortes ducet.*] In triviis & compitis erant urnæ, in quas lapilli, aut quæ alia res, conjiciebantur, deinde puer quidam manu ſua educebat. *Frontemque.*] Id eſt, Metopoſcopo frontem introſpiciendam præbebit, profitenti hominum mores, naturas & futuros etiam eventus ex vultu, fronte perноſcere & prævidere, & Chiromanti, ſeu Chiroſcopo, divinanti è lineis & inciſuris manuum, dabit manum inſpiciendam: vati inquam pro mercede poſtulanti *crebrum popyſma*, labiorum inter ſe colliſorum ſtrepitum, oſculum cum ſonitu, vel crebram pertractationem: nam ποππύζειν eſt manu pertractare. *Idem.*

583. *Præbebit.*] Metopoſcopo & chiromanti roganti ſibi manum oſtendi & frontem, ut facere ſolent, præbebit crebrum popyſma, quod eſt, adulabitur & aſſentabitur, captans ejus benevolentiam, ut ſibi fata ſua canat, & eum prope adorabit. *Turneb.* lib. 4 cap. 15 & 5. cap. 23. *Popyſma.*] Proprie eſt, ut ait Vetus Interpres, *oris preſſi ſonus & labiorum in ſe colliſorum ſtrepitus.* Sed quoniam, cum equi ferociores palpo demulcentur & mitigantur, labiorum colliſione hoc fit, hinc etiam factum ut pro manuum tractatione accipiatur. Ergo cum Vates frontis ac manus inſpectione non futura modo prædicebat, ſed etiam præteritos caſus narrabat, crebrum aſſenſum & admirationem expoſcebat, quæ etiam nunc labiorum colliſione exprimitur. Nam quæ de adulatione & adoratione Turnebus affert, forte quia fulgura poppyſmis adorari ſolita tradit Plinius, non ſunt hujus loci. *Ferrar.*

584. *Divitibus, &c.*] Divites adibant augures & aſtrologos quos conſulunt. *Phryx, &c.* Cic. 1. de divinatione, teſtatur, quod Phryges, Cilices, & Arabum natio, ſignificationibus avium plurimum obtemperent. *Et Indus, &c.*] Id eſt, Indus aliquis aſtrologus & Philoſophus, Gymnoſophiſta, Brachmanes, à mulieribus ditioribus conſtituta mercede conductus. Plurimi legunt, *& inde*, id eſt, ex Phrygia. *Lubin.*

585. *Dabit.*] Supp. reſponſa.

586. At-

Atque aliquis senior, qui publica fulgura condit.
Plebeium in circo positum est, & in aggere fatum.
Quæ nudis longum ostendit cervicibus aurum,
Consulit ante Phalas, Delphinorumque columnas,

An

VET. SCHOLIAST.

586. *Qui, &c.*] Condi fulgura dicuntur quotiescunque Pontifex dispersos ignes in unum redigit & tacita ignorataque prece locum aggestione consecratum it. Lucanus:

---- & tacito cum murmure condit,
Datque locis nomen.

587. *Plebeium, &c.*] In circo * in spina hoc ideo quia illic pauperes sortes accipiunt. Vid. Cassiodor. p. 196.

VARIORUM.

586. *Atque, &c.*] Id est, qui habet aliquam publicam curam fulgurum. Nam cum fulgura cadebant, aderant expiatores, qui locum cæsis bidentibus expiarent; quadam tacita prece colligebant reliquias aut vestigia fulminis, & ibidem sepulcro condebant, transferre enim nefas. Eum locum deinde sepiebant cespite, sacrum & inaccessum habebant (sic & illi, qui fulmine icti, terra condebantur non ut cæteri cremabantur) quem locum clausum & septum *bidental* appellabant. *Lub. Senior.*] Presbyter, Sacerdos. *Qui publica fulg.*] Hetruscus fulguritorum conditor & expiator. Pers. Satyr. 2. vers. 26.

587. *Plebeium, &c.*] Ait jam rursus quos vates tenuiores, & plebeii habeant. id est, Responsa quæ dantur plebeis de fato, i. e. de iis quæ imminent, habentur ex divinatoribus qui in circo habitant. Plebei vates, homines vilissimi & ἀγύρται, ludii, astrologi, conjectores fanatici in circo morantur aut sedent, & in aggere Tarquinii Superbi, qui est ad Circum. Horat. itaque appellat *Fallacem circum*: de his Ennius: *Non vicanos haruspices, non de circo astrologos &c.* Farnab. *Parrhasius* ad Cicer. Mil. 832. m. *In circo.*] In ludis Circensibus. *In aggere.*] Qui erat ad circum. De aggere Tarquinii Superbi intelligit Britannicus.

587. *In Aggere.*] Vetus Interpres, *in circo, in spina* addenda vox est supplendo hiatui, *in aggere, in spina.* Nam spina agger dictus; paries medium circum, sicut spina dorsum, intersecabat. Plebejum ibi fatum positum, quia ut idem ait illic pauperes sortes accipiebant. *Ferrar.*

588. *Nudis cervicibus.*] Hic plebeiam mulierem inducit Poëta, nudis cervicibus longum aurum sive monile gestantem. Quod quia vix credibile viris doctis visum est, pro *nudis*, *nullis* reposuerunt, cum nihil opus sit correctione, verbis illis vitæ liberioris mulierem denotantibus. Nam cum matronæ ita stola talari & manuleata opertæ essent, ut nihil præter faciem appareret; contra libertinæ & quæ licentiam stupri vulgaverant, non cervice modo, sed humeris atque lacertis conspicuis ac seminudis erant. Nuda ergo cervice monile suspendebant quibus stolæ cuncta operientis jus non erat. Sed quid opus conjectura? Nonne Ovidius hæc clare lib. 1. de rem. Am.

Auferimur cultu: gemmis auroque teguntur
Omnia: pars minima est ipsa puella sibi.

Atqui paulo post subjungit:

Thais in arte mea est, lascivia libera nostra est,
Nil mihi cum nupta: Thais in arte mea est.

Sed quod magis mirum jure videbitur, iisdem (lib. 2. de arte am.) etiam purpuram & quidem Tyriam adsignat, vestemque auratam. *Ferrar.*

589. *Fala, &c.*] *Fala* & Delphini in Circo. Ibi viles & triviales Astrologos consulunt plebeiæ fœminæ. *Phalas*] Falæ nihil aliud quam obelisci aggeri impositi, instar turrium sublimes

Ibid. *Delphinorumque.*] Delphini & ova machinæ ligneæ, delphinorum & ovorum figurâ, ad quadrigarum curricula numeranda & distinguenda, ut ad singula spatia & metæ flexus, qui septem erant, ovum ligneum quod erat exemptile auferretur, ex quo numerus curriculorum

An saga vendenti nubat caupone relicto.
Hæ tamen & partus subeunt discrimen, & omnes
Nutricis tolerant fortuna urgente labores;
Sed jacet aurato vix ulla puerpera lecto.
Tantum artes hujus, tantum medicamina possunt,
Quæ steriles facit, atque homines in ventre necandos
Con-

VET. SCHOLIAST.

590. *An saga, &c.*] Negotiatori sagario.

592. *Fortuna urgente.*] Cogente paupertate, non solum partus periculum, sed etiam educationis subeunt laborem.

593. *Sed jacet.*] Vix est ut puerperium sustineat dives mulier. Nam sterilitatis, aut abortus poculum sumit ab obstetrice, aut malefica. Puerpera dicitur puella, quæ primitus parit.

VARIORUM.

culorum intelligebatur. *Panvinius.* Hæc de ovis recte se habent, sed cur Delfines apponerentur qui explicaret nondum reperi. Cum quatuor essent Circi factiones, à tunicæ coloribus distinctæ, Veneta, Prasina, Alba & Russata: duæ tamen præcipuæ Veneta & Prasina; (nam altera Venetæ altera Prasinæ adhærebat) & Venetæ quidem tunica cærulea à colore maris, Prasinæ viridis sive à porraceo colore sive à terra viridante erat. Cum ergo duæ illæ factiones in Circo de victoria bigis & quadrigis certarent, ut intelligeretur quænam prius septies metam flecteret, necesse fuit utriusque factionis curricula denotari; nec ova utrique factioni curriculorum numerum notare poterant, unde etiam Delfines appositi. Cumque Venetæ factionis agitatores essent rei maritimæ studiosi; Prasinæ autem reliquus populus, continentis incola, ut agricolæ, mercatores &c. Hinc factum ut Venetæ aurigationis nota Delfinus esset, Prasinæ autem ovum seu lignea ovalis machina. Hinc etiam factum suspicor ut in argenteis nummis Romanarum familiarum, sub bigis aut quadrigis modo tridens modo spica conspiciatur, ut illo Venetorum victoria, hæc Prasinorum indicaretur. *Ferrar.*

590. *An saga.*] An caupone priore marito deserto, vel mortuo, negotiatori sagario, qui saga & alias vestes militares vendit, nubere debeat. Caupo enim est, qui institoriam tabernam exercet. *Lubinus.* *An nubat.*] I. e. Consulit, an fatis sibi datum sit & liceat.

591. *Hæ tamen.*] Pauperculæ. Excusat jam tenuiorum mulierum superstitionem, quæ tamen labores partus subirent, & transit ad ditiorum scelera, quæ partus dolores subire nolentes, per potiones partus abigebant. *Partus discrimen.*] Nam quæ pariunt in summo versantur periculo. *Et, &c.*] Id est, educant. *Idem.* Quasi, quæ ob inopiam liberos nutricibus alendos tradere non possunt.

592. *Fortuna, &c.*] Paupertate, & partus & educationis labores subeunt. *Urgente.*] Rei familiaris angustia cogente. *Idem.*

593. *Sed, &c.*] Dives mulier, quæ in aurato lecto jacet, nunquam est puerpera. Partus enim dolorem sustinere non vult. *Idem.*

594. *Tantum, &c.*] Obstetricis; vel veneficæ malæ artes & veneficia, quæ suis potionibus mulieres facit steriles. *Medicamina.*] Venena partum exstinguentia & expellentia. *Idem.* Non est, inquit, mirum, si mulier dives non concipiat, aut partum abigat: nam hoc possunt artes mulieris veneficæ.

595. *Atque, &c.*] Id est, quæ pro mercede constituta conducit homines in utero matris conceptos & formatos necandos & expellendos. Nota, quod foetus conceptos, *homines* appellet.

596. Gua-

Conducit: gaude infelix, atque ipse bibendum
Porrige quidquid erit: nam si distendere vellet,
Et vexare uterum pueris salientibus, esses
Æthiopis fortasse pater, mox decolor hæres
Impleret tabulas, nunquam tibi mane videndus.
Transeo suppositos, & gaudia, votaque sæpe
Ad spurcos decepta lacus, atque inde petitos
Pontifices Salios, Scaurorum nomina falso
Corpore laturos. stat Fortuna improba noctu,

Arri-

VET. SCHOLIAST.

602. *Ad spurcos, &c.*] Illuc nam deferebantur expositi partus, atque ibi projiciebantur. decepta autem vota, quia suppositus est filius, id est, factus nobilis ex supposito.

VARIORUM.

596. *Gaude, &c.*] Apostrophe ad infelicem maritum. Id est, tu ô miserrime, gaude cum uxor tua abortum facit, & non dole. *Idem. Ipse, &c.*] Ut partum abigat, quem non ex te, sed forte ex Æthiope adultero suscepit.

597. *Quidquid erit.*] Veneficii vel potionis ad abigendum partum; ut citius & certius abortum faciat. *Nam si distendere.*] Id est, si uxor tua adultera gravida fieri, & uterum suum implere ac distendere vellet, ipsumque vexare & aggravare pueris salientibus usque ad legitimum tempus partus: tunc tu fortassis appellareris pater Æthiopis, tanquam illum ex te concepisset. *Lubin.* Salire autem dicuntur & moveri incipere mares quadragesimo post conceptum die, fœmellæ nonagesimo.

599. *Mox, &c.*] Scoptice hæc dicit, Sensus: & postea hunc nigrum & decolorem filium, non tuum, sed servi Æthiopis, ex testamento hæredem constituere cogereris, qui testamenti tui tabulas esset impleturus & hæres futurus solus & ex asse. *Idem.*

600. *Nunquam, &c.*] Hoc eo dicit. quia inauspicatum habebatur, si Æthiops mane primus alicui occurrisset, & credebatur mali quippiam portendere. *Lubin.* Unde supra: *Et cui per mediam nolis occurrere noctem.*

601. *Transeo, &c.*] Per occupationem. Sic Horat. *Complures alios, doctosque ego quos & amicos Prudens prætereo.* Jam illas notat, quæ se gravidas simulabant, cum per mollitiem partus ærumnas subire nollent, & tamen videbant maritos suos desiderio puerorum teneri. *Suppositos*, pro legitimis suppositos, & acceptos ementito partu, maritis tanquam de se natos obtrudebant. Et hos nobiles matronæ pro suis educabant. *Gaudia, &c.*] Qui de suppositis tanquam ex se natis gaudent, & vota pro illis nothis & spuriis tanquam ex se natis & legitimis concipiunt.

602. *Ad, &c.*] Intelligit lacum Velabrensem immundum. Eo enim deferebantur, & exponebantur spurii: Unde nobiles matronæ pueros inventos petebant & asportabant, & pro suo partu maritis ostendebant. Qui postea tanquam nobiles ad magnos honores evehuntur, eliguntur pontifices maximi, & Salii sacerdotes Martis. Hæc autem dignitas summa erat. *Lubin.* Vide Parrhas. ep. 28.

603. *Salios.*] Martis sacerdotes. *Scaurorum, &c.*] Qui nobilissimorum Romanorum liberi creduntur, & Scaurorum, sive aliorum quorumlibet nobilium, nomina ferunt. Sed *falso corpore*, & supposito, quod non à Scauris, sed à ganeone forte habent. *Idem.*

604. *Stat, &c.*] Indicat, quamquam miris modis fortuna talibus nothis & spuriis tanquam suis filiis faveat, & ad

divi-

Arridens nudis infantibus. hos fovet omnes,
Involvitque sinu: domibus tunc porrigit altis,
Secretumque sibi mimum parat. hos amat, his se
Ingerit, atque suos ridens producit alumnos.
Hic magicos affert [illegible], hic Thessala vendit
Philtra, quibus valeat mentem vexare mariti,
Et solea pulsare nates. quod desipis, inde est,
Inde animi caligo, & magna oblivio rerum,

Quae

VET. SCHOLIAST.

606. *Domibus, &c.*] Nobilibus.

608. *Producit.*] Tanquam suos [illegible].

609. *Hic, &c.*] [illegible] qui aliter, qui cantus magicos nobis [illegible] [illegible] superstitiose vendat. *Thessala,* [illegible].

611. *Quod desipis.*] [illegible] ad maritum.

612. *Inde, &c.*] * Tondit [illegible] morbus.* Caligulam significat Caesarem, quem adeo medicatis potionibus uxor Caesonia in amorem suum deduxit, ut de nimia impatientia furens, saepe eam nudam amicis ostenderet.

VARIORUM.

divitias & honores evehat. Hinc apud nos notum proverbium: *Die Huren Kinder haben das beste Glücke.* Sic Horatio *fortunatissimus fortunae filius. Improba.*] Caeca, stolida, & sine ratione agens, astat nocturno tempore nudis illis, & miseris infantibus cum favore adridet. *Idem.*

605. Nudis.] Expositis nudis. *Hos, &c.*] Omni ope humana destitutis subvenit fortuna, & sinu suo, quasi affectu aliquo materno, involvit. *Lubin.*

606. *Domibus, &c.*] Nobilibus familiis. Id est, ut nobiles matronae illos pro genuinis, maritis suis obtrudant. *Idem.*

607. *Secretumque sibi.*] Facit ex humili praealtum, ex obscuro nobilem. *Mimum* ait *secretum:* nam ut mimus modo personam pauperis, mox divitis repraesentabat, ita etiam hi pueri. *Secretum sibi:* nam adulterae conjugi hoc solum fuit notum. *Idem. Mimum.*] Ludum & varium jocum ex his suppositis capturum. *Farnab. His, &c.*] Id est, in hos se & sua dona largiter profundit.

608. *Atque suos.*] Suos alumnos miserrimos pueros ad summos honores, maximas divitias producit. Alii, [illegible]. *Ridens.*] Fortuna, jocans ac favens. *Idem.* Quae facit magna gaudia ex malis, & mala [illegible] ex maximis gaudiis. *Grang.*

609. *Hic, &c.*] Nunc invehitur in amatoria & magicas artes mulierum, quae viros etiam in furorem compellant. *Brit. Magicos, &c.*] Necromanticas incantationes. *Thessala, &c.*] Nam Thessalia veneficiis olim abundabat, teste Apuleio lib. 1. Florid. Est autem *philtrum*, poculum amatorium. *Lubinus.*

610. *Quibus, &c.*] Torquere prae amore, & furiosum ac dementem reddere. *Idem.*

611. *Et solea.*] Ita sibi subjicere, ut pro libidine eos tractare, & quidquid in illos mulieres velint, possint, ut calceamentis suis muliebribus maritorum nates imperiose & petulanter pulsare possint: quod evenire solet [illegible]. Terent.

Mitigari tibi videam sandalio caput.

Et Persius Sat. 5. vs. 149.

Solea puer objurgabere rubra.

Quod desipis.] Id est, quod insanus es, quod à sano & communi sensu declinas. *Inde est.*] Ex illo philtro & amatoriis hoc provenit.

612. *Inde, &c.*] Offuscatio & caecitas mentis, ac per hoc ignorantia: hi enim effectus philtrorum. *Idem.*

613. Ta-

Quas modo gessisti. tamen hoc tolerabile, si non
Et furere incipias; ut avunculus ille Neronis,
Cui totam tremuli frontem Cæsonia pulli
Infudit. quæ non faciet, quod principis uxor?
Ardebant cuncta, & fracta compage ruebant,
Non aliter, quam si fecisset Juno maritum

Insa-

VET. SCHOLIAST.

613. *Tamen hoc tolerabile, si non.*]
Semper aquam portes rimosa ad dolia: semper
Istud onus subeas ipsis manantibus urnis,
Quod rabidum nostro Phalarim de rege dedisti
Et furere, &c.
Qui versus referuntur à Probo.

615. *Tremuli, &c.*] Mox scillicet nati equini, cui in fronte pileum ut pellicula erepta, præstat amorem: ut Virgilius:
Quæritur & nascentis equi de fronte revulsus,
Et matri præreptus amor.---

616. *Quæ. &c.*] Si regina hoc fecit, quanto magis aliæ mulieres?

617. *Ardebant, &c.*] Sonante Claudio scilicet ex furore.

618. *Non aliter, &c.*] Furor ille, quem Cæsonia avunculo Neronis immisit, multis nocuit per unum. Nam in multos sæviebat unius Imperatoris insania, ut si per * Jovis insaniam totus mundus agitetur.

VARIORUM.

613. *Tamen, &c.*] Quod magicis illis philtris, bardus, stupidus, & oblivio sus evadas. *Idem. Si, &c.*] Si modo prorsus furiosus & insanus non reddaris.

614. *Ut, &c.*] Id est; Cæsar Caligula, quem Cæsonia perditæ lasciviæ, uxor medicatis potionibus adeo in sui amorem pellexit, ut nimia amoris impatientia, fureret. Sueton. Calig. c. 50. *Idem.*

615. *Cui, &c.*] Id est, Hippomanes, vel totam illam carunculam, quæ pullo equino recens nato fronti adhæret. Virgil. de quo supra. *Tremuli.*] Recens nati, frigore trementis. *Lubinus. Tremuli, &c.*] Interpres vetus pileum interpretatur, & pelliculæ instar esse ait. Quod nescio quomodo convenire possit cum Aristotele & Plinio, qui tuberculum esse produnt, caricæ simile. Nec enim *pileum* dici potest hujusmodi parva caruncula fronti innata. Sed τὸ χόριον confudit ille Scholiastes, hoc est, membranam sive pelliculam, qua involvitur foetus, quamque adeo equa ante partum projicit. Et πίλιον vocabatur illa membrana. *Salmasius. Infudit.*] i. e. bibendam dedit: sic Horat. epod. v.
——— *Majus infundam tibi Fastidienti poculum.*

616. *Quæ, &c.*] Id est, si regina Imperatoris conjux hoc fecit, quo magis aliæ mulieres. *Lubin.* Reliquæ mulieres dignioris exemplo commotæ idem facere non verebuntur.

617. *Ardebant, &c.*] Id est, universa in Imperio Romano tanquam igne quodam furore Imperatoris ardebant & absumebantur, & universa ruebant compage & vinculo imperii quasi fracto & soluto, non secus ac si nutassent res cælestes, Jove in furorem verso. Reip. enim caput & colligatio princeps: quo perturbato & ipsa perturbatur. Irrisorie autem Caligulam cum Jove confert. *Idem.* Addit Vet. Scholiast. *Sonante Claudio ex furore:* quæ adulterina, ut probum nummum accepit Autumnus. Mala enim manu fuerat scriptum *Claudio* pro *Cajo*, Caligula scilicet, qui apud Autores Cajus, & Cajus princeps simpliciter nominatur. *Grang.*

Insanum. minus ergo nocens erit Agrippinæ
Boletus: siquidem unius præcordia pressit
Ille senis, tremulumque caput descendere jussit
In cœlum, & longa manantia labra saliva.
Hæc poscit ferrum, atque ignes, hæc potio torquet:
Hæc lacerat mixtos equitum cum sanguine patres.
Tanti partus equæ, quanti una venefica constat.

Ode-

VET. SCHOLIAST.

619. *Minus, &c.*] Exemplum de Agrippina, quæ principem Claudium maritum suum veneno necavit, ut filio suo Neroni conferret imperium. Agrippina mater Neronis. Cæsonia uxor. Agrippinæ maritus Claudius.

621. *Descendere, &c.*] Ridens, pro ad inferos, & apotheosin deridet. Deum fecit Imperatorem.

621. *Et, &c.* Senem dicit.

623. *Hæc, &c.*] Quam Caligula scilicet bibit, temperatam à Cæsonia uxore sua.

624. *Mixtos, &c.*] Id est, omnes ordines sine distinctione occisos.

VARIORUM.

619. *Minus, &c.*] Jam satius esse ait hominem prorsus e medio tollere, quam insanum reddere. Et ratio valet: Nam mortuus non mordet. Id est, tolerabilius est peccatum Agrippinæ, quæ Claudium boleto venenato interemit, ut filio Neroni imperium conferret, quam Cæsoniæ, quæ Caligulam furiosum reddidit. Porro de hoc Agrippinæ facto, & boletis dictum Satyr. 5. *Idem.*

620. *Boletus.*] Quo venenato sustulit Claudium Imperatorem. *Siquidem hujus.*] Probat, quod dixit. Id est, boletus ille unum Claudium tantum è medio sustulit, & statim mortuus est post acceptum boletum. Sed Caligula furiosus, in multos & plurimos sæviit. *Idem.*

621. *Senis.*] Nam excessit annum ætatis 65. *Tremulumque caput.*] Ob senilem ætatem, vel ob naturæ vitium. Sueton. Claud. 3. cap. *Descendere, &c.*] His verbis nil falsius & mage mordens: Quia ille qui ab hominibus inter divos relatus, à Diis in Orcum tractus fuit. More suo contraria conjungens, & Scoptice irridens ἀποκολοκύντωσιν Claudii, de quo vide Senecam in Ludo, ubi ait Claudium cœlum adscendisse, sed decreto Deorum ad inferos fuisse detrusum. *H. Junius* Animadv. libro 1. capite 17.

622. *Et longa.*] Labra longa, saliva fluentia & madida *Lubinus.* Nam sic de eo narrat Suetonius: *Caputque tum semper, tum in quantulocunque actu vel maxime tremulum; erat & spumante rictu, humentibus naribus.* Dio notat & tremulas habuisse manus & ex capitis tremore linguæ titubantiam. Alii leg. *longam salivam.*

623. *Hæc, &c.*] Contra Cæsoniæ potio, furore imperatoris, multos ferro necavit. Vide Suetonium *Lubinus.* *Hæc torquet.*] Id est, hæc potio est in caussa, ut homines variis cruciatibus afficiantur & torqueantur à Caligula. *Britan.* Hæc ergo potio & philtrum Cæsoniæ Caligulam in furiosam crudelitatem impulit. Exquisitum aliquod veneni genus placebat, quod turbaret mentem & mortem differret Tacit. 12. Annal.

624. *Hæc, &c.*] Nam quæstorem flagellavit, horreis præclusis populo famem indixit. Sine discrimine autem ordinem Senatorium, equestrem, plebeium, igni & ferro laceravit. *Lubin.* Atque identidem exercituum cædes, famem, pestilentiam, incendia, hiatum aliquem terræ optabat.

625. *Tanti, &c.*] Id est, tanti constat Hippomanes, vel tantum mali intulit, quantum ab una venefica proficisci potest. Vel, si per Hippomanes tanta calamitas imperio Romano invecta est, quan-

Oderunt natos de pellice: nemo repugnet,
Nemo vetet: jamjam privignum occidere fas est.
Vos ego pupilli moneo, quibus amplior est res,
Custodite animas, & nulli credite mensæ:
Livida materno fervent adipata veneno.
Mordeat ante aliquis: quidquid porrexerit illa,
Quæ peperit, timidus prægustet pocula papas.

Fingi-

VET. SCHOLIAST.

626. *Oderunt*, &c.] De priore uxore, aut certe de amica.

627. *Jam*, &c.] Exemplum & in Agrippinam, quæ privignum suum Britannicum veneno necavit, ut filio suo Neroni conferret imperium.

629. *Et*, &c.] Nec maternæ.

630. *Livida*, &c.] Dulcia placenta veneno plena. *Lævida*, &c.] Lævida, lubrica, dulci suffusa succo. Sequuntur duo versiculi,

Mordeat ante aliquis, quicquid porrexerit illa
Quæ peperit, timidus prægustet pocula pappas.

qui in aliis non sunt.

VARIORUM.

quantas clades venefica excitare potest, quæ venenis aliis innumeris & infinitis armata est. Pro *quanti*, quidam contendunt, legendum esse *tanti*. Ut idem sit bis repetitum, atque ita hac acclamatione summa Poëtæ indignatio ostendatur: sic

Tantum artes hujus, tantum medicamina possunt.
Tantum admirari, tantum laudare diserto.

Et hic sit sensus: non jam opus est impensis in conducendis veneficis, satis est, si comparetur caruncula, quæ nascitur in fronte equæ.

626. *Oderunt.*] Alia scelera mulierum taxat; quod non solum è pellice & concubina natos oderint, & si possint, interimant, quod quodam modo excusari posset, cum hoc odium naturale sit, & Junonis exemplo comprobatum. Verum etiam privignos, imo proprios filios ob pecuniam & opes veneno interimant. *Nemo*, &c.] Concessio. Leve id vitium esse ostendit. *Lubin.*

627. *Jam*, &c.] Imo privignos etiam immerentes & innoxios è medio tollunt, & existimant peccatum non esse. Sic Agrippina privignum suum Britannicum veneno sustulit, ut ad filium Neronem imperium transferret. *Idem.*

628. *Vos*. &c.] Verba Poëtæ, & ratio cur non nefas sit privignum occidere vel pupillum, eo quod mulieres Romanæ proprios liberos divitiarum cupidine inductæ, interimant. *Pupilli.*] Quibus pater mortuus est, qui estis sub tutore. *Idem. Amplior est res.*] Ejus contrarium res angusta: significat ergo divitias & lautum patrimonium. *Custodite animas.*] Vivite circumspecti & cauti, curam habete vitæ vestræ.

629. *Mensa.*] Cibo in mensa apposito, à noverca vel matre dato. *Idem.*

630. *Livida*, &c.] Id est, pinguia fercula adipe plena, veneno infecta, & livorem inducentia, admodum frequentia sunt, veneno à matribus dato. *Idem.*

631. *Mordeat*, &c.] Id est, cibos & potus à matre propria liberis datos aliquis prægustator prælibet, & papas, vel ille qui pueros alit, pocula præbibat, *Mordeat.*] Prægustet. *Idem.*

632. *Quæ*, &c.] Ipsa mater, quæ ut gratificetur secundo marito, veneno non raro tollit filios ex priore marito, ut ad illum rem integram deferat, infra de Pontia. *Timidus.*] Metu veneni scilicet. *Lub. Papas.*] Pædagogus vel pupilli custos. *Pappa* enim lingua infantulorum est patri.

Fingimus hæc, altum satyra sumente cothurnum,
Scilicet, & finem egressi, legemque priorum,
Grande Sophocleo carmen bacchamur hiatu,
Montibus ignotum Rutulis, cœloque Latino.
Nos utinam vani: sed clamat Pontia, feci,
Confiteor, puerisque meis aconita paravi,

Quæ

VET. SCHOLIAST.

633. *Fingimus.*] Anthypophora. dices forte, quod de proposito egressus, Satyram dimisi, & ad Tragœdiam me contuli, fingens dicta. Sed Pontia non negat, se fecisse. Igitur quod ait, legem priorum, id est, Satyræ propositæ.

635. *Grande, &c.*] Id est, Tragœdiam scribimus,

637. *Nos, &c.*] Utinam nos hoc mentiremur, & non rea facti confiteretur. Pontia Publii Petronii filia, quam Nero convictam in crimine conjurationis, damnavit, defuncto marito filios suos veneno necasse convicta, cum largis se epulis onerasset, & vino venis incisis saltans, quo maxime studio oblectabatur, extincta est.

VARIORUM.

ter. Mos vero prægustandi cibos & potum, libera repub. ignotus fuit, cœpitque sub Augusto. Prima origo à regibus Persarum, ut conjicit *Lipsius* ad XII. Annal. Tacit. *Parrhas.* Duo quoque ordines prægustatorum in mensa fuerunt, Alii enim cibum, & hi *κατ' ἐξοχὴν prægustatores* Alii potum explorabant, & hi *A potione* dicebantur. Erant etiam in coquina prægustatores, quorum munus erat ex gustu judicare, an esculenta bene essent cocta & condita. illi *Cocistrones* vocabantur. Meurs. exercit. Critic. part. II. c. III.

633. *Fingimus, &c*] Anthypophora & objectio. Dicas forte, quod à propositi mei finibus egressus, non Satyram, sed Tragœdiam scribam, & incredibilia proferam, ut finxisse videri quam. Sed utinam fingeremus, & mendaces essemus! Verum proh dolor! hæc, quæ dico sunt verissima. *Satyra, &c.*] Id est, assumente sublime dicendi genus, quale in Tragœdiis. *Altum.*] Vel quod calceus ille altus esset, ad majestatem personæ agentis adjuvandam. Vel ob res & verba quæ tractantur alta, vix credibilia. *Lubin.*

634. *Et, &c.*] Limites & terminos illorum, qui ante me Satyras scripserunt, prætervimus. *Legum priorum*, à prioribus quasi latarum, quæ adeo horrenda scelera Tragica, suis Satyris non inseruerunt.

635. *Grande, &c.*] Sublime Tragicum carmen, tanta vocis contentione & hiatu, quo Sophocles usus est, & qui tragœdiæ proprius, ira & indignatione furiosi, debacchamur. *Idem. Bacchamur.*] Poëtico instinctu *furore*, canimus Tragica. *Farnab.*

636. *Montibus, &c.*] Id est, quod quidem carmen nemo unquam in Latio ante me cecinit in Satyris suis: Id est, nunquam fuit auditum in his regionibus, tale scelus perpetratum fuisse, quodque à Poëtis celebratur, ut mater proprios filios necaverit *Rutulis.*] Populi sunt Latii, quibus Turnus imperavit: & per hos, Romanos intelligit. Nam Latinus Rex habuit regnum finitimum cum Rutulis. *Britann.*

637 *Nos, &c.*] Respondet Poëta ad objectionem. Utinam hæc Tragica vera non essent, & à nobis tantum fingerentur. *Sed, &c*] Non autem sumus vani. Nam Pontia se hujusmodi scelera admisisse, & ut adultero nuberet suos duos filios veneno absumere voluisse, confitetur, & clamat: *Feci ego hoc.* Pontiam hanc Publii Petronii filiam fuisse ajunt. *Janus Parrhasius* Epist. 28. alii, Vectii Bolani uxorem fuisse. *Lubin.* Sic quidem Parrhas. & Lubin. Sed illa tantum tentavit filios è medio tollere, non perfecit

Loqui.

Quæ deprensa patent. facinus tamen ipsa peregi.
Tune duos una sævissima vipera cœna?
Tune duos? septem, si septem forte fuissent.
Credamus tragicis, quidquid de Colchide torva
Dicitur, & Progne. nil contra conor, & illæ
Grandia monstra suis audebant temporibus: sed
Non propter nummos. minor admiratio summis
Debetur monstris, quoties facit ira nocentem
Hunc sexum. rabie jecur incendente feruntur

Præ-

VET. SCHOLIAST.

642. *De*, *&c.*] De Medea. Progne filium suum occidit, propter sororem à marito stupratam.

VARIORUM.

Loquitur ergo de Titi Pontii filia, Drymionis uxore, quæ duos filios consumsit veneno. Ut testatur Vetus lapis:

Pontia Titi Pontii filia hic sita sum &c.

639. *Quæ*, *&c.*] Id est, quæ venena à me parata, vel quæ parricidia à me patrata, palam deprehensa patent, ut ulteriori quæstione non sit opus. *Idem.*

640. *Tune*, *&c.*] Exclamatio Poetæ cum admiratione. *Sævissima*, *&c.*] Respicit ad crudelitatem viperarum, quæ maritos inter concumbendum interimunt, & è natis postea talionis pœnam recipiunt. *Plin.* lib. 8.

641. *Septem.*] Respondet bestia illa & vipera Pontia: Imo septem voluissem interimere, si septem fuissent. Monstrosa crudelitas notatur. *Lubin.* Vel pergit Poëta indignabundus: Adeo crudelis fuisti, ut non solum crediderim te duos filios potuisse occidere, sed etiam septem, si septem tibi fuissent.

642. *Credamus*, *&c.*] Poëtæ verba. Jam harum mulierum scelerum magnitudine inductus, adfirmat illa fabulosa non esse, quæ Tragici dixerunt de Medea, aut Progne: quæ præ zelotypia proprios liberos interemerint. Vel hic sensus est, Fabulosa omnino sint, quæ à Tragicis referuntur de matribus, quæ necaverint liberos, sed putemus esse vera, tamen in ejusmodi fabulis nulla mater fingitur, quæ filios ob aliquod præmium interemerit, sed ex ira, aut propter aliquem saltem dolorem. *Torva*] De crudeli & immani illa Medea è Colchide, quæ liberos in conspectu patris Jasonis trucidavit *Idem.*

643. *Progne.*] Quia filium Itym trucidatum & coctum marito Tereo epulandum apposuit, quod sororem Philomelam adulterio incesto constuprasset, eique linguam præsecuisset. *Nil*, *&c.*] Nihil contradico, concedo illa jam esse verissima *Idem.*

644. *Et illæ Grandia*, *&c.*] Progne etiam & Medea suis seculis grandia scelerum monstra & prodigia, & quæ præter naturam perpetrare ausæ sunt. *Idem.*

645. *Sed*, *&c.*] Ut jam fieri videmus. Ostendit pejores esse sua ætate mulieres, quæ ob numos & ex cupiditate lucri filios suos interimant; cum Progne & Medea amoris & iræ impatientia illud fecerint. *Minor*, *&c.*] Minus quis demirari debet scelerum monstra in mulieribus. *Lubin. Summis monstris.*] i. e. maximis sceleribus.

646. *Quoties ira.*] Quoties mulieres ira incensæ in filios proprios sæviunt. *Idem.* Nam, ut inquit Ecclesiast. c. 25. *non est ira super iram mulieris.* & Pub. Syrus, *Aut amat, aut odit fœmina, nil est tertium.* Est autem hic intelligenda, quæ ab injuria, vel vera, vel quam sibi fingunt, descendit.

647. *Rabie.*] Id est, cum iræ & furoris rabies illas incendit & inflammat, in vindictam & scelus præcipites agitantur. *Idem. Feruntur*, *&c.*] Non leviore ruinâ, quam prærupta & ruinam mini-

tan-

Præcipites: ut saxa jugis abrupta, quibus mons
Subtrahitur, clivoque latus pendente recedit.
Illam ego non tulerim, quæ computat, & scelus ingens
Sana facit. spectant subeuntem fata mariti
Alcestim, & similis si permutatio detur,
Morte viri cupiant animam servare catellæ.
Occurrent multæ tibi Belides, atque Eriphylæ:

Mano

VET. SCHOLIAST.

648. *Ut, &c.* Virgil.
Excisum ut olim montes.

650. *Quæ, &c.*] Quæ propter avaritiam peccat, ut Eriphyle, quam dicunt donis sollicitatam maritum coegisse, ut iret ad bellum, & mortuus est.

651. *Spectant.*] In theatro * parapallium.

652. *Si, &c.*] De vita mariti, aut catuli.

654. *Belides.*] Danaides, quæ pro patre suo maritos occiderunt. *Atque, &c*] Eriphyle uxor Euryphili, filii Telephi: qui Telephus cum venisset ad auxilium Priamo, plagatus est ab Achille, & cum non posset curari, sortitus est ab Achille se solo posse curari. Venit supplex. Petiit se curari, promisso hoc, ut nunquam jam auxilium ferat Trojanis, nec ipse, nec de suis aliquis. curatus est. recessit. Post mortem hujus, filius Euryphilus vir fortis fuit. Hunc sæpius ad auxilium petit Priamus. ille negavit, monitus scilicet a patre suo. Ergo cum non posset aliter Priamus eum solicitare, fecit vitem ex auro, & misit ad uxorem ejus Eriphylem. Hæc accepto munere tanto, marito persuasit venit in Trojam auxilium ferens. Hunc occidit Pyrrhus filius Achillis.

VARIORUM.

tantia fuga montium, subducto clivo cum radicis parte.

648. *Ut, &c.*] Quia *præcipites* dixit, jam describit quasi præcipitium & rapidam incitatæ iræ vim. Cum tanta animi concitatione & impetu feruntur & abripiuntur, ut saxis non dissimiles sint, quæ suo pondere ab jugis montium avulsa abripiuntur: quæ tanto vasto impetu ruunt, ut nullo robore humano inhiberi possint. *Quibus, &c.*] Inferior, cui incumbebant. *Idem.*

649 *Clivoque, &c.*] Cum latus, vel magna montis portio recedit, & avellitur à clivo pendente, prono & ruinam minitante, quæ postea immenso impetu deorsum ruit. *Idem. Recedit.*] I. e. retrocedit, labitur.

650 *Illam, &c.*] Illa mulier Romana omnium pessima est, quæ non ira inducta maximum scelus designat, sed ad facinus perpetrandum, consulto & animo quieto accedit. *Computat.*] Quæ deliberat & ratiocinatur, quo pacto scelus commodissime sit incœptandum. *Lubinus.* Vel, quot nummi, si occiderit filium, ei evenire debeant. *Grangæus.*

651. *Sana facit.*] Non furore iræ quasi insaniens, sed *sana* & ratione constans, & animo placido & quieto. *Spectant, &c.* Sensus est: Mulieres Romanæ in theatris spectant, singulare illud exemplum repræsentatum in ludis, de Alceste, quæ regis Thessaliæ Peliæ filia fuit, & pro viro suo Admeto mortem subire voluit. Ille enim gravi morbo oppressus, ex Oraculo didicit, sanari non posse, nisi inveniret, qui pro se sponte mortem subire vellet. Cum in toto regno nemo inveniretur, demum fidissima conjux inventa est, quæ pro eo mori voluerit *Diodorus* l. 5. *Subeuntem.*] Mariti Admeti vitam sua morte redimentem.

652. *Et, similis.*] Id est, si oraculo Apollinis consimilis permutatio daretur, & mulieres sua morte virorum suorum mortem possint avertere. *Lubinus.*

653. *Cupiant, &c.*] Mallent vitam catellæ in deliciis habitæ potius servare, quam viri. *Idem.*

654. *Occurrent, &c.*] Id est, quoquo

si

Mane Clitemnestram nullum non vicus habebit.
Hoc tantum refert, quod Tyndaris illa bipennem
Insulsam, & fatuam dextra lævaque tenebat:
At nunc res agitur tenui pulmone rubetæ:
Sed tamen & ferro, si prægustaret Atrides
Pontica ter victi cautus medicamina Regis.

VET. SCHOLIAST.

655. *Mane, &c.*] Quæ maritum suum occidit Agamemnonem.

656. *Bipennem.*] Hoc interest, quod illa securi occidit.

658. *Rubeta.*] Ranæ, cujus viscera venenosa sunt.

659. *Sed, &c.*] Aliquotiens gladio, si jam manducaverit maritus quod veneno obsit.

660. *Pontica, &c.*] Mithridatem dicit, quem Lucullus, & Sylla, & Pompejus vicerunt. ideo ter victi. hic tale sibi fecit medicamentum, ut non posset aliquando veneno perire.

VARIORUM.

te in urbem circumagas, multas Belidas & Eriphylas, paucas Alcestides invenies. *Belidas.*] Danai filiæ, Belides ab avo, vel Danaides à patre dictæ, quæ 50. numero, patrui sui Ægypti filios totidem sponsos suos, prima nocte jussu patris omnes interemerunt. De Belidibus *Ovid.* IV. Metamorph. *Eriphyla.*] Quæ vatem Amphiaraum conjugem, ne ad Thebanum bellum proficisceretur (in quo ex oraculo se moriturum didicerat) latentem, monile aureum proditionis pretium ab Eteocle, vel ut alii, à Polynice, accipiens, prodidit. *Idem.*

655 *Mane, &c.*] Matutino tempore quando exis, & salutas patronos tuos, in singulis vicis urbis Romæ, videbis mulieres Clytemnestræ similes, quæ Agamemnonem conjugem è decennali bello Trojano domum redeuntem, bipenni interemit, corrupta ab adultero Ægystho.


656. *Hoc, &c.*] Hoc tantum interest. Hoc tantum est discriminis inter illam Clytemnestram, & nostrates: quod illa Tyndari filia Clytemnestra, insulsa, stolida & fatua maritum suum interemit securi. At nostræ mulieres longe sunt calli diores, quæ idem parva veneni portione præstare norunt. *Lubin.*

657. *Insulsam.*] Non artificiosam cædem, quale nostratum venenum. *Farnab.* *Dextra, &c.* [Utraque manu tenebat, & in caput conjugis impingebat. *Idem.*

658. *At, &c.*] Jam cædes virorum peraguntur ab uxore, pulmone & intestinis tenuibus alicujus bufonis. *Rubeta.*] De hac re & hoc scelere dictum Satyra I. vers. 70. *Idem.* *Agitur.*] Perficitur, peragitur. *Tenui &c.*] Pauculo veneno.

659. *Sed, &c.*] Id est, nostrates Clytemnestræ, etiam ferro viros suos aggrederentur, si Atrides vel maritus, Antidotum sumeret contra venena; vel si maritos suos veneno exstinguere non possent. *Prægustaret.*] Id est, si Mithridaticum contra venena adhiberet. Alii legunt, *Prægustabit.* Idem. *Atrides.*] Agamemnonis similis quilibet, pro quovis marito ponitur.

660. *Pontica, &c.*] Fuit enim Mithridates, à quo Antidotum illud nomen habet, rex Ponti. *Ter, &c.*] A Sylla, Lucullo & Pompejo. Et est descriptio Mithridatis, subacti felicitate Syllæ, virtute Luculli, magnitudine Pomp. *Cautus.*] Prudens, circumspectus. *Medicamina.*] Alexipharmaca & antidota. Quæ composuit Mithridates Rex Ponti. Plinius lib. 23. cap. 24. *Idem.*



D. JUNII JUVENALIS SATYRARUM

LIBER TERTIUS.

SATYRA VII.

ARGUM. Ad Telesinum Poëtam, Cæsarem quidem studia & artes respicere, cæterum apud alios Romanos poëtarum, historicorum, caussidicorum, Rhetorum & Grammaticorum studia & labores pro levi & vili esse.

ET spes, & ratio studiorum in Cæsare tantum:
Solus enim tristes hac tempestate Camœnas
Re-

VET. SCHOLIAST.

1. ET *spes.*] De sterilitate studiorum loquitur, Neronem palpat. Talis autem est sensus: Poëticæ artis periisset industria, nisi propter egestatem in studia diversa tendentibus, Cæsaris subvenisset humanitas. *Studiorum.*] Literarum.

2. *Tristes hac, &c.*] Tacentibus Poëtis.

VARIORUM.

1. ET *spes.*] Cum spes, tum ratio. Quasi nihil habeant, quod sperent docti, nisi ab Imperatore. Vult dicere, Poëticæ artis & studiorum industriam, divitum culpa, sordibus, & avaritia periisse, Poëtasque in alia vilia & plebeia studia animos jam tenuisse, nisi Imperatoris munificentia fuissent revocati. *Et spes, &c.*] Neronem hoc versu palpari notat vetus interpres. inepte. nec aptius est, quod in eadem Satyra versum hunc,

Præfectus Pelopea facit, Philomela Tribunos,

de Nerone accipit, & propter hunc versum in exilium à Nerone missum Poëtam scribit. atqui tradunt eædem glossæ ad Sat. xv. à Domitiano relegatum eum fuisse sub specie honoris in Ægyptum, ad cohortis curam, ut hinc clarescat, non ejusdem auctoris esse glossularum illarum compilationem. *Salmas. Plin. Exercit. Ratio.*] Caussa, quare ad studia Poëtæ impellantur. Ut jam non amplius passim docti indoctique scribant. *In Cæsare*] Trajano alii, Nervæ alii Domitiano, qui cætera vitiosus, favebat tamen literis fovebatque Musas. Vide vitam Juvenalis. *Farnabius.* Grangæus quidem de Trajano intelligit, sed errat. Nam à Domitiano fuit in exilium ejectus Juvenalis. Scripsit vero hanc Satyram ante exilium. *Graev.*

2. *Solus, &c.*] Rationem subjungit. *Tristes, &c.*] Poëtis tacentibus ob nulla labo-

Respexit, cum jam celebres, notique poëtæ
Balneolum Gabiis, Romæ conducere furnos
Tentarent: nec fœdum alii, nec turpe putarent
Præcones fieri, cum, desertis Aganippes
Vallibus, esuriens migraret in atria Clio.
Nam si Pieria quadrans tibi nullus in arca
Ostendatur, ames nomen victumque Machæræ,
Et vendas potius, commissa quod auctio vendit
Stan-

VET. SCHOLIAST.

4. *Balneolum Gabiis.*] Ut mediastinus fieret. *Furnos.*] Ad panem coquendum.

6. *Pracones fieri.*] Emissarii. φωνοβόλοι. Gr. *Aganippes.*] Locus in Bœotia Musis sacer Callimachus tamen dicit fontem esse Permessi fluminis.

7. *Migraret, &c.*] Ostiarius, & custos atriensis.

8. *Nam, &c.*] Pieria, locus sub radicibus Olympi montis, cui Pierus Poëta nomen dedit, qui primus sacrificasse Musis dicitur: unde & Pierides dictæ. *Quadrans tibi.*] Denarius, inde quadrantes.

VARIORUM.

laborum emolumenta. vel potius inopes, famelicos & tristes poëtas, Musarum vel Camœnarum cultores.

3. *Respexit.*] Dei more, qui genus hominum miserans respicit. *Lubinus.* *Cum, &c.*] Id est, cum nobilissimi Poëtæ inopia sua & poëseos neglectu coacti, jam inciperent Romæ & in opidis extra Romam desertis Musis, sordidum vitæ genus, balneatoriam, & furnariam exercere. *Idem.*

4. *Gabiis.*] Volscorum urbe, 70 millibus passuum ab urbe. *Furnos.*] Ut furnariam exercerent, tum ut calefierent, tum ut cibari possent; pauperes enim erant, & frigebant. *Furnarii* erant, qui hieme aut frigido aëre furnos calefaciebant, ad quos calefiebant homines pro oblato pretio. *Idem.*

5. *Nec fœdum alii.*] Dedecus enim erat & turpe, desertis liberalissimis studiis ad deformia illa & turpia lucra se conferre, & præconem fieri, qui in extremo contemtu Romæ erat *Idem.* Sed tamen præconum ars pecuniosa erat. Hinc Martial. *Si duri puer ingeni videtur, Praconem facias, vel Architectum.*

6. *Cum, &c.*] Cum poëtæ, Cliûs & Musarum cultores inopes, famelici, & esurientes, loca Musis sacra: valles, & recessus *Aganippes* Bœotiæ fontis relinquentes, in atria se conferrent.

7. *Atria.*] Ut atrienses & janitores fierent. Vel potius quod atria & januas divitum sportulæ gratia quasi mendicantes clientes adirent. Vel, ut Turnebus, ait, ut in Atriis Liciniis, & aliis foro vicinis, sub auctione præcones aliquid venderent. *Id.* *Clio.*] Una ex Musis: & hic pro Poëta Cliûs cultore *Idem.* *Esuriens.*] Extrema fame laborans & mendicus Poëta: nam *amor ingenii neminem unquam divitem fecit.*

8. *Nam, &c.*] Si carminibus faciendis ne numulum quidem consequeris!, & Poëta ad tantam inopiam redactus es, ut fame perire cogaris, satius est te nomen & victum Machæræ illius amare, hoc est, fieri præconem, quam per scelera & alias artes malas ad divitias pervenire. *Pieria arca.*] Id est, Musica & Poëtica, in quam illud quod ex Poësi vel Musis colendis lucraris, conjicias. *Lubin.* Sunt qui hic pro *arca* legant, *umbra.* Sed prius melius, ut sit, si componis carmina *nullos referentia nummos.*

9. *Machæra.*] Hic illa ætate satis nobilis præco fuit. *Idem.*

10. *Et vendas.*] Instituas venditionem sub

Stantibus: œnophorum, tripodes, armaria, cistas,
Alcyonem Bacchi, & Thebas & Terea Fausti.
Hoc satius, quam si dicas, sub Judice, vidi,
Quod non vidisti. faciant equites Asiani;
Quanquam & Cappadoces faciant, equitesque Bithyni
Altera quos nudo traducit Gallica talo.

Nemo

VET. SCHOLIAST.

11. *Stantibus,*] Popularibus armatis militibus.

12. *Alcithoen Bacchi.*] Nomina fabularum, aut malorum Poëtarum, qui has fabulas scripserunt.

13. *Quam, &c.*] Quam si calumniam facias, falsa dicens, falsus es testis necessitati.

14. *Equites Asiani.*] Equites Romani ex Græcis facti. *Faciant.*] Falsum testimonium dicant.

16. *Altera, &c.*] Id est, Gallo-græci, quia Galli in Græcia condiderunt. Ipsos ergo dicit, & est sensus, qui nudis pedibus ambulant ac per hoc abjecti Galatæ.

VARIORUM.

sub auctione publica tibi à magistratu commissam & concessam: vel, ubi licitantes utrinque pretio pugnant, & quasi committuntur. Est autem auctio rerum privatarum publica venditio. & auctio dicebatur, quod pretium in illa à licitantibus augeretur. *Brisson.* formul. lib. VI.

11. *Stantibus.*] Turbæ in foro circumstanti. *Oenophorum.*] Recenset quales res venales sub auctione vendantur. *Tripodes.*] Mensæ tripodes, qualis erat apud Delphos, sub qua oracula reddebantur. Et pro vasis æneis, ad quas calefaciendas, sumuntur. *Armaria.*] Majora repositoria librorum, & variarum rerum. *Cistas.*] Scrinia, capsas.

12. *Alcyonem Bacchi.*] Tragœdias, Bacchi & Fausti Tragicorum Poëtarum. Hi inepti erant. *Alcyonem.*] Tragœdiam de Alcyone, Ceycis uxore, quæ cum marito in avem conversa. Vide Ovid. lib. XI. Metamorph. Alii legendum censent. *Alcithoen Bacchi, Thebas.*] Tragœdiam de rebus Thebaicis. De Lajo, qui ex Jocasta Oedipum suscepit, à quo postea ex Oraculo fuit occisus pater. Oedipus matrem uxorem inscius duxit. Postea hoc scelere cognito, se ipsum visu privavit. *Terea.*] Tragœdiam de Tereo, cui Procne uxor proprium filium Ityn dissectum & coctum in cibum apposuit, quod Philomelam sororem vi stuprasset, eique linguam præsecuisset. *Lubin.* *Fausti*] Mali Poëtæ. *Bacchi, &c.*] Ego puto *Alcithoen* scribend. Credo enim intelligi fabulam Alcithoës, quæ cum pertinacius Bacchi numen sperneret, in vespertilionem mutata est. *Rutgers.*

13. *Hoc satius.*] Id est, melius est ut præco fias, & quaqua ratione te honeste sustentes: quam si more Asianorum servorum falsis testimoniis & perjuriis divitias quæras, & censum equestrem consequaris. *Si, &c.*] In judicio, quando ad testimonium dicendum vocaris.

14. *Quod, &c.*] Ut faciunt qui falsa testimonia & perjuria exhibent & committunt. *Lubin.* *Faciant, &c.*] Tangit obiter Romanos, qui servos (quorum magna pars ex Asia) equestri donabant censu, relictis & rejectis Poëtis. *Grangeus.* *Asiani.*] Jam equites, olim servi Asiatici. Erant fidei dubiæ & faciles in testimoniis perhibendis. *Lubin.*

15. *Cappadoces.*] Equites e servis Cappadoc. Quorum regio juxta Armeniam in 10. præturas divisa. Hi autem perjurio & infidelitate infames. vel ex proverbio notantur: Τρία κάππα κάκιστα, videlicet, Κρῆτες, Καππαδόκες, Κίλικες. *Bithyni.*] Equites è servis Bithynis, Asiæ populis, juxta Phryges, & Gallogræciam, quam hoc loco alteram Galliam vocat. *Idem.*

16. *Altera quos.*] Qui ex Gallia altera

Nemo tamen studiis indignum ferre laborem
Cogetur posthac, nectit quicunque canoris
Eloquium vocale modis, laurumque momordit.
Hoc agite, ô juvenes: circumspicit & stimulat vos,
Materiamque sibi Ducis indulgentia quærit.
Si qua aliunde putas rerum spectanda tuarum

Præ-

VET. SCHOLIAST.

18. *Nectit quicunque.*] Qui carmen vocale efficit per modos, id est, Poëta.

20. *Hoc agite.*] Hortatur Poëtas temporibus Neronis carmina scribere, ô juvenes, huc venite.

22. *Si, &c.*] Si aliunde magis præsidium speras per carmina, quam à principe Nerone; incende libros tuos, & trade Vulcano, ô Telesine.

VARIORUM.

tera, vel Gallogræci servi venales Romam navibus transvehuntur, qui postea perjuriis & falsis testimoniis equites fiunt. vide Luc. Florum lib.2.c.11. Quod Grangæus hic *traducere* exponit risui omnium exponere, posset ferri. *Nudo talo.*] Eo dicit: nam gypsatis, aut nudis pedibus Romam servi venales exponebantur. Vel ob inopiam non calceatos. *Idem.*

17. *Nemo, &c.*] Quamvis hucusque studia in nullo pretio fuerint, tamen nemo in posterum, quisquis excellens Poëta fuerit, frustraneum & inanem laborem studiis impenderit, quia ducis Traiani munificentia, magnifice sustentabitur. *Indignum &c.*] Inediam & exsilium non feret. Misera conditione non amplius erit, & frustra non laborabit. *Cogetur.*] Nam volentes nolentes antea affligebantur. *Laborem, &c.*] Infrugiferum, frustraneum, qualis labor studiis indignus est. *Lubin.*

18. *Posthac.*] Ex quo Musas respexit. *Nectit, &c.*] Id est, quisquis Poëta excellens Poëma condiderit. *Scalig.* IV. Poëtices. *Canoris.*] Legibus carminis, quæ potissimum constant modo & numero. *Grangæus.* Sonoris versibus & apta modulatione suavibus.

19. *Eloquium, &c.*] Poëma sonorum, grande, plenum, numerosum. *Laurumque, &c.*] Qui gustavit dulcedinem ex gloria coronæ laureæ, qua ornatus est, tanquam excellens Poëta. *Momordit.*] Poësi sc. initiatus, & sacer Apollinis vates factus momordit laurum, quæ manducata, numine inflare credebatur. Hinc vates δαφνηφάγοι. Ergo tertia, imo prima conditio Poëtæ, ut divinitus inspiretur. *Grangæus. Farnabius.*

20. *Hoc agite.*] Rituale verbum & in sacris solenne. Hortatur jam Poëtas ad conscribenda carmina, ut favorem, & clementiam Imperatoris sibi devinciant, cum eis indulgeat & faveat. Erectis & attentis animis in eam curam cogitationemque incumbite, nec cunctanter, perfunctorie aut oscitanter huic rei operam date. Potest & legi *Huc agite*, huc vos ad Imperatorem vestrum patronum conferte. *Gyrald.* Dialog. 16. *O juventus.*] O Poëtæ, quibus præmium & gloria proposita est. *Circumspicit.*] Ordo est: Ducis & Imperatoris indulgentia & munificentia undique circumspicit, & respicit, ut Poëtas inveniat, quibus benefaciat. *Stimulat vos.*] Id est instigat, & impellit vos sua munificentia ad præclarum aliquod opus tentandum, ut illius encomia & laudes scribere incipiatis. *Brisson.* I. formul.

21. *Materiamque.*] Quærit occasionem vobis benefaciendi, & de vobis bene merendi.

22. *Si, &c.*] Id est, siqua aliunde, quam ab Imperatore studiorum & rerum tuarum præsidium & emolumentum exspectandum putas, falleris. Imo debes potius igne tua carmina comburere, quam aliis tradere; quia reliqui cives Romani doctos & disertos tantum laudant, & ad-

Præsidia, atque ideo croceæ membrana tabellæ
Impletur: lignorum aliquid posce ocyus, &, quæ
Componis, dona Veneris, Telesine, marito;
Aut clude, & positos tinea pertunde libellos.
Frange miser calamos, vigilataque prælia dele,
Qui facis in parva sublimia carmina cella,
Ut dignus venias hederis, & imagine macra.

Spes

VET. SCHOLIAST.

27. *Vigilataque prælia.*] Utrum quæ in pugnaris cum animo scripseris, an ea quæ de pugna conscribis.

29 *Hederis.*] Corona. *Et, &c.*] Corpore exili, propter vigilias. quia Poëtæ sic pinguntur, quasi ad summam maciem nimio labore confecti.

VARIORUM.

& admirantur, nihil autem illis conferunt. *Idem.*

23. *Præsidia.*] Subsidia, auxilia, suppetias. *Atque ideo.*] Id est, si ideo tabellas tuas carminibus imples, ut ab aliis quoque adjuveris, frustra es, & igni potius carmina tua, quam illis committe.

2. *Lubinus. Membrana*] Folia ipsa, in quibus scribebant: vel aliquando pro pelle sumitur, qua libri operiebantur. Illa autem membrana erat bicolor, ut ait Pers. Sat. 3. alba scil. interiore parte, ab altera vero, in qua fuerant pili, crocea seu flava Quod Britann. de Cedrinis tabellis effutit, huc non quadrat. *Tabella, &c.*] Hoc est, quæ tabellis cedrinis coarctatur. *Grangæus.*

24 *Impletur.*] Versibus, poëmate. *Lignorum, &c.*] Ad ignem ac exdendum, ut carmina tua comburas potius. *Lubin*

25. *Dona, &c.*] Consecra Vulcano, qui conjux Veneris. Pro igni ponitur, *Telesine.*] Ad hunc fortassis hanc Satyram scripsit, quamvis generaliter per hunc quemvis Poëtam intelligere possimus. *Lubin.*

26. *Aut clude.*] Id est, non divulga vel recita, sed cistæ vel capsæ include. *Positos*] Sepositos, abditos, inclusos. *Tinea, &c.*] Blattis & tineis, vermiculis libros infestantibus, illos absumi, pertundi, & perforari sine, cum nihil lucri de illis sis consecuturus.

27. *Frange, &c.*] Dehortatur jam Poëtas à carminibus in laudem civium Romanorum scribendis, quod nullam inde utilitatem consecuturi sint. Frange calamos, quibus scribis, id est, nihil scribe *Vigilataque*] Abole egregia illa carmina, quæ tu summis vigiliis & nocturnis lucubrationibus de aliorum rebus gestis, bellis, & præliis conscripsisti *Idem.*

28. *Qui, &c.*] Inopiam Poëtarum notat, qui exiguis cellulis inclusi carmina scribebant. *Sublimia.*] Grandia, Epica & Heroica Poëmata de rebus bellicis præclare gestis. *Idem*

29. *Ut, &c.*] Scoptice subjungit, quid suis vigiliis & laboribus consequantur Poetæ, nimirum ut digni sint, qui aliquando in æde Apollinis Palatini, imagine vel statua hedera coronata donentur. *Venias.*] Plerumque pro sis usurpatur. *Hederis &, &c.*] Nam primariis viris, ut Poetis & Oratoribus imagines & statuæ coronatæ in Bibliotheca Apollinis Palatini dedicabantur, quas inde quidam domus suas transferebant. Hinc tales eorum imagines. *Hederis.*] Lauru, & hedera coronabantur Poëtæ. *Et, &c.*] Eo dicit, quod plerique Poëtæ nimiis studiis & lucubrationibus pallorem & maciem sibi contraxissent. Vel quod exile sit præmium: Utinam nos, het ri een mategere loon.

Spes nulla ulterior: didicit jam dives avarus
Tantum admirari, tantum laudare disertos,
Ut pueri Junonis avem. sed defluit ætas
Et pelagi patiens, & cassidis, atque ligonis.
Tædia tunc subeunt animos, tunc seque, suamque
Terpsichoren odit facunda & nuda senectus.
Accipe nunc artes, ne quid tibi conferat iste,
Quem colis, & Musarum, & Apollinis æde relicta.
Ipse facit versus, atque uni cedit Homero

Pro-

VET. SCHOLIAST.

30. *Spes*, *&c.*] Nummorum scilicet, nisi hedera & imagines.

VARIORUM.

30. *Spes*, *&c.*] Præter statuam hanc nulla tibi alia continget merces. *Didicit*, *&c.*] Id est, nobilis aliquis & dives Romanus avarus, & illiberalis. *Idem*.

31. *Tantum*, *&c.*] Nihil autem illis dare, aut ipsorum inopiæ subvenire. *Idem*.

32. *Ut*, *&c.*] Apta similitudo. Pavonem intelligit. Cæterum pueri comatam ejus caudam laudant & prædicant, nihil autem ei dant: imo vero, plumas cum possunt, illi extrahunt. *Sed*, *&c.*] Dehortatur inutile studium Poëticum relinquendum esse. Nam inutili illo studio vita tua atteritur, ac juventa tua insumitur, quæ mercaturæ, militiæ, & agriculturæ impendi posset. *Idem*.

33. *Et*, *&c.*] Quæ commoda erat mercibus à longinquis terris Romam transportandis, ut fieri posses mercator. *Cassidis.*] Armis belli gerendis, ut miles esses. *Ligonis.*] Quæ apta esset instrumentis rusticis portandis, ut agriculturam exerceres. *Idem*.

34. *Tædia*. *&c.*] Id est, tum in senectute, quando ætas defluxit, sera poenitentia animos invadit, sua studia & inutiles labores devovent, & exsecrantur. *Seque*, *&c.*] Se, suaque studia Musica & Poëtica prorsus inutilia.

35. *Terpsichore*.] Una ex Musis: hic pro studio poëtico. *Idem*. *Odit*.] Unde nimirum nuda, misera senectus nihil habet præsidii. *Facunda*.] Tunc facundi multis verbis suam dementiam accusant, quod tam inutilibus studiis vitam attriverint. *Idem*. oooooooo.

36. *Accipe*, *&c.*] Exponit jam sordidos divitum astus, & artes. *Ne*, *&c.*] Ne dives ille patronus tuus, quem colis, propter carmina tua tibi aliquid muneris donet vel conferat, ipse versus facit, & suo judicio excellens Poëta est; omnes Romanos & Græcos superat, uni tantum Homero concedit propter ætatem, eo quod ipse longe sit antiquior. ooooo.

37. *Musarum*, *&c.*] Spreto & contemto judicio & censura doctorum virorum, quod in æde Camœnarum & Apollinis, ubi versus recitabantur, fieri solebat, versus non facit. Vel eo dicit, quod recitantes Poëtas ibi negligat, vel quod nihil curet, si statua ibi non donetur. Vel nullo Musarum instinctu, sed invita Minerva carmina aggressus. *Farnab.* *Lubin*. *Musarum*.] A Martio Philippo exstructa. *Apollinis*.] Ab Augusto in Palatio consecrata. *Idem*.

38. *Ipse*, *&c.*] Sua opinione elegantissimos. *Lubin*. *Atque*, *&c.*] Nulli præter Homero cedit, tantum sibi suisque carminibus tribuit. *Lubin*. *Quia Græcorum sunt antiquissimi quoque Scriptores*,

vel

Propter mille annos. & si dulcedine famæ
Succensus recites, Maculonis commodat ædes;
Hæc longe ferrata domus servire jubetur,
In qua solicitas imitatur janua portas.
Scit dare libertos extrema in parte sedentes
Ordinis, & magnas comitum disponere voces.
Nemo dabit regum, quanti subsellia constent,

Et

VET. SCHOLIAST.

39. *Propter, &c.*] Dinumerato tempore fortasse usque ad ætatem suam, Poëta dixit mille annos fluxisse ex tempore Homeri. Fuit autem Homerus annis ante urbem conditam centum LX. post Ilium captum, ducentis LX.

40. *Maculonis.*] Alii sordibus dixit: alii pictæ.

41. *In qua, &c.*] Valde tibi indicendum.

42. *Servire, &c.*] Cum fuerint clausæ domini calamitate, tristes effectas & solicitas propter incursionem hostium.

44. *Comitum, &c.*] Novit disponere auditores.

45. *Subsellia.*] A Græco tractum: id est, subsellia super quæ altius sedeantur, gradus superiores scansiles.

VARIORUM.

vel optima, Romani pensantur eadem scriptores trutina. Horat. epist. 1. l. 2. ita ingenium quasi vinum probant vetustate.

39 *Propter, &c.*] Non quia Homerus melior, sed quia vetustior, & ideo apud omnes multum auctoritatis habeat. *Et, &c.*] Al. *At.* Sin vero ut famam & honorem consequaris, cupias recitare, illi divites domum quidem in qua recites tibi accommodabunt, cæterum sumtus & impensas ipse sustinebis.

40. *Succensus.*] Si gloria & laude duceris & accensus es, *Maculonis.*] Vir dives & sordidus hic, ut & Fronto, de quo supra. Alii legunt, *Maculonum.* Idem.

41. *Hæc, &c.*] Amplissima & splendida domus, ferro clavisque ferreis valde munita tibi serviet, ut tu nimirum in illa recites. Obiter notat luxum Romanorum in ædificiis exstruendis, in quibus januæ, instar portarum urbis magnifice exstructæ erant. *Idem.*

42 *Solicitas portas.*] Cujus janua ea cura & labore unumquemque admittit, qua peregre redeuntes, tempore belli in civitatis portas recipiuntur. Vel quæ urbis portæ solicite munitæ sunt ferro, & repagulis instar portarum civitatis obsessæ. *Lubin.* Vel quod tanta circa eas turba, quanta circa portas, cum hostis adventat. *Grangæus.*

43. *Scit, &c.*] Disponit hinc inde libertos in extrema parte ordinis vel totius cœtus sedentes, qui tibi adplaudant. *Extrema, &c.*] Qui maxime remoti, ut illi reliquos etiam intermedios ita ad plausum invitarent. *Lubin.*

44. *Et, &c.*] Magna voce tibi adplaudentium & acclamantium *Euge, bene, &c.* Id est, omnia faciet, quæ tibi ad famam aucupandum possint conducere. Sed nemo sumtus & impensas tibi refundet. *Comitum.*] Id est, clientum suorum. *Lubin.*

45. *Nemo, &c.*] Jam pergit ad sordes illorum, qui ne tantum quidem Poëtæ darent, quantum bajuli & fabri reciperent, qui subsellia apportassent, & Orchestram exstruxissent. *Nemo regum.*] Patronorum, divitum, & nobilium, quorum laudes recitas. *Subsellia.* Conducenda, adportanda, reportanda. Ex his autem auditorium exstruebatur. Miserrima profecto Poetarum conditio. *Idem.*

46. Et,

Et quæ conducto pendent anabathra tigillo,
Quæque reportandis posita est orchestra cathedris.
Nos tamen hoc agimus, tenuique in pulvere sulcos
Ducimus, & litus sterili versamus aratro.
Nam si discedas, laqueo tenet ambitiosi
Consuetudo mali: tenet insanabile multos
Scribendi cacoëthes, & ægro in corde senescit.

Sed

VET. SCHOLIAST.

46. *Tigillo.*] Tecto, diminutive.

47. *Orchestra.*] Spatium in Theatro dicit, * qui Pantomimo saltanti vacat. Ejusmodi autem & Poëta elegit in quo stans recitet, aut tabulata.

49. *Et, &c.*] Metaphora ab arantibus. Litus pro agro posuit, agrum pro auditoribus. id est, scribimus, & nihil commodi inde consequimur.

50. *Laqueo, &c.*] Poëtici mores, ut vinculum.

51. *Insanabile, &c.*] Mali mores, mala consuetudo scribendi, quæ oblivisci non potest.

VARIORUM.

46. *Et, &c.*] Quantum gradus, scalæ, vel Anabathra constant, quæ dependent facta ex conducto tigillo, tigno, vel tabulis unde gradus fiebant. *Pendent.*] Ut gradus, & scalæ solent. *Idem. Anabathra.*] Græcum vocabulum, scalam vel gradum significans, ab *ἀναβαίνω* adscendo.

47. *Reportandis, &c.*] Non enim ibi ut in theatris perpetua erant sedilia; sed eo, ut usus postulabat, portabantur. & ad eos finita carminis recitatione, à quibus conducta erant, reportabantur. *Lubin. Orchestra.*] Tanquam in theatro, sive ad similitudinem theatri, i. e. pulpitum, in quo Poëtæ sedes altior cæteris, præcipui auditorum paulo infra: Deinde ratione dignitatis, reliqui in Anabathris, hoc est gradibus, per quos aditus ad pulpitum: unde recte de liberis. *Grang.*

48. *Nos, &c.*] Id est, nos Poëtæ licet ex carminibus scribendis nihil emolumenti consequamur tamen in stulto nostro proposito perseveramus. Defatigamur sine ullo laboris præmio. *Tenuique, &c.*] Id est, infrugiferos, & frustraneos labores suscipimus. Metaphoricôs, ut sit, inter cives avaros & steriles, qui nihil dant.

49. *Et litus.*] Frustra laboramus, oleum & operam perdentes. Ovidius: *Nil proficis litora bubus aras.* Vide Proverbium, *Arare litus. Versamus.*] Vertimus, aramus cum labore.

50. *Nam. &c.*] Si à proposito carmina scribendi discedere velis, & te conferre ad lucrosum vitæ genus. Tum consuetudo, ambitiosi illius & honoris cupidi mali, qua carmina scribis, laqueo quasi vinctum detinet, & retinet, ne possis discedere, & aliis rebus animum applicare. *Laqueo, &c.*] Quasi vinctum obtorto collo te tenet. *Ambitiosi*] Laudem affectantis poëtices. *Idem.*

51. *Consuetudo.*] Poëtices studium quod adsuevisti: quod semper exercuisti. Consuetudo, *Altera natura*, quam mutare difficillimum. *Tenet, &c.*] Eximius versus & nostro seculo cumprimis usurpandus. Id est, mala consuetudo scribendi, & sua scripta recitandi, & ex recitatione laudem & gloriam venandi, multos ceu morbus, qui curari non potest insanabilis invadit & tenet, itaque illa consuetudine ad senium usque perseverat. *Politianus* Miscellaneor. capite 46. *Seu stupor huic studio, sive est insania nomen.* Ovid.

52. *Et ægro.*] Id est, animo ambitioso, & tanquam morbo laboranti. Illa enim morbus remanet ad ultimam senectutem, & una cum homine senescit.

Lo-

Sed vatem egregium, cui non sit publica vena,
Qui nil expositum soleat deducere, nec qui
Communi feriat carmen triviale moneta:
Hunc qualem nequeo monstrare, & sentio tantum,
Anxietate carens animus facit, omnis acerbi
Impatiens, cupidus silvarum, aptusque bibendis
Fontibus Aönidum: neque enim cantare sub antro
Pie-

VET. SCHOLIAST.

55. *Cui non, &c.*] Communis, sive vulgaris, qui nihil abjectum, subtile, & gracile, nihil trivialiter scribat, sive male.

56. *Hunc, &c.*] Ordo hic est, Poëtam bonum facit omni solicitudine, vel tristitia carens animus, ut nihil acerbi patiatur: qualem ego animo sentio, ostendere autem non possum.

58. *Cupidus, &c.*] Avidus, ut Horatius: *Bacchum in remotis carmina rupibus,*
Vidi docentem.

VARIORUM.

Lubin. Nullus dubitem scribendum esse, *aegre.* scribendi hoc cacoëthes aegre, hoc est, difficulter senescit in pectore. Magna cum difficultate, vix unquam scribendi carmina cupiditas expellitur. *Graev.*

53 *Sed vatem.*] Subintellige *dico*, vel *puta*, vel quod sequitur *animus facit.* Jam demonstrat, quam pauci inter illos, & fere nulli vere Poëtae sint. Et caussam hujus rei exponit, quod nemo plenum & grave carmen possit cantare, nisi cui animus sit liber, hilaris, ab omni cura & solicitudine alienus, cui liberalis victus & amictus abunde suppetat. *Cui, &c.*] Communis, vulgaris, plebeia, quae nihil abjectum, humile, & triviale, ut omnes fere, componit. Qui ingenio, judicio & eloquio valeat. *Idem.*

54. *Qui &c.*] Id est, qui nihil omnibus patens, humile, vulgare & obvium, carmine producat, sed abdita, nec cuivis obvia, & nova inveniat. *Deducere*] Producere, proferre, egregie & subtiliter, veluti tenui filo, tractum à mulieribus nentibus. *Idem.* *Nec, &c.*] Qui non vulgari nota & stylo carmina condit. Metaphora à monetariis nummos signantibus, qui semper unius notae nummos procudunt. Sic tales semper eadem chorda oberrant. *Feriat.*] Fabricet, quasi super incude. Ut argentum, quod signatur, feriri dicitur, & sic ferire carmen, & ictus in carmine *ages* scilicet & *Stat. Triviale.*] Rude plebeium, vel vile, quale in triviis cantari solet. *Idem.* *Effugiendum est ab omni verborum vilitate, & sumenda voces à plebe summota.* Petron.

56. *Hunc, &c.*] Id est, cujusmodi egregii Poëtae Ideam solummodo in animo & cogitatione sentio & concipio, qualis sit, sed monstrare illum non possum, cum hujusmodi nostro tempore non inveniatur. *Lubin* Omnibus nempe numeris perfectus & consummatus.

57. *Anxietate carens.*] Hunc qualem ad unguem expressi, & mente descriptum habeo, facit animus omni tristitia & solicitudine carens, qui nihil molesti & acerbi patiatur. *Omnis, &c.*] Molestiis vacuus & liber.

58. *Cupidus, &c.*] Qui gaudeat esse in otio, secessu, silvis, & amoenioribus locis, ubi speculationis suis indulgere sine interpellatione possit. *Aptusque, &c.*] Qui idoneus sit ad Musarum fontes bibendos: qui dignus sit, cujus animum Apollo inhabitet, & furore Poëtico concitet. Est autem Aonius fons in Boeotia, Musis sacer. *Idem.*

59. *Neque, &c.*] Sensus & ordo talis est: Paupertas sana & furoris Poëtici expers, non potest cantare sub Pierio antro, id est, non potest canere Musis & Apolline digna. *Antro, &c.*] In Parnasso monte. *Idem.*

60. Pier-

Pierio, thyrsumve potest contingere sana
Paupertas, atque æris inops, quo nocte dieque
Corpus eget. satur est, cum dicit Horatius, Evœ.
Quis locus ingenio? nisi cum se carmine solo
Vexant, & dominis Cirrhæ, Nysæque feruntur
Pectora vestra, duas non admittentia curas?
Magnæ mentis opus, nec de lodice paranda
Attonitæ, currus, & equos, faciesque Deorum

Ad-

VET. SCHOLIAST.

60. *Thyrsumque, &c.*] Insanire pauper non potest, aut moveri ad scribendum: quia familiaribus rebus consulere cogitur. Dicunt namque nisi insanum, Poëtam esse non posse

64. *Et, &c.*] Apollini & Libero.

VARIORUM.

60. *Pierio.*] Supra versus 8. *Thyrsumve.*] Furorem ἐμαντευσον, quali in Orgiis Thyrsigeræ feruntur Bacchides. Poëtæ enim in tutela Bacchi. *Farnabius.* *Thyrso* enim dicuntur percuti Poëtæ, quorum mens furore Bacchi afflatur, dicti ob id uno verbo θυρσοπλῆγες. *Sana &c.*] Bene sana, nullo furore Bacchi & Apollinis percita Horat.

--*Excludit sanos Helicone Poëtas*

Democritus.-- Grangæus. Intelligit Poëtam pauperem & sapientem; pauper ergo Poëta, quamvis sit sanæ mentis. Vel *sana*, sicca & sobria, quæ poëtis haud convenit, qui non nisi mero (quod animæ educit instrumenta) madidi & malesani carmina scribunt. vide Epigr. Antipatri 2. lib. Antholog. συμπότικα ἀστέϊσματα. *Farn.* Optimęquædam editiones habent *mæsta*

61. *Atque, &c.*] Cujus adminiculo semper opus est, cum nummus omnium rerum sit vicarius. *Lubin.*

62. *Satur, &c.*] Id est, cum Horatius divinum carmen fundit, & omnibus numeris absolutas odas feliciter exprimit, & Bacchum furiosus invocat, potus & vino plenus, ac satur est. Respicit autem ad oden XIX. lib. 2. Vel *satur* est, & factus dives, indulgentia Mecœnatis, à quo multis muneribus est donatus. *Britan.*

63. *Quis, &c.*] Esse scilicet potest. Vel quomodo ingenium vires suas potest exserere, nisi cum uni rei intenditur? *Nisi, &c.*] Nisi cum nostra pectora se solicitant in solius carminis confectione, non autem externis curis vexantur. *Lubin.*

64. *Et, &c.*] Quando rapiuntur & agitantur nostra pectora à Domino Cyrrhæ, id est, Apolline, & Nysæ, id est, Baccho. Hoc est, cum Apolline & Baccho agitata, ad divinum carmen fundendum singulari mentis furore feruntur. *Cyrrha* urbs vetusta, sub rupe Parnassi montis, Apollini sacra. Unde Apollo Cyrrhæus dicitur, ut Bacchus Nysæus, à Nysa Arabiæ urbe, Ægypto propinqua, in qua Bacchus educatus. Alii dicunt Cyrrham & Nysam, duos colles fuisse Parnassi. *Idem.*

65. *Vestra.*] Alii, *nostra duas, &c.*] De re Poëtica & domestica. *Idem.*

66. *Magna, &c.*] Confirmat idem exemplo Virgilii. Sensus est: Conspicere & mente concipere currus, equos, & Deorum imagines, & illa omnia ingenioso carmine repræsentare, ut Virgilius facit, est opus magni & excellentis ingenii. *Lodice, &c.*] Id est, de vili lecti stragulo emendo, quo ex paupertate careat. Ponitur hic pro quavis re domestica necessaria. *Lubin.*

67. *Attonitæ.*] Quæ anxie quasi curiosa sit, & ex cura illa graviter perculsa, & quasi attonita, & nimis solicita. *Currus.*] supp. bellicos, quales describuntur à Virgilio in bello, quod inter se gesserunt Æneas & Turnus. *Facies, &c.*] Multis passim locis apud Virgilium Deo-

Adspicere, & qualis Rutulum confundat Erinnys?
Nam si Virgilio puer, & tolerabile desit
Hospitium, caderent omnes a crinibus hydri:
Surda nihil gemeret grave buccina. poscimus, ut sit
Non minor antiquo Rubrenus Lappa cothurno,
Cujus & alveolos, & lænam pignerat Atreus.

Nobis

VET. SCHOLIAST.

72. *Rubrenus Lappa.*] Tragicus Poëta.

73. *Et, &c.*] Fœnerator, vel quia Atreum scribit ut calamus habeat, & res suas pignori dat. *Alveolos* est tabula aleatoria, lusoria.

VARIORUM.

num præsentia exprimitur. *Idem* Sein toto *ejus* opere varia numina describuntur.

68. *Adspicere.*] Mente concipere, considerare, fingere, & prius contemplari. Nam quidquid scribimus, prius in mente quasi imaginando aspicimus & contemplamur, postea verbis & versibus exprimimus. *Et qualis, &c.*] Id est, quam terribilis & formidabilis Furia infernalis. Sunt autem tres, Alecto, Tisiphone, Megæra *Rutulum* Turnum intelligit Rutulorum regem. *Confundat.*] Perturbet, in desperationem conjiciat. *Idem.*

69. *Nam si, &c.*] Id est, si Virgilius Mecœnatis liberalitate & munificentia tantas commoditates vivendi non habuisset, nunquam tale carmen conscripsisset. *Puer.*] Famulus, minister, qui domini mandata exequeretur. *Tolerabile.*] Mediocris habitandi commoditas, in quo hospitio quiete & tranquille posset vivere. *Idem.* Pro *deesset*, alii *desit*.

70. *Caderent, &c.*] Id est, non potuisset tam ingeniose fingere & describere illam Alecto furiam, loco crinium serpentes & hydros habuisse. Id est, defuissent etiam ipsi omnia eloquentiæ ornamenta, quibus in furiarum descriptionibus usus est. *Idem.*

71. *Surda nihil.*] Id est, non potuisset etiam tam ingeniose fingere Alecto furiam buccinam inflare, & gravem sonitum edere. Sed buccina illa fuisset surda, muta, non audita, vel rauca. *Catachresis.* *Surdum* non solum dicimus qui non audit, sed etiam qui non auditur. *Nihil, &c.*] Terribile, horrendum. *Gemeret.*] Cum gemitu rauco sonaret. Sic supra:

— nullo gaudet latrare cornua cornu. Idem.

Poscimus, &c.] Innuit, si suo tempore Mecœnates sint, qui Poëtas in honore haberent, fore ut multi excellentes sint Poëtæ. Id est, desideramus, ut Rubrenus Lappa, Poëta ille Tragicus ingeniosissimus, sed pauperrimus, non minorem etiam vivendi commoditatem habeat, quam veteres Tragici, & illis facile, si non superior, par saltem & æqualis futurus est. *Poscimus.*] Est conditionalis locutio, cum querela conjuncta.

72. *Non minor.*] Non minori pretio & æstimatione: vel ut alii, Non viliorem vivendi commoditatem habeat. Habeat suos Mecœnates. *Antiquo, &c.*] Sit in illo honore, æstimatione, & loco, quo fuerunt prisci Poëtæ Tragici, Æschylus, Euripides, Sophocles, quibus magnæ divitiæ, summi honores habiti. Est autem *Cothurnus* altus calceus Tragicus. Hic pro Poetis Tragicis ponitur. *Lubin.* *Rubrenus Lappa cothurno.*] Legerem libenter, *Rabienus Lappa*, & nisi me animus fallit, intelligit de quodam Rabieno, mordaci & amarulento ingenio, qui *Rabienus* ideo dictus est, vocatque illum *Lappam* ob mordacitatem: illi enim ut dicebat idem Poeta:

Virus in ore
Putre, quod haud deceat plebeio radere barba.

Dousans.

73. *Cujus, &c.*] Qui dum Atreum tragœdiam scribit, oppressus paupertate, supellectilem pignori exponit, & cogitur

Non habet infelix Numitor, quod mittat amico:
Quintillæ quod donet, habet: nec defuit illi,
Unde emeret multa pascendum carne leonem
Jam domitum: constat leviori bellua sumtu,
Nimirum & capiunt plus intestina poëtæ.
Contentus fama jaceat Lucanus in hortis
Marmoreis: at Serrano, tenuique Salcio
Glo-

VET. SCHOLIAST.

74. *Nam, &c.*] Animo, non facultatibus, nam dives fuit.

75. *Quintillæ.*] Meritrici

77. *Constat leviori.*] Ironia est. Leo levius pascitur, quam Poëta: & ex indignatione hoc dicit.

79. *Contentus fama.*] Ideoque facile otium ad scribendum carmen habuit dives Lucanus.

80. *At, &c.*] Nomina sunt Poëtarum pauperum: aut, Serrano * vas fictile, in quo Serranus solebat mendicare. Saleio ut mendico catillum fictilem, in quo ea quæ salsa sunt adponuntur. Si non sit, inquit, pecunia, gloria quid prodest?

VARIORUM.

gitur *alveolos*, id est, lances suas & paropsides, & *lanam* vel penulam, qua vestitur, oppignerare. Qui hunc locum hactenus explicarunt, putabant Atreum nomen esse fœneratoris, qui res Poëtæ pigneraret, quasi pignerare sit pignori accipere: sed sic nec sensus, nec latinitas ulla constat. Ita ergo dictum sit, uti illud *purpura vendit caussidicum*, i. e. purpura est in caussa, ut caussidicus conducatur pretio. Quidam legunt *Albiolos*, id est, tabulas scriptorias, calculatorias, & lusorias. *Turneb.* lib. XXIV. Adversf. cap. 4.

74. *Non. &c.*] Id est, infelix ille & pauper Numitor (ironia est, fuit enim ille ditissimus) non habet quod amico suo Poëtæ, viro optimo muneris loco mittat. Verum quod Quintillæ meretrici donet, illud vero habet. *Numitor.*] Pro quolibet nobili positum, & divite, & proavos jactitante.

75. *Quintillæ.*] Meritrici. *Nec, &c.*] id est, Pecuniæ satis habuit, cum voracissimum illud animal leonem vellet emere. *Idem.*

77. *Jam, &c.*] Hanno Pœnus primus docuit leonem domare. testis Plinius. *Constat, &c.*] Ironice pronuncia, & contrarium intellige. Leo scilicet nutritur minori sumtu & expensa, quam Poëta; quod absurdissimum. *Idem.*

78. *Nimirum.*] Ironiæ particula. Refert hoc, quasi nobiles illud ad sui defensionem dixerint. *Et capiunt.*] Plus vorat Poeta, quam leo.

79. *Contentus, &c.*] Occurrit initio tacitæ objectioni alius cujusdam divitis sordidi: Poëtas sola gloria & fama contentos esse debere, quæ illis debeat sufficere. Respondet auctor, Lucanum, qui dives ad poësin accessit, & qui bellum Pharsalicum conscripsit, & alios ditissimos Poëtas gloria contentos esse posse. Verum Serrano, Saleio, & aliis tenuioribus poëtis gloriam inutilem esse, si non habeant unde vivant. *Jaceat.* Maneat in otio & voluptate, in secessu delitescat. *In hortis, &c.*] Fuit enim ditissimus, teste Tacitô. *Lubin.* Simul luxum Romanorum ostendit, qui hortos suos etiam marmore ornarent. *Britannicus.*

80. *At Serrano.*] Illis vero pauperibus, si vel maxime ingens sit gloria, quid tum postea? Saleius Bassus & Serranus, erant nobiles Poëtæ sub Domitiano, sed pauperes. *Tenui.*] Inopi, pauperi, famelico. *Lubin.* *Saleio.*] Basso, ad quem Martialis frequenter scripsit: & cui Vespasianus quingenta sestertia dari præcepit, cum ei poëma recitasset.

R 2   81. *Quan-*

Gloria quantalibet, quid erit, si gloria tantum est?
Curritur ad vocem jucundam, & carmen amicæ
Thebaïdos, lætam fecit cum Statius urbem,
Promisitque diem; tanta dulcedine captos
Afficit ille animos, tantaque libidine vulgi
Auditur: sed cum fregit subsellia versu,
Esurit, intactum Paridi nisi vendat Agaven.

Ille

VET. SCHOLIAST.

82. *Amicæ Thebaïdos.*] Gratæ, significat Poëma Statii de bello Thebano.

83. *Lætam, &c.*] Lætam, ideo quod libenter audiebat. Est enim & Poëma ipsum delectabile, & ipse dicitur bonam vocem habuisse,

86. *Sed cum, &c.*] Post tantum favorem audientium, nisi cantionem inauditam Pantomimo vendidisset, non habebat unde se sustentaret.

VARIORUM.

81. *Quantalibet*] scil. sit. Quantumvis maxima. *Quid erit?* quid tum postea? si tantum sit inanis gloriola. *Gloria, &c.*] Quæ sine ullo sit commodo, utilitate, lucro. *Idem.*

82. *Curritur, &c.*] Probat quod dixit exemplo Statii. Erat enim ille Poëta optimus, omnibus gratissimus, gloriam consecutus maximam, nemo tamen eum liberali munere pascere & sustentare volebat, & ea gloria parum ipsi prodesset, nisi carmina à se composita Paridi Histrioni & aliis vendidisset. *Curritur.*] Ab omni populo Romano, qui valde delectatur Statii Poëmate, concursus fit ad auditorium, in quo Statius poëma suum de bello Thebano jucunda voce recitabit. *Idem. Amicæ, &c.*] Gratæ, acceptæ. Significat autem Poëma Statii de bello Thebano, quod etiamnum extat.

83. *Lætam, &c.*] Quando nimirum programmate promittebat diem, in quo carmen illud recitare volebat, quem diem Romani cum desiderio exspectabant. *Lubin.*

84. *Tanta, &c.*] Animos auditorum suorum, versuum suorum dulcedine irretitos. *Idem.*

85. *Libidine, &c.*] Cupiditate, voluptate, gaudio. *Idem. Vulgi.*] Omnium, tam summorum quam infimorum.

86. *Sed cum, &c.*] Poetæ mens non alia est, quam ut doceat optimos quosque Poëtas, cum maximè placent, & in ore omnium versantur, nihil tamen ex eo commodi percipere præter inanem gloriam. Adeo ut victus caussa, illa ipsa, ob quæ tolluntur in cœlum, Poemata cogantur vendere turpiter. *Frangere vero subsellia*, poëtica licentia, vel [illegible] potius dictum accipio, pro vehementissime placuisse. sic ut plausu & [illegible] *euge* & *sophos* acclamantium, quasi frangerentur subsellia. *Casaub. Fregit, &c.*] Vel Satyrice dicit, cum *fregisse subsellia versu*. quod, ut Comici loquuntur, recitans non stetit, sed excidit, id est, non placuit. *Scalig. Auson. lect.* Vel *fregit*, vehementi recitatione, ut Sat. 1. *Ruptæ lectore columnæ.* Sic Martianus Capella: *cognoscentium quoque fregere subsellia. Hunc olim perorantem, & rhetorica subsellia plausibili oratione frangentem, &c.* Sidon. lib. 5. Epist. ad Sapaudum. *Farnab.*

87. *Esurit.*] Id est, post tantum populi favorem nemo est, qui ipsum aliquo pecuniæ honorario donaverit. Et nisi fabulam nondum divulgatam Paridi vendidisset, non haberet quod ederet. *Intactam.*] Novam, à nullo ante visam, tractatam, recitatam. *Agaven.*] Fabulam compositam de Agave, matre Penthei Thebarum regis, qui quod Bacchum contemsisset, in specie apri, ut alii, vituli, à matre, vel materteris fuit laceratus. Hyginus Fab. CLXXIV. Parrhas. Epist.

Ille & militiæ multis largitur honorem,
Semestri vatum digitos circumligat auro.
Quod non dant proceres, dabit histrio. tu Camerinos,
Et Bareas, tu nobilium magna atria curas?
Præfectos Pelopeia facit, Philomela Tribunos.

Haud

VET. SCHOLIAST.

89. *Semestri*, &c.] Id est, in modum lunæ plenæ, equitum de numero, id est, anulo. Semestris autem luna dicitur, cum mensis medium permensa est spatium. aut Xmam dicit, hoc est, cui ut plena sit, parum admodum deest, cum velut annulus in orbem collecta est.

92. *Præfectos*, &c.] Neronem significat, qui scenicis ob turpem libidinem hæc potentibus præstabat. Propter hunc versum missus est in exilium à Claudio Nerone.

VARIORUM.

Epist. 4. Brodæus 9. capite 17. *Paridi.*] Vivebat hic histrio vel Pantomimus Domitiani tempore, & libertus erat Domitiæ Neronis amitæ. Ab hoc Paride dicitur Statius ob nimiam paupertatem annuo salario sustentatus. *Lubin.*

88. *Ille &*, &c.] De Paride loquitur, & in illum salse hæc dicuntur, qui histrio cum esset, plurimum apud Imperatorem valebat. *semestribus militiolis tumentem* dicit, qui favore & suffragio Paridis semestrem tribunatum emeruerat. Legisse ergo videtur apud Juvenalem:

Ille & militia multis largitur honorem
Semestri, vatum digitos circumligat auro.

Per *militiam semestrem* intelligit tribunatum semestrem, cujus mentio apud Plin. lib. IV. epist. 4. qua rogat Sossium Calvilium Nepotem *tribunatu semestri* splendidiorem faciat. Per *digitorum aurum*, annulos aureos & dignitatem Equestrem. Sed quod Juvenalis separavit, in unum jungit auctor ille, ut fortasse legerit:

Ille & militia multis largitur honorem
Semestri vatum digitos circumligat auro.

Nam vatem semestri militia tumidum dicit, non equestri dignitate. Fuere Tribuni Laticlavii, & Angusticlavii, quasi secundi ordinis tribuni. Angustus clavus Equitum nota, & annuli aurei. Ex eo genere & noto fuisse constat Tribunatus semestres, qui equitibus tantum, aut equestri dignitate donatis conferebantur. Ita Poëtis suis Paris Pantomimus semestres tribunatus, & jus annulorum simul donabat. Ideo hujus generis tribunorum *semestre aurum* vocat, quia ut dignitas eorum semestris, ita & insigne. Nam aureos ferunt annulos inter militantes Tribuni, (ut testatur Appianus) cum alii inferiores ferreos gestent. Ridiculus porro vir magnus est, Grangæus, qui *semestre aurum* idem esse docet, quod alibi ab eodem Poëta *æstivum aurum* dicitur. *Salmasius Plinian. Exerc.* Rubenius legendum censet:

Ille & militia multis largitur honorem
Semestrem, vatum, &c.

89. *Circumligat.*] Induit, exornat.

90. *Quod*, &c.] Scoptice & jocose hæc dicuntur. Quasi dicat: si nobiles Romani Poëtarum patroni esse nolunt, inveniuntur histriones, qui suo patrocinio illos tueantur. Atque hi adeo versus Poëtæ nostro exilium pepererunt, qui à Domitiano, sub Præfecturæ specie, instigante Paride, in Ægyptum militatum mittebatur. *Tu Camerinos.*] Id est, non sunt colendi proceres & nobiles, ut *Camerini* & *Barea*, qui nihil conferant Poëtis. Unus histrio Paris est colendus, qui summus Poëtarum patronus est. *Lubin.*

91. *Nobilium*, &c.] Ut illa sportulæ gratia frequentes. *Idem.*

92. *Præfectos.*] Id est, Tragædia de Pelopea, Paridi data, evehit Poëtam ad Præfecturam, & Tragœdia de Philomela, Paridi vendita. ad Tribunitiam potestatem. tantum valet auctoritas & potentia histrionis. *Pelopeia.*] Fuit filia

Thye-

Haud tamen invideas vati, quem pulpita pascunt.
Quis tibi Mecœnas? quis nunc erit aut Proculeius,
Aut Fabius? quis Cotta iterum? quis Lentulus alter?
Tunc par ingenio pretium: nunc utile multis
Pallere, & vinum toto nescire Decembri.
Vester porro labor fœcundior, historiarum
Scriptores: petitur plus temporis, atque olei plus:
Namque oblita modi millesima pagina surgit
Omnibus, & crescit multa damnosa papyro.

Sic

VET. SCHOLIAST.

97. *Toto, &c.*] Quo mense scilicet solet maxime lucubrari.

98. *Vester porro.*] Ironia.

VARIORUM.

Thyeste, cum qua ipse pater concubuerat, ex quo incestu natus est Ægisthus adulter Clytemnestræ, qui Agamemnonem occidit. *Philomela.*] Tragœdia de Progne, & Philomela sororibus. De hac fabula superius dictum. *Idem.*

94. *Quis, &c.*] Conqueritur suo tempore Poëtis tales patronos non esse, qualis olim fuerit Mecœnas Virgilio & Horatio. *Proculeius.*] Vir optimus, eques Romanus, liberalissimus in consanguineos & amicos. De hoc Horatius:

Vivet extento Proculeius ævo,
Notus in fratres animi paterni.

Idem.

95. *Fabius.*] De Fabii Maximi liberalitate vide Valerium Maximum lib. iv. cap. 8. *Cotta.*] De hujus liberalitate dictum est Satyra v. *Iterum.*] Id est, quis denuo jam talis patronus erit. *Lentulus, &c.*] Quasi dicat, non invenitur alterum, qui sit tam liberalis ut Lentulus. *Lubin.*

96. *Tunc, &c.*] Prisco nimirum seculo, quo quis ingeniosius carmen scripsisset, eo majus pretium consequebatur. *Idem. Nunc, &c.*] Alii codices habent *tunc*, hoc sensu: Illo prisco tempore utile & frugiferum erat studio & vigiliis pallorem sibi contraxisse: quia, quo quis melius scripsisset, hoc munus etiam erat melius. Verum potest & *nunc* legi hoc sensu. Contra nunc multi illam utilitatem consequuntur ex Poematibus suis, ut palleant, & ne tantum quidem habeant, quo vinum sibi mense Decembri, quo Saturnalia ab omnibus lætis ac lubentibus celebrantur, comparare possint. *Idem.*

Hinc Horat.

Age libertate Decembri.

98 *Vester*] Sequitur jam pars secunda, in qua confert historicos cum Poetis, & causidicos, Rhetores, quorum conditionem nihilo meliorem esse ostendit. *Porro labor.*] Est Ironia. Vos autem historici sine dubio lautiorem habetis conditionem, qui majoribus laboribus, & lucubrationibus nocturnis ingentia volumina conscribitis. *Porro.*] Sane, certe, profecto; vel ut porro dicam, ut pergam. *Fœcundior.*] Utilior, plus commodi & emolumenti adferens, quam Poetarum. *Lubin.*

99. *Petitur, &c.*] Requiritur à vobis plus temporis, & plus olei ad nocturnas lucubrationes ad lucernam, in qua oleum. Vetus meus codex habet, *petit hic plus.* Id est, hic vester labor requirit plus operæ & olei. *Idem. Olei plus.*] Impensæ in oleo ad lucernam.

100 *Namque, &c.*] Rationem subjungit, quare historici plus temporis & laboris requirant, cum scribant ingentia volumina. *Lubin. Oblita modi.*] modum sibi non statuens, finem vix inveniens. *Millesima.* Numerosa.

101. *Et, &c.*] Id est, vel libri in-

Sic ingens rerum numerus jubet, atque operum lex.
Quæ tamen inde seges? terræ quis fructus apertæ?
Quis dabit historico, quantum daret acta legenti?
Sed genus ignavum, quod tecto gaudet & umbra.
Dic igitur, quid caussidicis civilia præstent
Officia, & magno comites in fasce libelli?
Ipsi magna sonant: sed tunc, cum creditor audit,
Præcipue, vel, si tetigit latus acrior illo,

Qui

VET. SCHOLIAST.

102. *Rerum, &c.*] Ordo historiæ.
104. *Acta, &c.*] Exceptori.
107. *Comites, &c.*] Breves significat.

VARIORUM.

immensum crescunt, damnosi vobis, ob multam papyrum, quam impenditis historiis scribendis sine lucro. *Damnosa.*] Nam pretium pro papyro (seu charta ex papyro facta) exponitis, quod vobis non refunditur. *Idem.*

102. *Sic, &c.*] Id est, lex & ordo omnis historiæ expostulat, & multitudo rerum describendarum, ut pagina, & liber in ingens volumen excrescat. *Operum lex.*] Ut nihi scilicet de historia omittatur. *Idem.*

103. *Quæ, &c.*] Respondet & pergit: Quis tamen fructus ex scriptione historiæ? Metaph. ab agricultura. *Terræ, &c.*] Proscissæ, & aratro inversæ. Cum multum laborant, quem fructum inde habent? *Turneb.* lib. XIV. cap. 24.

104. *Quis, &c.*] Objectio avari nobilis, historicis merito tantum non conferri, quantum JCto, vel acta legenti: eo quod ignavi semper sub tecto, & umbra sedeant, & scribant; cum Jurisconsulti in forum & curiam procedant, ibique summis laterum viribus dicendo contendant. *Acta legenti.*] Scribæ, seu actuario. vel advocato. *Lubin.*

105. *Sed, &c.*] Historici sunt genus hominum deses, & ignavum. Dicit illud ratione Jureconsultorum, qui magna vocis contentione caussas agunt, cum historici quasi otiosi & silentes tantum scribant. *Lubinus. Quod, &c.*] Alii legunt *lecto*: in lectis enim se componebant antiqui, scriptioni aut meditationi operam daturi: intelligitque lecticulam lucubratoriam, κλινίδιον. Ita Senec 72. Ep. *Quædam sunt, quæ possis in cisio scribere, quædam lectum, & otium, & secretum desiderant.* Et Persius Satyr. 1. *Non quicquid denique lectis Scribitur in citreis.* Farnab. *Et umbra.*] Qui seclusi volunt esse. Quod est otiosorum fere & mollium. Unde Horat.

Poscimur si quid vacui sub umbra. & *Somno gaudentis & umbra.*

106. *Dic, &c.*] Sunt verba Poëtæ avaro respondentis. Age igitur dic nobis, quidnam præstant illis civilia illa sua officia & actiones caussarum vilium? ostendit hac interrogatione, neque caussidicos & rabulas, qui se longe aliter in forensibus actionibus exercent, multum lucrari. *Quid, &c.*] Fructus, commodi, emolumenti *Lubinus.*

107. *Et magno*] Id est, magnus libellorum acervus, in quibus caussam & actionem consignatam habent, quos secum in judicium adferunt. *Lubin.*

108. *Ipsi, &c.*] Advocati, caussidici qui magna vocis contentione clamare, & caussas agere cogantur. *Magna.*] Pro magnum & grande Adverbialiter. *Sed, &c.*] Tunc potissimum, cum creditor, cujus caussam agunt, in judicio adest, & præsens auscultat. *Creditor.*] Qui debitorem accusat. *Lubin.*

109. *Vel, &c.*] Vel cum alius quidam dubiam & suspectam caussam habens, qui nomina & debita sibi arrogat, forte sibi non debita, cum ille inquam præsens eum urget, & pollicitationibus invi-

Qui venit ad dubium grandi cum codice nomen.
Tunc immensa cavi spirant mendacia folles,
Conspuiturque sinus. veram deprendere messem
Si libet: hinc centum patrimonia caussidicorum,
Parte alia solum russati pone Lacernæ.

Con-

VET. SCHOLIAST.

110. *Qui*, *&c.*] Cautionem habens multorum temporum. Creditorem argentarium significat, qui instantius debitum petit, si debitor ei cœperit esse suspectus.

111 *Folles.*] Buccas dicit.

112. *Conspuiturque sinus.*] Propter fascinum verborum ter sibi in sinu spuunt, & videntur fascinum arcere. ut Persius de matertera. vel, incipiunt multa sibi promittentes, in sinum spuere, vel alloquendo multum spuunt.

114. *Pone*, *&c.*] Nomen aurigæ abjecti, ex colore Russatus. Lacerna sub Domitiano auriga fuit.

VARIORUM.

lavitur, tum præcipue grandi voce agit. *Tatigat latus.*] Urget, instigat. *Arriter illo.*] Priore creditore. *Idem.*

110. *Qui*, *&c.* Adserendum vel probandum. Quidam hoc intelligunt de caussidico adversario, qui ex grandi codice Juridico velit probare nomen illud dubium esse, & cujus caussam orat, debito non teneri. Vel qui debitore inficiante, negat id deberi, paratus ostendere libros accepti & expensi. *Farnab.* *Grandi*, *&c.*] Vel legum & juris codice, vel codice, in quo processus, acta, confirmatio, refutatio. *Berauld.* Annotat. cap. 31. *Nomen.*] Debitum. Dicit Poëta, Caussidicos magna sonare, cum à debitore, qui magis urget & instat quam creditor, conducuntur, qui quidem debitor venit ad debitum dubium diluendum & refutandum, cum codice accepti & expensi. *Nomina* igitur sunt tituli debitorum, præsertim in his debitis, ubi nomina scripta sunt eorum, quibus pecuniæ sunt commodatæ; ita ut nomina debita & debitores idem sint. Hinc Alphius dixit, *Bona nomina aliquando mala fieri, nisi interpelles.*

111. *Tunc*, *&c.*] Egregia fabularum descriptio. Id est, tum vero quantum possunt summis laterum viribus & laboribus mentiuntur. Utpote quorum lingua venalis. *Cavi*, *&c.*] Pulmones, quibus inest spirandi vis. Vel cavas buccas & fauces intellige, vento & mendaciis plenas, ut folles credas. *Lubin.*

112 *Conspuiturque sinus.*] Nimia verborum copia, vehementia, & dicendi fervore, sinus & vestes sibimetipsis conspuunt. *Veram*, *&c.*] Dixit de summis caussidicorum laboribus; jam indicat quid inde lucri consequantur. Quod si caussidicorum messem & annuos proventus libet cognoscere, in una libræ lance pone centum caussidicorum patrimonia, in altera unum & solum patrimonium Russati illius Lacernæ, videbis omnes caussidicos, eorumque annuos proventus vel ab unius Russati Lacernæ opibus & reditibus annuis superari. *Veram*,] Lego hic *verum*, hoc sensu: Labores quidem Jureconsultorum gravissimi, verum messis vel fructus, quem inde consequuntur, perexiguus; quem si voles cognoscere, &c. *Idem.* & *Farnab.*

113. *Hinc.*] Ab hac parte in una libræ lance *Lubin.*

114. *Solum.*] Unum & solum Russati Lacernæ patrimonium tanti est, quanti centum caussidicorum. *Russati*, *&c.*] Varia admodum hic lectio. Codex meus habet, *tui Sats pone Lacertæ.* Legendum potius Russati Lacertæ vel Lacernæ, quem ajunt Domitiani aurigam fuisse, veste russata vel rubra indutum. *Britannicus* dicit Lacertam esse militis nomen fictum. Nam milites Romani usi sunt in prælio vestibus russa-

tis,

Consedere Duces: surgis tu pallidus Ajax
Dicturus dubia pro libertate, Bubulco
Judice. rumpe miser tensum jecur, ut tibi lasso
Figantur virides, scalarum gloria, palmæ.
Quod vocis pretium? siccus petasunculus, & vas
Pela-

VET. SCHOLIAST.

115. *Pallidus Ajax.*] Ajacem pro recitaturo posuit advocato. Hic vero Ajax auriga non * ictilius temporius.

118. *Figantur, &c.*] Stationum scilicet, ad instar gladiatoriæ victoriæ. Scalas armariola advocatorum: vel ut quidam, casæ & stationes. Cicero in Corneliana, Conrepsit, inquit, in scalas. Armaria namque advocatorum apud veteres scalas habebant.

119. *Siccus, &c.*] Vocabulum piscium salsorum.

VARIORUM.

tis, quas Græci phœniceas, nos vero coccinas appellamus.

115. *Consedere.*] Est hemistichion ex initio 13 libri Metamorph. Ovidii; ubi Ajax & Ulysses in judicio de Achillis armis inter se contendunt. Per *duces* hoc loco Judices, per *Ajacem*, scoptice caussidicum intelligit. *Surgis tu pallidus Ajax.*] Pro *** *ictilius* lege, *nobilis illius temporis.* vel potius, * ictus illius temporis. Sed quod ait, aurigam quendam Ajacem nomine hoc loco tangi, fides penes auctorem esto. Ego poëtam non alio, quam ad illa Ovidii allusisse scio: *Consedere duces, ac vulgi stante corona Surgit ad hos clypei dominus septemplicis Ajax.* Rutgers. Ergo, judicibus sedentibus pro tribunali, tu oras & caussam alienam dicis. *Pallidus, &c.*] Id est, tu caussidicus, tanquam Ajax ille apud Ovidium, surgis ad dicendum. *Pallidus.*] Ob malam caussam quam foves, vel ob dubium eventum meticulosus, vel ob egestatem macilentus & pallidus. *Lubin.*

116. *Dicturus dubia.*] Pro eo, cujus libertas in quæstionem vocatur, & in ambiguo est: ut Cic. pro Archia. Vel, pro ostendenda libertate alicujus non facile probabili, contra eum, qui illum in servitutem vult mittere. *Dubia, &c.*] Quæ sit ne danda, an non, nondum erat judicatum. *Bubulco, &c.*] Potest illius temporis judicis esse nomen; vel intellige rudem, rusticum, indoctum. Ait enim Asconius Pedianus ex singulis tribubus urbanis rusticis, quæ erant numero 36, ternos judices fuisse electos. *Lubin. Farnab.*

117. *Rumpe, &c.*] Tanta vocis contentione clama, ut jecur tuum irâ inflatum & intensum pene rumpas, & summa fide caussam age, ut postea laudem ex victoria consequaris, sed mercedem vilissimam. Alii hoc loco per *jecur*, pulmonem intelligunt. *Ut tibi lasso, &c.*] Ex longa debacchatione. *Idem.*

118. *Figantur, &c.*] Ut cum jam declamando lassus & defatigatus es, rami palmarum adhuc virides, tibi in signum victoriæ adfigantur, id est, ut laudem habeas, sine præmio. *Lubinus. Figantur, &c.*] Scalæ hic sunt aditus domus, janua. ita autem vocat ἐμφατικῶς ad indicandam oratorum pauperiem, qui more omnium tenuium & mendicorum, in cœnaculis habitabant; ut habitationes suas nisi scalis introire non possent. Erat autem moris oratorum & caussidicorum, victoriam partam in foro, testari appensa foribus palma. *Casaub. Brodæus 9. cap. 1.*

119. *Quod, &c.*] Sed quodnam lucrum est vocis tuæ, qua caussam egisti? Resp. *Siccus, &c.*] Laridi fumo indurati exiguus & exsiccatus petaso, vel perna. *Siccus*] Aut quia fumo induratus, aut quia vetulus rancidus & succo exhaustus est. Exiguum sane precium, quo hoc tempore advocati non contenti forent. *Lubin. Vas.*] Fictile vel ligneum, in quo conditi pisces, vilissimi Thynni, Pelamidesq; enim

Pelamydum: aut veteres, Maurorum epimenia, bulbi:
Aut vinum Tiberi devectum, quinque lagenæ.
Si quater egisti, si contigit aureus unus,
Inde cadunt partes, ex fœdere pragmaticorum.
Æmilio dabitur, quantum petet, & melius nos
Egimus: hujus enim stat currus aëneus, alti

Qua-

VET. SCHOLIAST.

120. *Epimenia.*] Græce dixit. Nam Latine menstrua dicuntur dantium.

121. *Tiberi, &c.*] Non transmarinum, id est, cibarium.

122. *Si, &c.*] Id est, Pro quatuor actionibus unum solidum.

123. *Pragmaticorum,*] Imperitorum, qui negotiales caussas agunt.

124. *Æmilio, &c.*] Qui hoc pacto quintum acciperet, in pretium consiliatorum clientium. *Et melius nos.*] Pauperes scilicet.

VARIORUM.

enim pisces salsi & viles ἀπὸ τοῦ πηλοῦ vel luto, in quo perpetuo volutantur. *Lubin.*

120. *Et veteres bulbi.*] Pisces exigui & vilissimi, qui apud Afros Epimenia sunt, id est, munera menstrua Afrorum, quæ ex Africa singulis mensibus Romam adferuntur. Alii censent sordida munuscula ipsorum Afrorum esse bulbos. Plin. lib. 19. Lips. Epist. 2. lib. 2. Quæst. Ep. Nescio quid de Epimenidio tertio Scyllæ genere, ad Epimenidem nomen suum referente, in hunc locum nugantur commentatores. Ego manuscripti codicis fidem secutus, & Grammatici prevetusti annotationem, ἐπιμήνια intelligo, exilia munuscula, ac veluti xenia sordida, quæ in singulos menses pro navata opera conferebant; cujusmodi nominat rancidos illos & veteres bulbos *Junius.* Ἐπιμήνιον, menstruum stipendium. *Lubin. Maurorum epimenia, &c.*] Epimenium, stipendium militis in mensem, quod exiliter & sordide dari caussidicis Poëta notat. Dinæi liber legit *Bulli*, sic & Glossæ ad oram scriptæ; quam lectionem non de nihilo esse docet Vetus Glossarium ab Henrico Stephano. *Maurorum.*] Alii leg. *Afrorum.*

121. *Aut, &c.*] Id est, vile & ingratum, vinum Vejentanum per Tibrim Romam deorsum vectum, non transmarinum. Et ejus quidem quinque lagenas pro quatuor actibus. Quasi dicat: In signum summæ liberalitatis una lagena dabitur supra numerum, vel ultra numerum actionum tuarum. Ironice. *Idem.*

122. *Si, &c.*] Quod si forte etiam nummi tibi dentur, & aureus unus aliquando contingat, non illum tibi integrum habere potes. Sed oportet ut ex illo partem aliquam Pragmatico vel advocato tribuas. *Pragmatici* Pediano advocati sunt, qui caussidicis leges monstrabant, & quos tanquam peritiores adibant, & consulebant. *Idem. Ex fœdere.*] Ex compacto, quia ita pacti sunt pragmatici cum illis.

124. *Æmilio, &c.*] Conqueritur jam de iniqua conditione pauperum advocatorum & divitum. Id est, ille tantum præmii ex suis actionibus & caussis agendis consequitur, quantum petit, ob nullam aliam caussam, nisi quia dives est. *Et, &c.*] Et tamen nos tenuiores caussidici majori fide & diligentia caussas nostras agimus, quam ille. *Idem.*

125. *Hujus, &c.*] Notat obiter artes caussidici Æmilii, qui ut multum præmii à clientibus consequeretur, simulabat se esse ditissimum, luxuriose suam statuam equestrem æream eamque in curru, in vestibulo domus suæ posuerat. *Currus, &c.*] Ex quo majores suos triumphasse ostentat. Porro etiam ipsis caussidicis statuæ equestres erigebantur. *Idem. Alti, &c.*] Equi quaterni alti & sublimes ad majorem magnificentiam currum trahentes.

126.

Quadrijuges in vestibulis, atque ipse feroci
Bellatore sedens curvatum hastile minatur
Eminus, & statua meditatur prælia lusca.
Sic Pedo conturbat, Matho deficit: exitus hic est
Tongilli, magno cum rhinocerote lavari
Qui solet, & vexat lutulenta balnea turba,
Perque forum juvenes longo premit assere Medos

Emtu-

VET. SCHOLIAST.

128. *Et, &c.*] Cujus oculus introrsus cedit.

130. *Magno, &c.*] Id est, magno gutto. quod sicut Rhinoceros, sit ingentis nasi.

VARIORUM.

126. *In, &c.*] In domum introitu, in atrio, in porticibus. *Atque, &c.*] Æmilius equestrem sibi in vestibulo statuam erexit, & ibi feroci equo belligero insidens, curvatum hastile eminus & è longiore intervallo, tanquam adversarium percussurus, intentat & quasi minatur adversario. *Lubin.*

127. *Bellatore*] Equo feroci & indomito. Scoptice, quasi qui egregius bellator fuerit, cum non armis, sed lingua & conviciis bella gesserit. *Hastile.*] Curvatum. Scoptice dictum. Et innuere voluit, quam imbellis & ineptus bellator ille sit, cum hasta sua incurvata. Vel vetustate incurvatum. *Minatur.*] Se missurum quasi inadversarium. *Idem.*

128. *Et, &c.*]Eo dicit, vel quod Æmilius unoculus fuerit, vel saltem luscus. Vel quod unum oculum clauserit, ut eo certior sit ictus. *Idem.*

129. *Sic Pedo.*] Id est, prorsus eodem modo per hasce artes, per ostentationem divitiarum & gloriæ, Pedo reliquos tenuiores caussidicos confundit, supplantat & superat. Vel ut Farnabius exponit, *Conturbat* decoquit, & æs alienum contrahit, novis creditoribus solvens, veteribus non ita, dum se divitem præfert. Verbum juris est, conturbare rationes, fortunas. *Matho.*] Sic Matho alios tenuiores dejicit & vincit in judiciis. Lego *Dejicit.* Quod si *conturbat* illud intelligamus de debito & defectu Mathonis, tum explicanda hæc erunt de simulatione; quod etsi essent tenuiores & ære alieno obruti, quod solvere nequeant; tamen simulent se esse divites, ut ita pluris, vel pro majori pretio caussas possint agere. *Conturbare* ergo & *deficere*, significat solvendo non esse, & ad paupertatem redigi. Posterior explicatio potior. *Turnebus* libro. 22. cap. 23. Sic ergo Matho adhuc infelicior altero, quia alter quidem res turbatas & anxias habet, sed hic jam penitus fractas, & ad incitas redactas est. *Exitus, &c.*] Ut nimirum Tongillus quamvis pauper, tamen simulat se divitem: lectica vehitur, lavatur magna clientum turba stipatus. Ut ita magis illi credatur.

130. *Magno, &c.*] Vel eo dicit, quod nasutus fuerit instar rhinocerotis, quod de Tongiliano testatur Martialis, cum ait:

Nil præter nasum Tongilianus habet.

Vel potius, quod gutto in balneo usus sit magno, ex rhinocerotis cornu. Quod vasculum synecdochicôs Rhinoceros appellatur: pauperioribus autem in usu erat guttus ex cornu taurino. *Guttus* est vasculum, è quo oleum guttatim distillat. *Lubin.*

131. *Et vexat.*] Id est, implet perturbans & molestans turba comitum suorum lutulenta, quam tanquam pompam secum circumducit etiam in balnea. *Idem.* *Lutulenta.*] I. e. luto oblita; nam illi comites solent *matutinum ferre patique lutum*, huc usque cum rege suo discurrentes per lutum & sordes.

132. *Perque, &c.*] Id est, qui ad

os-

Emturus pueros, argentum, myrrhina, villas.
Spondet enim Tyrio stlataria purpura filo.
Et tamen est illis hoc utile: Purpura vendit
Caussidicum, vendunt amethystina: convenit illis

Et

VET. SCHOLIAST.

134. *Stlataria, &c.*] Illecebrosa. Ennius,

Et melior navis, quam quæ stlataria portat.

Id est, multisonalis, quæ vulgo dicitur [illegible].

VARIORUM.

ostentationem à servis suis lecticariis ex Media ortis, lectica portatur. *Longo asfere.* Id est, ligno, quo lecticarii servi utebantur ad sustinendam lecticam. *Britannus. Premit.*] Illos servos, & onerilli est *Medos.*] Lipsius legit, *Mæsos.* Nam Medi & Parthi expertes erant servitutis Romanæ. At ex Mæsia erant lecticarii: ut Sat. IX. Varii ergo hic sunt Britannicus & quicunque alii.

133. *Emturus.*] Simulat se sibi velle servos vel pueros emere, argentea pocula, myrrhina, & villas, ut ita ditior videatur, & à pluribus conducatur. *Myrrhina.*] De his poculis dictum Sat. præcedenti, vers. 155. Martial. Epistol. 113. lib. 14. *Villas.*] Domos cum agris. *Idem.*

134. *Spondet, &c.*] Exponit se tanquam divitem. Id est, lata ejus vestis purpurea, & latus clavus, quem gestat, lectica, comites, pro illo fidem faciunt, quod prædicta possit emere. *Stlataria, &c.*] Id est, latus clavus purpureus. Dixerunt autem prisci, stlitem pro litem, stlatum pro latum, teste Festo Glossæ veteres, Stlatarius, [illegible]. Item Stlatarius, [illegible]. Festus, *Stlata genus navigii latum magis quam altum.* Stlataria ergo dicitur purpura fallax, quod eo vestimento homines decipiantur. *Tyrio filo.*] E lana Tyrio colore tincta. *Lubin.* Stlatarium Interpretes pro lato clavo accipiunt. Quod si verum, nulli tum caussidici in pretio, nisi qui & Senatores, quibusque lati clavi jus. Nisi [illegible] limus de lacernis Caussidicorum interpretari:

---- *Purpura vendit*
Caussidicum, vendunt Amethystina.

Nam lacernas in caussis agendis adhibitas, testatur idem Sat. 16 *Jam facundo ponente lacernas Cadito.* Nisi rectius sit dicere, magnam etiam equitum partem per ea tempora latum clavum usurpasse. Vide & Turneb. libro 19. cap. ult. *Ferrarius. Spondet enim Tyrio stlataria purpura filo, &c.*] Ubi de lacernis loquitur poëta, non de lato clavo. Alioqui omnes caussidicos Senatores fuisse oportet, & laticlavios. Lacernæ ergo purpureæ clientes alliciebant. nam lacernas in caussis adhibitas docuimus ex eodem poëta. Quamquam non ita compertum mihi sit, fueritne ille Cæditius patronus, an Judex: & si patronus fuit, quia illum facundum appellat, cur posuerit lacernas? non quod defatigatus esset exspectando, neque dicendo delassatus. nondum enim caussa cœpta erat. Forsasse quia dicturi, lacernas deponebant. Videant eruditi. *Ferrar.*

135. *Et, &c.*] Quod tam ambitiose multitudini sese ostentant. Nam eo facilius conducuntur, cum videntur quantivis pretii. *Purpura, &c.*] Id est, vestis purpurea commendat & facit, ut caussidicus pluris conducatur à clientibus. *Idem. Purpura vendit Caussidicum, vendunt amethystina.*] Hoc est, lacernæ purpureæ & amethystinæ in caussa sunt, ut caussidicus conducatur, hæc ipsum commendant & in pretio esse faciunt: nam toga nulla oratoribus purpurea, sed communis: nisi de lato clavo intelligamus. quod fieri non potest, quia non omnes patroni laticlavii; deinde nullus amethystini usus in clavo. Non nisi ergo de lacernis aut lænis intelligere possumus, quæ togæ injiciebantur. *Ferrarius.*

136. *Vendunt, &c.*] Id est, vestimenta

Et strepitu, & facie majoris vivere census.
Sed finem impensæ non servat prodiga Roma.
Fidimus eloquio? Ciceroni nemo ducentos
Nunc dederit nummos, nisi fulserit anulus ingens.
Respicit hæc primum, qui litigat, an tibi servi
Octo, decem comites, an post te sella, togati
Ante pedes. ideo conducta Paulus agebat
Sardonyche, atque ideo pluris, quam Gallus agebat,
Quam Basilus. Rara in tenui facundia panno.

An-

VET. SCHOLIAST.

142. *Togati, &c.*] Togati, nominativus est pluralis: ut sit sensus, an togati sint tibi ante pedes, qui litigent, qui te consulant.

VARIORUM.

menta violacea Amethystini coloris. Quidam gemmas intelligunt. *Convenit illis.*] Id est, illis rabulis proprium & conveniens est, ut & verborum strepitu, quo vani maxime vigent, vel comitum turba & ostentatione, & facie, specie, habitu corporis & vestitus splendore plus p[illegible] se ferant, quam adsint. Absque hac enim ostentatione & impudentia esset, ut plurimi cogerentur mendicare, qui jam opibus & honoribus vel maxime vigent. *Idem.*

137. *Majoris, &c.*] Majores divitias & opes simulare, & præ se ferre, quam possideant. *Idem.*

138. *Sed finem.*] Id est, Romani luxuriosi & prodigi nullum modum ponunt sumtuum & impensarum faciendarum. Tanta autem insana ambitio Romæ erat, ut vestes & comites fœnore conducerentur, ut ditiores aliis viderentur. *Ferrarius.*

139. *Fidimus, &c.*] Alii legunt, *Ut redeant veteres.* Probat ulterius nullam eloquentiam, nullam scientiam juris, Romæ in pretio esse, nisi cum divitiis & honoribus. Id est, etsi vel maxime in vitam postliminio redirent Cicero, Crassus, Hortensius, & alii summi caussidici, illis nemo ducentos numos jam daret, nisi suas opes ambitiose annulis & gemmis in digitis fulgentibus ostentare possint. *Lubin.*

141. *Respicit, &c.*] Ridet stultam clientum opinionem. Cui lis est in judicio, ille antequam caussidicum conducat hoc primum respicit, & considerat, quod sequitur. *Idem.*

142. *Decem, &c.*] Clientes, qui te officii gratia comitentur. *An, &c.*] Id est, an lecticam, octophoron habeas, quæ ab octo servis lecticariis portetur. Nam ditissimi octophoro, mediocres hexaphoro, portabantur. *Post te, &c.*] In qua sedeas, si collibitum fuerit. *Idem.* *Togati, &c.*] Anteambulones, qui per ambitionem dominum præcedebant. Circumpedes sunt obsequia servorum: Antepedes amicorum. *Turneb.* libro 3. cap. 23.

143. *Ideo, &c.*] Hoc sciens Paulus caussidicus à litigantibus divitias & censum equestrem spectari, quia animadvertebat istas ostentationes opum esse utiles, data mercede conducebat Sardonyches, & alias pretiosas gemmas & vestes, ut dives videretur, & ob id pluris & majori pretio agebat caussam, quam Gallus, [alii *Cossus* leg.] Basilus, & alii tenuiores caussidici. *Lubin.* *Agebat.*] Caussam dicebat.

144. *Sardonyche.*] Nobilissima gemma in anulo. *Idem.*

145. *Rara, &c.*] Male & ex opinione vulgi,

Πολὶ

Quando licet Basilo flentem producere matrem?
Quis bene dicentem Basilum ferat? accipiat te
Gallia, vel potius nutricula caussidicorum
Africa, si placuit mercedem ponere linguæ.
Declamare doces, ô ferrea pectora Vetti,
Cum perimit sævos classis numerosa tyrannos.
Nam quæcunque sedens modo legerat, hæc eadem stans
Perferet, atque eadem cantabit versibus iisdem.

Occi-

VET. SCHOLIAST.

154. *Crambe, &c.*] Proverbium *δὶς κράμβη θάνατος*, omnibus tritum. quum nihil sibi tam fuisse cognitum significare voluerint. tractum à nimis frequenti relatione historiæ sive fabulæ ab aliquo tum scriptæ.

VARIORUM.

Παλλάδι καὶ κνήμαις ἀνὴρ μάλα καλ-
ἐστιν ἄπιον. *Idem.*

Quam Gallus quam Basilus.] Quam unus & alter pauper Caussidicus.

146. *Quando, &c.*] Id est, Basilo pauperi nunquam licet aliquam gravem caussam agere, & flentem matrem & orantem pro vita & salute filii ad misericordiam judicum commovendam, in judicium adducere. Id est, nunquam illi committuntur causæ capitales, cum de capitis periculo agitur *Idem.*

147. *Quis, &c.*] Nam illud non nisi divitibus permissum erat. Eo dicit: Nam nihil probabatur in paupere, etiamsi omnium eloquentissimus esset. *Idem.*

148. *Accipiat, &c.*] Compellat Basilum, vel alium quemvis pauperem caussidicum. Si vis linguæ mercedem imponere, vel dicendo aliquid lucrari, in Galliam vel Africam te confer, ubi pauperioribus adhuc caussidicis locus, & præmium propositum est, si bene agant. *Nutricula, &c.*] Utraque provincia Gallia & Africa tum temporis satis litigiosa fuit, maxime autem Africa. ergo quasi Caussidicorum altrix.

150. *Declamare.*] Transit jam ad Rhetores vel Sophistas, qui juvenes in scholis declamare docebant, summo cum labore & minimo fructu, quorum conditionem viliorem adhuc esse demonstrat, adeo ut illos ferrea pectora & nullius laboris non patientissima habere adserat; qui tantos labores in docendis discipulis sustinere valeant, *Vetti.*] Alii *Vecti* legunt, potest esse genitivus & vocativus. Ponitur hic pro quocunque præceptore. *Idem.*

151. *Cum, &c.*] Id est, cum classis Scholasticorum numerosa satis ficto themate de tyrannis declamet, eosque perimendos & è medio tollendos probet. Lubinus censet, Juvenalem hic respexisse ad Dionysium, qui de rege in hoc pistrinum fuerit conjectus: vel ad miserrimam præceptorum conditionem. Id est, tu potesne hos labores perferre, cum hujusmodi classis scholasticorum etiam sævos tyrannos (ut Dionysium) excarnificet, & perimat, deque illo supplicium sumat, miserrimis modis? Quid autem miserius insuper, si vix ex tantis laboribus tantum consequuntur, ut commode sese sustentare possint? *Classis, &c.*] Tantus discipulorum grex, multitudo. *Idem.*

152. *Nam, &c.*] Probat præceptoribus incredibiles ærumnas, & tædia esse devoranda, & institutionem puerorum quovis tormento graviorem esse. *Idem.*

153. *Atque, &c.*] Verbis iisdem, eadem crebro clara voce quasi cantans incul-

Occidit miseros crambe repetita magistros.
Quis color, & quod sit caussæ genus, atque ubi summa
Quæstio, quæ veniant diversæ forte sagittæ,
Nosse velint omnes mercedem solvere nemo.
Mercedem appellas? quid enim scio? culpa docentis
Scilicet arguitur, quod læva in parte mamillæ
Nil salit Arcadico juveni, cujus mihi sexta
Quaque die miserum dirus caput Hannibal implet.
Quidquid id est, de quo deliberat, an petat urbem

A Can-

VET. SCHOLIAST.

159. *Scilicet*, *&c.*] Id est, quid magister peccat, si tu cor non habes?

160. *Arcadico.*] Asino, ac per hoc stulto, hebeti.

162 *An*, *&c.*] Id est, deliberativa ejus quam recitat.

VARIORUM.

culcabit. *Idem.* Alii, *proferet.* & pro *iisdem*, idem.

154. *Occidit*, *&c.*] Græcum proverbium expressit, δὶς κράμβη θάνατος. Brassica nimirum recalfacta, & bis terve in cibum apposita, fastidium & nauseam pene morte molestiorem parit. Sic misselli magistri dum eadem discipulis suis toties repetita inculcant, tædio & molestia pene occiduntur. *Politian.* Miscell. cap. 33. Scoppa Collect. lib. 2. cap. 2.

155. *Quis*, *&c.*] Id est, omnes discipuli nosse volunt rationem de unaquaque re probabiliter dicendi; quis color sit, quod caussæ genus, quæ summa quæstio, quid ab adversario contradici possit. Sed nemo mercedem vult rependere. *Color.*]Ornamenta verborum & sententiarum, schemata, tropi, & alia, quibus oratio pingitur & ornatur. *Caussæ &c.*] An sit demonstrativum, an judiciale, an deliberativum. *Ubi*, *&c.*] Ubi controversiæ status. *Lubin.* Rei cardo, in quo res maxime vertitur.

156. *Quæ*, *&c.*] Metaphora. *Sagitta*, pro contrariæ partis, & adversarii argumentis, quæ in refutatione solent dilui. Hæc omnes volunt scire, & nemo mercedem solvere. *Idem.* Alii legunt, *diversa parte.*

158. *Mercedem*, *&c.*] Objectio discipuli. Quasi dicat: O præceptor, tu mercedem appellas & exigis? Quid enim scio? quid à te didici? quasi dicat, nihil. *Culpa*, *&c.*] Respondet præceptor: Itane vero mea præceptoris te docentis culpa arguitur & accusatur, quod tu stupidus, vecors, & obtusus asellus es, & quod tibi juveni Arcadico & asinino nihil salit in sinistra parte mamillæ vel præcordiorum, id est, quod tu nihil cordis & ingenii habes. *Lubin.*

159. *Læva*, *&c.*] Id est, quod sis excors, & stupidus. Hinc Adagium, *Corpus sine pectore.* Idem.

160. *Arcadico*] Apposite. Id est, ignavo, pingui, hebeti: quales sunt Arcades, teste Philostrato libro 3. Asini enim & muli in Arcadia maximi. Miserum certe, quando egregia semina sterili terræ, salutaria præcepta bardo & blenno discipulo incassum mandantur. Scoppa Collect. 1. cap. 27. *Brodæus* Misc. l. IX. c. 17. Vide proverb. Ἀρκάδιον βλάστημα. *Cujus*, *&c.*] Id est, cum quo immensos labores sustineo, & cujus declamatio de Annibale, diro illo & infesto Romanis hoste, singulis sex diebus mihi audienda est, cum summo tædio. *Sexta die*] Qua eadem repetit. *Lubin.*

161. *Miserum*, *&c.*] Miseras aures, quæ toties una & eadem re obtunduntur. *Dirus*, *&c.*] Quasi Deorum ira immissus Annibal.

162. *Quidquid*, *&c.*] Hannibal scilicet,

A Cannis, an post nimbos, & fulmina cautus
Circumagat madidas à tempestate cohortes,
Quantum vis stipulare, & protinus accipe, quod do,
Ut totiens illum pater audiat. hæc alii sex,
Vel plures uno conclamant ore sophistæ,
Et veras agitant lites, raptore relicto:
Fusa venena silent, malus ingratusque maritus,
Et quæ jam veteres sanant mortaria cæcos.
Ergo

VET. SCHOLIAST.

163. *An*, *&c.*] Cum à tertio ab urbe lapide castris positis, fulmine territus, eo quod propius accederet.

164. *Circumagat.*] Retroducat ad Africam.

165. *Quantum*, *&c.*] Proroga quantum tibi dem. *Dispensatores*, *qui nunc prorogatores dicuntur.*

167. *Vel plures.*] Omnes scilicet professores.

168. *Et*, *&c.*] Cum mercedes reposcunt alii exponunt, transeundo ad caussas, relictis controversiis scholasticis. *Raptore*, *&c.*] Themata quæ in auditoriis recitantur deliberativarum & controversiarum. ut si uxor venenum tribuerit, maritus recipiat oculos, &c.

VARIORUM.

licet. Cujus consilia & deliberationes discipulus in ficto themate proponit, & de illis declamat. Exempli gratia, post Cannensem victoriam Annibal deliberat, an à Cannis urbem Romam statim petat. *Idem.*

163. *A Cannis.*] Cannæ locus in Apulia Romanorum strage nobilissimus. Ubi Terentii Varronis temeritate, Romani ab Annibale ad internecionem occisi. Livius lib. 22. *An*, *&c.*] An ipse Annibal cautus, & prudens post horribiles nimbos, fulmina, ac tonitrua, quæ illo tempore fuerunt, suas cohortes militum propter tempestatem madidas, alio per circuitum ducat & reducat. Talia tractabant in declamationibus, quæ erant in genere caussarum deliberativo.

Post, *&c.*] Annibal enim tertio ab urbe lapide, cum super Anienem castra posuisset, prohibitus est fulmine & tempestate, ne propius accederet, & Romam invaderet. *Lubin.*

164. *Circumagat.*] Reducat. Nam deinde ad Thuriam fluvium castra tetulit. Livius lib 26. *Lubin.*

165. *Quantum vis.*] Dicit dispensator, qui Rhetori discipulum tradit: Posce à me tibi dari quantum vis, & statim tibi dabo. *Stipulare.*] A me scilicet. Est enim generis communis.

166. *Hæc alii.*] Hortatur auctor noster præceptores illos, ut relicto illo scholastico pulvere ad veras caussas agendas potius se conferant, ubi tantum molestiarum non sustinent, exemplo sex & plurium aliorum *Lubin.*

167. *Uno*, *&c.*] Uno modo, quum omnes idem agunt. Hinc forum passim clamosum vocatur. *Idem Sophistæ.*] Idem fuere apud antiquos qui rhetores dicuntur.

168. *Et*, *&c.*] Non fictas controversias & declamationes, ut in Scholis. *Raptore*, *&c.*] Declamatione de Raptore Ut de Jasone, qui Medeam rapuit, vel Paridem intellige, qui rapuit Helenam. *Idem.*

169. *Fusa*, *&c.*] Declamatio de Medea, quæ veneno Creüsam Jasonis conjugem, suam quasi pellicem, absumsit, ab ipsis non amplius tractatur, sed silet quasi. *Malus*, *&c.*] Fictum thema de Jasone, qui malus pariter & ingratus maritus erat Medeæ, cujus ope salvus ex Colchide evaserat, & quam tamen deserebat *Idem.*

170. *Et*, *&c.*] Fictum thema de eadem Medea, quæ certis pharmacis magicis

Ergo sibi dabit ipse rudem, si nostra movebunt
Consilia, & vitæ diversum iter ingredietur,
Ad pugnam qui rhetorica descendit ab umbra,
Summula ne pereat, qua vilis tessera venit
Frumenti. quippe hæc merces lautissima. tenta
Chrysogonus quanti doceat, vel Pollio quanti

Lau-

VET. SCHOLIAST.

172. *Diversum iter.*] Alii qualibet.

173. *Qui, &c.*] Esse * nam Academiam sectam, quæ rhetoricam in se continens militiam.

174. *Summula.*] Ne annonam perdat. Symola modum (an medium) significat gradilis panis.

176. *Chrysogonus, &c.*] Per diversos vadunt magistros, ubi vilius possint studere tentantes.

VARIORUM.

gicis in mortario tritis, Peliam ex sene cæco puerum se reddituram filiabus pollicebatur. Ovid. in Metamorph. Alii censent significari filium in mortario medicamina contundentem ad patris oculos sanandos: quæ noverca superveniens venena esse dicat, & veneficii ac parricidii filium accuset. Pater hoc credens testamentum mutet. Ait ergo Poëta tales declamationes à Sophistis relinqui, & veras caussas agi. *Idem.*

171. *Ergo, &c.*] Ergo ipse præceptor, qui relicta illa umbratili & ficta lite in Schola, ad veram pugnam & veras controversias in forum descendit: *ille sibi ipsi rudem dabit*, seque à laboribus scholasticis mancipabit, & aliud vitæ genus diversum à munere præceptoris ingredietur: si mea consilia aliquid momenti apud ipsum habebunt. *Lubin.* *Rudem.*] Libertatis à Rhetorica. Metaph. à gladiatoribus, qui rude donati cessant. *Farnab.*

173. *Et vita, &c.*] A Rhetorica, & laboribus scholasticis. *diversum iter*, contrariam a superiore viam.

173. *Ad pugnam, &c.*] Ad verum certamen, id est, ad veras lites & caussas forenses. *Britanic. Rhetorica, &c.*] Eo dicit, nam fictæ Rhetoricæ declamationes verarum controversiarum forensium umbræ tantum & imagines sunt. *Lubinus.*

174. *Summula.*] Id est, ne illa exigua pecuniæ summa tibi desit, quâ venditur vilis frumenti tessera in singulos menses popello & tenuioris fortunæ hominibus. Romæ frumentorum curatores distribuebant tesseras. Non enim frumentum ipsum à curatoribus, (vile id & multarum molestiarum munus fuisset) sed tesseras frumentarias, sive symbola quædam in ligno vel plumbo capiebant, quibus acceptis ire iis licebat ad horrea publica, petitum frumentum. Frumento si opus non esset, tesseras illas vendebant. *Vilis.*] Utpote ex ligno vel plumbo, cui signum impressum: figuræ erat quadratæ, unde & nomen; quandoque rotundæ *Idem*

175. *Quippe, &c.*] Hæc merces, quam ex controversiis forensibus adquiris, collata ad *διδακτρον*, vel annuam præceptorum mercedem, est adhuc lautissima. *Idem.*

176. *Chrysogonus doceat.*] Inquire, inquit, & vestiga, quanti citharœdi filios nobilium doceant fidibus; ut ostendat longe uberius esse citharœdorum lucrum, quam sophistarum & caussidicorum. *Britannicus.* Verum videtur mihi per Pollionem & Chrysogonum intelligere Rhetores sophistas in scholis docentes, hoc sensu: Si non vis credere, quam exiguam mercedem præceptores Rhetores consequantur, explora tantum, quam vilissima mercede Rhetores illi Chrysogonus & Pollio ditissimorum civium Romanorum filios doceant. *Lubinus.*

Lautorum pueros, artem scindens Theodori.
Balnea sexcentis, & pluris porticus, in qua
Gestetur dominus, quoties pluit; anne serenum
Exspectet, spargatque luto jumenta recenti?
Hic potius: namque hic mundæ nitet ungula mulæ.
Parte alia longis Numidarum fulta columnis
Surgat, & algentem rapiat cœnatio Solem.
Quanticunque domus, veniet qui fercula docte

Com-

VET. SCHOLIAST.

177. *Artem, &c.*] Dividens.
178. *Balnea, &c.*] Balneas & porticum ædificant, ubi gestentur, ne eos pluvia contingat, & mercedem pro filiis suis dare non possunt.
183. *Et, &c.*] Solaria in superioribus hibernalia, marmoribus & columnis ornata.
184. *Qui, &c.*] Structor, aut cocus.

VARIORUM.

177. *Lautorum.*] Nobilium. *Artem, &c.*] Id est, Rhetoricam Theodori Gadarei, cujus meminit Suetonius in Tiberio. *Scindens.*] Ad diligentiam refer. Id est, præcepta ejus artis minutatim dividens, & ingerens præcepta rhetorica, pro nulla mercede. Vel lacerans & deridens: Pollio (inquit) irridet artem rhetoricam, quum plus ipse lucretur arte sua. *Britann.* & *Grang.*

178. *Balnea.*] In ædificiis & obsoniis condiendis plurimum absumunt, in liberis educandis & instituendis nihil vel parum. De balnearum luxuria *Seneca* Epist. LXXXVI. *Sexcentis.*] Nummis scilicet constant quotannis, Qui dantur balneatoribus, & in alios sumtus in balneis conteruntur. *Pluris, &c.*] Id est, via strata sub tecto, qualis est ambitus in cœnobiis & claustris. vide Sat. 4. vers. 6. *Idem.* *In qua gestetur, &c.*] A lecticariis servis, vel à jumentis cum pluebat. Solebant autem lautiores quotidie gestari in lecticis, sanitatis, vel animi gratia.

179. *Anne, &c.*] Ironia. Anne dominus adeo dives, si vectari voluerit, tam diu deberet exspectare, donec siccum sit, vel [illegible] oriatur, ut tunc vectetur. *Idem.*

180. *Spargatque luto.*] Dum per plateas & pluviam vectatur à mulis, quasi indignum sit mulæ ungulas luto inquinari. *Jumenta.*] Mulas, à quibus vehitur. *Recenti luto.*] Nuperrime nato ob pluviam. *Lubin.*

181. *Hic potius.*] In porticu scilicet gestetur, non autem sub dio cum pluit, & via lutosa est. *Namque hic.*] Sub porticu scilicet, ubi non pluit, neque lutum est. *Nitet.*] Dum luto non inquinatur. [illegible]

182. *Parte alia.*] Id est, in hoc ergo loco balnea & porticus sumtuosissime exstruit. Alio loco cœnatio vel cœnaculum alte exædificatum surgit, fultum longis columnis è Numidia advectis. *Lubinus.* Vide Horat. Od. 18. lib. 2.
Columnas ultima recisas Africa.

183. *Algentem solem.*] Orientalem, qui salubrior, vel quod cœnatio ædificata, ut septentrionem respiciat & ortum, præsertim æstate. *Casaubonus* dicit, de triclinio hiberno Poëtam loqui. Luxuriosis enim hominibus Romanis triclinia pro tempore diversa. *Varro.* IV. de Ling. Lat. *Rapiat.*] Excipiat, intromittat. Solem matutinum & operam admitteret Arcton.

184. *Quanticunque domus, &c.*] Id est, quantocunque pretio domus constet, nihilominus habebit etiam structorem, qui ex arte omnis generis fercula & obsonia doctissime componat. *Idem.*

185.

Componat, veniet qui pulmentaria condit.
Hos inter sumtus sestertia Quintiliano,
Ut multum, duo sufficient: res nulla minoris
Constabit patri, quam filius. unde igitur tot
Quintilianus habet saltus? exempla novorum
Fatorum transi: felix, & pulcher, & acer:
Felix, & sapiens, & nobilis, & generosus
Adpositam nigræ Lunam subtexit alutæ:

Felix

VET. SCHOLIAST.

188. *Unde, &c.*] Anthypophora. Unde tantum possidet Quintil. si parum accepit?

189. *Exempla, &c.*] Contingit ut unus sit fato felix, Rhetor, vel orator.

192. *Adpositam, &c.*] Patricius Senator est, lunula nam adsuta calceis discernuntur patricii à noviciis.

VARIORUM.

185. *Qui, &c.*] Coquus è foro, isque magno conductus. Qui obsonia debito ex aromatibus condimento, præparet. *Idem.*

186. *Hos, &c.*] Id est, cum tot sumtus in res nihili prodigaliter profundat, Quintiliano, vel cuivis summo Rhetori & præceptori duo H. S. vel quinque libræ ad summum loco annui salarii sufficiunt.

187. *Ut, &c.*] Ut magnum pretium, ad summam. *Res, &c.*] Sententia pulcherrima. Nihil enim avaris illis Euclionibus vilius, quam sui liberi, in quos erudiendos, quidquid impenditur, illud perire putant. *Idem.*

188. *Unde, &c.*] Objectio avari divitis. Si oratores in scholis docentes nihil lucrantur, unde ergo Quintilianus Rhetor tot saltus habet, tot sylvas, unde tam dives est? Hic primus Romæ publicam scholam aperuit, & salarium è fisco accepit. *Cassiod. Lubin.*

189. *Exempla, &c.*] Respondet Poëta, præteri, ô quicunque hoc mihi objicis, hæc exempla novorum & inauditorum fatorum, & noli mihi unum aliquem objicere, quem fata ditarunt. Ac si dicat nullum alium inventum, qui ex liberalibus studiis sit ditatus: *nescio, quo modo bonæ mentis soror est paupertas.* *Nova fata.*] Latini dicebant, cum inusitata & insolita, inauditaque felicitas cuiquam obtigisset. *Turneb.* lib. 27. cap. 2.

190. *Felix, &c.*] Hoc vult dicere, quicunque felix est fatorum & stellarum favore, ille omnia habet corporis; fortunæ, animæque bona. Beneficio fortunæ factum est, ut in Quintiliano omnia agnoscerentur, quæ in fortunato homine conveniunt, ut omnibus sit numeris absolutus: iterum atque iterum felix est. *Pulcher.*] Membris & forma corporis decorus. *Acer.*] Animo vegetus & strenuus. *Lubin.*

191. *Sapiens.*] Bonis animi abunde instructus. *Nobilis, &c.*] Hæc ad bona fortunæ externa spectant; ob id subtexit, & addit. *Idem.*

192 *Appositam nigræ.*] Id est, gestat nobilium ornamenta, & patritiorum; qui lunula ad calceos adsuta, calceis à reliquis dicernebantur. Hac autem forma centenarium numerum denotabant, per literam C. Eo quod initio tot senatores tantum fuerint. Instituit autem Numa, ut per eam literam sese è numero centum patrum esse admonerentur. *Nigra.*] Primo enim Senatores calceos nigros induebant, postea cereos, galbeos, coccineos, &c. *Farnab.* *Subtexit.*] Addit, adsuit nigræ alutæ, vel calceo ex aluta. *Jac. Loënsis* Epiph. 4. & 5. cap. 25. & 2. *Junius* Adag. cent. 3. In astragalis nobilium.

Felix, orator quoque maximus, & jaculator:
Et si perfrixit, cantat bene. distat enim, quæ
Sidera te excipiant modo primos incipientem
Edere vagitus, & adhuc à matre rubentem.
Si Fortuna volet, fies de rhetore consul;
Si volet hæc eadem, fies de consule rhetor.
Ventidius quid enim? quid Tullius? anne aliud quam
Sideris,

VET. SCHOLIAST.

Perfrixit, &c.] Infrigidatus fuit.

198. A matre, &c.] Mox ut natus fuerit.

199. Ventidius, &c.] Ventidium ex* positione Cæsaris Dictatoris, fuit ut Tullius in Epistolis, & in Philippicis loquitur, opitulante Antonio Augusto usque eo provectus est, ut ei crederetur Parthicum bellum. Quid, &c.] Is captivus in urbem perductus, postea triumphavit.

VARIORUM.

193. Felix, &c.] Id est, facundia artium & eloquentia præstat. Quod autem toties τὸ felix repetit, innuit tantam felicitatem non tam doctrinæ, quam fortunæ beneficio esse assequutum. Jaculator.] Argumentator, egregius Dialecticus & Sophista, qui quidquid in caussam faciat, accuratissime investigat, & in adversarium detorquet. Lubin.

194. Et, &c.] Refrigeratio vocem raucam facit. Martialis:

Perfrixisse tuas questa est præfatio fauces.

Vel, adeo fortuna Quintiliano adspiravit, ut etsi quid peccatum sit, in illius tamen laudem vertatur, ut raucus ex frigore etiam bene cantare dicatur. Farnab. Cui Deus fatumque favet, illi nulla res nocere potest. Distat, &c.] Rationem reddit, cur quidam felices & fortunati sint. Id est, multum refert & interest, quæ constellatio, quis siderum positus, felix an infaustus fuerit tempore tuæ nativitatis, quis siderum aspectus in ortu tibi affulserit. Lubin. Quæ, &c.] Prospera, an adversa.

195. *Modo primos.*] Id est, eo ipso momento, quo te ex matris utero natura profundit. Lubin.

196. *Vagitus.*] Primos ploratus. in partu enim, quum primum infantes in lucem prodeunt, plorant. *A matre*, &c.] Ad colorem nuper editorum infantium respicit. Brod. 9. cap. 17.

197. *Si*, &c.] Ostendit humanam felicitatem tum fato, tum fortuna evenire, non à nostro hominum arbitrio dependere. ubi notandum, quod inter fatum & fortunam non distinguat. Pulcherrime Seneca: *Naturæ, fatum, fortuna, casus, omnia & ejusdem Dei nomina sunt.* Lubinus. *Fies de rhetore.*] Ut Cicero

198. *Fies*, &c.] A summis dignitatibus ad ima detrudetis: ut Valerius Licinianus. Lubin.

199. *Ventidius*, &c.] Addit hujus rei duo exempla. Id est, Ventidius Bassus est, qui genere Picens ex captiva Asculana natus, ductus in triumphum à Strabone Cnei Pompeii patre, primo stabularius, deinde mulio; deinde eodem anno prætor & consul factus est. Exercitui deinde dux constitutus, de Parthis triumphum duxit. Itaque qui ante captivus carcerem exhorruerat, victor Capitolium felicitate celebravit. Vide Valerium Maxim. libro 6. cap. 10. *Tullius.*] Marcus Cicero, qui homo novus, Arpinas humili loco natus, postea consul factus. Sic quidem aliqui inepti putarunt, sed revera (ut ex sequentibus claræscit) intelligit Tullium, qui ex serva natus, Tarquinio Prisco in regno Rom. successit. *Anne aliud.*] Id est, anne illorum felicitas aliud est, quam sideris, & constellationis aggratio. Lubinus.

Venti-

Sidus, & occulti miranda potentia fati?
Servis regna dabunt, captivis fata triumphos.
Felix ille tamen; corvo quoque rarior albo.
Pœnituit multos vanæ, sterilisque cathedræ,
Sicut Thrasymachi probat exitus, atque Secundi
Carrinatis, & hunc inopem vidistis Athenæ,
Nil præter gelidas ausæ conferre cicutas.
Dii majorum umbris tenuem, & sine pondere terram,
Spiran-

VET. SCHOLIAST.

201. *Servis*, &c.] Servium Tullium & Ventidium significat.

202. *Felix*, &c.] Quintilianus.

204. *Sicut*, &c.] Rhetoris apud Athenas, qui suspendio periit.

206. *Nil*, &c.] Socrates veneno periit, cum fugeret paupertatem. *Gelidas*.] Mortiferas. Mors enim frigida est.

VARIORUM.

Ventidius, &c.] In Scholiasten. *Ex mulitione Cæsaris*. Mulitio, mulitionis, pro cura mulorum. Adjicit, *ut Tullius in Epist*, &c. Rectè; nam Cicero mulionem vocat, Epist. 10. Fam. Mox subjungit Scholiastes, *capitulante Antonio Augusto*. accipit autem Augustum pro Octavio, nam tum Octavius nondum Augustus. *Dorleans*.

200 *Et*, &c.] Id est, incogniti nobis, non intellecti, & imperscrutabilis. Nam *Nescia mens hominum fati*. Idem.

201. *Servis*, &c.] Servium Tullium ex serva natum, regem Romanum factum intellige. *Idem*. *Captivis*.] Ut Ventidio.

202. *Felix ille*.] Concludit, Quintilianum ex fato & fortuna talem felicitatem consecutum esse. Sed tales felices, talemque felicitatem esse rarissimam. *Corvo*, &c.] Proverbialiter dixit, ut supra Sat. 6.

Rara avis in terris, nigroque simillima cygno. Idem.

203. *Pœnituit multos*.] Multi contra inveniuntur rhetores, quos pœnituerit inanis & sterilis studii rhetorici. *Lubin*. Vel professionis rhetoricæ, quam exercebant sedentes in cathedra. *Farnab*.

204. *Sicut*, &c.] Probat quod dixit duobus exemplis. Thrasymachus hic Carthaginiensis, Platonis & Isocratis discipulus, cum cœpisset Rhetoricam profiteri, ob exiguum lucellum destitit. *Exitus*.] Finis, qui ex inopia desperans, laqueo vitam finiit. *Secundi*, &c.] Secundum exemplum. Hunc Dio scribit, quod ob inopiam Athenis desertis, Romam se contulerit. Inde quod orationem per exercitium in tyrannos è medio tollendos dixisset, à Caligula in exsilium pulsus fuit. *Idem*.

206. *Nil*, &c.] Notat obiter Athenienses, objiciens illis æternum illud probrum ob Socratem cicuta interemtum. *Gelidas*.] Est enim frigidissima in ultimo gradu. *Ausæ*.] Quæ hoc per extremum scelus ausæ estis. Vide Persium, Sat 1. vers. 1. *Idem*.

207. *Dii*, &c.] Id est, Dii dent manibus & cineribus majorum nostrorum defunctorum terram tenuem, & minime ponderosam, vel mollem sepulturam. Solebant autem hoc defunctis, quibus bene volebant, precari. De qua solenni formula vide Brissonium. *Lubin*. Hinc illæ sepulcris literæ, S. T. T. L. Credebant enim in ipsis sepulcris mortuorum animas una cum corporibus aliquantum residere, ipsaque mole ponderis affici: unde inimicorum exsecrationes,

Sit tibi terra gravis, urgeat ossa lapis:

quo anima, quam sepulcro una cum corpore condi credebant, depressa ad beatorum sedes tarde aut ægrè devolaret, atque ægre ultró citroque ad sepulcra commearet in solennibus funereis. *Grangæus*. *Farnab*. Quod Grangæus per *umbras* sepulcra intel-

Felix, orator quoque maximus, & jaculator.
Et si perfrixit, cantat bene. distat enim, quæ
Sidera te excipiant modo primos incipientem
Edere vagitus, & adhuc à matre rubentem.
Si Fortuna volet, fies de rhetore consul;
Si volet hæc eadem fies de consule rhetor.
Ventidius quid enim? quid Tullius? anne aliud quam
Sidus,

VET. SCHOLIAST.

194. *Et, &c.*] Infrigidatus fuit.

196. *A matre, &c.*] Mox ut natus fuerit.

199. *Ventidius, &c.*] Ventidius ex * munitione Cæsaris Dictatoris. fuit ut Tullius in Epistolis, & in Philippicis loquitur, opitulante Antonio Augusto usque eo provectus est, ut ei crederetur Parthicum bellum. *Quid, &c.*] Is captivus in urbem perductus, postea triumphavit.

VARIORUM.

193. *Felix, &c.*] Id est, facundia etiam & eloquentia præstat. Quod autem toties to felix repetit, innuit tantam felicitatem non tam doctrinæ, quam fortunæ beneficio esse assequutum. *Jaculator.*] Argumentator, egregius Dialecticus & Sophista, qui quidquid in caussam faciat, accuratissime investigat, & in adversarium detorquet. *Lubin.*

194. *Et, &c.*, Refrigeratio vocem raucam facit. Martialis:

Perfrixisse tuas questa est præfatio fauces.

Vel, adeo fortuna Quintiliano adspiravit, ut etsi quid peccatum sit, in illius tamen laudem vertatur, ut raucus ex frigore etiam bene cantare dicatur. *Farnab.* Cui Deus fatumque favet, illi nulla res nocere potest. *Distat, &c.*] Rationem reddit, cur quidam felices & fortunati sint. Id est, multum refert & interest, quæ constellatio, quis siderum positus, felix an infaustus fuerit tempore tuæ nativitatis, quis siderum aspectus in ortu tibi affulserit. *Lubin.* *Quo, &c.*] Prosperane, an adversa.

195. *Modo primos.*] Id est, eo ipso momento, quo te ex matris utero natura profundit. *Lubin.*

196. *Vagitus.*] Primos ploratus. in partu enim, quam primum infantes in lucem prodeunt, plorant. *A matre, &c.*] Ad colorem nuper editorum infantium respicit. *Brod.* 9. cap. 17.

197. *Si, &c.*] Ostendit humanam felicitatem tum fato, tum fortuna evenire, non à nostro hominum arbitrio dependere ubi notandum, quod inter fatum & fortunam non distinguat. Pulcherrime Seneca: *Natura, fatum, fortuna, casus, omnia & ejusdem Dei nomina sunt.* Lubinus. *Fies de rhetore.*] Ut Cicero

198. *Fies, &c.*] A summis dignitatibus ad ima detruderis: ut Valerius Licinianus. *Lubin.*

199. *Ventidius, &c.*] Addit hujus rei duo exempla. Id est, Ventidius Bassus est, qui genere Picens ex captiva Asculana natus, ductus in triumphum à Strabone Cnei Pompeii patre, primo rhedarius, deinde mulio, deinde eodem anno prætor & consul factus est. Exercitui deinde dux constitutus, de Parthis triumphum duxit. Itaque qui ante captivus carcerem exhorruerat, victor Capitolium felicitate celebravit. Vide Valerium Maxim. libro 6. cap. 10. *Tullius.*] Marcus Cicero, qui homo novus, Arpinas humili loco natus, postea consul factus. Sic quidem aliqui inepti putarunt, sed revera (ut ex sequentibus clarescit) intelligit Tullium, qui ex serva natus, Tarquinio Prisco in regno Rom. successit. *Anne aliud.*] Id est, anne illorum felicitas aliud est, quam sideris, & constellationis approbatio. *Lubinus.*

Venti-

Quantum grammaticus meruit labor? & tamen ex hoc
Quodcunque est (minus est autem, quam rhetoris æra)
Discipuli custos præmordet Acœnonætus,
Et, qui dispensat, frangit sibi. cede Palæmon,
Et patere inde aliquid decrescere: non aliter, quam
Institor hibernæ tegetis, niveique cadurci:

Dum-

VET. SCHOLAST.

218. *Discipuli, &c.*] Eunuchus pædagogus, aut communi carens sensu. proprium papatis.

219. *Et, &c.*] Et qui prærogat, de eadem sorte tollit sibi.

221. *Institor, &c.*] Negotiator, qui pro qualitate temporis mercem suam distrahit. Sic Terentius, *Scisti uti foro.* *Niveique, &c.*] Cadurcum quidam cucullum dicunt candidum, propter hiemes & nives comparatum, alii tabernaculum, aut tentorium * dixerunt esse, * quibus merces suas protegere consueverunt. Hibernæ autem tegetis, est ædificii frigidi. Virg.

Qualis ob hybernam Lyciam.

VARIORUM.

adhuc longe omnium miserrimam conditionem probat. Id est, quis è discipulis præceptori suo Grammatico Encelado, Palæmoni tantam mercedem reponit, quantam suis laboribus promeritus est? Quasi dicat: Nemo. *Gremio.*] Quasi sedentibus præceptoribus, discipuli *Bl-ἀπτερον* in sinum infundant. Pro *Celadi*, alii leg. *Enceladi.* *Doctique, &c.*] Hujus mentio facta Satyr. 6. vers. 458. *Docti* ait, quia tantæ arrogantiæ fuit, ut literas secum natas, secum morituras dixerit. *Lubin.*

217. *Quodcunque.*] Tantum scillicet mercedis, vile & perexiguum, & longe minus quam Rhetorum æra aut merces, tamen ab illa mercede à pædagogo pueri, & dispensatore furtim aliquid aufertur. *Idem.*

218. *Præmordet.*] Aliquid furtim abradit, intercipit, & delibat. *Acœnonætus.*] Ipse custos discipuli, vel forte à Poëta fictum nomen de aliquo, proprium, non commune commodum spectante. *Idem.* Pro *Acœnonætus*, alii legunt *Acœnitus ipse.* In nomine forte illo alludit ad Anicetum pædagogum, de quo Sueton. cap. 5. Neron. *Farnab.*

219. *Qui &c.*] Dispensator, Oeconomus, frugum & pecuniæ condus & promus. Qui plerumque ejusmodi fures. *Frangit.*] Ex solita mercede magistri aliquid sibi præcidit. *Britannicus.* *Cede, &c.*] Scoptice à Poëta dictum, in arrogantissimum Grammaticum: ô Palæmon, patere, neque ægre feras aliquid à tua mercede detrahi. *Idem.* *Cede* Palæmon de jure tuo: vel Concede, permitte.

220. *Inde.*] A constituta mercede. *Decrescere.*] Imminui. *Non, &c.*] Id est, velut institor, qui hibernas tegetes solet vendere: ille primo magnam requirit mercedem, postmodum à prius indicto pretio aliquid decedere patitur. *Lubin.*

221. *Institor hibernæ tegetis, niveique cadurci.*] Hic pro vili merce tam cadurcum, quam teges ponitur. Cadurcum vestis stragula, sive lodix ad frigus arcendum, densa scilicet & villosa. Idem Interpres ad illud supra;

Magnaque debetur violato pœna cadurco.

Cadurcum membrum, quo fœminæ sunt explicat, vel membri velamen, vel institam, qua lecti intenduntur. Sed non aliud cadurca fuere, quam lodices & stragula, & culcitræ ex lino Cadurcensi, quæ apud Juvenalem pro lecto sumuntur. Nam cum in sacris Isidis per novem dies fœminæ secubarent, si per eos dies mariti matrimonii jus usurparent, à sacerdotibus petenda erat concubitus venia, magnaque pœna debebatur violato lecto, sive caduco. *Ferrarius.* *Hibernæ.*] Apta ad pellendum frigus, & aerem hibernum. *Nivei, &c.*] Stramentum intelligit. Cadurcum enim Romani vocabant stramen-

Dummodo non pereat, mediæ quod noctis ab hora
Sedisti, qua nemo faber, qua nemo sederet,
Qui docet obliquo lanam deducere ferro:
Dummodo non pereat totidem olfecisse lucernas,
Quot stabant pueri, cum totus decolor esset
Flaccus, & hæreret nigro fuligo Maroni.
Rara tamen merces, quæ cognitione Tribuni

Non

VET. SCHOLIAST.

224. *Qui docet obliquo.*] Alii, lanarios, *carminatores.*

225. *Olfecisse, &c.* Cum quibus nocte veniunt ad Grammaticos, ut lectiones accipiant.

227. *Flaccus, &c.*] Codex Horatii & Virgilii, in quibus legebant. quia & Horatius & Virgilius nigri coloris dicuntur fuisse. Ideo diasyrtice dixit deridendo.

VARIORUM.

mentum, quod ex lino Cadurcico fieret. *Salmas.*

223. *Dummodo, &c.*] Id est, dummodo non in universum frustra laboranti, & aliquid mercedis saltem tibi relinquatur pro infinitis tuis laboribus, quod sæpe ad mediam usque noctem sederis, & illa meditatus sis, quæ doceres tuos discipulos. *Lubin.*

223. *Sedisti.*] Sedebant, inquit Grangæus, doctores discipulis stantibus: Sed miror viri doctissimi vagum ingenium, qui tam sæpe intempestiva dicit. Hic certe sermo est de studentibus, non docentibus. *Qua, &c.*] Id est, qua media nocte nemo faber ferrarius, nemo carptor vel carminator lanarum sedebat, & opus faciebat. *Idem.*

224. *Qui, &c.*] Carminaturus. Qui lanam carminat, id est, carmine trahit, & extenuat. *Idem.* *Obliquum* illud ferrum dicitur *Carmen.*

225. *Totidem, &c.*] Lampadas olei fœtidi, & male olentis, quas pueri pauperum noctu afferebant. *Olfecisse.*] Ingratus enim lucernarum odor. *Idem.* Quod pro maximo fastidio sumit.

226. *Quot, &c.*] Ante te dictata recitantes, & lectiones audientes. *Cum, &c.*] Id est, cum liber Horatii Flacci, in quo discunt pueri, ex fumo lucernæ decolor, turpis, & niger esset assidua pueri contrectatione. *Idem.*

227. *Et hæreret.*] Id est, cum nigro & sordido contaminato libro, in quo Poëmata Virgilii inscripta, crassa fuligo & vapor male olentis lucernæ adhæreret. *Idem.*

228 *Rara.*] Licet immensi labores sint, & merces pro illis perexigua, raro tamen illa præceptoribus obtingit sine interventu litis, aut judicatione & coactione Tribuni, qui parentes cogat, & accusatos compellat solvere. *Lubinus.* Quum velit ostendere Poëta magistrum minimam referre pro didactro mercedem, eamque non sine judicis cognitione adipisci, non Senatorem, non Equitem, sed Tribunum ærarium nominat, utpote qui de minimis rebus cognosceret. Dices autem debuisse nominare Ducenarium: nam cum Senatores de maximis caussis judicabant, Equites de mediis, Tribuni de minoribus, Ducenariis incumbebat cura minimorum. Sed scias sublatos esse hos Ducenarios. Nec putes ærarios dictos, quod exigerent pecunias ærarii publici, quod munus quæstorum fuit, sed quod minores caussas præsertim ærarias, sive mavis pecuniarias cognoscerent. *Grang.* Ergo quoque de Tribuno plebis non intelligendum, nam is æris non habebat cognitionem.

229.

Non egeat. ſed vos ſævas imponite leges;
Ut præceptori verborum regula conſtet;
Ut legat hiſtorias, auctores noverit omnes,
Tanquam ungues, digitosque ſuos, ut forte rogatus
Dum petit aut thermas, aut Phœbi balnea, dicat
Nutricem Anchiſæ, nomen, patriamque novercæ
Archemori: dicat quot Aceſtes vixerit annos,
Quot Siculus Phrygibus vini donaverit urnas.
Exigite, ut mores teneros ceu pollice ducat,
Ut ſi quis cera vultum facit: exigite, ut ſit

Et

VET. SCHOLIAST.

229. *Sed vos.*] Raræ ſine lite magiſtris redduntur merces. ſed enim vos ô Tribuni, duras conditiones magiſtris imponite, ut & ſine vitio loquantur, & omnes hiſtorias & Poëtas teneant, & ut quacumque ſint hora etiam de rebus exiguis & impoſſibilibus ſtatim reſpondeant.

233. *Aut, &c.*] Privatæ balneæ, quæ Dafnes appellantur.

234. *Nutricem Anchiſæ.*] Tiſiphone.

VARIORUM.

229. *Sed, &c.*] Licet cives Romani præceptoribus exiguam mercedem, & quidem coacti ſolvant, tamen & præceptoribus ſæviſſimas leges, obſervatu perdifficiles, imponunt. Imprimis ut ſint doctiſſimi, & ſumma diligentia & ſolertia liberos ſuos in literis ac moribus erudiant. *Lubin.*

230. *Ut præceptori.*] Ut præceptor omnium verborum & phraſium exactam cognitionem habeat, & ſine vitio exactiſſime loquatur. *Conſtet.*] Id eſt, intelligatur, explorata ſit. *Idem.*

231. *Legat, &c.*] Fabulas Poëticas & hiſtorias. Hæc de filio poſſumus intelligere. *Auctores, &c.*] Exactiſſime ſciat, quid in quoque auctore contineatur. *Lubin.*

232. *Tanquam, &c.*] Proverbium ſatis tritum. *Ut forte, &c.*] Quocunque loco & tempore filius ad omnia exacte poſſit reſpondere. *Idem.*

233. *Dum, &c.*] Omni loco & tempore. Exempli gratia, dum pater in itinere eſt, & Phœbi calida balnea petit. In thermis proprie ſudabatur, in balneis lavabatur *Idem.*

234. *Nutricem, &c.*] Hujusmodi, quæ ut Seneca ait, *ſcire nec juvat, nec prodeſt*, Grammatici, & Critici diligentiſſime ſolent inquirere. Hujusmodi quæſtionibus Grammaticos vexare ſolebat Tib. Nero. Sueton. vide & Agell. 14. 6. & Senec. Epiſt. 88. *Farnab. Nomen, &c.*] Hanc dicunt vocatam eſſe Caſperiam, de cujus patria nihil conſtat. *Idem.*

235. *Quot, &c.*] Aceſtes Trojanus, rex Siciliæ. Sunt autem tales quæſtiones nugaces & frivolæ. *Idem.*

236. *Quot, &c.*] Id eſt, quot vini cados vel urnas, Siciliæ ille rex Aceſtes Æneæ ſociis Phrygiis ex Troja profugis donarit. *Idem.*

237. *Exigite, &c.*] I. e. Requiratis & poſcatis hoc ab illo magiſtro. Tria fuerunt requiſita, ut linguam puro ſermone, ut mentem variarum rerum cognitione, ut denique animum virtute, pudicitia, & honeſtis moribus imbuat. *Ceu, &c.*] Id eſt, formet. Eſt Metaphora à cera, quam digitis ducendo in quamque formam effingimus. *Lubin.*

238. *Ut ſi, &c.*] Quæ in omnes formas

S 5

Et pater ipsius cœtus, ne turpia ludant,
Ne faciant vicibus. non est leve tot puerorum
Observare manus, oculosque in fine trementes.
Hæc, inquit, cura, sed cum se verterit annus,
Accipe, victori populus quod postulat, aurum.

VET. SCHOLIAST.

240. *Ne faciant, &c.*] Ne se corrumpant.

241. *Observare manus.*] Ne præputia ducant.

242. *Et, &c.*] Hæc exposcunt à magistris, & post omnia in annum unum solidum accipient.

243. *Victori populus.*] Ut in theatro solent petere quinque aureos. Nam non licebat amplius dare.

VARIORUM.

mas fingi potest. *Exigito, &c.*] Ut præceptor illum cœtum suum scholasticum paterno amoris adfectu prosequatur, & à malo deterreat. *Idem.*

239. *Ne turpia, &c.*] Intelligit turpem illam Sodomiticam libidinem, qua pueri alternis vicibus sese corrumpebant. *Idem.*

240. *Non est, &c.*] Quod Sat. 6. innuit, cum ait:

----*præputia ducit.*

Id est, tot pueros exacte observare, ne scelera perpetrent, difficillimum est. *Idem.*

241. *Oculosque, &c.*] In fine libidinis, vel post perpetratam libidinem molliter natantes: & ut quidam legunt *patrantes.* Idem. sic Apul. *Oculos udos & tremulos, ac prona libidine marcidos, jam jamque semiadopertulos.*

242. *Hæc, &c.*] Id est, has leges serva, inquit civis Romanus, filium suum præceptori commendans. *Et cum, &c.*] Hæc verba sunt autoris nostri, quibus non sine acri Sarcasmo miserum Grammaticum irridet, & Romanis civibus Euclionibus sordes suas exprobat. Quasi dicat, cum omnia laboriosissima & difficillima egeris, finito anno exiguam mercedem interventu litis accipe. *Lubin.* *Sed cum.*] Vel *Et cum se verterit annus.*] I. e. Eo anno finito: nam, ut ait Vitruvius, cum Sol redit ad signum in Zodiaco, ubi cœpit, perficit spatium vertentis anni. Finiebatur a. annus mense Martio, cum Sol ad Arietem rediisset, eoque mense mercedem & minerval exsolvebant magistro.

243. *Accipe, &c.*] Mercedem, quam populus tanquam arbiter tibi à Tribuno dari postulat, tanquam victori, ut qui patrem in judicio viceris, id est, mercedem minimam accipe, quantula certaturis offerebatur. Erat autem stata merces Scenicorum quinque aurei. *Lubin.* Farnabius non inepte interpretari posse credit de auro, quod gladiatoribus in amphitheatro, aut aurigis victoribus, vel ipsis equis postulari moris erat à pop. in Circo, quasi dicat, Annua Grammatici merces non excedit summam auri, quod datur aurigæ pro unius horæ opera. vide Martial. Epigr. 74. lib. 10. Non de rogatione populi, aut scito plebis, intelligi arbitramur; sed vetustum potius morem præsignari, qui apud Romanos in sacris certaminibus inolevit frequens. Post emensum ergo annum, & edocendis pueris labores impensos, *Accipe*, Poëta inquit, *mercedem*, qualem *victori* in ludis *populus postulare* solet: ac si dicat, vilem assem, & nimis tenuem mercedem, qualis est stips exigua, quæ à populo in ludis postulatur, cum ære collato victor à plebe donatur, consequens. *Alex. ab Alexandro.*

SATY-

SATYRA VIII.

ARGUM. Veram nobilitatem non traducem à majoribus derivari, verum in sua virtute sitam esse. Frustra ostentari fumosas parentum imagines, si ipsi in ignavos, falsarios, ganeones, mimos & gladiatores, per omnem turpitudinem degenerant ur.

STEMMATA quid faciunt? quid prodest, Pontice, longo
Sanguine censeri, pictosque ostendere vultus
Majorum, & stantes in curribus Æmilianos,
Et Curios jam dimidios, humerosque minorem
Corvinum, & Galbam auriculis nasoque carentem?
Quis

VET. SCHOLIAST.

IN eos qui majorum suorum nobilitate confisi, nimis se jactitant, cum ipsi nihil suæ virtutis ostendant.

1. *Stemmata.*] Stemma est generis ordo, ut gradus.

5. *Nasoque, &c.*] Vetustate picturæ ita effectum: aut quia breviorem nasum habuit.

VARIORUM.

1. *STemmata, &c.*] Hæc ergo Satyra scripta est in Ponticum, & alios nobiles Romulidas, qui nobilitate majorum suorum confisi intumescebant, cum ipsi contra vecordes & ignavi, nihil vera nobilitate dignum agerent. *Stemma* Latine proprie sertum dicitur. Inde usurpatum pro statuis majorum coronatis. Dicuntur & *stemmata* lineæ vel ramusculi, quibus genealogiæ & gradus cognationum delineantur & discernuntur, quibus notatur, quis pater, avus, proavus, abavus, atavus, tritavus, &c. fuerit. Persius:

Stemmate quod Thusco ramum millesime ducis.

Est enim hic sensus: Quid facit, prodest, vel confert ordo generis, vel genealogiæ gradus ad veram nobilitatem? Quasi dicat, nihil. *Longo, &c.*] Antiqua, longa, & prolixa majorum serie à vetusta antiquitate per multa secula deducta. Plin. lib. 2. cap. 33. *Lub.*

Sanguis ergo pro genere & stemmate.

Longus, cui multi sunt nobilitatis gradus.

Altum dixit Virg. *Genus alto à sanguine Divum.* Aliquando *priscum*.

2. *Censeri.*] Recenseri, judicari, numerari. Hinc Censores dicuntur. *Pictosque, &c.*] In foribus, vestibulis, atriis ædificiorum. Habebant autem imagines majorum pictas, vel sculptas ex marmore lapide, vel ære, vel ex cera expressas. *Lubin.* Signanter *vultus*; non enim totius corporis, sed oris, & usque ad pectus imagines.

3. *Et stantes*, *&c.*] Æmilianorum statuas triumphales. De statuis & curribus triumphalibus vide Plin. l. 34. Erant enim diversæ statuarum species, Colosseæ, Curules, Equestres, Pedestres *Æmilianos.*] Majores tuos, qui triumpharunt. Intellige Scipionem Æmilianum, qui Carthaginem & Numantiam delevit. *Idem.*

4. *Curios.*] Id est, vetustate exesas statuas Curiorum, jamque dimidia parte dirutas & mutilatas. De Curiis dictum initio Satyræ 2. *Idem. Humerosque minorem.*] Alii *nasumque minorem Corvini.*

5. *Et Galbam,*] Intelligit Sergium Sulpitium Galbam, qui Neroni successit, & ab Othone occisus est, qui à Jove genus suum deducebat. Vel potius aliquem

Quis fructus generis tabula jactare capaci
Corvinum, & post hac multa contingere virga
Fumosos equitum cum dictatore magistros,
Si coram Lepidis male vivitur? effigies quo
Tot bellatorum, si luditur alea pernox
Ante Numantinos? si dormire incipis ortu
Luciferi, quo signa Duces & castra movebant?

Cur

VET. SCHOLIAST.

6. *Tabula*, &c.] Imagine perpetua.

7. *Multa*, &c.] Multis falcibus, dignitate.

9. *Si*, &c.] Ante imagines Lepidorum.

10. *Alea*, &c.] Per totam noctem si luditur. Virgilius,

Dura jacet pernox in strato.

VARIORUM

quem ex majoribus ejus. Cujus antiquissimam statuam aure ac naso carere ait *Idem*.

6. *Quis*, &c.] Quæ est utilitas, aut quid prodest aliquem magna & capaci tabula genealogica, in qua genus & familia notantur, ad jactantiam ostentare Corvinum & fumosas majorum imagines. Vel quid mihi tu [illegible] virtutis majorum, cujus tibi hæc monimenta legenti memoria erat subjicienda? jactas genus tuum & familiam ampla tabula Genealogica descriptam, & veteres jam fumo situque oblitas imagines majorum tuorum, quorum alii Dictatores, alii Magistri equitum fuere. *Farnab. Lubin.*

7. *Et post hac.*] Id est, post illum Corvinum, longa serie, longis ramis vel virgis arbore illa consanguinitatis deducere ac derivare. Hic versus in quibusdam Codicibus non invenitur. *Multa*, &c. Intelligit ramos & virgas ex stirpe discurrentes in stemmate. Alii lictores intelligunt, qui multos virgarum fasces præferebant, Dictatori 24. Consuli 12 Magistro equitum 6. *Lubin.* Vel inspicienti cuidam curioso delineationem hanc sui generis in tabula factam, iterum & sæpius virgula quadam vel bacillo tangendo ostentare & significare.

8. *Fumosos.*] Id est, fumo longa vetustate tinctos & denigratos. Porro magistri equitum summum jus in equites habebant, ut Dictatores summum jus in populum. *Cruceus* cap. 5. *Erodœus* 1. Miscell. 13. Nobiles & illustres. Quidam *Famosos* legunt. & *Famosus* non infamem semper significat, & in malam partem rapitur, sed sæpe in bonam.

9. *Si coram*, &c. Id est, si male vivitur a Lepidis, qui filii pessimi oriundi ab [illegible], qualis fuit Æmilius Le[illegible] Emphatice. Quasi dicat [illegible] nobilitatem jactare illis [illegible] vel posteris, qui coram in præsentia flagitiose vivunt, & vitiis obruti sunt. Vel coram imaginibus clariss. majorum, quales fuere Æmilius Lepidus & Scipio Æmilianus. *Effigies*, &c. Id est, quid tibi prosunt, vel ad quid valent tot imagines majorum tuorum, qui bellatores fortissimi fuerunt, si minores posteri imbelles & ignavi, per totam noctem degeneres a virtute majorum, alea ludunt. *Lubin.* *Alea pernox.*] ita dictum, ut vigiles fenestræ:

11. *Ante*, &c. Id est, ante statuas Scipionis avi, vel proavi tui viri continentissimi, qui deletæ Numantiæ solum titulum in triumphum tulit, nullo cive numantino invento, qui catenatus in triumphum duceretur. *Numantinos.*] Scipio Æmilianus, ut supra dictum, Carthaginem & Numantiam delevit, inde dictus est Numantinus & Africanus. *Idem.*

Cur Allobrogicis, & magna gaudeat ara
Natus in Herculeo Fabius Lare, si cupidus, si
Vanus, & Euganea quantumvis mollior agnâ:
Si tenerum attritus Catinensi pumice lumbum
Squalentes traducit avos, emtorque veneni

Fran-

VET. SCHOLIAST.

13. *Cur Allobrogicis.* | Gallicis possessionibus, aut titulis victoriarum, aut ædibus.

14. *Natus, &c.*] Magna ara ad Herculem dicitur Romæ, juxta Circum Flaminium. Fabius ex genere Herculis.

15. *Et, &c.*] Tarentina, Calabra, aut Veneta.

16. *Catinensi pumice.*] Catina opidum Siciliæ, usque ad probra dissolutum notatur, ut & Bibaculus,

*Osce senex, Catinaque puer, * Cumana meretrix.*

17. *Traducit avos.*] Dedecorat parentes suos. *Emtorque veneni.*] Ἀπὸ κοινοῦ.

VARIORUM.

Ortu, &c.] Mane summo, paulo ante Solis ortum cum Lucifer oritur. Veneris est stella, & quoties Solem sequitur Hesperus, Vesperugo, sive Vesper dicitur, cum Solem antecedit, & antelucano tempore conspicitur, Phosphorus, vel Lucifer appellatur. *Idem.* Si, inquit, helluo & aleator pernox & intempestivus sub tempus matutinum dormire incipis, quo tempore majores tui signa & castra & exercitum movere, alio profecturi, vel locum commodiorem capturi, & ex uno loco in alium ductare solebant, & res præclaras gerere. Aleæ a. nomen omnem fortunæ lusum complectitur, non tantum talorum, aut tesserarum ex pyxide, fritillo, seu phimo.

13. *Cur, &c.*] Cur Fabius ille degener ex nobili illa Fabiorum familia natus, honoribus majorum suorum delectetur & glorietur, & Allobrogibus à Fabio maximo devictis, & magna ara Herculis, quæ sola Fabiæ genti hæreditaria erat, gaudeat; si ille sit mollis, vanus & ignavus? *Turneb.* lib. 12. cap. 9. Val. Max. lib. 3. cap. 5. Senec. 4 de Benef. 30. Fabius ille Persicus homo fuit, prostituti corporis, & infamis ore. *Allobrogicis.*] Id est, titulis & honoribus, & appellationibus majorum suorum de devictis Gallis & Allobrogibus. *Magna ara.*] Per hanc intelligit aram Herculis in foro boario constitutam, vel juxta circum Flaminium, ex quo Hercule Fabiorum familia. *Lubin.* *Magnam* dicit pro maximam ratione carminis.

14. *Lare.*] Id est, in domo & familia Herculis. *Si, &c.*] Majorum suorum gloriam sibi usurpare non potest, qui est cupidus, avarus, vanus & mendax, qui denique maxime effœminatus, & magis mollis, quam ovis. *Lubin.*

15. *Euganea.*] Altina vel Patavina, vel, ut alii, Tarentina, & Veneta. His autem ovibus nihil erat mollius, & lanæ valde laudabantur. *Plinius* libro 4. cap. 20.

16. *Si, &c.*] Id est, si Fabius ille Persicus libidinosus & pathicus, lumbos suos Catinensi pumice atterit, lævigat, politque in amatorum suorum gratiam, & hac infanda libidine avos suos ob scelus nepotis sui merito lugentes & squalidos, traducit & dedecorat, & deridendos præbet. *Tenerum.*] Mollem & libidinosum lumbum attritum habens. *Lubin.* *Lumbum* posuit pro podice, quem ut teneri & veluti mulieres viderentur, depilem, glabrumque sibi reddebant. *Britannicus.* *Catinensi.*] Ætnæo pumice, vel cavernoso lapide, qualem Ætna sæpe evomit. *Plinius* lib. 37. Hinc Catinenses dicti homines molles, qui se pumice læves & glabros reddebant, à Catina urbe Siciliæ. *Turneb.* lib. 7. cap. 20.

17. *Squalentes.*] Pilis horridos. καὶ ἀφωτανιζομένους. Vel Statuas situ & fuligine sordidatas, & squalidas. *Traducit.*]

Dede-

Frangenda miseram funestat imagine gentem?
Tota licet veteres exornent undique ceræ
Atria, NOBILITAS sola est, atque unica virtus.
Paulus, vel Cossus, vel Drusus moribus esto:
Hos ante effigies majorum pone tuorum:
Præcedant ipsas illi te Consule virgas:
Prima mihi debes animi bona. sanctus haberi,
Justitiæque tenax factis, dictisque mereris.

Agnosco

VET. SCHOLIAST.

22. *Hos, &c.*] Mores tuos antepone virtuti eorum, & præcedant mores boni fasces.

24. *Prima, &c.*] Κατὰ κοιν. debes animo bonus, & justus esse.

VARIORUM.

Dedecorat, & irridendos præbet. Θεατρίζει. Polyb. παραδειγματίζει. Metap. à noxiis per forum traductis, appensis collo titulis & inscriptionibus criminum. *Farnab.* *Emtorque, &c.*] Cum venena misceat, & alios interimat, & suam familiam & gentem, quam suo scelere miseram, & infamem reddidit, funestet. *Lubinus.*

18. *Frangenda, &c.*] Id est, qui ob veneficia dignus, cujus statua inter majorum statuas posita demoliatur. Moris erat Romæ, ut si quis turpi & immani crimine damnatus esset, damnaretur, & frangeretur ejus etiam statua, nec in exequiis ferretur. *Miseram, &c.*] Ob tantam maculam, & quod tam vitiosos pepererint nepotes. *Funestat.*] Inquinat, & contaminat. *Idem.*

19. *Tota licet.*] Id est, licet universa atria vel vestibula ædificiorum plena sint veterum & majorum imaginibus cereis, tamen illud nihil ad veram nobilitatem conducit, quæ est sola & unica virtus. *Veteres ceræ.*] Id est, imagines majorum, è cera expressæ, quæ in atriis disponebantur. Martial.

Atriaque immodicis artat imaginibus.

Idem.

21. *Paulus, &c.*] Quasi dicat: Non majorum tuorum statuas in atriis tuis, sed illorum mores honestos in tua vita ostende. Si vis nobilis esse, imitare vitam & mores Parentum tuorum, iis similis ipsis vita & moribus. Porro de Paulo Æmilio dictum superius. *Cossus.*] Vir optimus bellicosus, qui Volumnium regem Vejentum, manu sua occidit, & opima spolia in Capitolium reportavit. Vel, Cossum intelligit, qui sub Augusto Getulos domuit, quia sequitur, *salve Getulice.* Farnab. *Drusus.*] Qui ab hostium duce Druso interfecto, hoc nominis in familiam suam propagavit. Germanicus à Senatu nuncupatus, non per adulationem, sed ex merito. Cæsaris privignus.

22. *Hos, &c.*] Id est, hosce virorum optimorum mores præpone ante statuas majorum tuorum, ut illos mores citius vel potius intuearis, quam statuas. *Idem.* Ut sit sensus: Fac ut imagines tuorum majorum videant vitam bene compositam in te esse.

23. *Præcedant.*] Id est, cum tu consul es, tibique à lictoribus fasces præferuntur, ante ipsos fasces debent præcedere honesti tui mores. *Præcedant.*] Ut ita illos semper habeas ob oculos, eosque tecum præferas. *Idem.*

24. *Prima, &c.*] Exponit jam quæ requirantur in vere nobili: si vis ut te dicam nobilem, prius requiro à te animi bona, id est, virtutes, ut sunt prudentia, justitia, fortitudo, temperantia. *Sanctus haberi.*] Etenim si promeritus es dictis simul & factis viri sancti & justi nomen, tum te agnosco procerem, id est, nobilem Romanum. *Lub.* τὸ *Mereris* qui legunt cum interrogatione, asserente Grangæo contra fidem omnium MSS.

faciunt

Agnosco procerem. salve Getulice, seu tu
Silanus, quocunque alio de sanguine rarus
Civis, & egregius patriæ contingis ovanti.
Exclamare libet, populus quod clamat Osiri
Invento. quis enim generosum dixerit hunc, qui
Indignus genere, & præclaro nomine tantum
Insignis? nanum cujusdam Atlanta vocamus:
Æthio-

VET. SCHOLIAST.

29. *Populus, &c.*] Tibullus de Osiri dixit:
Primus aratra manu solerti fecit Osiris,
Et teneram ferro sollicitavit humum.
Primus inexperta commisit semina terra,
Pomaque non notis legit ab arboribus.
Populus Ægypti invento Osiri dixit, εὑρήκαμεν, συγχαίρομεν.

32. *Nanum, &c.*] Ut cum indignus sit, majoris alicujus eum nomine nuncupemus: ut si nanum gigantem vocemus κατ' ἀντίφρασιν.

VARIORUM.

faciunt: dicit enim subintelligi particulam *Si.* ut in illo versu *in cœlum, jusseris, ibit. Factis dictisque.*] *Maximum enim est sapientiæ officium & indicium, ut verbis opera concordent, ne orationi vita dissentiat.* Senec.

26. *Agnosco, &c.*] Nobilem, virum egregium & laudabilem. Id est, si hæc & consimilia veræ nobilitatis opera exhibueris, præ gaudio exclamabo, (ut Ægyptii in sacris quæsito & invento Api bove, vel Osiride,) me tandem invenisse, quem tanto tempore frustra quæsivi. *Proceres* propriè sunt capita trabium, quæ exstant & eminent extra parietem, quasi *procedes. Grangæus* præeunte Isidoro. Sed putem ego, quod sint quasi *progeres*, à *progero*: quod primo sint lapides qui progeruntur. ideo. προβολαὶ Græcis dicuntur: deinde sunt primores civium, quia civitas quasi ædificium, in quo sunt proceres & angulares lapides. Nam olim C. erat pro G *Salve, &c.*] Id est, si talis es, tunc merito te appello & saluto nobilissimum. Vel, ô Getulice vir nobilissime, tanquam qui Getulos viceris. Indicat hic, virtute præditos non minus esse nobiles, quam illi sint, qui magnas gentes subegerint. *Idem.*

27. *Silanus.*] Hic teste Tacito, *eximia nobilitate fuit. Quocunque alio.*] Sive quocunque alio sanguine natus, honori, & decori es tuæ patriæ, ob virtutem tuam ovanti & exsultanti. *Idem.*

28. *Rarus civis.*] Rari quippe boni. *Contingis.*] Datus es. *Ovanti.*] De te præclaro & benè merito. *Idem.*

29. *Exclamare libet.*] Id est, si te talem invenero, solenne illud exclamabo, quod populus Ægyptius exclamare solet in sacris Isidis & Osiridis, cum Apim bovem quæsivit, qui Osiridem, id est, frumenti lationem repræsentet, exclamantes: εὑρήκαμεν, συγχαίρομεν. Quasi Poëta dicat, se optimum civem invenisse, & tandem incidisse in illum, quem diu quæsierit. *Jac. Leënsis* Epiph. 6. cap. 10.

30. *Quis, &c.*] E contrario hoc ait, quod contra nemo generosus sit, qui indignus genere & nobilitate majorum suorum sit, nihilque nobilitatis habeat, præter nomen. Pulcherrime Fabius: *Quis nobilissimus, nisi qui optimus?* Lubinus. *Insignis.*] Subaudi *est.*

32. *Nanum, &c.*] Id est, si te hominem turpem, nobilem dicamus, idem facimus, quod cum nanum nobili cuidam in deliciis, vocamus Atlantem, Ironice ac Scoptice, & κατ' ἀντίφρασιν. *Politianus* Miscellan. cap. 13. *Atlanta.*] Atlas Promethei frater, rex Mauritaniæ, & Gigas fuit, in montem sui nominis conversus. *Lubin.*

Æthiopem, cycnum: pravam extortamque puellam,
Europen. canibus pigris, scabieque vetusta
Lævibus, & siccæ lambentibus ora lucernæ,
Nomen erit pardus, tigris, leo; si quid adhuc est,
Quod fremat in terris violentius. ergo cavebis,
Et metues, ne tu sic Creticus, aut Camerinus.
His ego quem monui? tecum est mihi sermo Rubelli
Blande. tumes alto Drusorum stemmate, tanquam
Feceris ipse aliquid, propter quod nobilis esses,
Ut te conciperet, quæ sanguine fulget Iüli,

Non

VET. SCHOLIAST.

33. *Æthiopem, &c.*] Id est, nigrum hominem, Ægyptium, cycnum voces, ut candidum.

34. *Europen.*] Ut formosam.

38. *Ne tu, &c.*] Hoc est, ne sis tantum nominibus nobilis, ac turpiter vivas.

40. *Blande.*] Nam Blandus Rubellius dicebatur.

42. *Quæ, &c.*] Nobilis de genere Trojano.

VARIORUM.

33. *Æthiopem, &c.*] Id est, hominem turpem, nigrum, eadem figura vocamus candidissimum. *Pravam.*] Id est, puellam gibbosam, & extorta membra habentem, vocamus Europen, proceram & speciosissimam virginem, Agenoris filiam, quam Jupiter in taurum mutatus compressit. *Lubin.* Alii leg. *parvam.*

34. *Canibus pigris.*] Id est, sic canes ignavos, & ad venationem inutiles, & qui in culinis ora & extremitates lucernarum lambunt, appellamus tigrides, pardos, leones, aut aliud quoddam animal ferocissimum. *Scabie, &c.*] Id est, quibus ob vetustam scabiem pili exciderunt, qui ob id glabri & læves sunt. *Idem.*

36. *Si quid, &c.*] Id est, si quid præterea adhuc in terra ferocius animal est, illius nomen pigro cani damus, hac dicta figura. *Idem.* *Violentius.*] Quam pardus, tigris, leo.

37. *Ergo, &c.*] Lego hic *Ne sic tu*, perspicuo sensu. Id est, da operam & cave *ne tu sic*, vel eodem modo dicaris Creticus, vel Camerinus nobilissimus, quo modo canis degener dicitur Leo. I. e. Cave, ne nomen præclarum habeas, quemadmodum Creticus & Camerinus habuerunt, te autem vilis sis, ut illi, specie & nomine quidem nobilis, revera ignobilis & degener. De Cretico dictum Sat. 2. vers. 67. de Camerinis Sat. præcedenti vers. 90.

39. *His ego*] Tecum jam mihi sermo est, ó Rubelli, quem his verbis hactenus admonui. *Idem.*

40. *Blande, &c.*] Lipsius ex Tacito libro 13. Annal. legit *Plaute*. Hic Rubellius Plautus per maternam originem pari ac Nero gradu ab Augusto erat. Et cui nobilitas per matrem ex Julia familia. Id quod & Poeta infra testatur, inquiens,

Ut te conciperet, quæ sanguine fulget Iüli.

Sit ergo ante oculos Nero, quem longa Cæsarum serie tum etiam, &c. *Tumes alto.*] Superbus & inflatus es, quod è nobilissimo Drusorum sanguine natus sis. De Druso supra dictum. *Idem.* *Tanquam, &c.*] Id est, non aliter intumescis, ac si tua virtute nobilis sis. *Idem.*

42. *Ut te, &c.*] Id est, quasi tuis egregiis factis promeritus sis, ut matrona aliqua nobilissima à divo Augusto, & Julio sanguine oriunda, te conciperet,

ut

Non quæ ventoso conducta sub aggere texit:
Vos humiles, inquis, vulgi pars ultima nostri,
Quorum nemo queat patriam monstrare parentis:
Ast ego Cecropides. vivas, & originis hujus
Gaudia longa feras: tamen ima plebe Quiritem
Facundum invenies. solet hic defendere caussas
Nobilis indocti. veniet de plebe togata,
Qui juris nodos, & legum ænigmata solvat.

Hic

VET. SCHOLIAST.

43. *Conciperet*, &c.] Plebeia mulier. pauper, in castris natus.

45. *Quorum*, &c.] Plebeii aut peregrini.

46. *Cecropides*, &c.] Nobilis. Cecrops rex fuit Atheniensium.

49. *De*, &c.] Id est, senatoria.

50. *Legum*, &c.] Quæstiones obscuras.

VARIORUM.

ut sit tua mater non vilis aliqua mulier & plebeia *Idem*.

43. *Non quæ.*] Mulier paupercula, fortasse militis alicujus contubernalis, quæ in castris prætorianis, vento perviis, telam texebat. *Sub aggere.*] Tiberius Romæ castra constituit, quibus prætorianæ cohortes vagæ ante id tempus & per hospitia dispersæ continerentur; ea inter portas Viminalem & Tiburtinam sita, urbisque muris conjuncta ostendit Panvinius, unde *agger* dicta sunt. *Ferrar.*

44. *Vos*, &c.] Supp. estis. Verba tumidi & fastuosi Rubellii Planti, aliis subsannantis, & generis obscuritatem objectantis. Id est, ô vos Romani reliqui humili loco nati, quorum nemo scit, unde & à quibus parentibus originem duxerit. *Lubin. Humilis.*] Passim pro ignobili.

45. *Patriam*, &c.] Obscuri estis, & terræ filii. *Idem.*

46. *Ast*, &c.] Ego sum nobilissimus à principe civitatis originem ducens, ut Athenienses nobiles à Cecrope antiquissimo, & primo suo rege. Unde proverbium, *Cecrope generosior*, de homine antiquissimæ nobilitatis. *Vivas.*] Respondet Poëta Scoptice, & jactabundum illum Thrasonem festive ludificatur. Quasi dicat: Vivas felix, & ex hac origine tua diu multumque læteris. *Idem.* Sic Pers. *Dinomaches ego sum, suffla: sum candidus, esto.*

47. *Tamen*, &c.] Jam serio Poëta respondet. Quasi dicat: Licet sis nobilissimus, non tamen propterea omnino omnes ex plebe despicias & contemnas. Nam etiam in infima plebe Quiritem vel civem Romanum facundissimum, & doctissimum invenies, cujus opera nobiles etiam velint nolint indigent, & uti coguntur. *Lubin.* Sic Plaut. *Summa sæpe ingenia in occulto latent.*

48. *Solet hic*, &c.] Id est, ignobilis è plebe sed doctissimus, & eloquentissimus, solet in foro caussas viri nobilis, sed indocti & rudis defendere. *Idem.* Ita multi nobiles (proh. dolor!) nihil magis affectant, quam nescire literas: cum tamen patritio & nobili viro nihil magis turpe sit, quam jus ignorare. *Pompon. l. 2. §. 43. D. de Orig. jur.*

49. *Veniet*, &c.] E plebe clientum, & turba libertinorum, qui togam induti patronos suos salutant, veniet; qui legum interpres sit doctissimus, qui *nodos* & intricatos sensus *juris*, & *legum ænigmata*, & obscuras quæstiones solet solvere. *Idem. De plebe togata.*] Ubi plebs togata non est minuta & sordidior; sed quæ judiciis, eloquentiæ & caussis agendis operam dabat, & propterea in toga, *Ferrarius. Togata.*] E plebe tui clientes, patroni tui evadent, & suam operam dum tu litigas tibi locabunt. *Lubin.*

50. *Legum*, &c.] Obscuras, velatas quæstiones. Ejusmodi à Græcis λυτικ

Hic petit Euphraten juvenis, domitique Batavi
Custodes aquilas, armis industrius: at tu
Nil nisi Cecropides, truncoque simillimus Hermæ.
Nullo quippe alio vincis discrimine, quam quod
Illi marmoreum caput est, tua vivit imago.
Dic mihi, Teucrorum proles; animalia muta

Quis

VET. SCHOLIAST.

51. *Eufratem.*] Fluvius est in Oriente. Id est, nomen militiæ dat, & etiam cohortis sumit. Batavi, gens Galliarum, Lucanus.

Batavique truces.

53. *Nil, &c.*] Quasi Alcibiades, infamis & nobilis. *Truncoque, &c.*] Hermæ effigies æneæ, aut marmoreæ, sine manibus quales videmus in Circo. Hermas Athenienses ante januas pro religione positos habuere. In hoc igitur tantum distas ab Hermulis.

56. *Animalia, &c.*] Etiam in animalibus virtus quæritur, non genus.

VARIORUM.

dicebantur, quasi solutores, qui in jure tantos progressus fecerant, ut de eo respondere, & quæstiones solvere potuerint, illi erant qui responsis prudentum, & quæstionibus operam dabant. *Turneb.* lib. 8. cap. 19 in fine.

51. *Hic petit, &c.*] Sensus est. In vulgo non solum doctissimi, sed etiam fortissimi & bellicosissimi sunt. Nam hic vel alius quisque e plebe juvenis, in bello armis strenuus, cum exercitu ad Euphratem fluvium in Armeniam & alias regiones exteras militatum proficiscitur. *Euphraten.*] I. e. Partes orientales: Hunc fluvium major fundit Armenia, qui magnis excursibus Babyloniam dividit, & tandem in sinum Persicum defertur. *Domitique, &c.*] Id est, conjungit se exercitui & signis vel vexillis Romanis, quibus Batavi jam domiti custodiuntur, ne rebellent. Domuerat autem Domitianus Batavos tunc adhuc puer. Fuit autem *Batavium* illa regio Belgica, quæ jam ad Rheni ostium. Olim fuerunt fortissimi, teste Tacito. *Luben.*

52. *Aquilas* Vexilla: nam Aquila Romanorum erat insigne. *Britannicas* vel potius legiones *Custodes.*] A limites, ne Populi domiti, aut aliquis extraneus hostis publicam quietem turbaret. *Armis, &c.*] Id est, ille quidem ex plebe, animo nobilis est, & manu fortis Tu vero nihil habes præter nudum illud nomen, quod scilicet Cecropides appellaris: hoc est, genere speciosus, Romulidam te jactans, uti se Cecropidas Athenienses. *Luben. Farnab.*

53. *Truncoque, &c.*] Id est, Hermæ vel Hermetis seu Mercurii statuæ similis es, in qua caput solum eminebat, reliquum corpus erat rude & informe. Id est, tu non majoribus similis es, sed illorum statuis, quæ ipsis ob res præclare gestas donatæ, a quibus tu nihil differs, nisi quod tu vivas, illæ vita careant. *Hermæ.*] Græco vocabulo, ut solet, usus. Ἑρμᾶς enim Mercurium significat, a verbo ἑρμηνεύειν quod est interpretor. Nam ipse Deorum nuncius & interpres. *Luben.* Hermæ erant lapidei vel lignei cippi in biviis triviisque, erecti ad viarum discrimina indicanda, Hermetis æmuli, usque vetera longa ut Priapis, unde Poeta Cecropidem hunc taxans, simillimum Hermæ dicit, ut qui nihil præter caput & penem haberet.

55. *Tua vivit.*] Quamvis vita & mors ignavorum juxta æstimanda.

56. *Dic mihi, &c.*] Ulterius veram nobilitatem non in genere, sed propria cujusque virtute consistere probat: Simili quodam ab animalibus desumto. *Teucrorum proles.*] Rubellium Plautum intelligit, qui materno genere ab Augusto, & Julio Cæsare oriundus fuit. Id est, dic mihi, ô Rubelli, qui te à Julio ortum jactas, & à Teucris vel Trojanis

Quis generosa putet, nisi fortia? nempe volucrem
Sic laudamus equum, facili cui plurima palma
Fervet, & exsultat rauco victoria circo.
Nobilis hic, quocunque venit de gramine, cujus
Clara fuga ante alios, & primus in æquore pulvis:
Sed venale pecus Corythæ, posteritas &
Hirpini, si rara jugo victoria sedit.

Nil

VET. SCHOLIAST.

61. *In, &c.*] Aut in Circo aut in Campo, quando bellum est, de quocumque venerit armento.

62. *Coryse, &c.*] Coryseorum, id est, equorum. in Achaia prima nobilitas fuit.

63. *Hirpini.*] In ivitio * Sabinis. Hirpinus mons est, ubi optimi equi nascuntur.

VARIORUM.

Janis. *Animalia muta.*] Nemo autem muta animalia, ut equos & canes existimat fortia & generosa esse, quod ex fortibus animalibus nata sint, si ipsa sint ignava, & à parentum generositate aliena. *Lubin.* *Muta.*] Nam vox articulata à pecoribus homines sequestrat.

57. *Nempe, &c.* Quasi dicat: Sic laudamus velocem & volucrem equum tanquam generosum: non quod natus sit ex equis generosis & velocibus, sed quod ipse velox. *Idem.*

58. *Facili, &c.*] Id est, cui ad cursum, facili & agili cum fervore, acquiritur plurima ac frequens victoria.

59. *Fervet.*] Frequenter contingit, celebratur. *Et, &c.*] Id est, cui victoria cum gaudio & exsultatione à spectatore populo studiose acclamatur, in circo sedente, ob nimium clamorem rauco, vel sonoro. *Idem.* Vel potius, quem plurima victoria ex veloci cursu effervescere & gaudere facit, sonore & ad ravim usque acclamante populo: nam *qui in Circo ad currus juncti, non dubium intellectum adhortationis & gloriæ fatentur.* Plin. & *Tantus amor laudum* equis scil. *tantæ est victoria curæ.* Virgil.

60 *Nobilis hic.*] Hic equus quisquis sit, quia velocissimus est, nobilis esse existimatur à quoquo etiam gramine vel pascuo veniat, & è quibusque etiam equis natus sit. Ergo & homo, non quia à Cecrope, vel Romulo oriundus, sed quia virtute maxime excellit, nobilis esse censendus est. alii legunt *germine*: Nec male *Lubin.* *Cujus, &c.*] Id est, qui perspicue & evidenter alios equos præcurrit. Virg.

Celeremque fuga prævertitur Hebrum. Fuga.] Pro cursu.

61. *Et primus.*] Id est, qui omnium equorum primus pulverem movet in æquore, id est, circi cavea vel campo cæteros cursu prævertitur. Æquor enim non de mari solum dicitur, sed etiam de campi planitie. Virg.

At prius ignotum ferro quam scindimus æquor. Lubinus.

62. *Sed venale.*] Quasi dicat; Ut equos celeres & fortes, è quocunque etiam germine vel gramine prodierint, laudamus: Sic contra tardos ac degeneres equos, quamvis optimis equabus (qualis fuit Corytha) vel generosis caballis, (ut erat Hirpinus) nati sint, non moramur, sed vendimus si degeneres sint, & raró certamine vincant, *Venale.*] Contemtim. Nam plerumque ob vitium aliquod equi venales exponuntur, raro vero optimi. *Corythæ, &c.*] Natus ex laudatissima equa Corytha, & generoso equo vel caballo Hirpino. *Lubin.*

63. *Si, &c.*] Id est, si raram consecutus fuerit victoriam, dum jugum seu currum in curuli certamine trahit. *Britan.* Vel si victor raro sedit in curru, quem ille jugo traxit. *Idem.*

Nil ibi majorum reſpectus, gratia nulla
Umbrarum, dominos pretiis mutare jubentur
Exiguis, tritoque trahunt epirhedia collo
Segnipedes, dignique molam verſare Nepotis.
Ergo, ut miremur te, non tua; primum aliquid da,
Quod poſſim titulis incidere præter honores,
Quos illis damus, & dedimus, quibus omnia debes.
Hæc ſatis ad juvenem, quem nobis fama ſuperbum
Tradit

VET. SCHOLIAST.

64. *Gratia, &c.*] Non attendit de quo armento venit. nihil præſtant parentes, qui quaſi umbram quandam videntur præbere

65. *Dominos, &c.*] Diſtrahuntur.

66. *Epirhedia.*] Ornamenta rhedarum, aut plauſtra.

67. *Molam, &c.*] Molere in piſtrino.

VARIORUM.

64. *Nil, &c.*] Ejus majores, quamvis equi nobiliſſimi non reſpiciuntur, ſed equus vilis habetur & vili pretio venditur. *Gratia, &c.*] Ridicule ait *umbrarum*. Quaſi dicat: Nulla commendatio majorum & mortuorum equorum, à quibus, nobiliſſimis licet ortus ſit, ipſe contemnitur. *Idem.*

65. *Dominos, &c.*] Conſtructio talis eſt. Equi ſegnipedes, & ignavi, digni qui Nepotis molam circumagant, exiguo & vili pretio venduntur, & dominos ſuos mutant, & trahunt epirhedia trito collo. *Idem.*

66. *Tritoque, &c.*] Id eſt, trahunt vehicula, vel rhedas, collo aſſiduo jugo attrito. *Idem.* Alii, *trito ducunt.* *Epirhedia.*] Ex duabus peregrinis compoſita vox, Græca & Gallica, qua & curſum notat.

67. *Segnipedes.*] Ad Græcum illud βραδύποδες effictum, quod aſini Epitheton. *Verſare molam.*] Nam *verſatilis* mola aſinorum & equorum erat, *trusatilis* hominum. *Nepotis.*] Nomen molitoris avari proprium, qui piſtrinum habuit, in quo die & nocte equos vexabat.

68. *Ergo, &c.*] Redit poſt collationem ad Rubellium. Id eſt, ô Rubelli, ut teipſum miremur, non autem tua, id eſt, genus tuum & honores tuorum; in vita & factis tuis aliquod egregium facinus oſtende, & demonſtra, quod tuis titulis & ſtatuis incidere poſſim, præter honores majorum tuorum, qui tui non ſunt, ſed ſunt majorum tuorum, quibus tu debes omnia. *Te.*] Tuas virtutes & egregia facta. *Non tua.*] Id eſt, genus tuum, & majorum tuorum egregia facta: præclare enim Seneca:

Non eſt tuum, fortuna quod fecit tuum.

Idem.

69. *Præter, &c.*] Id eſt, quod prætereà titulis tuis addere poſſim, quod ſcilicet à te ſit profectum, non à majoribus. *Lubin.*

70. *Quos, &c.*] Quos referimus acceptos tuis majoribus, qui illos promeriti ſunt; non tibi, cujus illi non ſint. *Quibus, &c.*] Ex quorum honoribus totus pendes. Per te enim nihil habes, nullam virtutem, nullam doctrinam, ſed nudum tantum nomen nobilis, quod majorum eſt, non tuum. *Idem.*

71. *Hæc, &c.*] Abſoluta, quam fecit, digreſſione ad Rubellium, redit ad Ponticum. Hæc dicta ſufficiant ad Rubellium, quem fama eſt inflatum ſuperbire, & intumeſcere, quod Neronem propinquum habeat. Quod illi pudori potius & dedecori eſſe deberet, propinquum habere crudelem tyrannum &

Tradit, & inflatum, plenumque Nerone propinquo.
Rarus enim ferme sensus communis in illa
Fortuna. sed te censeri laude tuorum,
Pontice, noluerim, sicut nihil ipse futuræ
Laudis agas. Miserum est aliorum incumbere famæ,
Ne collapsa ruant subductis tecta columnis.
Stratus humi palmes viduas desiderat ulmos.
Esto bonus miles, tutor bonus, arbiter idem
Integer. ambiguæ si quando citabere testis
In-

VET. SCHOLIAST.

72. *Nerone*, &c.] De quo magis debuit erubescere.

VARIORUM.

& patriæ hostem; ideo recte addit, ipsum communi sensu carere. *Idem*.

72. *Inflatum*.] Ventus enim pro superbia. *Plenum*, &c.] Id est, tumentem, turgidum fastu, & arrogantia plenum ob Neronem *Idem*.

73. *Rarus*, &c.] Est pulcherrima & verissima sententia, quod illi in amplissima illa fortuna & nobilitate constituti, plerumque *sensu communi*, id est, prudentia & ratione destituantur. *Stultitiam enim patiuntur opes. Sensus communis*.] princeps Criticorum nostri temporis Casaubonus per *sensum communem* intelligit civilitatem, quæ conveniens est civi, qua civis est, & quæ *popularitas* Suetonio dicta in vita Galbæ, à Platone πολιτικὸ, à Seneca *juris civilis æqualitas*. Grang. *In illa*, &c.] Superba nobilitate & divitiis. *Lubinus*.

74. *Sed te*, &c.] jam cum Pontico mitius agit, eumque hortatur, ut studeat, ne tam majorum suorum laude atque nobilitate censeatur nobilis, quam ipse aliquid agat vera nobilitate dignum. *Idem*. *Censeri*.] Æstimari.

75. *Futura*, &c.] Egregia facta, ob quæ futuro tempore post mortem, ut majores tui, laudari merearis. *Idem*.

76. *Miserum*.] Nullam ex se famam & nobilitatem habere; sed parentum nobilitati incumbere & inniti. *Idem*.

77. *Ne collapsa*, &c.] Metaphoricōs, *Columnas* vocat laudes majorum. Id est, ne si laudes majorum subtrahantur, quibus sustentaris, & tu corruas, quum te propria virtute non fulcias. Ergo *ne tecta*, id est, ne tu ipse pereas, & gloria tua, amotis laudibus majorum. *Britan*. Hinc proverbium *columen familiæ*.

78. *Stratus*, &c.] Secunda allegoria, à vite, quæ sua natura caduca, nisi fulta sit ad terram fertur. Id est, ut palmes humi prostratus jacens, erigi non potest & adsurgere, nisi ab ulmis, quibus fulcitur & nititur, sublevetur. *Viduas*, &c.] Orbatas: Metaphora à matrimonio deducta. Palmites enim & ulmi, tanquam uxor & maritus conjunguntur, adeo ut si unum ab altero deseratur, viduum quasi sit. Inde dicimus *vites maritare*, id est, ulmos illis adjungere. *Lubin*.

79. *Esto*, &c.] Jam addit, quibus columnis nobilitatem suam alias collapsuram fulcire debeat. *Bonus*, &c.] In bello fortem & magnanimum te præsta. *Tutor*, &c.] Pupillis tuæ fidei commissis, esto fidelis. *Arbiter*, &c.] Id est, idem tu, si quæ res tuo arbitrio & judicio permittitur, integer esto, minime corrumparis, & sincere secundum conscientiam tuam pronuncia. *Idem*.

80. *Ambigua*, &c.] Id est, si per justitiæ administratores voceris, ut rei dubiæ & ambiguæ, cui interfuisti, fidem facias, prout gesta est enarres, à veritate & honesto ne latum quidem unguem discedas, & nulla externa vel crudelitatis metum

Incertæque rei, Phalaris licet imperet, ut sis
Falsus, & admoto dictet perjuria tauro,
Summum crede nefas animam præferre pudori,
Et propter vitam vivendi perdere causas.
Dignus morte perit, cœnet licet ostrea centum
Gaurana, & Cosmi toto mergatur aëno.
Exspectata diu tandem provincia cum te
Rectorem accipiet, pone iræ frena, modumque,
Pone

VET. SCHOLIAST.

84. *Et, &c.*] Dum vis vivere ita age, ut vita non indignus videaris.

85. *Dignus*] Sic habendus, qui morte dignus est, quasi jam perierit, licet quotidie copiose vivat. Ibid. *Cœnet, &c.*] Habeas licet tripodas æneos, ubi Heroes lavabantur, & ostrea à lacu Lucrino. Cosmus luxuriosus fuit, qui sollam, in quod descendebat, multis diversorum unguentorum odoribus miscebat.

VARIORUM.

suorum tyrannorum gratia, & tyrannide eo te adigat, ut contra conscientiam tuam falsa dicas, & perjurus evadas. *Idem.*

81. *Phalaris.*] Agrigentinorum tyrannus fuit.

82. *Et admoto.*] Id est, licet ille æneum suum taurum in terrorem admoveat, & ante te adferri curet, minitans sese te in illum conjecturum, nisi falsum pro se testimonium velis dicere, & perjurus fias, tamen tu nihil perturbere. vide Pers. Sat. 3. vers. 39. *Idem* Sic Horat. *justum & tenacem propositi virum non civium ardor prava jubentium, non* &c. *Dictet.*] Doceat, vel Suadeat & autor tibi sit, ostendat quomodo tibi jurandum sit.

83 *Summum, &c*] Id est, in consimilibus periculis summum nefas esse existima, mortem timere, & animam vel vitam suam pudori & honestati præponere. Ubi satius nimirum est tauri tormenta subire, quam honestatem deserere. *Idem.*

84. *Et propter, &c.*] Id est, deserere vel amittere virtutem, constantiam, bonam conscientiam; hæ enim causæ sunt vivendi, propter quas vita hominum à Deo instituta est. *Vivendi* ergo *causas* vocat virtutem, probitatem, integritatem, ad quam teste Cic. nati sumus. *Idem.* Alias vivendi causæ sumuntur pro facultatibus, quibus vitam nostram sustentamus: ut advertit Turneb. Advers. xxxi. cap. iii.

85 *Dignus, &c.*] Præclara & vere aurea sententia. Qui vitam sceleribus & flagitiis inquinatam habet, vel virtute & vitæ integritate deserta non dignus est, qui vivat: ille perit, & pro mortuo tanquam qui perierit judicandus est, quamvis ditissimus sit, & quotidie copiose & luxuriose in supinis deliciis vivat. Id est, ut vel maxime vivat, tamen perit. Et ratio est, quia nemo malus felix. Vis ergo nunquam tristis esse? recte vive. *Cœnet, &c.* Id est, licet cœnando absumat singulis diebus centum ostrea Lucrina vel Bajana, ad Gaurum montem Campaniæ, prope mare situm, capta. *Idem.*

86. *Et Cosmi.*] Licet pretiosissimis unguentis quotidie ungatur, ut luxuriosus ille Cosmus, qui in solidum ahenum, ex ære vas, multis ac diversis odoribus & unguentis pretiosissimis plenum descendebat, seque illis immergebat. *Lubin.*

87. *Exspectata diu.*] Cujus præfecturam tanto tempore exspectasti, & omnibus votis expetivisti. *Provincia.*] Regio à Romanis subacta, ut Africa, Sicilia, Gallia. *Lubin.*

88. *Pone, &c.*] Tractum à tenacibus equis: Nullam crudelitatem exerce in miseros

Pone & avaritiæ: miserere inopum sociorum.
Ossa vides regum vacuis exsucta medullis.
Respice quid moneant leges, quid curia mandet,
Præmia quanta bonos maneant, quam fulmine justo
Et Capito, & Numitor ruerint damnante Senatu
Piratæ Cilicum. sed quid damnatio confert,

Cum

VET. SCHOLIAST.

89. *Miserere, &c.*] Provincialium.

90. *Exsucta, &c.*] Exhausta, à rectoribus.

93. *Et, &c.*] Spoliatores sociorum. Cilices nam piratæ sunt. Ergo principes piratarum, aut spoliatores latronum. Bene igitur Capitonem & Numitorem nescio quem, Poëta repetundarum damnatos à Senatu, dixit piratas Cilicum: sive propter deprædationem injustam, sive ut eos facinorosiores ostenderet, qui piratas olim Cilicas exspoliaverunt.

96. *Præconem, &c.*] Sensus hic est: Quid tibi prodest Chærippe, si damnatur judex, quem tu damnandum accusasti, cum illius successor plura ablaturus sit tibi? Magis provide tibi præconem, & auctionem fac rerum tuarum, quæ superaverunt: ut in pecuniam totum conferas, ne & ipsos pannos tuos perdas, qui remanserunt. Nam nec accusatio tibi proderit, & insuper naulum perdes.

VARIORUM.

miseros provinciales. Horat.

-- *Animum rege, qui nisi paret,*
Imperat; hunc frenis, hunc tu compesce catena. Idem.

89. *Pone, &c.*] Id est ne compiles avaritia tua miseros provinciales; ut Verres Siculus fecit. *Miserere, &c.*] Provincialium, qui jam in societatem Romanorum recepti sunt. *Inopum*, quia bello subacti omnia perdiderunt. Et, ut recte Ovidius ait,

Regia, crede mihi, res est, succurrere lapsis. Idem.

90. *Ossa, &c.*] Hoc est, ossa vacua exsuctis medullis. Dicuntur hæc in spoliatores provinciarum nobiles. Vides illos, qui olim reges & potentes fuerunt in provinciis, à provinciarum præfectis adeo usque exhaustos esse, & spoliatos, ut ossa appareant, in quibus ne medulla quidem amplius reliqua. Alii *exhausta* leg. *Idem.*

91. *Respice quid.*] Ne fines æquitatis & justitiæ transgrediaris. *Quid, &c.*] Senatus, qui Magistratibus in provincias euntibus mandat, ut fidem populo Romano servent, nec crudelitate & avaritia sua miseros provinciales ad rebellionem irritent. *Idem.* Ex Varrone enim duo Curiarum genera, Senatus & Sacrorum.

92. *Præmia, &c.*] Id est, quæ præmia bonos gubernatores, & quæ pœna malos à Senatu maneat. De pœna exemplum addit. *Maneant.*] I. e. Exspectent & parata sint. *Quam, &c.*] Id est, quam gravi & justa pœna e supremo honoris & dignitatis gradu tanquam fulmine deturbati sint, Capito & Numitor, illi Cilicum spoliatores, quos Senatus condemnavit. *Idem.*

93. *Capito.*] Capito Cossutianus, à Cilicum legatis repetundarum accusatus est, quod Cilicum provinciam legatus spoliarit, teste Tacit. libro 4. *Lubinus.* *Numitor.*] Sunt qui legant *Tutor*, prænomine Julius, qui etiam damnatus, quod eandem provinciam rapinis vexasset. *Farnab.*

94. *Piratæ, &c.*] Quasi dicat: Piratæ piratarum, & prædones prædonum: Nam ipsi Cilices olim mare infestarant navibus piraticis, quos Pompejus domuit. *Sed, &c.*] Correctio est. Quid prodest provinciis, quosdam condemnari spoliatores, si veteribus novi pejores succedant & sufficiantur? Neque enim provincialibus illa pecunia restituebatur, licet spoliatores condemnarentur. Ut 1. Satyra.

Cum Pansa eripiat, quidquid tibi Natta reliquit?
Præconem, Chæripe, tuis circumspice pannis,
Jamque tace. Furor est post omnia perdere naulum.
Non idem gemitus olim, neque vulnus erat par
Damnorum, sociis florentibus, & modo victis.
Plena domus tunc omnis, & ingens stabat acervus
Nummorum, Spartana chlamys, conchylia Coa,
Et cum Parrhasii tabulis, signisque Myronis

Phi-

VET. SCHOLIAST.

98. Non, &c.] Olim non sic gemebant provinciæ à Romanis afflictæ spoliatæque jure bellorum, quando sunt devictæ, quomodo nunc cum sunt à judicibus deprædatæ.

101. Conchylia Coa.] Margaritæ purpura Græca, Coa.

VARIORUM.

conquestus est, vers. 47.

—at tu vix victrix provincia ploras. Idem.

95. Cum, &c.] Id est, cum posterior recens & novus præfectus spoliator auferat, quidquid Natta præfectus prior tibi reliquit: Unde satius fuerat priorem retinuisse. Idem.

96. Præconem, &c.] Id est, ô provincialis Chærippe, noli accusare præfectum spoliatorem tuum. Sed potius circumspice aliquem præconem, qui tuos pannos & vestes sub auctione vendat, ne & illas novus præfectus tibi auferat. vel, pro tributis solvendis, cum nihil unde solvas jam tibi supersit. Grang. Jamque tace.] Noli accusare illum præfectum. Nam inania in illum judicia exercentur, ut Satyra 1. dictum.

—at hic damnatus inani
Judicio: quid enim salvis infamia nummis?

Idem.

97. Furor est.] Furentis & insani est, cum multa damna à præfectis provinciarum perpessus sis, & ad extremas angustias redactus, insuper naulum, navigationis pretium, perdere, & navibus conductis Romam petere, & fures & spoliatores accusare. Poterat forte naulum etiam intelligi de triente, Charonti post mortem persolvendo. Idem.

98. Non, &c.] Ostendit provinciis olim in bello, cum à Romanis subigerentur, longe tolerabiliorem conditionem fuisse, quam jam in pace. Gemitus.] Quia tum divites jure belli ab hostibus: nunc inopes contra jus & fas ab amicis spoliantur. Vulnus par.] Non æqualis læsio, cum damnum acciperent. Lubin.

99. Sociis, &c.] Cum florerent adhuc divitiis, utpote qui modo vel paulo ante victi erant, & in societatem Imperii Romani accepti. Idem.

100. Plena, &c.] Id est, divitiis, opibus, nummis abunde pollebant. Idem.

101. Spartana, &c.] Laconica purpura, quæ pretiosum fuit militare indumentum. Plin. lib. 9. cap. 36. Cassiodorus lib. 6. Epist. 21. Conchylia Co.] Vestimenta purpurea, tincta conchyliis, vel purpuris in Co insula inventis. Conchylia autem seu purpura florem illum tingendis expetitum vestibus, in mediis habent faucibus. Liquoris hic minimus est in candida vena, &c. Plin. Lubin.

102. Et, &c.] Id est, in illorum domibus inveniebantur magnorum artificum monumenta, ut pictoris Parrhasii tabulæ, vel picturæ, & signa marmorea & eburnea Myronis & Phidiæ eximiorum statuariorum. Plin. lib. 35. cap. 9.

103.

Phidiacum vivebat ebur, nec non Polycleti
Multus ubique labor: raræ sine Mentore mensæ.
Inde Dolabella est, atque hinc Antonius, inde
Sacrilegus Verres: referebant navibus altis
Occulta spolia, & plures de pace triumphos.
Nunc sociis juga pauca boum, grex pravus equarum,
Et

VET. SCHOLIAST.

103. *Phidiacum.*] Pictorum, fictorum & sculptorum sunt nomina, qui olim magni artifices fuerunt. Phidias statuarius fuit. *Vivebat*, &c.] Cum ἐμφάσει pronunciandum.

104. *Rara*, &c.] Sine toreumate.

105. *Inde*, &c.]. Antonius * trium Antoniorum corruptor ille Salustius, qui oræ maritimæ qua Romanum esset imperium, contrarius piratis. Hi omnes socios, & maxime Græcos, Asiaticos, ac Siculos, fortunis omnibus spoliaverunt. C. Antonius à Cæsare accusatus.

VARIORUM.

103. *Phidiacum*, &c.] Id est, statuæ eburneæ sculptæ à Phidia. *Vivebat.*] Ad vivum sculptum erat, tanquam viveret. *Nec non*, &c.] Id est, multiplicia & varia monumenta & opera Polycleti ingeniosissimi statuarii. *Lubin.*

104. *Rara*, &c.] Id est, vix ulla mensa in domibus provincialium inveniebatur, in qua pocula vel vascula non essent à Mentore facta. Fuit autem hic in vasis cælandis mirus artifex.

105. *Inde*, &c.] Primi illi præfecti provincialibus nuper victis, & societate Rom. donatis, integras & intactas relinquebant opes, tabulas, statuas, opera nobilium artificum. Quæ tamen omnia præfectorum secunda quasi progenies, Dolabella, Antonius, Verres, &c. evertebant. Tertia verò progenies & agros provincialibus eripiunt. *Farn.* *Inde Dolabella est*, &c.] *Antonius* * *trium Ant.* Fortassis legend. hoc modo: *Antonius trium Antoniorum Coss. pater ille, qui ora maritima, qua Romanum esset imperium*, *præfuit, contrarius piratis Salustius.* Scio quidem C. Antonium Consulem non fuisse, sed tamen proconsulari dignitate Macedoniæ præfuit. Possis etiam hoc modo, *Antonius Antoniorum Triumv. & Coss. pater.* Rutg. *Dolabella.*] Qui Asiæ fuit proconsul, damnatusque est repetundarum, accusante M. Scauro. *Antonius*] Cajus Antonius Senatu motus, quod Achaiam deprædatus esset. de quo Padianus. *Idem.*

106. *Sacrilegus*, &c.] Siciliæ præfectus, qui nec sacris parcebat: hunc Cicero accusavit. *Navibus*, &c.] *Occulta* dicit, quia clam & furtim, tanquam furto ablata illa Romam profundis & capacibus navibus advehebant. Ultima syllaba in *occulta* producitur, ob mutam & liquidam sequentem. *Lubin.* Vel legatur *Occulta & Spolia.*] More prædonum, qui rapinas suas Spoliorum nomine adornant. Grang.

107. *Et*, &c.] Elegantissime, ut solet, antithetis utitur. Dolabella, &c. plura spolia, prædas & exuvias, tempore pacis, dum præfecti provinciarum erant, retulerunt; quam tempore belli, cum provincias in potestatem Romanorum redegerant. *Idem.*

108. *Nunc sociis.*] Sequitur jam Apodosis collationis. Quasi dicat: Jam contra quæcunque provincialibus à tot spoliatoribus relicta sunt, quamvis perexigua, succedentes spoliatores in universum abripient. *Juga*, &c.] i. e. Boum paria, supp. eripientur. Quæ forte adhuc reliqua ex immenso armento. *Grex*, &c.] Nota quod *gregis* vocabulum etiam de equis usurpet. *Idem.*

109. *Et*, &c.] Emphatice dictum. Taurum vel equum admissarium intelligit: ita ut nulla spes restaurandi armenti relinquatur. *Capto agello.*] Una cum

Et pater armenti capto eripiatur agello:
Ipsi deinde Lares, si quod spectabile signum:
Si quis in ædicula Deus unicus. hæc etenim sunt
Pro summis: nam sunt hæc maxima. despicias tu
Forsitan imbelles Rhodios, unctamque Corinthum:
Despicias merito, quid resinata juventus,
Cruraque totius facient tibi lævia gentis?
Horrida vitanda est Hispania, Gallicus axis,

Illy-

VET. SCHOLIAST.

109. *Et, &c.*] Taurus, aut admissarius.

113. *Forsitan, &c.*] Ut ostenderet has civitates gymnasiis, hoc est, exercitationi palæstræ deditas. putes, inquit, has civitates * furtus non esse accusaturas, quod *de resina* pilos sibi tollant, ut cinædi. Sic de canna occidere. *Marcell.* Emp.

116. *Horrida, &c.*] His parce gentibus, ne pro injuria rebellent, aut accusent repetundarum.

VARIORUM.

agro ipso eripitur. *Idem.* vel postquam jam ager ereptus est,

110. *Ipsi, &c.*] Paulatim ad graviora & majora scelera progreditur. Id est, postea Deos penates & domesticos auferent. Valde bene *ipsi*, quasi qui minime violandi. *Si quod.* Id est, si quod præterea simulacrum alicujus Dei pulchrum & conspicuum in illorum domibus vel etiam ædicula, vel templo invenitur. *Idem.*

111. *Hæc, &c.*] Id est, spolia hæc, quæ dixi, maxima de summa sunt, & maximos spoliatores decent. *Hæc, &c.*] Ad deorum imagines referendum. Quæ illis sunt relicta pauca. *Sunt pro summis.* Melius convenient summis viris Rom. Ironice. Vel, hæc jam utcunque tenuia pro summis habentur a pauperibus, quibus reliqua sunt hæc ut maxima. *Farnab.*

112. *Despicias.*] Occurrit quasi objectioni. Poterat enim Verres & alius quispiam dicere: quid facient mihi imbelles & luxuriosi Rhodii vel Corinthii, qui cum in supinis deliciis vivant, merito spoliantur? Respondet Poëta per concessionem: Se hoc concedere de Rhodiis & Corinthiis. Verum eodem modo de Gallis, Hispanis, Illyricis non esse judicandum, qui fortissimi, si nimium irritentur, sunt rebellaturi. *Idem.*

113. *Imbelles.*] Nam luxuriosi erant, ut dictum Sat. 6. vers. 294. *Unctamque, &c.*] Voluptatibus deditam, & unguentis perfusam & delibutam. Erat Corinthi templum Veneris locupletissimum, in quo Deæ Veneri supra 200 puellæ quotidie prostabant. *Idem.* Vel divitem: Hinc proverb. *Unctum caput*, pro divite. *Grang.*

114. *Despicias.*] Respondet per concessionem, illos merito contemni posse: utpote qui sint ignavi, & voluptatibus diffluant. *Quid, &c.*] Imbelles & Cinædi juvenes, qui resina pilos ex obscœnis locis in amatorum suorum gratiam avellunt, & crura vel membra & corpora totius populi lævia, glabra, muliebria & ignava, nihil tibi facient. *Pith.* lib. 13. cap. 19. Diversa lectio est: Raderus legit *nec resinata*: [illegible] Pius *quid tenera resinata*: Melior nostra lectio, nam duæ primæ in resina sunt longæ.

115. *Horrida.*] Dixit, quæ gentes contemni possint, jam e contrario addit, quænam timeri & vitari debeant. id est, gens contra Hispanorum, bello aspera, inculta, & in curanda cute minus occupata, tibi spoliatori vitanda est: nam irritata rebellabit. *Gallicus axis.*] Ita dicit, vel quod Galli curribus uterentur, vel quia Gallia, respectu Romæ, ad axem, vel ad Septentrionem jaceat. *Axis* ergo

pro

Illyricumque latus. parce & messoribus illis,
Qui saturant urbem, Circo, scenæque vacantem.
Quanta autem inde feres tam diræ præmia culpæ,
Cum tenues nuper Marius discinxerit Afros?
Curandum in primis, ne magna injuria fiat
Fortibus, & miseris. tollas licet omne quod usquam est
Auri, atque argenti: scutum, gladiumque relinques,
Et jaculum, & galeam: spoliatis arma supersunt.
Quod modo proposui non est sententia, verum est.
Cre-

VET. SCHOLIAST.

117. *Messoribus*, &c.] Afros significat. Et tenues, quod nuper eos Marius spoliaverat, de quo superius:

Exul ab octava Marius bibit.

125. *Non*, &c.] Non sunt nuda verba. In sententia nam solet interdum aliquid esse falsi, sed est oraculum verum.

VARIORUM.

pro climate vel tractu. Porro hi sub Othone, Vitellio & Vespasiano sæpe rebellarunt. *Lubin.*

117. *Illyricumque latus.*] Id est, Illyria, sita ad latus dextrum maris Adriatici: Sclavonia dicta. *Parce*, &c.] Id est, parce etiam agricolis Africanis, qui nos ignavos & otiosos Romanos nutriunt. Nos, inquam, qui nihil agimus, sed tantum indulgemus ludis theatralibus & Circensibus. *Lubin.*

118. *Qui saturant urbem*, &c.] Dorleans legendum censet, *qui saturant turbam*, id est, pop. Romanum. Nam per *urbem*, cum plebe comprehendas etiam primores civitatis: at Juvenalis intelligit tantum de plebe, quæ circo & scenæ dedita nil aliud curat. *Dorleans.* *Urbem*, &c.] Scoptice notat in transitu ignavos Romanos. Sic Sat. 6. dixit:

——— *duas tantum res anxius optat,*
Panem & Circenses.

Lubin.

119. *Quanta*, &c.] Quia de Afris dixit, eosque vitandos esse monuit; jam ulterius addit, illos usque eo exhaustos esse per provinciæ præfectos, ut nihil ulterius ab illis auferri possit. Id autem eo dicit; nam Marius illos paulo ante spoliarat. *Quanta.*] Id est, quam exigua & pene nulla. *Dira culpa.*] Scelerosæ & impiæ spoliationis. *Idem.*

120. *Cum*, &c.] Id est, cum Marius Priscus, paulo ante inopes & miseros Africanos ad cincturam usque spoliarit. Tractum ab iis, qui vestimenta alicui erepturi zonam dissolvunt: *discinxerit* pro zonam abstulerit, i. e. pecuniam, quæ in zonis est, ut putat Grangæus. *Marius.*] De hoc dictum Satyr. 1. vers. 43.

Exul ab octava.

Idem.

121. *Curandum*, &c.] Id est, illud cum primis cavendum est, ne magna injuria inferatur à præfectis spoliatoribus illis, qui animo & corpore fortes sunt, & miseri ob ereptas opes & fortunas. *Lubin.*

122. *Fortibus & miseris.*] Fortibus iisdemque miseris factis, qui injuriarum ultionem cogitabunt. *Farnab.* *Tollas*, &c.] Omnia potes illis auferre & spoliando recipere; arma vera, quibus olim se potuerint ulcisci, illis non eripies. *Idem.*

125. *Quod*, &c.] Digressus sum ab instituto veræ nobilitatis characterismo: quæ tamen leviter tetigi, non minus vera sunt, quam oracula, quæ foliis inscripsit Sibylla. *Farnab.* Vel illud, quod modo de rebellione Afrorum dixi, non quidem est sententia & voluntas mea,
quod

Credite me vobis folium recitare Sibyllæ.
Sit tibi ſancta cohors comitum, ſi nemo tribunal
Vendit Acerſecomes, ſi nullum in conjuge crimen,
Nec per conventus, & cuncta per opida curvis
Unguibus ire parat nummos raptura Celæno:
Tunc licet à Pico numeres genus, altaque ſi te

No-

VET. SCHOLIAST.

127. *Si, &c.*] Si nemo ſervorum tuorum actus tuos vendit. Si Ephebus intonſus non eſt puer, *pro quo* ſententia distrahatur, ſi uxor tua te adminiſtrante nihil rapit: denique ſi vir es bonus, patiar ut falſo licet, tamen ex quovis genere nobili, tibi fingas originem, vel à Pico, qui Fauni pater fuit.

VARIORUM.

quod cupiam ita fieri; ſed vos tamen verum futurum credite, & me vobis aliquod Sibyllæ folium vel oraculum recitare.

126. *Folium, &c.*] De re enim certiſſima Latini dicere ſolebant, *Folium Sibyllæ* Sibylla autem Cumæa palmarum foliis oracula inſcribebat. *Idem.*

127. *Sit tibi*] Redit ad oſtendendam veram nobilitatem, quæ ſita eſt in ipſorum præfectorum, eorumque miniſtrorum vitæ ſanctitate & innocentia. *Tibi.*] Nobilem provinciæ præfectum intelligit *Sancta, &c.*] Si nemo ſervorum & domeſticorum tuorum malus & injuſtus eſt. *Cohors.*] Sunt comites & ſocii negotiorum, qui à Rep. dabantur Magiſtratui. *Grang. Si nemo, &c.*] Si nullus puer pathicus, intonſos capillos habens, & tibi per ſcelus in deliciis habitus, tantum apud te auctoritate valet, ut tribunal vel judicium tuum aliis litigantibus pro ſuo arbitrio poſſit vendere Id eſt, ut tu cogaris in judicio pronunciare, quidquid Cinædus tuus capillatus tibi imperaverit. *Farnab.* Bene autem *tribunal*, tanquam majoris judicis. *Grang.*

128. *Vendit Acerſecomes, &c.*] Græco vocabulo uſus eſt: ἀκερσεκόμης & ἀκειρόκομος intonſum ſignificat, & de puero hic loquitur, qui in provinciæ præſidis cujuſpiam comitatu, quam domini gratiam ætatis floſculo demeruit, venalem habebat. Idem Sat. XI cœnam amico apparans, iſtiuſmodi puerorum delicias longè à ſe abeſſe oſtendit. Ut autem ἀκειροκόμης, ſic κομήτης eadem ſignificatione apud Græcos accipitur. Porro delicatuli iſti, cum vel ætas amores ultra non permitteret, vel uxorem ducerent domini, quorum libidini ſervierant, ſolemni quodam more tondebantur. Idque ut fieret ipſa præcipue ſponſa allaborabat. Quinetiam ſi quis inſigniter inſaniret, cæſariem illam, deorum alicui, maxime Apollini, ideo credo, quod & ipſe comatus nobis fingitur, conſecrabant. Quanquam id etiam de ingenuorum coma fieri ſolere crediderim. *Terrent. Si nullum, &c.* Id eſt, ſi conjux tua integerrimæ vitæ non avara & rapax ſit. *Idem.*

129. *Nec per, &c.*] Loca in quibus populi provinciæ a magiſtratibus juridicis, teque adeo prætore, juris dicendi gratia congregantur. *Farnab. curvis unguibus.*] Alludit ad etymologiam Harpyiarum.

130. *Celæno.*] Uxor tua tanquam Harpyia & Celæno. Erant autem Harpyiæ Zephyro vento natæ; Aëllo, Ocypete, Podarge, Celæno. Æneid. 3. Rationes Severi Cæcinnæ ſuadentis, ne quem magiſtratum, cui provincia obveniſſet, uxor comitaretur, vide apud Tacitum 3. Annal. *Lubin.*

131. *Tunc, &c.*] Id eſt, ſi tu cum tuis omnibus adeo ſanctus & integer es, tum tibi licitum eſt, ut te nobiliſſimum eſſe exiſtimes, & genus tuum vel a Pico Latinorum omnium primo rege deducas, vel derives, atque adeo vel ab ipſo Japeto vel Titanibus. *Altaque, &c.*]

Si

Nomina delectant, omnem Titanida pugnam
Inter majores, ipſumque Promethea ponas.
De quocunque voles proavum tibi ſumito libro.
Quod ſi præcipitem rapit ambitio, atque libido,
Si frangis virgas ſociorum in ſanguine, ſi te
Delectant hebetes laſſo lictore ſecures:
Incipit ipſorum contra te ſtare parentum
Nobilitas, claramque facem præferre pudendis.
Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet, quanto major, qui peccat, habetur.

Quo

VET. SCHOLIAST.

137. *Hebetes &c.*] Retunſæ, feriendo capita damnatorum. Id eſt, ſi crudelis nimium ſis.

139. *Nobilitas, &c.*] Hoc quod & Saluſtius dixit, Majorum gloria poſteris quaſi lumen eſt. Neque bona, neque mala in occulto patitur.

140. *Omne, &c.*] Pro perſona crimen admiſſum culpatur. Saluſtius:

Qui magno imperio præditi.

VARIORUM.

Si delectaris *altis*, & alte ac longe à primis ſeculis repetitis nominibus, omnes Gigantes, qui in pugna Titanica fuerunt, & ipſum Promethea virum antiquiſſimum inter majores tuos numera. Ponitur autem *Titanida pugnam*, pro Titanum, vel Titanicam, patronymicum pro poſſeſſivo. *Lubin.* *Alta.*] Quæ Ovid. *magna*: Martial. & Stat. *ingentia*: Seneca *clara*: Albinovan. *tanta*.

133. *Promethea.*] Fuit hic Japeti & Climenes filius ſapientiſſimus, quem ignem e cœlo abſtuliſſe, & in terram hominibus attuliſſe ferunt, etiam primum hominem è luto formaſſe. *Idem.*

134. *De quocunque.*] Scriptore. Vel: De quacunque hiſtoria vel fabula originem familiæ tuæ deſumas, nam revera nobiliſſimus es. *Idem.*

135. *Quod ſi, &c.*] Jam è contrario oſtendit, ſi ambitioſus, libidinoſus, avarus, & crudelis ſit, tunc nobilitatem ipſi dedecori potius eſſe, quam honori. *Præcipitem.*] Id eſt, ſi ambitione & libidine præceps raperis. *Idem.*

136. *Si frangis, &c.*] Id eſt, ſi provinciæ præfectus adeo ſævus & crudelis es, ut virgas vel flagella in dorſis provincialium frangas, & ad ſanguinem usque flagelles. *Idem.* *Si te, &c.*] Id eſt, ſi delectaris, quando ſecures, quibus ſociorum provincialium cervices præſcidiſti, ex frequenti ictu hebetes & obtuſæ factæ ſunt; idque lictore vel carnifice tot hominum cæde defatigato. *Idem.* Primum enim virgis cædebantur damnati, tum demum ſecuri feriebantur ante leges Porcias & Valerias.

138. *Incipit, &c.*] Id eſt, tum nobilitas tuorum parentum incipit tibi obeſſe, nocere, & ſtare contra te, teque eo magis vituperabilem reddere, quo majores tui nobiliores fuerunt. *Idem.*

139. *Claramque, &c.*] Id eſt, nobilitas parentum tuorum pudendis & turpibus tuis factis, facem præfert, ut turpitudo tua eo clarius pateat, & omnibus innoteſcat. Qui enim in excelſo ætatem agunt, eorum facta cuncti mortales novere, itaque in maxima fortuna, minima licentia eſt *Saluſt.*

140. *Omne, &c.*] Egregia & perſpicua ſententia. Id eſt, omne peccatum eo majus & enormius peccatum eſſe perhibetur, & eo magis notum & perſpicuum omnibus evadit, quo ille major & nobilior eſt, qui peccatum in ſe admiſit. Iſidorus in eandem ſententiam inquit: *Quanto ſplendoris honore celſior quisque*

Quo mihi te solitum falsas signare tabellas
In templis, quæ fecit avus, statuamque parentis
Ante triumphalem? quo, si nocturnus adulter
Tempora Santonico velas adoperta cucullo?
Præter majorum cineres, atque ossa volucri
Carpento rapitur pinguis Lateranus, & ipse,
Ipse rotam adstringit multo sufflamine Consul:
Nocte quidem; sed Luna videt, sed sidera testes

In

VET. SCHOLIAST.

142. *Quo, &c.*] Κατὰ κοινοῦ.

145. *Tempora, &c.*] Id est, birro Gallico. Nam apud Santonas oppidum Galliæ conficiuntur. *Cucullo.*] Galero fusco & horrido ardelionculo, quales sunt latrunculatorum: aut ex lucerna turpi intincto.

148. *Ipse, &c.*] Sufflamen, vinculum ferreum, quod inter radios mittitur, *in catabathmo*, M. V. C. dum clivum descendere cœperit rheda, ne celeres rotæ sequantur, & animalia vexent.

VARIORUM.

quisque est; tanto, si delinquis, peccato major est Lubin.

142. *Quo mihi te.*] Non de Rubellio vel Pontico intellige, sed κοινῶς κατὰ de quocunque. Quorsum tu te mihi tanquam nobilem jactas: vel ad quid, vel qua fronte, te inquam, qui es vitiosissimus, & solitus more falsariorum falsas contractuum & testamentorum tabellas obsignare, & illud quidem in templis, quæ majores viri optimi, & vere nobiles fecerunt: vel ante triumphalem statuam, quam parens tuus virtute & præclaris in Remp. meritis, promeruit. *Lubin. Tabellas.*] Pro testamenti tabellis, ἀπλῶς *Grang. In templis.*] In quibus testamenta asservari solita. *Idem.* Adde & scribi, & consignari.

144. *Quo, &c.*] Vel Quorsum tu jactas, &c. si nocturno tempore adulter larvatus discursas, & per plateas vagaris in ignobili habitu, ne cognoscaris. *Idem.*

145. *Tempora Santonico velas adoperta cucullo?*] Quia lacerna & birrus eadem res fuit, inde birrus pro pileo sive cucullo. Vel interpres *Birrum Gallicum* explicat: nam apud Santonas Galliæ oppidum conficiebantur. Certam ergo bardocucullum hic notari. *Ferrar.*

146. *Præter, &c.*] Damasippum vel Lateranum aliquem nobilissimum insectatur, quem turpe aurigandi studium & exercitium non puderet. Multi autem Neronis tempore aurigare didicerunt in Imperatoris Neronis gratiam, qui eodem studio tenebatur. Nobilissimus Damasippus deliciis & flagitiis pinguis, cum equis & vehiculo velocissime juxta parentum suorum nobilissimorum sepulcra, in via Latina vel Flaminea vehitur. Vide Sat 5. vers. 170. *Idem.*

147. *Carpento.*] Curru, vehiculo proprie matronarum. *Idem Lateranus.*] Alii leg. *Damasippus.* quasi equorum domitor. *Et ipse.*] Consul. Indignationem ingeminat, ut turpitudinem magis ob oculos ponat. Id est, ipse consul sufflamine cohibet rotam, ne in montium descensu labi possit. quod Herodes Atticus τροχοπέδην appellavit. Nam rotam *sufflamine stringere*, est catenam rotæ injicere, ne currus e declivi monte descendens in præceps feratur. Erant autem Romæ multi declives colles.

148. *Stringit.*] Arctat, cohibet, ne circumire possit. *Idem.*

149. *Nocte, &c.*] Objectio. At illud facit nocte, nemine vidente. *Sed Luna, &c.*] Respondet Poëta, Si nemo mortalium illam turpitudinem, certe & saltem sidera coelestia, & ipsi Dii vident, qui testantur se hanc levitatem nobilium vidisse.

:endunt oculos. finitum tempus honoris
ım fuerit, clara Lateranus luce flagellum
met, & occursum nunquam trepidabit amici
n senis, ac virga prior annuet, atque maniplos
lvet, & infundet jumentis hordea lassis.
terea, dum lanatas, torvumque juvencum
ore Numæ cædit Jovis ante altaria, jurat
ılam Eponam, & facies olida ad præsepia pictas.
d cum pervigiles placet instaurare popinas,

Obvius

VET. SCHOLIAST.

52. *Et, &c.*] Non gravioris amici ırsum timebit.

53 *Atque, &c.*] Mannas fœni. vino n solet fessis animalibus infundi horım.

57. *Solam, &c.*] Quia mulio est, consulitur. Epona dea mulionum pabulum. *Grang.*

VARIORUM.

ɛ. *Lubin. intendunt &c.*] Attente vi.t & considerant.

5c. *Finitum, &c.*] At vero, ubi .us consulatus præteriit, consulatu osito, non erubescet diurno tempo- urigam agere, & flagellum sumere. *n.*

51 *Lateranus,*] Alii *Damasippus.* *gellum.*] Quo jumenta & equos agi- *Idem.*

:52. *Et occursum.*] Id est, non eru- :et si senior aliquis & gravis senator obvius fiat. *Lub.*

53. *Et virga, &c.*] Id est, tantum st, ut honesti viri occursum trepidet, i aurigans virga innuat, eumque sa- :t, ut ab amico videatur, quasi rem :giam gerat. *Atque, &c.*] Id est, tea equos pascet, eisque manipulos ii solvet, & proponet: vel jugales. *in.*

54. *Et infundet.*] Id est, avenam & frumenta equis lassis infundet, & ne aurigæ officium palam exercebit. *n.* Hordeum, non avena Italis equis

155. *Interea, &c.*] Insectatur ulterius insanum aurigandi, & equos alendi studium eorum, qui, dum sacrificant, non per Jovem, vel Herculem jurant, sed tanquam muliones per Eponam Deam, præfectam aurigis & mulionibus. Hoc eo dicit, quia per ea numina quisque jurabat, quæ maximi faciebat: sed turpe erat viro, per Junonem, vel aliquam aliam Deam jurare. *Lanatas.*] Oves qui bus lana est, lanigeras. *Torvum.*] Bovem cornu petentem. *Lubin.* Boves perpetuo epitheto *torvos* Poëtæ appellant, quod præcipua frontis asperitas in hoc peccare apparet: Unde *torvitas*, ut Pompejo placet, quasi taurorum acerbitas dicta. *Grang.*

156. *More, &c.*] Scoptice dixit. Quasi dicat, Cujus sapientissimi, & religiosissimi regis mores nobiles, nostri posteri tam probe imitantur. *Jovis, &c.*] Sacrilegii & summæ quasi impietatis loco habet, ante aram Jovis per Eponam turpem mulionum Deam jurare. *Lubin.*

157. *Solam Eponam.*] Quidam hic *Hipponam*, vel *Hippo* legunt, sed male. *Turneb.* lib. 24. cap. 4. *solam Hipponam.*] I. e. Hipponæ facies pictas. endiadis, inquit Grangæus, cum una res in duas dividitur. *Et facies.*] Per imagines illorum Deorum, quæ ad fœtida & male olentia præsepia equorum pictæ sunt, quæ illis præsunt. *Lubin.*

158. *Sed, &c.*] Quando placet Damasippo, & animo ejus lubitum est, aurigandi studium aliquandiu intermittere, & popinas, in quibus gulæ & luxuria

Obvius assiduo Syrophœnix udus amomo
Currit, Idumææ Syrophœnix incola portæ,
Hospitis affectu dominum, Regemque salutat,
Et cum venali Cyane succincta lagena.
Defensor culpæ dicet mihi: fecimus & nos
Hæc juvenes. esto: desisti. nempe, nec ultra
Fovisti errorem. breve sit, quod turpiter audes.
Quædam cum prima resecentur crimina barba,
Indulge veniam pueris. Lateranus ad illos

Ther-

VET. SCHOLIAST.

160. *Currit, &c.*] Idume civitas Orientis. inde occurrit Damasippo tabernarius, qui prope portam manet, tabernam volenti intrare.

162. *Et, &c.*] Nomen tabernariæ, pro qualibet. Scortum.

163. *Defensor, &c.*] Qui contra hæc defendere voluerit.

167. *Lateranus, &c.*] Sive Damasippus.

VARIORUM.

riæ operam det, rursus instaurare, & per totam noctem exercere: ibi tunc viri & mulieres unguenta vendentes ipsi præsto sunt. *Lubin. Pervigiles.*] Nocte dieque patentes, propter multitudinem confluentem. *Britannic. Instaurare.* Solemniter repetere. Derelictas propter equorum studium & desiderium, denuo invisere. *Grang. Popinas.*] Erant loca desidiæ & luxuriæ apparata, ubi ungebantur, & genio indulgebant. *Lubin.*

159. *Obvius assiduo.*] Tunc ipsi Damasippo obvius currit unguentarius quispiam ex Syria & Phœnicia, qui udus & madidus est unguento ex amomo, quod assidue tractat. *Syrophœnix.*] Unguentarii nomen, qui popinam ingredientibus statim præsto erat, ex Syria & Phœnicia oriundus. inde enim unguenta mittebantur. *Pius* annotat. post cap. 93. *Obvius assiduo, &c.*] Dorleans legendum censet, *assyrio.*

160. *Idumææ.*] Qui Judæam vel Hierosolymitanam portam inhabitat. Hæc porta ita dicta, quod eam ingressi sunt Vespasianus & Titus, de Judæis & victis Idumæis devictis triumphantes. Est autem Idumæa Syriæ pars, Judææ vicina. *Lubin.* Britannicus dicit, qui domi suæ incolit portas Syrias: Sed insulse hoc.

161. *Hospitis, &c.*] Salutat eum dominum & regem blande & assentatorie, ut hospes advenientes solet salutare, à quibus lucrum sperat. *Idem.*

162. *Et, &c.*] Id est, mulier Cyane tabernaria, & popa succincta ut eo expeditius currere possit, lagenam optimi vini ipsi venalem exponit. *Idem.*

163. *Defens.*] Occurrit objectioni. Poterat aliquis hanc culpam defendere, tanquam juvenum, qua ætate omnes dissolutiores vivant. *Idem.*

164. *Esto.*] Respondet Poëta per concessionem. Factum fateor. Juvenili ætate dissolutius vixisti, sed nimirum desiisti, nec ultra illam juvenilem ætatem hunc luxuriæ errorem fovisti. Sed Damasippus hæc maturiori ætate facit. *Idem.*

165. *Breve sit.*] Pulchra sententia. Si vis veniam delictorum tuorum consequi, aliquando turpitudinem exosus, honestiorem vivendi rationem ingredere. Innuit ergo poeta, cuiusvis hominis esse ut erret: sed nullius nisi insipientis in errore perseverare. *Britan.*

166. *Quædam, &c.*] Id est, necesse est, ut quædam pueritiæ & adolescentiæ vitia una cum prima barba deponas: quæ resecta ponebatur primum anno ætatis vicesimo. *Lubin. Farnab.*

167. *Indulge, &c.*] Id est, pueris talia condonari possunt, sed non Damasippo

Thermarum calices, inscriptaque lintea vadit
Maturus bello Armeniæ, Syriæque tuendis
Amnibus, & Rheno, atque Istro. præstare Neronem
Securum valet hæc ætas. mitte ostia Cæsar,
Mitte: sed in magna legatum quære popina:
Invenies aliquo cum percussore jacentem,
Permistum nautis, & furibus, ac fugitivis,

Inter

VET. SCHOLIAST.

168. *Inscriptaque, &c.*] Hoc est, pictis velis popinæ succedit, aut linteis * cabsariciis tergit. vel ubi esculenta publice venduntur.

170. *Amnibus, &c.*] Armeniam Tigris proluit, Euphrates Parthos, Hister Sarmatas, & Ponto influit. Rhenus inter Allamanniam & Gallos Oceano influit.

172. *Legatum, &c.*] Παρὰ προσδοκίαν, pro castris.

173. *Cum, &c.*] Sicario aut gladiatore.

VARIORUM.

sippo, qui puer non est, sed illa ætate turpitudinem hanc exercet, qua militiam exercere poterat. *Idem.*

168. *Thermarum.*] Quibus in thermis bibunt. *Lubinus.* Utplurimum enim in thermis bibendi locus erat. *Inscriptaque lintea*] De velo oppanso coparum institorio & orbiculos quosdam habente, ut adduci & reduci facilius posset, accipiendum. *Casaubonus.* Alii picta thermarum sudaria intelligunt. Flavius, Conject. c. 47. scortum interpretatur: & ideo dici *inscripta*, quod titulum ostentant in fornice. *Inscriptaque lintea.*] Vela popinis & thermis, quæ promiscuè cum lupanaribus confunduntur, oppansa; eaque ut plurimum lintea & acu picta; qualia visuntur in Italia & Hispania: nisi per *inscripta* melius intelligamus, inscriptionem rerum ibi venalium, ceu meretricum in cellis prostantium: ut *titulum mentita Lycisca.* vide quæ adnotata ad vers. 124. Sat. vi. *Farnab.*

169. *Maturus, &c.*] Id est, non puer amplius, sed vir & bello militiæque adhibendus. Grangæus sic legit & interpungit, *Maturus bello, Armeniæ, Syriaque tuendis Amnibus &c. Syriaque tuendis.*] Id est, qui possit tanquam miles tueri fluvios Syriæ, Euphratem, & Orontem, id est, ipsam Syriam provinciam ab incursione hostium defendere. *Lubin.*

170. *Rheno, &c.*] Qui poterat defendere provincias Romanorum, ad Rhenum & Danubium, à vicinis, Teutonibus, Batavis, &c. Vel ne deficiant Galli aut Germani horum fluviorum accolæ. *Præstare, &c*] Id est, hac ætate Neronem potes defendere, pro illo militare, ipsumque ab hostibus securum reddere. Per *Neronem*, quemvis imperatorem & Domitianum forte intelligit. *Idem.*

171. *Mitte, &c.*] Mordet nobiles Romanos, qui non in castris; sed in popinis inter homines turpissimos invenirentur. O Cæsar, desine & relinque ostia, vel noli quærere nobilem aliquem legatum ostiis, ubi naves, quibus milites in alias regiones transvehuntur; sed in popina ipsum quære. Vel: An tibi opus est nobili viro o Cæsar, quem mittas ad ostia Tyberis, ut ibi navim conscendat cum mandatis & legatione? quære illum in popina. *Lubin. Farnab.*

172. *Legatum.*] Lateranum; Damasippum, vel alium quemvis nobilem, quem legatum eo mittas, *Lubin.*

173. *Invenies aliquo.*] Egregia nobilium descriptio. Id est, cum hominibus infamibus, gladiatoribus & latronibus facinorosis. *Percussore.*] Sicario. *Idem.*

174. *Fugitivis.*] Servis, qui à dominis

nis

Inter carnifices, & fabros sandapilarum,
Et resupinati cessantia tympana Galli:
Æqua ibi libertas, communia pocula, lectus
Non alius cuiquam, nec mensa remotior ulli:
Quid facias talem sortitus, Pontice, servum?
Nempe in Lucanos, aut Tusca ergastula mittas.
At vos Trojugenæ vobis ignoscitis, & quæ
Turpia cerdoni, Volesos, Brutumque decebunt.

Quid,

VET. SCHOLIAST.

175. *Et*, *&c.*] Si sandaliorum sutores ac per hoc abjectæ sortis homines. Si * Sandanafallo, infamis hominis nomen est. Si sandapilarum. lectorum in quibus gladiatores mortui, de amphitheatro ejiciuntur.

176. *Et*, *&c.*] Ebrii, aut turpia patientis.

177. *Æqua*, *&c.*] Popinæ, ac per hoc communis est.

182. *Turpia*, *&c.*] Græce dixit turpem, vulgarem, lucri cupidum Si pauper & popularis adulterium committat, crimen admisisse dicitur; si dives, jocosus appellatur.

VARIORUM.

nis aufugerunt, vel qui pœnæ metu patriam deseruerunt. *Idem.*

175. *Fabros*. *&c.*] Sandapila, feretrum populare vilissimorum & damnatorum hominum, quorum fabri abjectæ sortis homines erant viles, & pene infames. *Lub.* *Sandapilarum.*] Emendo *Sardanapali*. Nimirum hoc dicit. In aliis, pro eo, quod hoc loco *sandapilarum* legitur, *sandaliorum* legi. In aliis etiam *Sardanapali*, ac utramque lectionem explicat. *Rutgers.*

176. *Et resupinati.*] Ignavi, vel ebrii. Id est, inter homines ebrios, molles & infames sacerdotes Deæ Cybeles, quorumque instrumenta pulsatilia cessant & otium agunt. *Lubin.* Tympanorum usus minime in bello Romanis, imo effeminatorum pulsare tympana. *Grang.*

177. *Æqua*, *&c.*] Dicendi & faciendi omnia, sine ullo personarum respectu. *Communia pocula.*] Ubi lictores, carnifices, & fures unum commune poculum habent cum Damasippo nobili. *Lectus*, *&c.*] Ubi non honoratior lectus discubitorius est nobilis, quam furis, aut lictoris. *Lubin.*

178. *Non alius.*] Non diversus, non magis ornatus uni, quam alteri. Laudanda certe talis æqualitas, inter æquales. *Nec*, *&c.*] Ubi confuse & gregatim sine ratione dignitatis aut discrimine personarum vivitur. *Remotior.*] Honoratiori loco posita, & tanquam dignior à vulgari mensa remota. *Idem.* Vel contra, separatior in loco abstruso.

179. *Quid*, *&c.*] Id est, ô Pontice, si servorum quempiam haberes, qui ita viveret, tam turpiter & flagitiose, ut Damasippus, & similes nobiles, age quid illi faceres, qua ratione illum punires? *Idem.*

180. *Nempe*, *&c.*] Id est, in Hetruriam, ut ibi glebam inverteret; vel in ergastula Thuscica, ubi servi vincti fodiebant & opus faciebant. *Idem.*

181 *At*, *&c.*] Vos nobilissimi Romani à Trojanis scilicet oriundi, vos nequam servos punitis, sed vobis ipsis veniam datis, licet sitis longe nequissimi. *Et*, *&c.*] Quæ scelera vilibus & ignobilibus hominibus turpitudinem, illa nobilibus honorem & decus adferunt. *Idem.*

182. *Volesos.*] Intelligit nobiles Romanos quoslibet. Alii *Volsos* leg. *Idem.* *Cerdoni.*

Quid, si numquam adeo fœdis, adeoque pudendis
Utimur exemplis, ut non pejora supersint?
Consumtis opibus vocem, Damasippe, locasti
Sipario, clamosum ageres ut phasma Catulli,
Laureolum velox etiam bene Lentulus egit,
Judice

VET. SCHOLIAST.

183. *Vocem*, &c.] Id est, præco fuisti in mimo. *Siparium* velum est, sub quo latent paradoxi cum in scenam prodeunt: aut hospitium mimi, aut quod appellatur comicum.

186. *Catulli*, &c.] Nomen est mimographi: & Fasma, nomen fabulæ. *Catulli* Q. Lutatium Catullum dicit, qui Voianum servum furacissimum habuisse fertur, de quo hic posterius scena Catulli. De quo etiam illud traditur, cum deprehensus à nummulario esset, cujus de mensa nummos subtractos in calceos sibi intercleverat, quidam jocans in eum, Belle, inquit, si te nummularius in jus vocet, tu ei æs ablatum ex calceo objiceres.

187. *Laureolum*.] Hoc idem, quia in ipso mimo Laureolo figitur crux. Unde vere cruce dignus Lentulus, qui tanto detestabilior est, quantum ille gestum imitatus est scenicum. Hic Lentulus nobilis fuit, & suscepit servi personam in agendo mimo, & deprehensus in falso crucifixus est.

VARIORUM.

Ibid. *Phasma*: [illegible] originem et [illegible] mi cœperunt, temporibus Romuli in Urbem recepti.

183. *Quid*, &c.] Quasi dicat, nihil tam fœdum & pudendum de Romanis dici potest, quin adhuc fœdiora & magis pudenda dicenda supersint. *Lubin.*

184. *Ut non pejora*.] Quasi hactenus dicta, levia adhuc & [illegible] momenti sint, præ [illegible] & [illegible]. *Idem.*

185. *Consumtis*.] Duplex crimen Damasippo objicit, & quod opes & bona patria [illegible] in [illegible] cum illi- familibus hominibus [illegible]; tum quod ut consumens in aliam turpitudinem pejorem prolapsus sit, & histrionicam exercuerit. *Vocem*, &c.] Id est, pro dato pretio vocem tuam accommodasti, quando præco fuisti Mimicus. *Idem.*

186. *Sipario*.] Actori vel mimo. Vel ludis scenicis. Est enim *Siparium* aulæum seu velum sub quo latent mimi. *Farnab.* Et ponitur hic pro arte scenica seu theatrali. *Clamosum*, &c.] Id est, cum ageres fabulam, *Phasma*, inscriptam, cum multo clamore peragendam, mimographi illius Catulli. *Ut*.] Id est, cum, vel quando. *Catulli*.] Non nobilem illum Poëtam Catullum Veronensem intellige, sed alium quemvis mimographum. *Idem.* *Sipario, clamosum ageres ut phasma Catulli*, &c.] Sic distinguendum censet Petitus. nam [illegible] minem veterum esse dicit, qui Catullo *Phasma* adscribat, si hunc exceperis locum: at vero *Laureolum* mimum à Catullo fuisse compositum, nemo, puto, ambigit, & testis est locupletissimus Tertullianus lib. adversus Valentinianos cap. xiv. Refert enim cum stomacho Poëta, patricios opertum suum locasse scenæ, & nescio de quo, cui nomen fecit *Damasippo*, memorat, cum ubi sua dilapidavit bona, addixisse suam operam ludicris his artibus & mimos egisse. Adeoque enim in agendo mimis profecisse, ait; ut non minus perite quam Lentulus, cujus nomen magnum in illaudatissima hac arte, egerit *Catulli* mimum, qui *Laureolus* dicebatur; quum tamen magna in eo agendo arte opus esset; cujus argumentum hoc est, ut e Josepho constat, [illegible], [illegible] autem [illegible] hæ, ut e Tertulliano didicimus, unde Juvenali [illegible] dicitur [illegible] *Laureolum*. [illegible]

 à quo

Judice me, dignus vera cruce. nec tamen ipsi
Ignoscas populo: populi frons durior hujus,
Qui sedet, & spectat triscurria patriciorum:
Planipedes audit Fabios, ridere potest qui
Mamercorum alapas. quanti sua funera vendant,

Quid

VET. SCHOLIAST.

189. *Ignoscas, &c.*] Qui patitur nobiles agentes mimos spectare.

190. *Triscurria, &c.*] Jocos, tres scurras nobilium fabulas agentes: dictum, quia tres simul * exeant, quamvis aliquid quærentes.

191. *Planipedes, &c.*] Nobiles neaniscologos.

192. *Mamercorum, &c.*] Turpitudinis crimina.

VARIORUM.

à qua voce tricharia formavit Juvenalis, quæ à populo spectari dixit: *Qui sedet & spectat* tricharia *patriciorum.* Quia spectabant cruciarium *Laureolum* in *tricha* destitutum. Ita ut pro *triscurria* legendum sit *tricharia.* Petitus.

187. *Laureolum.*] Id est, alius Lentulus Velox nobilis, suscepit servi personam in agendo mimo Laureolo, in quo crucifixus est tanquam servus in falso deprehensus. Hanc fabulam scripsit Laberius. *Velox.*] Cognomen Lentuli. Vide Martial. lib. Spect. Epigr. 7. *Idem.* Vel forte epitheton ei conveniens propter agilitatem in agenda fabula, & mira strenuitate.

188. *Judice me.*] Ait eum Lentulum, vera, non ficta cruce dignum fuisse: qui nulla honestatis & nobilitatis, suorumque majorum habita ratione, scurriliter mimum egerit. *Nec, &c*] Id est, ita reprehendas nobiles, ne interea populo Romano ignoscas, qui hæc nobilium dedecora sustinet spectare, non sine applausu.

189. *Populi frons.*] Quæ nullo pudore afficitur, nec erubescit, ad turpia hæc spectacula. *Idem.*

190. *Qui sedet.*] Qui tam turpia videre sustinet, & hanc patritiorum scurrilitatem. *Lubin.* Qui sese potest continere, & præ indignatione non insultat, sed assidet quietus & attentus. Ait *Scaliger* in v. De emend. temp. Juvenalem *transcurria* vocare ludos, ad quos ex senatu transibant senatores: quando scilicet ex senatoribus fiebant scurræ, & sic transisse ad scurras. id est, orchestram. Sunt qui scribere malunt: *Spectat triscuria pat.* Triscurium ingens cura, ut est reipub. quæ sane cura digna patritiis. *Lubinus* dicit *triscurria* esse verbum antiquum fictum, grandem scurrilitatem designans. Nam particula τρὶς, pro superlativo Græci & Latini utuntur. Sic dicimus τρισμέγιστος.

191. *Planipedesque.*] Qui in theatro audit nobilissimos Fabios planipedes, fabulas & mimos agentes. Qui, teste Diomede, planipedes dicuntur, quod actores Comici, planis, id est, meris vel nudis pedibus uterentur, & in proscenium introirent. *Lubin.* Cothurno tragici, socco Comœdi pedes induebant; ipsi autem mimi nudis pedibus agebant. Scalig. Poët. 1. cap. x.

192. *Mamercorum alapas*] Nobilissimos Mamercos, colaphis percussos: nam in mimis prodibant scurræ & parasiti, qui alapas & verbera patiebantur ab iis, qui augustiores sustinebant personas. Scaurorum prænomen erat Mamercus & à Plinio c. 11. l. 36. De Scauris arenariis nunc loquitur, longe digredientibus à Veterum Scaurorum vita & moribus. *Dorleans.* *Alapas.*] Insuper contumeliis alaparum sic os objicit, quasi de præcepto domini ludat. Tertullian. de Spectaculis: Ictibus infelix facies locatur, ut infelicior venter sagínetur. Cyprian. *Farnabius.* *Quanti, &c.*] Invectus superius in nobiles, qui histrioniam exercebant

Quid refert? vendunt nullo cogente Nerone.
Nec dubitant Celsi Prætoris vendere ludis.
Finge tamen gladios inde, atque hinc pulpita pone:
Quid satius? mortem sic quisquam exhorruit, ut sit
Zelótypus Thymeles, stupidi collega Corinthi?
Res haud mira tamen, citharœdo Principe mimus
Nobi-

VET. SCHOLIAST.

193. *Nullo, &c.*] Tyranno scilicet.

194. *Celsi, &c.*] Ignobilioris, quam ipsi sint.

196. *Quid, &c.*] Utique mori, quam mimum agere. nec debet quis mortem sic horrere, ut in arena se locet, sed ut mimum agat.

198. *Res, &c.*] Non est turpe, nobilem, mimum agere. cum ipse imperator citharœdus sit, & in scena cantaverit. Non est mirum, si hæc mavult sequi ludium principem, quam mori, quando ipsum imitatur Neronem.

VARIORUM.

bant; jam damnat illos nobiles, qui munus gladiatorium tanquam vilissima mancipia obibant, idque sponte & ultro. *Funera.*] Id est, corpora de quibus funera futura erant. Nam cum vitæ periculo ibi pugnabatur. *Idem.* Et illi sui æris inopes, divites alieni, re cum spe consumta ad extremum deliberabant gladiatores fieri.

193. *Quid, &c.*] Illud adhuc parum est, & facile excusari potest, collatione Histrioniæ, quæ pejor, & viro nobili indignior. Nihil refert quanto pretio se exauctorent & sua funera vendant: sed hoc dolendum quod se ultro & nullo jubente vendant. *Nullo, &c.*] Domitiano non cogente eos, ut fecit Nero, qui in ludis ad ferrum exhibuit 400 Senatores, 600 equites. *Idem.* *Nullo &c.*] i. e. sponte nulloque jubente scenæ operam dabant. *Ferr.*

194. *Nec, &c.*] Non erubescunt omni pudore spreto, etiam in ludis, quos prætor homo vilis & ad præturam evectus & sublimatus exhibet, funera & supplicia sua vendere. *Lubinus.* Vel *Celsus*, hic est sublimis & in curru sedens, quum ludis habitu triumphali præit, ut Sat. 10. vers. 360.

195. *Finge, &c.*] Id est, esto quod Nero supplicio proposito cogat nobiles histrioniam agere, vel gladiaturam. Quid satius vel agendum magis? Nonne satius esset mori, quam mimum agere? *Jac. Leonsis* Epiph. 2. cap. 11. Ergo pulpita pro loco in quo mimi & pantomimi ludos dabant. *Ferrar.* *Inde.*] Id est, ex altera parte gladiatorum munus vel mortem, hinc ab hac parte, histrioniæ turpissimum munus. *Lubin.*

196. *Quid Satius?*] Utrum horum eligendum? *Mortem, &c.*] Respondet auctor noster. Adeone quisquam mortem timuit, ut malit artibus scenicis contaminari, ut non mori malit gladiator, quam in histrionia Latinum mimum agere, qui zelotypia uxoris suæ mœchæ Thymeles laboret. Et ut malit esse collega & socius alterius mimi Corinthi, stupidi & ignavi, ac stolidi. Satyr. 1. vers. 36. *Lubinus.*

197. *Zelotypus.*] Ut in mimo simulet se esse zelotypum Thymeles, more Latini mariti, & alterum alapis percutiat; quod supra innuit, cum dixit: *Mamercorum alapas* Lubinus. Vel Thymele mima personam sustinebat uxoris alicujus, quæ viro zelotypo verba daret, quem virum, quia nobilis aliquis locatus theatro, agebat, is à Juvenale *Thymeles zelotypus* appellatur. *Politian.* lib. 7. Epist. 33. *Stupidi.* Corinthi. Mimi planipedarii.

198. *Res haud.*) Non mirum est nobilem

Nobilis. hæc ultra, quid erit nisi ludus? & illic
Dedecus urbis habes. nec myrmillonis in armis,
Nec clypeo Gracchum pugnantem, aut falce supina,
(Damnat enim tales habitus, sed damnat, & odit)
Nec galea faciem abscondit; movet ecce tridentem,
Postquam librata pendentia retia dextra
Nequicquam effudit, nudum ad spectacula vultum
Erigit, & tota fugit agnoscendus arena.

Cre-

VET. SCHOLIAST.

200 Nec, &c.] Mirmillo armaturæ Gallicæ nomen, ex pisce inditum, cujus imago in galea fingitur.

201. Aut, &c.] Thracum armatura intelligenda est, quibus proprium telum, falx est.

203. Movet, &c.] Infamius est, sicut gladiator, aut indicatur, aut verba sunt Gracchi spernentis armaturam secutoris.

VARIORUM.

bilem minimum esse, cum Imperator sit Citharœdus. Porro Nero, ut refert Tranquillus, adeo Citharœdia delectabatur, ut nomen suum in titulos adscribi jusserit. Lubin.

199 Hæc, &c.] Quasi dicat, ulterius vel porro tota urbs Roma, erit ludus, histrionum, & gladiatorum. Et illic, &c.] Reprehendit jam nobiles, & ex illis potissimum Gracchum quendam nobilissimum, qui abjecta omni verecundia, in urbis & totius nobilitatis dedecus, in arenam more hominum infamium sese demittebat.

200. Dedecus, &c.] Gracchum, nobilem; Appositio. Idem. Nec, &c.] Id est, more myrmillonum vel secutorum galea caput velat, nec clypeo pectus tegit. Id est, non vult esse myrmillo, qui vultum suum galea abscondit, sed retiarius, qui galerum, vel pileum oblongiorem habet nudo vultu, eoque pacto ab omnibus cognoscebatur. Erat autem retiario loco clypei rete, loco gladii fuscina vel tridens. Vide Satyr. 2. vers. 143. Idem.

201. Aut falce, &c.] Indicat etiam illum non fuisse Thracem, cui erat parma vel scutum breve, falx vel sica, id est, gladius incurvus, quem hic supinam falcem vocat. Idem.

202. Damnat, &c.] Id est, Satyricus ille Gracchus, Thracum arma & habitus, quibus teguntur, odit & aversatur. Lubin.

203. Nec galea.] Id est, solo galero retiarico contentus est; & Retiarius enim solus ex gladiatoribus aperta facie pugnabat, ut videatur & cognoscatur. Faciem Alii leg. frontem. Movet, &c.] Sinistra enim tridentem vel fuscinam gerebat. Idem.

204 Postquam] Oculis quasi exponit solemne illud pugnæ genus. Docti enim erant retiarii arte quadam collectum suspensumque dextra manu rete, in adversarii caput projicere, & si errassent, effuse fugere, donec forte iterum rete recollegissent. Vibrata.] Alii, librata. Id est, exacte quasi perpensa. Solertia enim opus erat, ne nimium vires duceret, aut intenderentur, aut remitterentur inter projiciendum. Lubin.

205. Nequicquam, &c.] Frustra in myrmillonem, vel secutorem adversarium emisit, ut eum caperet. Nudum, ad, &c.] Nudam suam faciem ad spectatores erigit. Ad spectacula.] Id est, ad spectatores, forte orans, ne pollicem verterent, sed pro se intercederent. Idem.

206. Tota, &c.] Id est, in toto theatro fugit insequentem secutorem. Idem. Agnoscendus.] Vel palam omnibus inspectantibus, vel sic in suo judicio misere pendens.

Credamus tunicæ, de faucibus aurea cum se
Porrigat, & longo jactetur spira galero.
Ergo ignominiam graviorem pertulit omni
Vulnere, cum Graccho jussus pugnare secutor.
Libera si dentur populo suffragia, quis tam
Perditus, ut dubitet Senecam præferre Neroni?
Cujus supplicio non debuit una parari
Simia, nec serpens unus, nec culeus unus.

Par

VET. SCHOLIAST.

207. *Credamus, &c.*] Tunicam de faucibus quidam vestem gladiatoriam dicunt, quam fibula mordet à faucibus pugnaturi. Alii, qua Galli utuntur in sacris, in modum organi utrimque decrescentibus virgulis purpureis. * nam fortuiti sunt veluti indicantibus partem corporis esse amputandam. hi dubii habebant qui munera edebant, ut extremas partes tunicæ ad guttur ornarent, quo famam haberent.

208. *Et, &c.*] Pileo, quem habent retiarii. Galerus est humero impositus gladiatoris hujusmodi aliquid, quo citius sparsum funem, vel jactatum retium colligat.

212. *Senecam, &c.*] Ignobilem, sed virum bonum.

213. *Cujus, &c.*] Hoc ideo, quia parricidis in culleo clausis ad pœnam, simia & serpentes jungi solebant. A Nerone autem mater occisa est, & amita, & uxor, & Antoni Claudi illa quæ illi pro horum morte nubere noluit. Sed apertius dixit, quia & matrem occideret & uxorem Octaviam, eandemque sororem adoptivam, & Britannicum fratrem adoptivum filium Claudii peremit.

VARIORUM.

207. *Credamus tunicæ &c.*] Gracchus Salius erat, & Martis sacerdos in Veneris castra transierat; hinc non erit difficile, quid aurea illa spira fuerit in tunicæ saliaris faucibus, purpura & auro distinctæ. igitur Gracchus in solâ tunica quidem, (ut omnes tunc retiarii qui indè simpliciter *tunicati* dicti sunt) sed eadem saliari in arenam descendit, ad cujus fauces, hoc est oram superiorem, segmenta, id est institæ aureæ, sive spira aurea, quæ etiam galero & quidem longo sacerdotali addita erat. *Ferrar.*

208. *Jactetur.*] Huc illuc ventiletur.

209. *Ergo, &c.*] Id est, secutor, cum à Nerone cum Graccho retiario pugnare jussus esset, victor explosus & irrisus est à spectatoribus, qui nobilem retiarium & imperitum per totam arenam sequeretur: majorem ignominiam hoc ipso pertulit, quam si occisus concidisset. *Lubin.*

210. *Jussus.*] A prætore ludi præfecto, cui operam suam vendidit *Secutor.*] id est myrmillo, qui retiarium, postquam ab eo captus non est, insequitur.

211. *Libera, &c.*] Id est, si liberæ & sine omni superioris potentiæ timore aut metu, populo Romano suffragia, vota, judicia ferre liceret; nemo adeo perditus, adeo deploratus, & sceleratus esset, qui virum optimum, Senecam, virulentissimo illi, & crudeli, omnibusque sceleribus contaminato tyranno, præferre dubitaret. *Lubin.* De Seneca tamen longe aliter sensit Dio in Nerone.

213. *Cujus, &c.*]. Nec enim unum commiserat parricidium. Solebant parricidæ virgis primum cæsi. in culeo cum simia, gallo, serpente, & cane includi, & in flumen abjici, ut ita omnibus elementis privarentur. *Idem.*

214. *Una simia.*] Nam non tantum parricidium perpetrarat, qui præceptorem, Senecam, matrem Agrippinam, amitam, uxorem Poppæam, &c. parricidio sustulerat.

Par Agamemnonidæ crimen; sed causa facit rem
Dissimilem, quippe ille Deis auctoribus ultor
Patris erat cæsi media inter pocula: sed nec
Electræ jugulo se polluit, aut Spartani
Sanguine conjugii, nullis aconita propinquis
Miscuit, in scena nunquam cantavit Orestes,
Troïca non scripsit. quid enim Virginius armis

Debuit

VET. SCHOLIAST.

216. *Quippe, &c.*] Orestes, qui & matrem occidit, sed ut patrem ulcisceretur & defenderet.

218. *Aut, &c.*] Helene, vel Hermione.

221. *Troica, &c.*] Hoc ideo, quia Nero Troados libros scripsit. Unde & maxime insanivit, quia Poëta fuit. Virginius autem unus de conjuratis, qui Neronem occiderunt.

VARIORUM.

fuerat. *Culeus.*] Quo insuebantur parricidæ, erat saccus ex corio. *Idem.*

215. *Par, &c.*] Idem scelus commisit etiam Orestes, Agamemnonis filius qui matrem Clytæmnestram interfecit; sed non ob eandem caussam. *Idem.* legebatur enim passim tempore Neronis: Νέρων, Ὀρέστης, Ἀλκμαίων μητροκτόνοι.

216. *Dissimilem, &c.*] Orestes justissimam, Nero improbam & nefariam caussam sui sceleris habuit. *Quippe ille*] Rationem addit. Orestes Deo jubente, matrem suam cum adultero Ægistho interemit, ut patrem Agamemnonem ulcisceretur, quem illi inter media pocula incautum interemerant. Deinde enim maternæ necis reus, in Areopago, æquatis Deorum sententiis, interventu Minervæ absolutus est, ut videre est initio Odyss. Hom. *Idem.*

217. *Patris.*] Agamemnonis. *Media, &c.*] Cum convivio susceptus fuisset: ut alii, in balneo dum vestem indueret fine capitio. *Lubin.* *Sed nec, &c.*] Id est, sororem suam non interemit Orestes, ut Nero Britannicum fratrem.

218. *Electræ jugulo se polluit.*] De Octaviæ morte cape hunc versum. Nam Octaviam poeta comparat Electræ, quæ soror Orestis, ut Octavia soror Neronis. Sed Nero jugulavit Octaviam: Orestes non jugulavit Electram. Orestes insanus erat; & Nero sanæ mentis, si nequam ille aliquid sapiebat, sororis & conjugis parricidium patravit. Nero ergo pejor Oreste & improbior. *Dorleans.* *Jugulo, &c.*] Dum ferro jugulum petiit, & ita nece sororis suæ sese polluit. *Aut Spartani, &c.*] Id est, Orestes Hermionem uxorem suam, Menelai Spartani regis filiam, non occidit; ut Nero Octaviam, Antoniam, & Poppæam ictu calcis, gravidam, conjuges suas interfecit. *Lubin.*

219. *Conjugii.*] Pro conjugis. *Nullis, &c.*] Ut Nero Britannicum fratrem suum adoptivum, & Domitiam amitam, Locustæ veneficio interemit, & Pyrrhum præfectum, remedium ad fauces pollicitus, toxico occidit. *Lubinus*

220. *In scena, &c.*] Ut Nero, qui teste Suetonio nihil æque doluit, quam quod tanquam malus Citharœdus increpitus esset: & Tragœdias in scena cantavit: Orestem matricidam, Herculem insanum, &c. *Idem.*

221. *Troica, &c.*] Hoc eo dicit, quia Nero Troados libros scripsit. Et ut Ilium conflagrare spectaret, magnam urbis partem incendit, quod incendium ipse in turri Mecœnatiana prospectans, lætabatur flammæ, ut ajebat, pulchritudine. *Quid enim, &c.*] Nihil fuit quod Virginius Rufus cum Sergio, Galba, & Vindice Junio, magis ulcisci & punire deberet, quam hoc pessimum flagitium.

In

Debuit ulcisci magis, aut cum Vindice Galba?
Quid Nero tam sæva crudaque tyrannide fecit?
Hæc opera, atque hæ sunt generosi Principis artes,
Gaudentis fœdo peregrina ad pulpita cantu
Prostitui, Graiæque apium meruisse coronæ.
Majorum effigies habeant insignia vocis,
Ante pedes Domiti longum tu pone Thyestæ
Syrma, vel Antigonæ, seu personam Menalippes,

Et

VET. SCHOLIAST.

226. *Graiaque apium.*] Quia apud Isthmios Agones, victores apio coronantur. Nero non autem Isthimiaco certamine inter citharœdos certans, apio, uti mos erat, coronatus est.

227. *Habeant, &c.*] Vocis missaria* hoc est, ἆθλα, missa,

228. *Ante, &c.*] Alii Domitium Senatorem volunt, qui à Nerône coactus est mimum agere.

229. *Syrma.*] Vestis tragica est. Has autem personas Nero saltavit. Menalippus est, qui Tydeum occidit.

VARIORUM.

in hac immani bellua, & terrifico terrarum orbis monstro. Hi tres, in Galliis & Hispania à Nerone desciverunt, & Neronem ex Imperio ejicere à Senatu jussi sunt. *Lubinus.*

223. *Quid, &c.*] Id est, quidnam fecit Nero toto tempore tam sævæ & crudelis tyrannidis, nimirum saltatorem & citharœdum. *Crudaque.*] Crudeli, immani, & inhumana. *Lubinus.* *Quid Nero, &c.*] Quidnam maxime fuit inhonestum & indignum, quod in omni sua tyrannide admisit Nero? certè prostituisse se in nostris Græcisque scenis, citharœdum, histrionem, saltatorem, &c. *Farnab.*

224. *Hæc, &c.*] Est amara Ironica responsio ad quæstionem, nimirum hæc opera & hæ artes quæ dictæ sunt. *Hæc opera.*] Troica. *Artes.*] Citharistica, & Histrionia. *Idem.*

225. *Gaudentis.*] Hæc de Nerone cantante, cum in Græcia pulpitum citharœdus conscendit. *Ferrar.*

226. *Prostitui.*] Metaph. à meretrice. *Graiaque, &c.*] Coronam hanc tuam ex apio. *Plinius* libro 19. capite 8. *Junius* Animadv. 5. capite 21. *Alexander ab Alex.* libro 5. cap. 8. Proverbium: *Apio egere.*

227. *Majorum, &c.*] Irrisorie & Ironice ludit Neronem. Id est, cum alii insignia rerum egregie gestarum & triumphorum statuis majorum suorum adfigant: tu Nero quoque coronam ex apio, tanquam vocis, cantus, & saltationis insigne & præmium, quam victor voce & saltu consecutus es, ad majorum tuorum imagines appendere potes. *Lubin.*

228. *Ante, &c.*] Id est, ô Nero ante pedes statuæ atavi, vel patris tui Domitii, pone longum *syrma*, vel vestem Tragicam, in Tragœdia acta de Thyeste: unde te Tragœdiarum actorem vel mimum possis ostendere. *Thyesta.*] Tragœdiam de Atreo intellige, qui Thyestæ fratri proprium filium Plysthenem occisum & coctum epulandum apposuit. Hanc Tragœdiam egit Nero. Vide Hyginum Fab xxciv. & ccLVIII. *Lubin.*

229. *Syrma.*] Sunt qui *Syrma* signantius & ἐμφατικώτερον tribui volunt *Thyestæ* & *Antigonæ*, personis stil. regii spiritus & elati animi. *Farnabius.* *Antigonæ.*] Notat Tragœdiam de Antigone Oedipi filia, quæ cæci patris dux fuit. *Hygin.* Fab. 67. 72. *Jac. Lomsis* Epiph. 2. cap. 10. *Personam.*] Larvam faciei, qua in agendis Tragœdiis Nero usus; vel qua persona usus est in fabula Menalippes: vel quia sub ejus persona Euripides Anaxagoræ præcepta

lia,

Et de marmoreo citharam suspende Colosso.
Quid Catilina tuis natalibus, atque Cethegi
Inveniet quisquam sublimius? arma tamen vos
Nocturna, & flammas domibus, templisque parastis,
Ut Braccatorum pueri, Senonumque minores,
Ausi quod liceat tunica punire molesta.
Sed vigilat Consul, vexillaque vestra coërcet.

Hic

VET. SCHOLIAST.

230. *Et*, &c.] Colossum, statuam ultra mensuram, suspende statuæ citharam, non trophæum; ut Nero fecit.

234. *Ut*, &c., Gallos significat, & deest *tenent*. Allobrogæ Galli sunt. Ideo autem dicti allobrogæ, quoniam *broga* Galli agrum dicunt, *Alla* autem, aliud. Dicti igitur, quia ex alio loco fuerant translati.

235. *Tunica*, &c.] Vestis ex charta facta, pice illita, in qua ignibus pœnæ addicti ardere solent. Aut, si etis id conati, quod hoc pacto debent puniri.

VARIORUM.

tis sui sedatum animum & philosophicam exprimit sententiam. Vide Dionysii Halicarnass. comment. περὶ τῶν ἐγκωμιαστικῶν. *Farnabius. Hyginus* Fab, 186. *Menalippes.*] Quæ a Neptuno adamata & gravida facta, in vincula a patre conjecta, filium Bœotum peperit in stabulo, fœtu à bubus pene obtrito. Unde & Bœotus dictus. *Lubin.*

230. *Et*, &c.] Respexit ad illa quæ de Nerone Suetonius scribit, quod citharam ab judicibus ad se delatam adoraris, denique ad Augusti statuam jusserit. Id est, ad marmoream Augusti statuam, de qua majores tui arma & spolia hostium pendebant, tu citharam depende, nam in hac triumphasti. Vel forte alludit ad colossum Neronis miræ magnitudinis, quem per Zenodotum Gallia accitum, ædificavit. Plin 34. lib. 7. cap. *Idem.*

231. *Quid*, &c.] Ostendit ulterius nobilitatem in virtute animi, non in sanguine consistere, nec esse nobiles qui ex generosis orti pessime agunt, quod Catilinæ & Cethegi exemplo demonstrat. *Catilina.*] Fuit enim is nobilissimus, sed patriæ perditor & proditor: ut Cicero contra ignobilis, sed patriæ pater. *Tuis*, &c.] Tuo genere, familia & nobilitate. De Catilina vide Salust. *Cethegi.*] Hic cum Catilina, Lentulo, Statilio, contra Remp. conjurarunt, omnes nobilissimi. *Idem.*

232. *Quisquam.*] Alii legunt, *quisquam. Sublimius.*] Nobilius: nam nobiles alti & sublimes dicuntur. Sensus est, nihil genere tuo Catilina nihil Cethegi familia fuit nobilius, tamen &c. *Arma*, &c.] Licet nobilissimi, sceleratissimi fuistis, & vestræ patriæ domibus, templis & focis atque aris, noctis tempore bella & incendia admoliti estis. *Idem.*

234. *Ut*, &c.] Ut quondam Galli Narbonenses ex braccata Gallia oriundi, vel filii Senonum, ex Lugdunensi orti; olim sub Brenno, totam urbem Romam incendio abolere conati sunt. Simile facinus vos moliti estis. Vide Florum. *Lubinus.*

235. *Ausi*, &c.] Id est, illud ausi estis, propter quod digni eratis, qui veste & tunica ex charta, cannabe, stuppa, bitumine, pice, cera illita induti, noctis tempore pro lucerna accenderemini. Quod supplicii genus in illos qui incendia moliti erant constitutum erat; & quo usus fuit crudelis ille Nero in Christianos, quos incendii insimulavit, cujus ipse auctor fuerat. Vel Herculem Oetæum repræsentantes Sat. 1. vers. 155. Hanc vestem tunicam molestam vocant, de qua Satyr. 1.

-- *Tæda lucebis in illa*, &c.

Vide *Brodæum* Miscell. lib. 1. cap. 9. & 10.

236. *Sed*, &c.] Id est, M. T. Cicero

vigi-

Hic novus Arpinas ignobilis, & modo Romæ
Municipalis Eques, galeatum ponit ubique
Præsidium attonitis, & in omni gente laborat.
Tantum igitur muros intra toga contulit illi
Nominis, & tituli, quantum non Leucade, quantum
Thessaliæ campis Octavius abstulit udo
Cædibus assiduis gladio. sed Roma parentem,
Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.
Arpinas alius Volscorum in monte solebat
Pos-

VET. SCHOLIAST.

239. *Et*, *&c.*] Quia in montibus condita est Roma. Legitur & pontibus, propter Molvium, ubi Catilinæ conjurati, & Allobroges deprehensi sunt.

241. *Non Leucade.*] Propter Antonium & Cleopatram, quia bello navali sub Leucade promontorio Epiri, devicti sunt ab Augusto,

242. *Thessaliæ campis.*] Ibi nam ab Augusto victi sunt Brutus & Cassius, & Pompejus à Cæsare.

244. *Roma*, *&c.*] Non per adulationem, ut Augustum. Hoc nam differt ab Augusto Cicero, quia alia armatus, alia pacatus defenderit libertatem & civitatem. ut Lucanus,

---, Romani maximus auctor
Tullius eloquii, cujus sub jure togâque &c.

VARIORUM.

vigilando, vestra nocturna facinora & incendia prohibuit. *Vexillaque vestra.*] Id est, vestras turmas, Centurias & furores vestros, & conatus, frenat & reprimit. *Lubin.*

237. *Hic*, *&c.*] Id est, vestra nobilium pessima facinora æterna, nominis fama & laude repressit. Cicero ignobilis; ex Arpinate Volscorum oppido natus. Romani *novos* nominant qui ex se clarescunt. *ignobilis,*] Variant de genere Ciceronis: Sed ipse à regibus se ortum dicit Tuscul. 1. *Et modo.*] Id est, modo nuperrime in equestrem ordinem adscitus, qui ex municipio Arpinate oriundus esset.

238. *Municipalis.*] Pro obscuro positus. *Turneb.* lib. 3. cap. 9. *Galeatum.*] Id est, civibus Romanis de re nova attonitis, & stupefactis, armatum præsidium, & custodiam armatorum ubique ponit, contra machinas conjuratorum. *Lubin.*

239. *In*, *&c.*] Pro omni gente Romana, pro summis & infimis, vel fatigatur in universo populo, dum omnes & singulos ad Reip. salutem exhortatur. Alii habent *Monte*, & intelligunt VII. colles Rom. *Idem.* interpretantur de equestri, senatorio & plebejo ordine: Ego *in omni gente*, non tantum Romæ, sed etiam in municipiis. *Grang.*

240. *Tantum*, *&c.*] Id est, Cicero ignobilis consul, tantum nominis, honoris, & tituli consecutus est Romæ intra muros, tempore pacis & togæ, sua sapientia, sine bello, cæde, & sanguine. *Tantum*, *&c.*] Pater enim patriæ dictus est. *Lubin.*

241. *Quantum*, *&c.*] Quantum nominis & honoris Augustus non reportavit ex victoria sanguinolenta, quam sub Leucade Epiri promontorio obtinuit, cum Antonium & Cleopatram vicit, navali scilicet prælio. *Lubin.*

242. *Thessaliæ*, *&c.*] Apud Philippos Macedoniæ urbem, in Thessalia contra Cassium & Brutum, quos cum Antonio vicit. *Flor.* lib. 4. cap. 6. *Abstulit.*] Reportavit, adeptus est. *Udo gladio.*] Ex assidua cæde, semper sanguine madente. *Lubinus.*

244. *Patrem*, *&c.*] Hoc nomine ipsum primus omnium appellavit M. Cato. *Libera.*] Liberata ex ancipiti illo periculo. *Idem.*

245. *Arpinas.*] Subjungit jam alia duo

Poscere mercedes alieno lassus aratro;
Nodosam post hæc frangebat vertice vitem,
Si lentus pigra muniret castra dolabra:
Hic tamen & Cimbros, & summa pericula rerum
Excipit, & solus trepidantem protegit urbem.
Atque ideo, postquam ad Cimbros, stragemque volabant
Qui nunquam attigerant majora cadavera, corvi,
Nobilis ornatur lauro collega secunda.

Ple-

VET. SCHOLIAST.

247. *Nodosam, &c.*] A centurione vapulando suo vertice frangi jaciebatur Marius vitem, cum militat.

251. *Atque ideo.*] Mario, inquit, debellante Cimbros, corvis avibus fuit miraculum ire ad majorum cadaverum prædam, quia grandi statura sunt Galli. Virgilius:

---*Scutis protecti corpora longis.*

253. *Lauro, &c.*] Secundo, per Marium familia nova. Nam primo per Ciceronem nobilitati, hoc est, ut triumpharet. Vel, secunda lauro dixit, quia secundo loco triumphavit post collegam suum.

VARIORUM.

duo exempla, Marii nimirum & Deciorum, qui & ipsi ignobiles, optimi & vere generosi fuerunt. *Arpinas alius.*] Alius ex Arpino Volscorum opido ortus, qui teste Plutarcho, obscuro prorsus genere parentes habuit pauperes. Is postea septies consul fuit, & Cimbros in Gallia, Teutonas in Italia, & Jugurtham in Africa superavit. *Val. Maxim.* lib. II. cap. I. Arpinum patria fuit communis Marii & Ciceronis.

246. *Poscere, &c.*] Id est, cum juvenis esset, conductus & mercenarius, solebat aliorum agros arare. *Alieno.*] Paupertas notatur, cum ne ipse quidem agrum habuerit. *Lubin.*

247. *Nodosam, &c.*] Id est, postea inter milites faber erat, & castra muniebat, & si aliquando tardus & ignava opera castra muniret & laboraret, sudes & palos necessarios ad munienda castra præpararet, à centurione vite verberabatur, & vapulando in tergo & capite vitem frangebat. Sat. 14. vers. 193. Vitem hanc centuriones pro insigni gestabant. Persius:

--- *aut vitem posce libello.*

Est autem *dolabra* illud instrumentum, quo lignum dolatur, complanatur, & lævigatur. *Idem.* Sed non tam de dolabra fabrili, quam de cætero opere militum intelligendum. Hinc dictum Domitii Corbulonis, *dolabra vincendum hostem*, i. e. operibus. *Grang.*

249. *Hic, &c.*] Id est, licet ignobilis, & qui crevit tam a parvis initiis sua tamen virtute summus belli imperator evasit, & Cimbros ac Teutonas (qui ex Dania & Germania maximo cum exercitu Romam contendentes, magnum terrorem Italiæ incusserant) excepit suo exercitu, & funditus delevit. *Florus* lib. 3. cap. 3. *Cimbros.*] Illi magno corpore, horrendisque oculis erant, & apud Germanos, prædones appellabantur. Jam Holsati Chersonesum Cimbricam inhabitant. *Lubin.* *Et solus*] Ob insigne meritum, quasi sine Collega Catulo res peracta sit.

251. *Atque ideo.*] Postquam ergo Cimbros & Teutonas ingenti strage delevit, & corvi, ad ingentia Cimbrorum cadavera, volabant. *Stragemque.*] Interfectorum Cimbrorum. Nam traduntur cæsa ibi à Mario, centum & quadraginta quinque millia, & sexaginta millia capta.

252. *Majora, &c.*] Nam vasta & magna Cimbrorum corpora. *Lubin.*

253. *Nobilis, &c.*] Quintus Lutatius

lebciæ Deciorum animæ, plebeia fuerunt
'omina: pro totis legionibus hi tamen, & pro
'mnibus auxiliis; atque omni pube Latina
ufficiunt Diis infernis, Terræque parenti.
luris enim Decii, quam quæ servantur ab illis.
.ncilla natus trabeam, & diadema Quirini,
;t fasces meruit Regum ultimus ille bonorum.

Exu-

VET. SCHOLIAST.

254. *Plebeia, &c.*] Decii pater & fi-
ıs, somnio moniti, pro incolumitate
opuli Romani se devoverunt, alter bel-
› Latino, alter Gallico Nam pater cum
let collega L. Manlii Torquati, essent-
ue somnio admoniti, eam partem vi-
ricem fore, cujus dux in prælio ceci-
erit, Decius calcaribus equo incitato,
ı medios hostes inruit, ibique pugnans
ıterfectus est, Cujus cum corpus mili-
:s liberare contenderent, cum plena
ınt reversi victoria. Hoc exemplo pa-
:is pro bello Samnitico & Tusco, bello
Gallico ab hostibus est filius interemtus.
.e quibus & Virg.
Quin Decios Brutosque.
259. *Ancilla natus.*] Ocriculana (an
Corniculana) captiva, Servius Tullius.
260. *Regum, &c.*] Nam fuerunt reges
postea superbi. sextus à Romulo: nam,
eptimus Tarquinius fuit Superbus.

VARIORUM.

:ius Catulus, qui cum ipso Cimbros
fudit, genere nobilis & facto: de quo
n Sat. 11. Errat lubinus & plures qui
aliter explicant, faciendo *nobilis* genitivi
:asus. *Lauro secunda.*] Nobilis collega
Q. Catulus Luctatius secundo loco tri-
umphavit, cum uni Mario homini no-
ro, victoriæ honos tribueretur, licet
utriusque Coss. auspiciis res gesta sit. *Far-
nab.* At ignobilis Arpinas, Marius,
primo loco: nam honor ei totius belli
attributus.
254. *Plebeia.*] Quartum Deciorum pa-
ris & filii exemplum, qui & ipsi non ex
nobili, sed plebeia familia oriundi, &
uterque tamen animi nobilissimi pro sa-
lute Reipub. se devoverunt. *Val. Maxim.*
lib. 5 cap. 6.
256. *Atque omni pube.*] Alii, *plebe.
Latina.*] i. e. Romanâ. Bene autem
distinguit pubem latinam ab auxiliis:
nam *auxilia* in bello sunt socii exterarum
nationum.
257. *Sufficiunt.*] Sufficere dicimus ei,
cujus desiderium implemus. *Britannic.
Diis, &c.*] Quia illi se solennibus riti-
bus & verbis devovebant Diis Manibus,
Terræque matri, & omnia pop. Roma-
ni pericula in sua capita derivabant. *Lu-
binus.* Certe Decii, Pater, Filius, Ne-
pos, bello Latino, Hetrusco, Tarен-
tino, pro patria sua obtulerunt capita.
Terræque parenti.] Cui se devoverunt, & in
cujus visceribus ipsi dicuntur esse inferi.
258. *Pluris, &c.*] Decii quamvis
ignobiles, sanctiores & Diis acceptiores
fuerunt, quam pop. Romanus universus,
quia ipsi propter Decios pepercerunt.
Idem.
259. *Ancilla, &c.*] Ultimum argu-
mentum de Servio Tullio, quem ait
Valerius ex ancilla vernam esse natum,
& cujus mater Ocriculana dicta, captiva
fuit; qui sua tamen virtute promeruit
trabeam & fasces, id est, imperium &
regnum. *Trabeam.*] Vestem regiam,
purpuream & albam: vel, trabibus pan-
norum albis & purpureis intertextam.
Vel, ut Livio placet, togam circum di-
stinctam purpura, subtegmine puniceo.
Alex. ab Alexandro capite 18. libro 5.
Diadema.] Id est, coronam Romuli pri-
mi regis. *Lubin.*
260. *Fasces.*] Virgarum cum securi-
bus, qui à 12. lictoribus præferebantur.
Ultimus, &c.] Nam sextus erat Post

eum

Prodita laxabant portarum claustra tyrannis
Exsulibus juvenes ipsius Consulis, & quos
Magnum aliquid dubia pro libertate deceret,
Quod miraretur cum Coclite Mucius, & quæ
Imperii fines Tiberinum virgo natavit.
Occulta ad patres produxit crimina servus
Matronis lugendus: at illos verbera justis

Affi-

VET. SCHOLIAST.

261. *Juvenes, &c.*] Ipsius Bruti filii, qui à patre securi percussi sunt, portas aperiebant, ut Tarquinius Superbus intraret.

264. *Cum, &c.*] Horatius Cocles cum fessos milites suos ab Etruscis videret, pontem sublicium subduci jussit, ne protinus hostes ad urbem irent, & ipse solus interim exercitum Porsennæ sustinuit, dehinc armatus Tiberim transnatavit ad suos.

265. *Virgo, &c.*] Clœlia virgo inter obsides data Porsennæ à Romanis, simulans ritu patrio velle se in ripa Tiberis cum cæteris virginibus sacra facere, adlegatis custodibus transnatavit. & per legatos à Porsenna recepta, in tanto honore habita est, ut cum cæteris obsidibus in patriam remitteretur. Hujus rei caussa & statuam equestrem meruit inauratam.

267. *Matronis, &c.*] Propter Lucretiam scillicet vindicatam, vel quia Superbo sub tyranno vim patiebatur castitas matronarum. Vindicius, servus qui indicavit filios Bruti, Tarquinio velle portas reserare, quos pater securi ferit.

VARIORUM.

cum autem septimus & ultimus Tarquinius Superbus pessimus erat. *Lubin.*

261. *Prodita, &c.*] Laudavit ignobiles multos ut optimos, qui consilio, fortitudine, vita & sanguine Reip. profuerunt: reprehendit jam nobilissimos, adeoque ipsius Junii Bruti consulis filios qui patriam prodere, & tyrannis ac regibus à patre exactis, portas voluerunt aperire, ac proinde à patre securi percussi sunt. *Prodita, &c.*] Id est, portas aperiebant proditores patriæ. *Laxabant.*] Aperiebant, reserabant. *Idem.* i. e. Laxare volebant, conspirabant. *Tyrannis exsulibus.*] Tarquiniis exactis & in exsilium pulsis, quos reducere & restituere volebant.

262. *Juvenes.*] Titus & Tiberius, Junii Bruti ipsius primi omnium consulis filii. *Florus* lib. 1. cap. 9. *Et quos*] Id est, & qui exemplo optimi patris consulis, magnum aliquod & egregium factum, licet cum vitæ periculo conjunctum, pro patriæ libertate subire debebant. *Pro dubia.*] Id est, periclitante. Hanc enim eripere rursus volebat Tarquinius. *Lubinus.*

294. *Quod miraretur.*] Quod benefactum & quam rem præclaram cum stupore demiraretur Horatius Cocles, Mutius Scævola, virgo Clœlia. *Coclite.*] Horatius ille Cocles *Florus* lib. 1. cap. x. *Mutius.*] Scævola, qui in necem Porsennæ urbem Romam obsidentis, cum conjurasset, & cum errans in persona, scribam pro rege obtruncasset, ad focum igne ardentem propere accessit, & dexteram, quod aberrasset, spectante rege combussit. *Livius* lib. 2. *Et quæ, &c.*] Illo enim tempore Thusci campos & agros omnes ad flumen Tibrim possidebant, qui Romani imperii finis erat, quod tum temporis angustis terminis erat circumscriptum.

265. *Virgo.*] Clœlia.

266. *Occulta, &c.*] Vindicius servus occulta & clandestina scelera filiorum Bruti dominorum suorum, patribus indicavit. Cui ob indicium hoc, pecunia ex ærario, libertas & civitas data est. Ab hoc Vindicio Vindicta nomen habet, per quam servi in libertatem adserebantur. *Idem. Produxit.*] Patefecit.

267. *Matronis, &c.*] Orbis filiis. Ob servi enim indicium, matres orbæ factæ

sunt

unt pœnis, & legum prima securis.
pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis
dæ similis, Vulcaniaque arma capessas,
n te Thersitæ similem producat Achilles.
men ut longe repetas, longeque revolvas
ien, ab infami gentem deducis asylo.
rum primus quisquis fuit ille tuorum,
pastor fuit, aut illud, quod dicere nolo.

VET. SCHOLIAST.

autem ut conservatorem patriæ
numisit, sed ut delatorem do-
m, cruci adfixit. quod factum
æ planxerunt.

Prima, &c.]Quia primus Con-
tus secures accepit.

Nomen, &c.] Romulus ut au-
opulum Romanum, secutus A-
sium morem, asylum in luco
uit.

Aut, &c.] Quos collegit Ro-
Quod, &c.] Servus aut infamis,
o. Nam latronum, aut perdito-
llegit populum.

VARIORUM.

ropter supplicium filiorum. Vel
ervi mors lugenda esset matronis,
Tyrannorum impudicorum vi, in
to liberasset. quæ sententia præstat.
Vindicium illum mortuum tan-
nobilem, per totum annum ma
lugerent. *At illo*, &c.] Id est,
onsulis filios patriæ proditores,
irgis cæduntur, verbera justis pœ-
iciunt, & securis, qua per licto-
cussi sunt. *Lubin*,

, *Et legum*.] Virgis cæsos, con-
i ille primus imperium liberum
m securi percussit. *Farnabius*. *Le-*
&c.] Id est, primum supplicium
actos reges, in filios Bruti statu
Vel eo dicit, quod ante leges con-
reges Romani fasces & secures
runt. *Idem*.

. *Malo*, &c.] Conclusio nobilissi-
ma. Id est, satius est te vilissi-
scuris, turpibus, ignavis ma-
s ortum filium, vita integrum,
trenuum esse, quam ex nobilis-
optimis natum filium, esse de-
generem & ignavum. *Thersites*] Mon-
strum hominis, admodum turpis & de-
formis. De illo vide Homerum lib 2.
Iliad. *Idem*.

270. *Æacidæ*, &c.] Achilli. qui ab
avo Æaco nomen habet. *Vulcaniaque*,
&c.] Id est, qualia Achilles gestavit,
per matrem Thetin à Vulcano Deorum
fabro consecutus. Vide Ovidium 13.
Metamorph. *Lubin*.

271. *Quam te*, &c.] Id quod sæpe
fit. Nam plerumque quod dicitur He-
roum filii noxæ. *Producat*.]i. e. generet.

272. *Et tamen*, &c] Concludit re-
sponsione ad concessionem quandam.
Age concedam te à primis urbis incuna-
bulis nomen, familiam, & genus tuum
posse repetere & revolvere. Verum qui-
nam illi primi tui parentes sub initium
conditæ urbis fuerunt? *Idem*.

273. *Nomen*.] Id est, genus & fami-
liam tuam. *Infami*, &c.] Nam Romu-
lus Asylum constituit, quo sicarii, fures,
facinorosi, & raptores confluebant, ex
qua confluge, hi adeo generosi & nobi-
les erant oriundi *Florus* libro 1. cap. 1.
Servius Asyli originem ad nepotes Her-
culis refert. *Asylum*.] Templum quod
violari non debet, ab α privativo, &
συλάω, id est, rapio. *Lubin*.

275. *Pastor*] Quemadmodum & ipse
Romulus. *Quod*, &c.] Propter turpitu-
dinem; à quo si te oriundum consideres,
erubescas justius, quam ut generosam
turpitudinem magnopere ostentes. Ut
servus, fur, latro, sicarius, sacrilegus, par-
ricida, vel spurius & lupæ filius *Idem*.
Reticentia est, qua tamen non incon-
cinne Romulum notat, ut latronum du-
cem, deinde etiam parricidam, Amu-
lio avo & Remo fratre trucidatis.

SATYRA IX.

ARGUM. Obscœnam Cinædorum & Pathicorum turpitudinem, acriter, et nimis aperte insectatur: Tu ergo, candide lector (quod sedulo te monitum velim) turpes tolle jocos, cætera purus erit.

SCIRE velim quare toties mihi, Nævole, tristis
Occurras fronte obducta, ceu Marsya victus.
Quid tibi cum vultu, qualem deprensus habebat
Ravola, dum Rhodopes uda terit inguina barba?
Nos colaphum incutimus lambenti crustula servo.

Non

VET. SCHOLIAST.

IN hac Satyra Nævolus Philopygista queritur, quod divites cinædi avarissimi sunt, & nihil de obsequio libidinis possit adquirere.

2. *Marsya victus.*] Aut proprie ab eo quem Apollo vicit, aut advocatus temporis illius.

4. *Ravola, &c.*] Fecisti vultum tristem, qualem Ravola fecit, cum deprehenderetur lambens. Ibid. *Rhodopes.*] Turpia Rabula, à facto etymologiam nominis sumsit Poëta.

5. *Nos, &c.*] Sensus talis est: Servus colapho percutitur à nobis, si placentam linguat: Rabula autem cum lambat inguina fœminarum, impunitus incedit. Crustula, species operis pistorii. Lucilius. *Gustavi crustula solus, placenta.*

VARIORUM.

1. *SCire, &c.*] Tota hæc Satyra Dialogismo inter Nævolum & Juvenalem absolvitur. Alloquitur autem initio, & acerrime vexat Nævolum hominem turpissimum & Draucum, quem solito tristiorem videns, caussas mœstitiæ interrogat. Quæ verba Poetæ se ad 27. versum extendunt, ubi ille respondens, de avaritia civium Romanorum Pathicorum conqueritur, à quibus conductus fuerat, quibusque summo labore totics operam dederit, illorumque uxores gravidas reddiderit, & nihil pene mercedis loco receperit. Unum autem lectores volo admonitos, ne quod Poëta obscœnus est, nobis imputetur; neque hinc aliena vitia discant, sed sua emendent. Utque magis bonam Auctoris mentem, quam aperta ejus verba advertant & considerent. *Nævole.*] Nomen impurissimi Drauci, qui Virronis domini & patroni sui infanda libidine insanientis (utpote qui Nævolo Drauco pro se & uxore sua uteretur) spurca flagitia postea depromit. *Lubin.* Eundem hunc esse, de quo Martialis sæpe, ex fortuna & moribus facile dignoscitur.

2. *Fronte, &c.*] Quasi nube, id est fronte non exporrecta, sed caperata, in rugas contracta, quod signum est mœroris. *Ceu, &c.*] Respicit ad notam fabulam de Marsya Phryge, qui cum Apolline cantu certavit, & ab eodem victus, tristissimus fuit; nam postea excoriabatur. Ovid. 6. Metamor. *Lubin.*

3. *Quid, &c.*] Id est, quid sibi vult talis vultus, cur geris tristem, & perturbatum vultum, qualem habebat Ravola ille fellator, dum Rhodopæ turpissimo scorto operam dans in fœdissimo illo opere, aliorum interventu deprehensus expalluit. *Idem.* Vel, *quid tu cum vultu.*

4. *Rhodopes.*] Pro meretrice qualibet posuit, ob famosam Rhodopem, genere Thraciam, Ancillam Jadmonis Samii, conservam Æsopi fabularum scriptoris. *Grang.* *Terit*] Atterit, lambit. *Inguina.*] Muliebre membrum intelligit. *Lubin.*

5. *Nos, &c.*] Nos servo crustula lambenti, colaphum incutimus, quanto magis

Non erat hac facie miserabilior Crepereius
Pollio, qui triplicem usuram præstare paratus
Circuit, & fatuos non invenit. unde repente
Tot rugæ? certe modico contentus agebas
Vernam equitem, conviva joco mordente facetus;
Et salibus vehemens intra pomœria natis.
Omnia nunc contra: vultus gravis, horrida siccæ
Silva comæ, nullus tota nitor in cute, qualem

Brut-

VET. SCHOLIAST.

8. *Et fatuos, &c.*] Qui ei scilicet pecunias credant, non soluturo.

11. *Et, &c.*] Id est, facetiis urbicis abundas, id est, es urbanus, id est, qui solebas in conviviis jocis omnes fatigare. *Pomœria.*] Loca appellantur, quæ intra muros sunt, hoc est, pone muros.

VARIORUM.

gis hujusmodi cunnilingus cædendus erat. Nisi forte jocose & scoptice hæc ait. Quasi dicat: Non immerito Ravola metu expalluit: nam nos cum deprehendimus servum dulciaria lambere, illum solemus colaphis percutere. Ob id merito etiam Ravola sibi timuit, dum deprehenditur. *Incutere colaphum* ea ratione, qua Terent. *Impingere*, dicit. *Rabula autem cum lambat, &c.*] Legend. *Ravola*: is enim est quem Poëta exagitat. *Rutgers. Crustula.*] Erat dulciarii genus quod pueris dabatur. Horatius:

——— *Ut pueris olim dant crustula.*

Idem.

6. *Non, &c*] Hac tua facie ô Nævole, nihilo miserabilior vel tristior erat Pollio ille Crepereius, qui consumtis opibus pecuniam in fœnus quærebat, pollicitus se triplicem usuram daturum. *Rutgers.*

7. *Triplicem usuram.*] Ter amplius, quam quod legibus permissum & usu receptum. *Præstare,*] Solvere, reddere. *Idem.*

8. *Circuit.*] Forum, ubi fœneratores, & quærit ubique qui sibi fœnerent, & pecuniam in usuram credant. *Fatuos.*] Quasi dicat: Tam perditus & deploratus erat Pollio, ut quisquis pecuniam dedisset, cum non sit solvendo, merito fatuus esset judicatus. *Unde repente.*] Tibi natæ; Unde tanta tristitia, quæ per rugas ostenditur?

9. *Certe modico.*] Antea modicum quidem possidens, jucundissime vivebas. *Idem.*

10. *Vernam.*] Id est, inter vernas & viles servos antea non minori hilaritate vivebas, quam si eques Romanus fuisses. Unde ergo hæc subita mutatio? Vel verna cum esses, equitis animum & opes æquabas animo, cultu, nitore. Facete eum indigitat equitem, & quidem vernam equitem, cum verum non possit. *Grang. Agebas.*] Referebas, repræsentabas. *Conviva joco*] Sc. Erasque conviva &c. Id est, jucundus antea, & hilaris eras in Symposiis & elegans conviva, dicaci sermone ad risum omnes provocans. *Lubin.*

11. *Salibus, &c.*] Facetis sermonibus Copiosis, quibus omnes in conviviis solebas fatigare. *Intra, &c.*] Non rusticis & inter haras natis jocis, sed urbanis, & elegantibus intra muros civitatis natis. Sunt autem *pomœria* loca, quæ intra muros sunt: id est, pone vel post mœnia, quæ nec habitari nec arari fas erat. *Idem.*

12. *Omnia, &c.*] Sc, sunt tibi: Quasi dicat: antea eras, omnia sese jam contra in te habent. Nam halaritas frontis tuæ in mœrorem versa, ex jucundo & polito, tristis & horridus factus es. *Idem.*

13. *Silva.*] Metaphora. Cujus neglecti crines instar arborum sese erexerunt.

Bruttia præstabat calidi tibi fascia visci:
Sed fruticante pilo neglecta, & squalida crura.
Quid macies ægri veteris, quem tempore longo
Torret quarta dies, olimque domestica febris?
Deprendas animi tormenta latentis in ægro
Corpore, deprendas & gaudia: sumit utrumque
Inde habitum facies. igitur flexisse videris
Propositum, & vitæ contrarius ire priori.

Nuper

VET. SCHOLIAST.

14. *Fascia visci.*] Psilotrum significat, dropacem quo solebat se accurare.

16. *Quid macies, &c.*] Ita macer & decolor, tanquam quartanarius.

17. *Domestica febris.*] Consueta, familiaris.

18. *Deprehendas.*] Id est, omne vitium corporis, sive ægritudo, ex faciei colore deprehenditur.

19. *Sumit, &c.*] Id est, & lætitiæ & ærumnarum.

VARIORUM.

Sicca.] Comæ. Non unctæ, aut aromate pretioso delibutæ. *Nullus tota.*] Id est, decorem & ornatum corporis tui prorsus neglexisti. *Idem.* *Qualem, &c.*] Qualem cutis nitorem antea tibi medicamentis solebas provocare. Intelligit autem Psilotrum, unde fiebat viscus cum resina & cera tenacissimus, quibus pilos evellebant, & cutem levigabant. Viscus, pro psilotro positum. *Junius* de Coma.

14. *Bruttia præstabat.*] Perperam hodie *Bruscia* legitur & *Brustia*, & *Bruccida*, *Bruccia*. *Bruttia* pix nota est, cujus mentio sæpe occurrit apud Medicos etiam Græcos, qui *βρυτίαν* eam nominant. ea utebantur tanquam optima, cum ad alias res, tum ad tollendos pilos. Ut & Ustriculæ *παρατιλτρίαι* dictæ, quod pice calida uterentur ad evellendos & urendos pilos. *calidum viscum* vocat Juvenalis. *Salmas.* Alii censent hunc versum ita legendum esse:

Præstabat calidi circumlita fascia visci,

Sic Grangæus, & sic Farnab.

15. *Sed, &c.*] Id est, fruticis instar subnascente, & crescente. Studebant enim turpissimi illi, esse mollissimi. Inde non solum in barba, sed etiam aliis locis non nominandis, & toto adeo corpore pilos evellebant. Id est, crura tibi non lævia & depilata, sed inculta, & horrida propter pilos, qui in fruticum modum dense ibi proveniunt. Tales pilos viscus antea tollebat. *Lubin*

16. *Quid macies &c.*] Supp. sibi vult. Quasi dicat: Tam macilentus & decolor, es, ut videaris vetus aliquis ægrotus, valetudinarius, qui longo tempore quartana febri laborarit. *Tempore longo*] Nam quartana febris tarde admodum finitur, præcipue autumnalis. *Idem.*

17. *Torret*] Exiccat, & quasi consumit, more æstus febrilis. *Had. Junius* Animadv. III. capite 1. *Quarta dies.*] Quartanam febrim notat. *Olimque, &c.*] Jam pridem familiaris, & consueta. *Idem.*

18. *Deprendas, &c.*] Secunda persona pro tertia i. unusquisque facile possit deprehendere, colligere & cognoscere, omnes animi adfectus, voluptatem, dolorem, iram, gaudia, metum ex facie & vultu ejusque habitu & colore. Quasi dicat: Hoc conjicio ex tua facie. *Lubinus.*

19. *Utrumque.*] Habitum scilicet gaudii & mœroris, *inde*, ab animo sumit facies. Nam facies plerumque animi index & character est. *Idem.*

20. *Igitur, &c.*] Concludit ex facie ipsum à proposito & vita sua jucunda atque hilari diflexisse, & vitæ genus & propositum suum mutasse. *Idem.*

21. *Propositum.*] Sc. iter vitæ tuæ. *Et, &c.*]

Nuper enim, ut repeto fanum Isidis, & Ganymedem,
Pacis, & advectæ secreta palatia matris,
Et Cererem (nam quo non prostat fœmina templo?)
Notior Aufidio mœchus scelerare solebas,
Quodque taces, ipsos etiam inclinare maritos.
Utile & hoc multis vitæ genus: at mihi nullum

Inde

VET. SCHOLIAST.

22. *Fanum*, &c.] Statuæ, ad quas conveniebant cinædi.

24. *Et*, &c.] Matris Deûm mysteria, cujus templum in palatio est.

26. *Quodque*, &c] Solebas scilicet, quod non confiteris. Hoc autem velut ex persona Poëta eorum refert, qui divites * inclinant viros, & tam modica consequuntur.

27. *Utile*, &c.] Nævolus hoc refert

VARIORUM.

&c.] Ut cum vita prior læta fuerit, hæc tristis sit, & injucunda. *Lubinus*.

22. *Nuper*, &c.] Ordo sensusque hic est. Nam (ut memoria mecum repeto) nuper tu, ô Nævole, tanquam mœchus & adulter, ipso Aufidio mœcho nobilissimo notior & famosior, solebas celebrare templum Isidis, & omnia denique loca in quibus conveniunt libidinosæ mulieres, ibique non solum mulieribus, verum etiam viris tuis operam solebas præstare. *Fanum*.] De hoc fano Isidos, dictum est Satyr. 6. ad illum versum 488.

Aut apud Isiaca potius sacraria lena.

Ganymedem pacis.] Id est, solebas frequentare statuam Ganymedis in templo pacis, à Vespasiano factam. Et hoc loco turpes & lascivi viri & fœminæ ad sui libidinem & corruptionem abutebantur. *Flavius* Conject. c. 74. legit *Ganymedes*, & regi vult à præced. *fanum*. *Ganymedem*.] Qui legunt *Ganymedem pacis*, & intelligunt statuam Ganymedis in templo pacis (quod probant ex versu corruptissimo Martialis, quique nihil adrem) Certe nimium quantum errant: imo & illi qui legunt *Ganymedem* vel *Ganymedis*, & subintelligunt fanum: nam nullibi Ganymedis fuit templum. Per Ganymedem ergo intellige effigiem Ganymedis ante pedes Jovis atque in ejus templo: sicque interpunge *Ganymedem*, *Pacis*, &c.

23. *Pacis.*] Cujus templum in quarta Urbis regione fuit. *Et*, &c.] Id est, solebas sacra Cybeles Deæ Phrygiæ ex Pergamo advectæ, frequenter celebrare. Matris Deûm mysteria, cujus templum erat in Palatio. De hujus infamibus sacerdotibus dictum Sat. 2. *Lubin. Palatia.*] Templum in Palatino monte. *Secreta.*] in quo sacra arcana, quæ vulgare nefas.

24. *Et Cererem*] Cereris autem tempol solum castæ & pudicæ esse solebant. Sat 6.

Pauca adeo Cereris vittas contingere digna.

Postea etiam meretrices & adulteræ ad ejus sacra & templa penetrabant. Unde ait: *Namque*, &c. *Nam*, &c] Cum summa indignatione ostendit, pudicitiam non modo in locis prophanis, sed ne sacris quidem esse tutam. *Britann.*

25. *Notior*, &c.] Chio, qui adulteriis nobilis, quem in transitu notat. *Celebrare*, quidam leg. Imo scelerare. *Lubinus*.

26. *Quod taceo atque ipsos.*] Sic quidam legunt. Παρενθετικῶς. Dicit enim se illud tacere, Nævolum scilicet Draucum infamem agere, & viros ad stuprum etiam inclinare, quod tamen vel maxime dicit. *Inclinare.*] Habitum detestabilis illius libidinis exprimit. *Idem.*

27. *Utile.*] Huc usque Juvenalis. Respondet jam Nævolus, & prolixe mœroris ac tristitiæ suæ caussas exponit. Quod ergo dicis ô Juvenalis, viros inclinare & Draucum agere, illud officium & vivendi genus adeo absurdum non est. Nam multis fuit fructuosum

& utile,

Inde operæ pretium. pingues aliquando lacernas,
Munimenta togæ, duri, crassique coloris,
Et male percussas textoris pectine Galli
Accipimus, tenue argentum, venæque secundæ.
Fata regunt homines: fatum est & partibus illis,
Quas sinus abscondit. nam si tibi sidera cessant,
Nil faciet longi mensura incognita nervi,

Quam-

VET. SCHOLIAST.

29. *Pingues*, &c.] In alio pingues, ut ostendat grossas, ac per hoc pluviales quæ muniant a pluvia, non quæ ornent.

30. *Et*, &c.] Male textas. *Textoris*, &c.] Veneti, ut albidum cadurcum cucullo ut alibi.

Atque ibi contentus Veneto duroque cucullo.

Neveique cadurci, alibi.

31. *Tenue*, &c.] Modicum aut leve, exesum.

33. *Quas*, &c.] Penem dicit. Ibid. *Nam*, &c.] Si te non adjuvat fatum.

34. *Mensura incognita.*] Ante non visa, quæ excedat opinionem hominum.

35. *Spumanti*, &c.] Quia salivosus fuit. Virro nomen divitis. Quamvis, inquit, ille dives Cinædus penem tuum conspexerit, & cupiditate blandis te epistolis & *diptychis* sollicitet, nihil tamen accipies, nisi stellas bene positas in genesi habueris, quæ tibi hoc præstent.

VARIORUM.

& utile. *At mihi*, &c.]Id est, ego vero nullam inde utilitatem percepi, nisi quod interdum vilem aliquam vestem, aut exigui valoris nummum inde consequor. *Lubin.*

28. *Pingues*, &c] Id est, interdum hinc mercedis loco accipio ab avaro meo Pathico. lacernas seu penulas ex pingui & crassa lana contextas. Παχὺ ἱμάτιον, hibernum, στιβὸν, crassioris e Gallia lanæ & fili: unde addit, *percussas textoris pectine Galli.* De lacernis vide, quæ ad vers. 62. Sat 1. *Farnab.* Vel quod illæ jam antea ab avaro attritæ sint & immundo usu pingues redditæ. *Lubin.*

29. *Munimenta.*] Id est, quibus togam tegam, id est, quæ togam à pluvia muniant, non quæ ornent. *Duri.*] Viles, & rustici coloris. *Idem.*

30. *Et male*, &c.] Eo dicit, quia Galli viliores & crassiores vestes texebant *Et*, &c. Bene percussæ vestes, *concuttes & concussa* dicebantur, & *succussa*, quas Græci κρουστὰ καὶ σπαθητὰ vocant & σπαθοστάμους, pavidentes scilicet & bene condensatas. nam concutere est κρούειν, vel σπαθᾶν, unde *contus concutus* radius erat vel pecten, quo vestes percutiebantur. Sic à decutio *decutes toga seu detrita.* Salmas. in Trebell. Poll. *Pectine.*] Instrumento textorum pensili, quo subtegmen stamini inseritur & appellitur.

31. *Tenue*, &c.] Non crassum argentum non magni ponderis, sed levissimum, nec purum & mundum argentum, sed secundæ venæ. *Lubin.* *Venæque secundæ*] Non argenti puri. non etiam ejus quod intermixtum dicitur, sed adhuc vilioris, quod jam non amplius argentum, sed ex Gallico *billon* vocamus. *Grang.*

32. *Fata*, &c.] Si quæris cur ego miser sim, & alii mei similes Dravci felices ac dites, scias fatum vel voluntatem divinam, me miserum esse, constituisse atque velle. Sine cujus numine, quamvis vel maxime vocationis tuæ officia diligentissime obeas, nihil profeceris. Etiam στωικῶς Cinædus iste scarabæus.

33. *Quas*, &c.] Intelligit virile membrum, quod licet maximum longumque sit, nihil tamen acquirere potest sine voluntate Dei. *Sinus.*] Proprie præcinctorium vel illa vestis, quæ tegit virilia. *Nam*, &c.] Si te non adjuvat fatum, nil pro-

Quamvis te nudum ſpumanti Virro labello
Viderit, & blandæ aſſiduæ, denſæque tabellæ
Solicitent. *αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα κίναιδος.*
Quod tamen ulterius monſtrum, quam mollis avarus?
Hæc tribui, deinde illa dedi, mox plura tuliſti.
Computat, ac cevet. ponatur calculus, adſint
Cum tabula pueri. numera ſeſtertia quinque
Omni-

VET. SCHOLIAST.

37. ΑΥ'ΤΟΣ ΓΑ'Ρ.] Ipſe ad ſe trahit.

38. *Quod, &c.*] Id eſt, dives avarus, infamis Virgilius:

Triſtius haud illo monſtrum, nec ſævior ulla.

39. *Hæc tribui.*] In alio tuliſti. verba divitis.

40. *Computat, &c.*] Fiat computatio. Cevet, criſat.

VARIORUM.

prodeſt menſura penis non viſa vel incognita. *Lubin.* Sic Petron. *O Enothea hunc adoleſcentem, quem vides, malo aſtro natus eſt: neque puero neque puellæ bona ſua vendere poteſt.*

35. *Quamvis, &c.*] Id eſt, licet vel maxime Pathicus ille tuus Virro ſummo tui deſiderio teneatur, ut qui te immenſo membro prædirum in balneo viderit. (Hic enim Pathici draucos ſuos eligebant) teque adſiduis & crebro miſſis literis ut ad ſe venias, ſolicitet, atque te ad ſui conſuetudinem invitet: parum tamen ab illo conſequeris, quia ſato infelix es. *Spumanti.*] Præ libidinis nimirum furore, & deſiderio concubitus ſaliva fluente. *Idem.*

36. *Tabella.*] Non menſas & convivia, ut quidam inepte, ſed literas intellige, quibus Virro Nævolum blande ad ſui concubitum multis pollicitationibus invitabat. *Idem.*

37. Η'ΘΟΥΣ ΓΑ'Ρ ΓΛΥ'ΚΩΣ, *&c.*] Supp. *πρέπει, expedit.* Si ita legendum, reſpicit ad blandas tabellas de quibus dixit: tanquam ajat: Hominem enim Cinædum & Pathicum moris blandi atque dulcis eſſe convenit. Melius alia exemplaria habent: *αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα κίναιδος.* Ipſe enim Cinædus tanquam mulier virum appetit & ad ſe trahit. Ut intelligamus molles illos viros & effœminatos, parcos & illiberales eſſe in ſuos ſubactores. *Turneb.* lib. 24. cap. 28. Sciendum autem *τὸ ἄνδρα*, amplum illud peculium ſignificare, quod Cinædus labris vidit ſpumantibus: Sic latinis Vir eſt illa pars, qua viri ſumus. *Grang.*

38. *Quod, &c.*] Ultra quod aliud dari non poteſt pejus & deterius. *Monſtrum.*] Monſtri & oſtenti profecto loco eſt, hominem libidinoſum & avarum eſſe. *Lubin.*

39. *Hæc tribui.*] Verba Virronis Pathici, quæ Nævolus illi attribuit, & recitative profert, quibus beneficia ipſi Nævolo collata exprobat. *Idem.*

40. *Computat.*] Sunt autem verba Nævoli, quibus turpis avaritia Virronis notatur. Id eſt, computat quæ mihi Nævolo mercedis loco dederit, & iterum ad libidinis intemperantiam continuo devolvitur, inter computandum libidine frangitur. Cinædus meus Virro adeo avarus eſt, ut etiam dum in obſcœno opere occupatus eſt, non deſinat rationem & calculum mecum ſubducere. Alii legunt *cavet*, ſcil. ſibi, ne in computatione decipiatur. *Ponatur.*] Id eſt, fiat per calculos computatio tui laboris & acceptæ mercedis. *Idem.* Subducatur ratio accepti & expenſi. *Adſint, &c.*] Computatoria ſcilicet, in qua rationem ſubducemus.

41. *Numera, &c.*] Si omnes res quas tibi contuli æſtimas, invenies illam quin-

Omnibus in rebus: numerentur deinde labores.
An facile & pronum est agere intra viscera penem
Legitimum, atque illic hesternæ occurrere cœnæ?
Servus erit minus ille miser, qui foderit agrum,
Quam dominum. sed tu sane tenerum & puerum te
Et pulchrum, & dignum cyatho, cœloque putabas.
Vos humili adseculæ, vos indulgebitis unquam
Cultori, jam nec morbo donare parati?
En, cui tu viridem umbellam, cui succina mittas
Gran-

VET. SCHOLIAST.

43. *An, &c.*] An putas quod & in corrumpendo labor non est.

47. *Et, &c.*] Hoc est, Ganymedi te comparas.

49. *Cultori.*] Id est, tenui clienti, quemadmodum tu donabis, qui libidinitus conferre dubitas?

50. *Succina, &c.*] Gemmata dextrocheria.

VARIORUM.

quinque sestertia constituere tantum; sed numerentur labores mei, hos invenies longe majores, quam munera tua.

42. *Labores.*] Quibus mihi operam dedisti. *Lubin.*

43. *An, &c.*] Merito hic exclamavim: *Averte hinc oculos pudor.*

Esse procul casti, procul ô procul esse pudici.

Versus autem hi duo extremæ impuritatis, sunt verba Nævoli, quibus immensos suos labores commendat, sibique satisfactum esse negat, & quibusdam videtur, illos non esse Juvenalis, sed ab alio quodam impuro nebulone insertos. Et hic locus ex eorum numero est, propter quorum insolentiam toto Juvenalis opere abstinere, bonum virum jubet Jul. C. Scalig. 3. Poet 9. *Idem.*

44. *Legitimum.*] Justæ mensuræ & magnitudinis, utpote Drauci. *Illic.*] Intra viscera. *Hesternæ cœnæ.*] Comestionis prioris diei excrementis Reprehendendus profecto Juvenalis, quod enormia tam aperte exprimat. Verum quisquis animo castus, illi objiciens talia non offecerint. *Idem.*

45. *Servus erit.*] Ille servus meliorem conditionem habebit, & minus miser erit, qui agrum coluerit & araverit, quam qui ipsum dominum colat, aret, & fodiat. *Idem.*

46. *Sed, &c.*] Acris Ironia & Sarcasmus in hisce verbis Nævoli ad Virronem. Quasi dicat: Sed nimirum tu putabas me tua pulchritudine & formositate inductum, gratis operam tibi daturum: tanquam te tener, mollis & formosus esses, ut Ganymedes aliquis, qui Jovi est à cyathis, & per aquilam in cœlum raptus. *Tenerum.*] Cum minime tener sis, sed hispidus, hirsutus, & turpis. Alii *tener*

48. *Vos, &c.*] Verba Nævoli. Quasi dicat: Quid possunt clientes, qui vos patronos colunt, à vobis divitibus Cinædis adeo avaris boni exspectare, cum nihil; ne in ipso quidem libidinis morbo, aliquid in nos velitis conferre. Quidam legunt, *affecta.* Idem. Vocat pravum & diabolicum illum habitum Venereum, morbum, ut Sat. 11. --- *& morbo pallet utroque.*

50. *En, &c.*] Ironia, qua Nævolus per irrisionem Virronem pathicum exagitat. Quasi dicat: En tibi formosulum illum pusionem Virronem, cui tanquam amicæ mittas munera, cui viridem umbellam vel velum ad faciendam umbram, & pocula e succino mittas die natali, vel festis matronalibus. Solebant autem diebus natalibus & festis matronalibus amicis & conjugibus munera mittere. *Viridem, &c.*] Umbella, à Martiali est umbraculum, capitis operculum, ad de-

Grandia, natalis quoties redit, aut madidum ver
Incipit. & ſtrata poſitus, longaque cathedra
Munera fœmineis tractas ſecreta Kalendis.
Dic paſſer, cui tot montes, tot prædia ſervas
Apula, tot milvos intra tua paſcua laſſos?
Te Trifolinus ager fœcundis vitibus implet,
Suſpectumque jugum Cumis, & Gaurus inanis.

Nam

VET. SCHOLIAST.

51. *Aut, &c.*] Matronalibus ſcilicet, quæ ſunt Kalendis Aprilibus, quibus eſt natalis Veneris.

52. *Et, &c.*] Cervicalibus ſtratum ſcamnum dicit.

53. *Munera, &c.*] Kalendis Martiis, quibus Junonis ſacra celebrantur à Romanis: quia & tunc Ilia compreſſa eſt à Marte. Tunc nam Matronalia ſunt.

55. *Tot milvos.*] Vult oſtendere magnitudinem poſſeſſionum Poëta, quam latæ ſint agris, ut nec milvi transvolare eas poſſint. *laſſos* igitur, id eſt, volantes in agris tuis.

57. *Suſpectumque jugum.*] Quod immineat Cumis, valde altum. Ibid. *Et Gaurus.*] Gaurus mons Campaniæ. Inanis autem, ſuperexhauſtus; ut tranſacto vindemiarum tempore: aut quia vaporiferos ſpecus habet: aut melius eſt ſic intelligere, quia omni arbore exſpoliatus eſt, & ſolis vinetis vacat.

VARIORUM.

defendendum ſolem & imbrem comparatum, Græcis σκιάδιον. Dicitur autem ab umbra facienda, nec aliud tegmen fuit, quam quo hodie in Italia & in indiis, ſub ſole fervente, paſſim ſupra caput ſuſpenſo utuntur per viam & in æſtu, ipſis *Capelletto* dicta. illis *con vre ſol*. Hiſp. *Quito Sol*. *Succina.*] Pocula è ſuccino intelligit, tum temporis in deliciis vel armillas è ſuccino. *Idem.*

51. *Natalis.*] Ipſius Cinædi Virronis *Aut, &c.*] Hoc dicit, nam tempore veris, quod plerunque madidum, calendæ Martiæ ſunt, quibus dona mulieribus dabantur. Quare initium veris pro ipſis Calendis poſuit. Et hæc feſta dicebantur matronalia, ubi natalis Veneris. vide, quæ Martial. epigr. 85. lib. 5. *Idem.*

52. *Incipit.*] Nam principium veris incipiebat Calendis Martiis. *Et, &c.*] Tapetibus ſcilicet ornata. Solebant mulieres Calendis Martiis domum ornare & ſedes vel cathedras tapetibus ſternere, cum illis eo die mariti vel amatores dona mitterent, eas adirent, iiſque operam darent, Quod hic Nævolus Virroni ſuo tanquam amicæ etiam præſtitiſſe non ſine indignatione refert. *Lubin.*

53. *Fœmineis, &c.*] *Fœmineis* Emphatice, cum Virro vir fuerit. *Secreta.*] Secreto tibi miſſa, nam palam ſe Cinædum gerere, non erat tutum. *Idem.* & non audebat ea palam proferre, quod ei tanquam fœminæ à Drauco mitterentur, ob conſcientiam malefacti. Pro *tractas* Gramgæus legit *tractat.*

54. *Dic, &c.*] Jam aperte in Virronem debacchatur, & ex ipſo quærit, in cujus gratiam tam avarus ſit, & tot divitias reſervet. *Paſſer.*] Mollis, laſcivus, ſalax ut paſſer: cui ſalacitas terminum vitæ quinquennio longius negat. *Montes.*] Immenſos agros in montibus *Prædia Apula*] In Apulia, agros & prædia. *Lubin. Farnab.*

55. *Tot milvos.*] Immenſa paſcua, quibus pervolandis etiam milvi defatigari queant. *Milvos* pro agris. *Farnab.*

56. *Te, &c.*] Erat hic ager in Campania, optima vina producens. Ita dictus, quod vina ferret trifolina, hoc eſt, quæ tertio foliorum exortu, nempe tertio anno ad bibendum tempeſtiva forent. *Plin.* lib. 14. cap. 6. *Implet.*] Vel cellam & dolia tua vino, vel te locupletem reddit. *Lubin.*

57. *Suſpectumque.*] Id eſt, jugum illud Miſeni promontorii Cumis proximum

Nam quis plura linit victuro dolia musto?
Quantum erat exhausti lumbos donare clientis
Jugeribus paucis? meliusne hic rusticus infans
Cum matre, & casulis, & conlusore catello
Cymbala pulsantis legatum fiet amici?

Im-

VET. SCHOLIAST.

58. *Victuro, &c.*] Multum duraturo.

59. *Lumbos, &c.* Magis debes illi donare possessionem pauperi clienti tuo, qui libidini tuæ satisfacit, quam puero, qui in agro tuo natus est.

62. *Cymbala, &c.*] Archigalli cymbala percutientis: ac per hoc Gallo * inquit, dixit. legetur, id est, legatario donabitur.

VARIORUM.

num, & imminens, & quod Cumanis suspectum est, ne aliquando præceps se obruat. Hic optima nascebantur vina. *Et, &c.*] Campaniæ mons optimarum vitium ubertate nobilis, non procul a Bajis. Plin. lib. 14. cap. 9. *Inanis.*] Id est, concavus & cavernosus *Idem.* Grangæus explicat, Tibi non sufficiens, quique tibi tam inutilis, ac si nihil haberes

58. *Nam, &c.*] Quis civium Romanorum te est ditior, qui plura vini dolia luto vel pice obturet, in quibus mustum vel vinum diu duraturum. *Linit.*] Pice vel resina obturat, & recondit Inde linum deradere, pro dolium reserare. *Victuro.*] Multum duraturo: atque diu vigorem & animam servaturo. *Lubin.*

59. *Quantum erat &c.*] Vera sententia hæc est: conqueritur Draucus de avaritia heri, d quo caput uno scalpentis, atque non grande damnum futurum fuisse, si in præmium obscœni laboris se paucis agri jugeribus donasset; esse enim iniquum ut puer rusticus melius & majus legatum capiat a viro cymbala pulsante, id est: Pathico, quam Draucus ipse qui opus mariti fungeretur. Nam cymbala tuisse effeminatorum notum est, & ideo Gallorum Cybeles sacerdotum gestamina, qui in feminam fracti erant. Hinc factum ut Interpretes de Gallis Matris deum hoc acceperint, & Vetus Interp. *Archigallum* explicaverit *Ferrar.*

60. *Melius ne.*] Id est lautius legatum accipit villici filius, quam qui non agrum colit sed dominum. Illud autem *cum casulis*, fortasse melius, *cum catulis*, quæ vox apud Plautum, pro servo militari, hic pro servo rustico, sive vernula. Sed si *casulis* retineatur, de mapalibus, & attegiis erit intelligendum. Si cui tamen prior interpretatio magis arrideat, tum hic erit sensus: quod cum ipsis prædiis coloni atque operarii, agro illi addicti, & obnoxii legabantur, cum matre, pueris, & servis, aut casis; ita impudicus ex morum, & patientiæ similitudine, illi potius qui turpia patiatur, quam qui faciat; nempe obscœnus, obscœno. Ut cymbala pulsans, non sit Gallus Cybelis, sed quilibet iis similis. Magis tamen placet, ut de testatore intelligatur, quam de legatario, ut ille, non hic sit, cymbala pulsans, & sexum fugitans. *Ferrar.* *Melius ne.* Est ne melius, æquius & justius, ut bona tua, agri, rustici pueri cum cane & matre, amico cymbala pulsanti Gallo & impuro donentur, & ex testamento legentur potius, quam mihi, qui toties tibi operam dedi. Vel meliusne legabitur Gallo sacerdoti, quam mihi prædiolum cum puero, matre sua & catello collusore. *Farnab. Lubin.* Grangæus hæc verba sic explicat: Certe melioris conditionis est comes, idemque Draucus Galli cymbala pulsantis, quem per provincias errans stipem mendicandi gratia ducit una cum matre & reliquis fratribus, ipsoque catello, quam ego, qui tecum soleo

61. *Casulis*] Domunculis vilibus rusticanis in prædio Facete *casulas* vocat canistra, seu mavis scirpeas asino impositas, quibus per viam mendicantes illi, tanquam in domo, sive casula, omnia sua frivola recondunt. Alii legunt *Catulis.* Grang *Conlusor.*] Intelligit rusticum catellum, quicum infans puer lusitet *Lubin.*

62. *Cymbala, &c.*] Gallum intelligit

mu,

Improbus es, cum poscis, ait, sed pensio clamat,
Posce: sed appellat puer unicus, ut Polyphemi
Lata acies, per quam solers evasit Ulysses.
Alter emendus erit: namque hic non sufficit: ambo
Pascendi. quid agam bruma spirante? quid, oro,
Quid dicam scapulis puerorum Aquilone Decembri,
Et pedibus? durate, atque exspectate cicadas?

Verum

VET. SCHOLIAST.

63. *Sed pensio.*] Tributum, aut quod in conducto maneat.

64. *Ut, &c.*] Unicus oculus Cyclopis, quem Ulysses excæcavit.

66. *Ambo, &c.*] Id est, ideo peto, quia pueros pasco, & vestio.

67. *Bruma, &c.*] Hiemis tempore, cum petunt calcearium, quid dicam?

69. *Exspectate, &c.*] Æstivum tempus.

VARIORUM.

mulierosum Cinædum, & ob id Virroni carum. Hi solebant pulsare tympana. *Idem.*

63. *Improbus es.*] Sunt verba Virronis, quæ recitative Nævolus profert. *Improbus.*] petulans, importunus, injuriosus, cum tantum à me poscis. *Sed, &c.*] Respondet Nævolus Virroni, & suam importunitatem excusat, tanquam dicat: fateor me esse importuniorem; sed *pensio*, quam de domo & agello meo persolvere debeo, illa me cogit, & ad me quotidie clamat: tempus solvendæ pensionis me monet, *Posce*, & solve. *Lubin.*

64. *Sed, &c.*] Servus qui mihi unus est, nec unus servire potest, ille me cogit, ut alium emam. Vel, ne hoc deficiente, ego prorsus destituar, tanquam Polyphemus, &c. *Farnab.* Forte legi potest *appellit*, id est, cogit, & me adigit huc. *Ut, &c.*] Unicum servum habeo; ut Polyphemus unicum oculum habuit, quem vafer ille Ulysses cum excæcasset, incolumis evasit. Quasi dicat: Si Polyphemus duos oculos habuisset, non fuisset excæcatus, ita neque ego multis molestiis premerer, si duos haberem servos. *Hygin.* Fab. 125.

65. *Lata acies.*] Erat enim, teste Virgilio, 3. Æn.

Argolici clypei, & Phœbea lampadis instar.

Id est, unicus ingens Cyclopis Polyphemi oculus. Notandum vero in hac Satyra auctorem nostrum Nævolo, ut stolido nebuloni, ineptissimum interdum sermonem attribuere. Quid enim ineptius quam oculum Polyphemi cum servo comparare. Verum auctor noster de industria hoc facit, ut stoliditatem ac stuporem, cum insigni turpitudine conjunctam, in hoc nebulone exprimeret. *Solers.*] Prudens, astutus, πολύτροπος. *Lubin.*

66. *Alter, &c.*] Unus adhuc servus. *Ambo, &c.*] Et hic quem habeo, & ille alter, qui emendus. Id est, ideo peto, quia me duos pueros pascere & vestire oportet. *Lubin.*

67. *Quid, &c.*] Id est, quomodo illos sustentabo hiberno tempore brumali vento. *Quid, oro?*] Oro te quid tunc faciam? quid dicam membris & scapulis servorum meorum, in eorum solamen, cum hiemis tempore non satis vestiti sunt? Anne tunc illis dicam? Tolerate hoc frigus usque ad tempus æstivum, quo cicadæ canunt, tunc aër est calidior. *Idem.*

68. *Scapulis puerorum.*] Alii legunt, *Scapulis servorum mense Decembri.* i. e. ipsis servis vel pueris nudas scapulas habentibus, male vestitis. *Aquilone Decembri.*] i. e. Hyberno: nam Aquilo æstivus dicitur *Etesias.*

69. Et, *&c.*] Cum calceos non habent. *Durate.*] Nunquid illis dicam, ex-

Verum ut dissimules, ut mittas cætera, quanto
Metiris pretio, quod ni tibi deditus essem,
Devotusque cliens, uxor tua virgo maneret?
Scis certe quibus ista modis, quam sæpe rogaris,
Et quæ pollicitus. fugientem sæpe puellam
Amplexu rapui: tabulas quoque ruperat, & jam
Signabat. tota vix hoc ego nocte redemi
Te plorante foris. testis mihi lectulus; & tu,
Ad quem pervenit lecti sonus, & dominæ vox.

In-

VET. SCHOLIAST.

70. *Verum, &c.*] Negligas, dimittas.

71. *Quod, &c.*] Id est, nisi tibi omni animo devotus fuissem, uxorem tuam non devirginassem.

74. *Fugientem, &c.*] Volentem recedere de domo tua.

75. *Tabulas, &c.*] Dotales tabulas frangentem, & repudium volentem tibi dare, & signantem tabulas, sive alii ut nubat, sive ut alium faceret heredem, sæpius revocavi, dormiens cum ea, satis faciens.

78. *Ad, &c.*] *In coitu non tacentis:* quod virgo erat. ut sit mariti major infamia. aut, cum virginem imitatur.

VARIORUM.

exspectate æstatis tempus, quo non friget, & vestibus opus non habetis! Interea illi hyeme, frigore pereunt. *Idem.*

70. *Verum, &c.*] Hic Nævolus alia beneficia ipsi Virroni Cinædo exprobrat, eique objicit, quod magno ipsum beneficio adfecerit, cum ab eo rogatus uxorem suam gravidam factam impraegnarit, quæ alias virgo mansisset. Et ita auctor noster hac Satyra salsissime & virulentissime exagitat molles illos Romanos & effeminatos. *Mittas, &c.*] Quando tibi scilicet operam dedi in te ipso corrumpendo. *Idem.* *Quanto, &c.*] Quanta mercede dignum putas officia mea in te? *Metiris.*] Æstimas.

71. *Ni, &c.*] Absque me, mea opera, virtute & auxilio, uxor tua à te impregnari non potuisset. *Lubin.*

72. *Devotusque.*] Omnino addictus, & tibi semper paratus cliens. *Idem.* *Virgo maneret.*] Intacta, integra, non imminuta, & à te non impraegnata.

73. *Scis certe.*] Non te potest fugere, quam sæpissime istud petieris, ut tuo loco cum uxore tua concumberem, & prolem sub tuo nomine tibi generarem. Scis etiam quæ munera mihi pollicitus sis pro hoc meo labore. *Idem.*

74. *Fugientem, &c.*] Id est, uxorem tuam, quæ è domo tua aufugere volait, ob tuam impotentiam, ego amplexu meo è fuga retractam, tibi reconciliavi. *Idem.*

75. *Tabulas, &c.*] Tuas nuptiales: Hoc est jam tecum divortium volebat facere. Alteras, quas cum alio viro contrahebat, & alteri nubere, suaque bona legare, obsignare parata erat. Hanc ego virtute mea revocavi, & tibi reconciliavi. *Tabulas.*] Moris erat ut illis dotalibus & matrimonialibus tabulis ruptis, matrimonia solverent: in quibus verba solennia fuerunt: *Liberorum procreandorum gratia uxorem duci. Brisson.* de form. 6 *Lubin.*

76. *Tota, &c.*] Totius noctis labore, ego hujusmodi vestra dissidia vix composui. *Idem.*

77. *Te, &c.*] Id est, cum tu metu infamiæ & repudii, ante januam cubiculi extra plorares. *Testis mihi.*] In quo cum uxore tua dormivi. *Idem.*

78. *Lecti sonus.*] Qui toris spondæ crepitum, & virilem meam fortitudinem auribus percepisti. *Dominæ vox.*]

Aud-

Instabile, ac dirimi cœptum, & jam pene solutum
Conjugium in multis domibus servavit adulter.
Quo te circumagas? quæ prima, aut ultima ponas?
Nullum ergo meritum est ingrate, ac perfide, nullum,
Quod tibi filiolus, vel filia nascitur ex me?
Tollis enim, & libris actorum spargere gaudes
Argumenta viri. foribus suspende coronas,
Jam pater es: dedimus quod famæ opponere possis.

Jura

VET. SCHOLIAST.

79. *Instabile.*] Exclamatio est.

81. *Quo*, &c.] Quo te vertas ad hæc quæ dicturus est.

84. *Tollis.*] Nutris: & libris actorum propter professionem scilicet *, quia apud ærarium patres nomina deferebant natorum filiorum. Vel nominum noticiem devulgare contestatione publica.

86. *Quod*, &c.] Ne dicaris cinædus,

VARIORUM.

Audivisti etiam foris uxorem tuam in complexu meo, libidinis impatientia gannientem *Idem.*

79. *Instabile.*] Quasi dicat: Adulterorum beneficio, uxores viris ignavis adhærent, à quibus alias facerent divortium. *Dirimi*, &c.] Ob impotentiam virorum Pathicorum, qui ipsi mulierosi, mulieribus à se ductis, non possunt satisfacere. *Idem.*

80. *Adulter*, &c.] Qui vices impotentis mariti suppleat. *Idem.*

81. *Quo*, &c.] Id est, ô Virro ingratissime, quocunque etiam te vertas, subterfugia quærens, ut te à meis objectionibus liberes, velis nolis, multa te mihi debere, & accepta referre oportet, cum præsertim meo beneficio pater & hæres factus sis. *Prima*, &c.] In excusationem tuam, & ut mea beneficia extenues. *Lubin.* Sic Dido, *quæ quibus anteferam?* Æneid. 4.

82. *Nullum ergo.*] Verba indignationis plena. *Idem.* Et occurrit tacitæ objectioni: Posset enim dicere avarus, merita ejus nulla esse.

83. *Filia*, &c.] Ingens profecto beneficium. *Idem.*

84. *Tollis enim.*] Id est, illos qui ex me nati sunt tollis, nutris, & pro tuis educas. Ex ritu antiquo, quum humi positos infantes tollebant. *Et*, &c.] Gaudes te inscribi in libros, in quibus publica negotia actorum in judicio, & susceptorum liberorum argumenta; vel in probationem quod vir sis. Ita dicit, quia apud ærarium, patres filiorum natorum deferebantur, notato die & Consule. Brisson. antiq. lib. 1. cap. 5. Origo hujus instituti à Servio Tullio. *Lipsius* in Tac. Id est, gaudes tuos filios quasi ex te nati sint, in acta publica referre, ut annotentur. *Libris actorum.*] Aliter *titulis actorum.* De his diximus Sat. 11. ad illa verba *Cupient & in acta referri.* *Spargere.*] Immiscere libris actorum, & cum aliis conjungere, quasi tu genueris. *Lubin.* *Tollis enim & libris actorum spargere gaudes*, &c. *Legatum omne capis, nec non & dulce caducum.*] Dicit, Filium ex uxore sublatum, tuum fecisti, cujus uxoris beneficio civis Romani frueris privilegiis, ut etiam ad caducarum hæreditatum admittaris successionem. Gloss. Isidori: *Bona caduca, quibus nemo succedat hæres.* Dempster.

85. *Argumenta viri.*] Liberos, qui arguunt aliquem esse virum. & maximum viri argumentum generatio est. *Foribus.*] In valvis domus suspende coronas, in signum puerperii recentis. *Idem.* Nam nato puero frondibus postes ornabantur in signum lætitiæ.

86. *Quod famæ.*] Impotentiæ & mollitiei

Verum ut dissimules, ut mittas cætera, quanto
Metiris pretio, quod ni tibi deditus essem,
Devotusque cliens, uxor tua virgo maneret?
Scis certe quibus ista modis, quam sæpe rogaris,
Et quæ pollicitus. fugientem sæpe puellam
Amplexu rapui: tabulas quoque ruperat, & jam
Signabat. tota vix hoc ego nocte redemi
Te plorante foris. testis mihi lectulus; & tu,
Ad quem pervenit lecti sonus, & dominæ vox.

In-

VET. SCHOLIAST.

70. *Verum, &c.*] Negligas, dimittas.

71. *Quod, &c.*] Id est, nisi tibi omni animo devotus fuissem, uxorem tuam non devirginassem.

74. *Fugientem, &c.*] Volentem recedere de domo tua.

75. *Tabulas, &c.*] Dotales tabulas frangentem, & repudium volentem tibi dare, & signantem tabulas, sive alii ut nubat, sive ut alium faceret heredem, sæpius revocavi, dormiens cum ea, satis faciens.

78 *Ad, &c.*] *In coitu non tacentis*: quod virgo erat. ut sit mariti major infamia. aut, cum virginem imitatur.

VARIORUM.

exspectare æstatis tempus, quo non friget, & vestibus opus non habetis? Interea in hyeme, frigore perirent. *Idem.*

70. *Verum, &c.*] Hic Nævolus alia beneficia ipsi Virroni Cinædo exprobrat, eique objicit, quod magno ipsum beneficio affecerit, cum ab eo rogatus uxorem suam gravidam factam impregnarit, quæ alias virgo mansisset. Et ita auctor noster hac Satyra jastissime & virulentissime exagitat molles illos Romanos & effœminatos. *Mittas, &c.*] Quando tibi scilicet operam dedi in te ipso corrumpendo. *Idem.* *Quanto, &c.*] Quanta mercede dignum putas officia mea in te? *Metiris.*] Æstimas.

71. *Ni, &c.*] Absque me, mea opera, virtute & auxilio, uxor tua à te impregnari non potuisset. *Lubin.*

72. *Devotusque.*] Omnino addictus, & tibi semper paratus cliens. *Idem.* *Virgo maneret.*] Intacta, integra, non imminuta, & à te non impregnata.

73. *Scis certe.*] Non te potest fugere, quam sæpissime istud petieris, ut tuo loco cum uxore tua concumberem, & prolem sub tuo nomine tibi generarem. Scis etiam quæ munera mihi pollicitus sis pro hoc meo labore. *Idem.*

74. *Fugientem, &c.*] Id est, uxorem tuam, quæ è domo tua aufugere voluit, ob tuam impotentiam, ego amplexu meo è fuga retractam, tibi reconciliavi. *Idem.*

75. *Tabulas, &c.*] Tuas nuptiales: Hoc est jam tecum divortium volebat facere. Alteras, quas cum alio viro contrahebat, & alteri nubere, suaque bona legare, obsignare parata erat. Hanc ego virtute mea revocavi, & tibi reconciliavi. *Tabulas.*] Moris erat ut illis dotalibus & matrimonialibus tabulis ruptis, matrimonia solverent: in quibus verba solennia fuerunt *Liberorum procreandorum gratia uxorem duci. Brisson.* de form. 6. *Lubin.*

76. *Tota, &c.*] Totius noctis labore, ego hujusmodi vestra dissidia vix composui. *Idem.*

77. *Te, &c.*] Id est, cum tu metu infamiæ & repudii, ante januam cubiculi extra plo[illegible] *[illegible]tis mihi.*] In quo cum uxore[illegible] *Idem.*

78. *Le*[illegible] foris spondæ crepit[illegible] meam fortitudinem[illegible] *Dominæ vox.*]

Aud-

Instabile, ac dirimi cœptum, & jam pene solutum
Conjugium in multis domibus servavit adulter.
Quo te circumagas? quæ prima, aut ultima ponas?
Nullum ergo meritum est ingrate, ac perfide, nullum,
Quod tibi filiolus, vel filia nascitur ex me?
Tollis enim, & libris actorum spargere gaudes
Argumenta viri. foribus suspende coronas,
Jam pater es: dedimus quod famæ opponere possis.

VET. SCHOLIAST.

79. *Instabile.*] Exclamatio est.

81. *Quo, &c.*] Quo te vertas ad hæc quæ dicturus est.

84. *Tollis.*] Nutris: & libris actorum propter professionem scilicet *, quia apud ærarium patres nomina deferebant natorum filiorum. Vel nominum noticiem devulgare contestatione publica.

86. *Quod, &c,*] Ne dicaris cinædus,

VARIORUM.

Audivisti etiam foris uxorem tuam in complexu meo, libidinis impatientia gannientem *Idem*.

79. *Instabile.*] Quasi dicat: Adulterorum beneficio, uxores viris ignavis adhærent, à quibus alias facerent divortium. *Dirimi, &c.*] Ob impotentiam virorum Pathicorum, qui ipsi mulierosi, mulieribus à se ductis, non possunt satisfacere. *Idem.*

80. *Adulter, &c.*] Qui vices impotentis mariti suppleat. *Idem.*

81. *Quo, &c.*] Id est, ô Virro ingratissime, quocunque etiam te vertas, subterfugia quærens, ut te à meis objectionibus liberes, velis nolis, multa te mihi debere, & accepta referre oportet, cum præsertim meo beneficio pater & hæres factus sis. *Prima, &c.*] In excusationem tuam, & ut mea beneficia extenues. *Lubin.* Sic Dido, *quæ quibus anteferam?* Æneid. 4.

82. *Nullum ergo.*] Verba indignationis plena. *Idem.* Et occurrit tacitæ objectioni: Posset enim dicere aratus, merita ejus nulla esse.

83. *Filia, &c.*] Ingens profecto beneficium. *Idem.*

84. *Tollis enim.*] Id est, illos qui ex me nati sunt tollis, nutris, & pro tuis educas. Ex ritu antiquo, quum humi positos infantes tollebant. *Et, &c.*] Gaudes te inscribi in libros, in quibus publica negotia actorum in judicio, & susceptorum liberorum argumenta; vel in probationem quod vir sis. Ita dicit, quia apud ærarium, patres filiorum natorum deferebantur, notato die & Consule. Brisson. antiq. lib. 1. cap. 5. Origo hujus instituti à Servio Tullio. *Lipsius* in Tac. Id est, gaudes tuos filios quasi ex te nati sint, in acta publica referre, ut annotentur. *Libris actorum.*] Aliter *titulis actorum.* De his diximus Sat. 11. ad illa verba *Cupient & in acta referri.* *Spargere.*] Immiscere libris actorum, & cum aliis conjungere, quasi tu genueris. *Lubin.* *Tollis enim & libris actorum spargere gaudes, &c.* *Legatum omne capis, nec non & dulce caducum.*] Dicit, Filium ex uxore sublatum, tuum fecisti, cujus uxoris beneficio civis Romani frueris privilegiis, ut etiam ad caducarum hæreditatum admittaris successionem. Gloss. Isidori: *Bona caduca, quibus nemo succedat hæres.* Dempster.

85. *Argumenta viri.*] Liberos, qui arguunt aliquem esse virum. & maximum viri argumentum generatio est. *Foribus.*] In valvis domus suspende coronas, in signum puerperii recentis. *Idem.* Nam nato puero frondibus postes ornabantur in signum lætitiæ.

86. *Quod famæ.*] Impotentiæ & mol-

Verum ut dissimules, ut mittas cætera, quanto
Metiris pretio, quod ni tibi deditus essem,
Devotusque cliens, uxor tua virgo maneret?
Scis certe quibus ista modis, quam sæpe rogaris,
Et quæ pollicitus. fugientem sæpe puellam
Amplexu rapui: tabulas quoque ruperat, & jam
Signabat. tota vix hoc ego nocte redemi
Te plorante foris. testis mihi lectulus; & tu,
Ad quem pervenit lecti sonus, & dominæ vox.

In-

VET. SCHOLIAST.

70. *Verum, &c.*] Negligas, dimittas.

71. *Quod, &c.*] Id est, nisi tibi omni animo devotus fuissem, uxorem tuam non devirginassem.

74. *Fugientem, &c.*] Volentem recedere de domo tua.

75. *Tabulas, &c.*] Dotales tabulas frangentem, & repudium volentem tibi dare, & signantem tabulas, sive alii ut nubat, sive ut alium faceret heredem, sæpius revocavi, dormiens cum ea, latus faciens.

78. *Ad, &c.*] *In coitu non tacentes*; quod virgo erat. ut sit mariti major infamia. aut, cum virginem imitatur.

VARIORUM.

exspectate æstatis tempus, quo non friget, & vestibus opus non habetis? Interea in hyeme, frigore pereunt. *Idem.*

70. *Verum, &c.*] Hic Nævolus alia beneficia ipsi Virroni Cinædo exprobrat, eique objicit, quod magno ipsum beneficio adfecerit, cum ab eo rogatus uxorem suam gravidam factam impregnarit, quæ alias virgo mansisset. Et ita auctor noster hac Satyra salsissime & virulentissime exagitat molles illos Romanos & effeminatos. *Mittas, &c.*] Quando tibi scilicet operam dedi in te ipso corrumpendo. *Idem. Quanto, &c.*] Quanta mercede dignum putas officia mea in te? *Metiris.*] Æstimas.

71. *Ni, &c.*] Absque me, mea opera, virtute & auxilio, uxor tua à te impregnari non potuisset. *Lubin.*

72. *Devotusque.*] Omnino addictus, & tibi semper paratus cliens. *Idem. Virgo maneret.*] Intacta, integra, non imminuta, & à te non impregnata.

73. *Scis certe.*] Non te potest fugere, quam sæpissime istud petieris, ut tuo loco cum uxore tua concumberem, & prolem sub tuo nomine tibi generarem. Scis etiam quæ munera mihi pollicitus sis pro hoc meo labore. *Idem.*

74. *Fugientem, &c.*] Id est, uxorem tuam, quæ è domo tua aufugere voluit, ob tuam impotentiam, ego amplexu meo e fuga retractam, tibi reconciliavi. *Idem.*

75. *Tabulas, &c.*] Tuas nuptiales: Hoc est jam tecum divortium volebat facere. Alteras, quas cum alio viro contrahebat, & alteri nubere, suaque bona legare, obsignare parata erat. Hanc ego virtute mea revocavi, & tibi reconciliavi. *Tabulas.* Moris erat ut illis dotalibus & matrimonialibus tabulis ruptis, matrimonia solverent: in quibus verba solennia fuerunt. *Liberorum procreandorum gratia uxorem duci. Brisson.* de form. 6. *Lubin.*

76. *Tota, &c.*] Totius noctis labore, ego hujusmodi vestra dissidia vix composui. *Idem.*

77. *Te, &c.*] Id est, cum tu metu infamiæ & repudii, ante januam cubiculi extra plorares. *Testis mihi.*] In quo cum uxore tua dormivi. *Idem.*

78. *Lecti sonus.*] Qui foris spondæ crepitum, & virilem meam fortitudinem auribus percepisti. *Dominæ vox.*]

Audi-

Instabile, ac dirimi cœptum, & jam pene solutum
Conjugium in multis domibus servavit adulter.
Quo te circumagas? quæ prima, aut ultima ponas?
Nullum ergo meritum est ingrate, ac perfide, nullum,
Quod tibi filiolus, vel filia nascitur ex me?
Tollis enim, & libris actorum spargere gaudes
Argumenta viri. foribus suspende coronas,
Jam pater es: dedimus quod famæ opponere possis.

Jura

VET. SCHOLIAST..

79. *Instabile.*] Exclamatio est.

81. *Quo, &c.*] Quo te vertas ad hæc quæ dicturus est.

84. *Tollis.*] Nutris: & libris actorum propter professionem scilicet * , quia apud ærarium patres nomina deferebant natorum filiorum. Vel nominum noticiem devulgare contestatione publica.

86. *Quod, &c,*] Ne dicaris cinædus,

VARIORUM.

Audivisti etiam foris uxorem tuam in complexu meo, libidinis impatientia gannientem *Idem*.

79. *Instabile.*] Quasi dicat: Adulterorum beneficio, uxores viris ignavis adhærent, à quibus alias facerent divortium. *Dirimi, &c.*] Ob impotentiam virorum Pathicorum, qui ipsi mulierosi, mulieribus à se ductis, non possunt satisfacere. *Idem.*

80. *Adulter, &c.*] Qui vices impotentis mariti suppleat. *Idem.*

81. *Quo, &c.*] Id est, ô Virro ingratissime, quocunque etiam te vertas, subterfugia quærens, ut te à meis objectionibus liberes, velis nolis, multa te mihi debere, & accepta referre oportet, cum præsertim meo beneficio pater & hæres factus sis. *Prima, &c.*] In excusationem tuam, & ut mea beneficia extenues. *Lubin.* Sic Dido, *quæ quibus anteferam?* Æneid. 4.

82. *Nullum ergo.*] Verba indignationis plena. *Idem.* Et occurrit tacitæ objectioni: Posset enim dicere avarus, merita ejus nulla esse.

83. *Filia, &c.*] Ingens profecto beneficium. *Idem.*

84. *Tollis enim.*] Id est, illos qui ex me nati sunt tollis, nutris, & pro tuis educas. Ex ritu antiquo, quum humi positos infantes tollebant. *Et, &c.*] Gaudes te inscribi in libros, in quibus publica negotia actorum in judicio, & susceptorum liberorum argumenta; vel in probationem quod vir sis. Ita dicit, quia apud ærarium, patres filiorum natorum deferebantur, notato die & Consule. Brisson. antiq. lib. 1. cap. 5. Origo hujus instituti à Servio Tullio. *Lipsius* in Tac. Id est, gaudes tuos filios quasi ex te nati sint, in acta publica referre, ut annotentur. *Libris actorum.*] Aliter *titulis actorum.* De his diximus Sat. 11. ad illa verba *Cupient & in acta referri. Spargere.*] Immiscere libris actorum, & cum aliis conjungere, quasi tu genueris. *Lubin. Tollis enim & libris actorum spargere gaudes, &c. Legatum omne capis, nec non & dulce caducum.*] Dicit, Filium ex uxore sublatum, tuum fecisti, cujus uxoris beneficio civis Romani frueris privilegiis, ut etiam ad caducarum hæreditatum admittaris successionem. Gloss. Isidori: *Bona caduca, quibus nemo succedat hæres.* Dempster.

85. *Argumenta viri.*] Liberos, qui arguunt aliquem esse virum. & maximum viri argumentum generatio est. *Foribus.*] In valvis domus suspende coronas, in signum puerperii recentis. *Idem.* Nam nato puero frondibus postes ornabantur in signum lætitiæ.

86. *Quod famæ.*] Impotentiæ & mollitiei

Jura parentis habes, propter me scriberis heres,
Legatum omne capis, nec non & dulce caducum.
Commoda præterea jungentur multa caducis,
Si numerum, si tres implevero. justa doloris
Nævole caussa tui. contra tamen ille quid adfert?
Negligit, atque alium bipedem sibi quærit asellum.
Hæc soli commissa tibi celare memento,

Et

VET. SCHOLIAST.

87. *Jura, &c.*] Hæc omnia ad jus civile Poëta retulit. Id est, meo labore habes filios, & scriberis heres, & non pateris pœnas orbitatis.

90 *Si, &c.*] Si tres filios fecero. Nam à tutela excusant liberi, & in fascibus sumendis prior est, qui præstat numero filiorum.

92. *Negligit, &c.*] Non curat, sed alium quærit, qui eum corrumpat.

93. *Hæc soli, &c.*] Nævolus amico dicit, tibi soli hæc secreta credidi.

VARIORUM.

litiei infamiæ. Quia eras infamis, tanquam Pathicus & Cinædus esses, jam quia credunt te liberos generasse, censent te esse virum, & falsum esse, quod de te locuti sint alii *Idem.* Hoc illis jam oggerere potes detrectatoribus.

87. *Jura, &c.*] Per me & meo beneficio non pateris pœnas orbitatis. Cæterum parentum jura apud Jureconsultos vide. Qui enim patres erant, præferebantur aliis in petitione magistratus, & sorte provinciali, præcedebant collegas, &c *Farnab. Jac Loënsis* Epiph. 9. cap 9. *Scriberis, &c.*] Ab uxore vel quocunque, eo quod pater es, quod alias non poteras. Nam cœlibes lege Julia & Papia, ex testamentis nihil capiebant, nisi è proxime junctorum; orbi, non nisi dimidium. *Farnab. Lubin.* Et nisi intra centesimum diem matrimonium contraherent.

88. *Legatum, &c.*] Quidquid in testamento à testatore tibi legatum est, id capis, quod sine sobole non faceres. Legata sæpe concipiebantur his verbis, *quandoque liberos habuerit.* Et lex Papia ab Augusto lata continebat, ut si vir vel uxor liberos non haberet, quod alter alteri reliquisset, decima pars fisco adjudicaretur. *Dulce* appellat quia ex insperato contingit. *Dulce, &c.*] *Caducum* est legatum relictum sub conditione, qua deficiente vel vivo, vel mortuo, id cadat & perveniat, vel ad testatorem vivum, vel ad substitutum eo mortuo. Vel quod ab uno cadit in alterum per hæreditatem. Vide in code leg. de tollend. caducis. *Idem.*

89. *Commoda.*] His caducis, quæ revera sine mea opera caduca fuissent, multa adhuc commoda, privilegia, & immunitates tibi accedent per me, si numerum trium liberorum implevero, tum enim jus trium liberorum habebis. Inter alia à tutelæ laboribus & molestiis liberi excusabant: in fascibus sumendis priores erant Tesseram etiam frumenti triplicem accipiebant, &c. Qui in Urbe tres filios, quinque in Italia, septem in provinciis habebat, immunitatibus iis donabatur.

90. *Justa, &c*] Respondet Poeta & simulat, se illi condolere. ô Nævole, tuam vicem doleo, quod post tot labores exantlatos, post tot collata beneficia, parum pretii consequeris. Sed quid ille contra affert Virro, quomodo sese excusat? *Lubin.*

92 *Negligit*] Respondet Draucus Nævolus, non curat, & alium Draucum & simplicem bene caudatum sibi quærit, qui illum itidem nullo dato pretio corrumpat. *Idem.*

93. *Hæc soli.*] Monet jam Nævolus Juvenalem, caveat ne secreta hæc de

Vir-

Et tacitus nostras intra te fige querelas.
Nam res mortifera est inimicus pumice levis.
Qui modo secretum commiserat, ardet, & odit,
Tanquam prodiderim quidquid scio. sumere ferrum,
Fuste aperire caput, candelam apponere valvis
Non dubitat. nec contemnas, aut despicias, quod
His opibus nunquam cara est annona veneni.
Ergo occulta teges. ut curia Martis Athenis.
O Corydon, Corydon, secretum divitis ullum

Esse

VET. SCHOLIAST.

95. *Nam, &c.*] periculosus est Cinædus iratus, aut ostensus.

97. *Sumere. &c.*] Occidere, aut incendere domum.

99. *Nec, &c.*] Ne tibi despectæ sint quas habet Cinædus iras. Venena dat quanticunque distrahantur.

101. *Ut, &c.*] Quia in Areopago primus accusatus est Mars à Neptuno, eo quod filium ejus Palinrothion peremisset. vel, in Areopago Athenis, ubi sententiæ feruntur graviores.

102. *O Corydon.*] O stulte.

VARIORUM.

Virronis turpitudine, soli sibi commissa & concredita divulget. Cui postea respondet auctor noster, nullum turpe facinus diu occultari posse. *Idem.*

94. *Et, &c.*] Quæ querelæ fixæ in animo tuo maneant, neque unquam inde ad alios eliminentur. *Idem.*

95. *Inimicus.*] Cinædus iratus. *Lub.* *Lævis pumice.*] Mollis & effœminatus, qui pumice vel dropace, cutem sibi polit. *Britannic.*

96. *Qui modo.*] Id est, qui conscium me fecit secretæ suæ turpitudinis, & scelera sua mihi concrediderat; quæ si divulgem, ex amico omnium maximus inimicus ei evado. *Lubin.* *Ardet.*] Irascitur, ira accenditur.

97. *Sumere, &c.*] Me occidere non dubitabit. *Idem.* *Ferrum.*] Gladium, ensem, ad occidendum.

98. *Fuste.*] Baculo capiti meo vulnus infligere. & illud comminuere. *Candelam, &c.*] Id est, domum incendere facibus adhibitis tentabit. Satyra 13. versu 146. *Idem.*

99. *Nec, &c.*] Quod dico: Quod Cinædus sit mollis & mulierosus; quod si viribus nihil valeat, veneno rem gerit. *Nec.*] Divitis Cinædi iram ne contemseris, quamquam alias sordidi & avari. *Idem.*

100. *His, &c.*] Hujusmodi opes habentibus, nulla veneni annona cara est. *Annona,* proventus. *Lubin.*

101. *Ut, &c.*] Areopagum, qui Athenis fuit, intelligit, ubi teste Macrob. Areopagitæ, vel severissimi illi & justissimi judices tacentes judicabant & sententiam & vota sua characteribus & literis significabant. Hinc Persius 4. *nigrum scis ponere Theta.* dicitur Areopagus, ab Ἄρης, Mars, & πάγος, saxum, collis: hic enim à Neptuno Mars homicidii accusatus, coram duodecim diis, sex sententiis absolutus est. *Farnab. Lubinus.* Fac, inquit, non minore silentio hæc tegas, quam consilia sua tegit senatus Atticus. *Britannic. Beroald.* Annotat. capite 35.

102. *O Corydon.*] Verba Poëtæ, quibus respondet & irridet Nævolum; ô stulte Nævole, existimasne tu divitum secreta cælari posse, quod impossibile esse ait. *Corydon.*] Simplex, rustice & stolide. Hemistichium Virgil. *O Corydon, Corydon, quæ te dementia cœpit. Lubin.*

Esse putas? servi ut taceant: jumenta loquentur,
Et canis, & postes, & marmora. claude fenestras,
Vela tegant rimas, junge ostia, tollite lumen
E medio taceant omnes, prope nemo recumbat:
Quod tamen ad cantum galli facit ille secundi,
Proximus ante diem caupo sciet, audiet & quæ
Finxerunt pariter librarius, archimagiri,
Carptores. quod enim dubitant componere crimen
In dominos, quoties rumoribus ulciscuntur
Baltea? nec deerit qui te per compita quærat
Nolentem, & miseram vinosus inebriet aurem.

Illos

VET. SCHOLIAST.

109. *Archimagiri, &c.*] *Infertores*, qui inlata carpunt.

112. *Baltea.*] Lora, quibus cæsi sunt. *Per, &c.*] Quadrivia.

VARIORUM.

103. *Servi ut taceant.*] Quamvis taceant servi *jumenta, &c.*] Bruta & res inanimatæ scelera patefacient.

104. *Marmora.*] Columnæ, vel muri ex marmore.

105. *Junge ostia.*] Conduplicentur ostia, vel januam claude. *Idem.*

106. *Taceant omnes* Al. *Clament omnes tollite lumen e medio. Prope nemo &c.*] i. e. lucet tibi solus, absque arbitris.

107. *Quod, &c.*] Ordo. Quod tamen ille dives facit, ad cantum secundum galli, sub mediam scilicet noctem, vel antelucano tempore, proximus caupo sciet ante diem. *Lubinus.* Hypallage est.

108. *Audiet, &c.*] Vicinus tamen caupo omnia rescisset mature, & maleficus ille cinædus audiet famosa carmina, quæ librarius, Archimagiri, carptores, inimici & hostes Pathici illius Virronis, in infamis pathici & Cinædi Virronis flagitia, quæ præterita nocte perpetravit, confecerint.

109. *Librarius.*] Bibliopola, ut Sosii Romæ. Vel qui libros exscribit, vel qui pensa librat. *Idem.* *Archimagiri.*] Magistri & principes coquorum.

110 *Carptores.*] Antiqui illi, qui cibum scindentes carpentesque præterministrabant: vel etiam carminatores, id est, carptores lanarum. Vide Sat 5. vers. 119. & Sat. 11. vers. 136 *Quod.*] Alii *quid.* i. e. non dubitant, sed audent. Vel omnia crimina comminisci student. Vel non est mirum, si dominos suos accusant, quom velint ulcisci verbera.

111. *Rumoribus*] Diffamationibus & infamia, quam de dominis suis passim spargunt, ulciscuntur baltea, flagella, lora, quibus à dominis cæsi sunt. Sunt autem *baltea* hoc loco, balteorum verbera & lora, quibus olim cæsi sunt. *Idem. Balteum* cingulum e corio bullatum.

112. *Nec, &c.* Quin invenietur etiam famis tanis aliquis polypragmon, qui te vel in compitis vel in quadriviis quærat, ut secreta domini flagitia & crimina tibi revelet *Compita*] Loca ubi plures concurrunt viæ, ubi solebant rustici compitalia celebrare & compotare. *Lub.*

113. *Nolentem*] Tamen illa audire, vel invitus cogeris. *Miseram*] Miserrimum enim & molestissimum est, cum quis garrulum, nolens, audire cogitur. *Id.* *Vinosus.*] Id est, qui ebrius & vinosus (*ebrietas enim operta recludit*) secretis sui domini factis revelandis, tuas aures imbuat & impleat Galli dicunt, *il m' en yvre de son caquet.* *Inebriet.*] Secretis domini sui repleat, tanget, enecet. Inebriant

Illos ergo roges quidquid paulo ante petebas
A nobis. taceant illi: sed prodere malunt
Arcanum, quam subrepti potare Falerni,
Pro populo faciens quantum Saufeia bibebat.
Vivendum recte est cum propter plurima, tunc his
Præcipue caussis, ut linguas mancipiorum
Contemnas. nam lingua mali pars pessima servi.
Deterior tamen hic, qui liber non erit illis
Quorum animas & farre suo custodit, & ære.
Idcirco ut possim linguam contemnere servi,

Utile

VET. SCHOLIAST.

113. *Vinosus*, &c.] Impleat te ebrius secretis dominorum.

117. *Pro populo*, &c.] Sacrificans virgo Vestæ. Virgilius:

Cum faciam vitulum pro frugibus ipse venito.

VARIORUM.

ebriari tribuitur auribus, ut & bibere. Sic. Ovid.

Ora meo lacrymas, auribus illa bibi.

114. *Illos ergo.*] Illos servos qui tacere nequeunt, roga ut taceant quod a me antea petiisti: supra enim dixerat,

Et tacitus nostras intra te fige querelas.

Petebas.] Dixerat enim:

Hæc soli tibi commissa celare memento.

Lubin.

115 *Taceant.*] Qui tacere non possunt, ob id addit & subjungit. *Prodere*, &c.] Notat garrulorum mores, qui nihil libentius faciunt, quam ut secreta suæ fidei commissa divulgent. *Idem.*

116. *Subrepti*, &c.] Furtivi, atque hinc dulcissimi. Ordo est: Sed servi illi malunt arcanum domini sui prodere, quam potare tantum Falerni subrepti, quantum Saufeia pro salute pop. Romani, sacra bonæ Deæ faciens & sacrificans, bibebat. Cæterum in sacris bonæ deæ) ut Satyr. 6. vers. 313 ostensum) mulieres ad extremam usque ebrietatem sese invitabant. *Idem.*

117. *Pro*, &c.] Bonæ deæ enim sacra scilicet populo fiebant. Sic. lib. 2. de legib. *Nocturna mulierum sacrificia ne sunto, præter olla, quæ pro populo rite fient.* *Faciens.*] Sacrificans, & rem divinam peragens. Virgil.

Cum faciam vitulum. Lubin.

Saufeia.] Alii, *Laufella*. Mulier vinolenta.

118. *Vivendum.*] Pulchra sententia; qua laudat vitæ innocentiam, & integritatem, ob eam potissimum caussam, ne quis servos garrulos timere cogatur. Et vir bonus non solum à crimine, sed etiam à criminis suspicione studet esse alienus. *Idem.* Tamen testimonia servorum non valebant jure civili.

119. *Linguas*, &c.] Miserum profecto, cum nihil mali commiseris, male audire. *Idem.*

120. *Lingua mali.*] Quasi dicat: Cum universus servus malus sit, lingua tamen servi, pars in illo est longe omnium pessima. *Idem.*

121. *Deterior*, &c.] Sensus hic: Quamvis servi sunt pessimi, tamen dominus hic adhuc est deterior, qui servos suos semper ob malefícia sua, quorum conscii sunt, timere cogitur, suorumque servorum servus est, & nunquam liber erit, ab his suis servis quos ipse nutrit. Et longe pejor est hic dominus illis servis suis. quorum vitam suo pane & ære sustentat. *Lubin.*

122. *Animas.*] Id est, vitas. *Farre*, id est, pane. *Magius* Micellan. 1. cap 12.

123. *Idcirco*, &c.] Verba respondentis Nævoli, id est, dedisti mihi istud consilium, ut recte vivam, ut sic singulas

malo-

Utile consilium modo, sed commune, dedisti:
Nunc mihi quid suades post damnum temporis, & spes
Deceptas? FESTINAT enim decurrere velox
Flosculus angustæ, miseræque brevissima vitæ
Portio: dum bibimus: dum serta, unguenta, puellas
Poscimus, obrepit non intellecta senectus.
Ne trepida, nunquam pathicus tibi deerit amicus,
Stantibus, & salvis his collibus. undique ad illos
Convenient & carpentis, & navibus omnes,

Qui

VET. SCHOLIAST.

126. *Festinat, &c.*] Id est, juventus decurrere, & senectus properare. Virgilius:

----Breve & irreparabile tempus
Omnibus est vita.

128. *Dum, &c.*] Coronas & aromata.

130. *Pathicus, &c.*] Corrumpi volens, aut corruptus.

131 *His, &c.*] Id est, septem montibus, supra quos posita Roma est, Palatino, Tarpeio, Viminali, Aventino, Esquilino, Cælio, Vaticano.

132. *Carpentis, &c.*] Ad corruptores & itinere venient, & mari.

VARIORUM.

malorum servorum non cogar extimescere. Sed id consilium nimis commune est, & spectat ad omnes *Idem.*

124. *Modo,*] Id est, paulo ante. *Commune.*] Quia omnium interest, ut honeste vivant. *Idem.*

125 *Post, &c.*] Qui in hoc meo officio majorem vitæ partem transegi: & spes de vitæ meæ instituto me fefellit. *Idem.* *Spes, &c.*] Speravi enim me hoc vitæ genere opes & res inventurum, vel meorum tantorum laborum aliquid emolumenti à Virrone & fructus, sed frustra.

126. *Festinat enim*] Juvenilis ætatis flosculus, qui velociter decurrit, festinat, properat, & ad senium vergit. Virgilius:

--Breve & irreparabile tempus
Omnibus est vita.

Lubin.

127. *Velox, &c.*] Juventutem intelligit, quâ nihil formosius, sed & nihil velocius. Ait autem *brevissima.* Nam quæ jucunda brevia, quæ ingrata & injucunda, longissima apparent. *Angustæ.*] Quæ angustis brevissimisque terminis circumscripta A brevitate vitæ captabant ansam genio indulgendi. *Miseræque.*] Hoc quotquot vivimus nemo nostrûm non experitur. *Idem.*

128. *Dum, &c.*] Id est, interea dum in deliciis vivimus, & vel maxime oblectamur, senectus occupat nos, non animadversa neque intellecta. *Serta, unguenta.*] Coronis ornabantur, & unguentis inungebantur inter bibendum. *Puellas.*] Amicas, meretrices ad concubitum.

129. *Obrepit.*] Significantissima voce rem expressit, more insidiantis clam venit. *Idem.*

130. *Ne, &c.*] Ridicula & Ironica Poetæ consolatio, hortans Nævolum ut in proposito perseveret. Mi Nævole, cave animum dejicias, dum Roma incolumis stabit & durabit, tu & tui similes semper quod agant habebunt. *Lubinus.*

131. *His collibus.*] Roma stante adhuc & florente. *Ad, &c.*] Colles scilicet vel Romam: omnes ex aliis regionibus qui corrumpi cupiunt, veniunt terrestri itinere, carpentis; & mari, navibus. *Lubin.*

133.

Qui digito scalpunt uno caput. altera major
Spes superest: tu tantum erucis imprime dentem.
Hæc exempla para felicibus: at mea Clotho
Et Lachesis gaudent, si pascitur inguine venter.
O parvi, nostrique Lares, quos thure minuto,
Aut farre, & tenui soleo exornare corona,
Quando ego figam aliquid, quo sit mihi tuta senectus
A te-

VET. SCHOLIAST.

133. *Altera*, &c.] Multos imberbes habes tibi crescentes. *Qui*, &c.] Cinædi cum muliebri more componunt caput.

134. *Tu*, &c.] Dicitur hæc herba ad coitum inflammare, & vires dare.

135. *Hæc*, &c.] Respondet Nævolus.

136. *Si*, &c.] Usque adeo infelix sum, ut vix industria inguinis ad victum sufficiat.

137. *Thure*, &c.] Thus minutum manna vocant. & in invidiam Deorum penatium, *minuto* dicit.

138. *Exornare*, &c.] Id est, coronatus floribus, precari.

139. *Quando*, &c.] Constituam, componam, habeam. aut certe quia in ceris vota figuntur apud templa: aut habeam ubi maneam, aut supra quod incumbam senex.

VARIORUM.

133. *Qui*, &c.] Id est, cinædi & molles, qui muliebri more caput componunt, ne ornatum capitis ambitiosum perturbent. Respicit Poëta ad Calvi Poëtæ versiculum, qui Pompejum taxavit:

——*digito caput uno*
Scalpit, quid credas hunc sibi velle? virum.

Politian. Miscell. cap. 7. *Altera*, &c.] Id est, futuri temporis spes longe major & melior, quam præteriti tibi superest. *Lubin.*

134. *Tu*, &c.] Tu tantum para te, ut sis fortis: tu herbam illam salacem, quæ Venerem excitat, & ad libidinem exstimulat comede, teque ad futurum prælium exstimula, & præpara. *Plinius* libro x. capite 43. Martial. Epigr. 74. lib. 3. Per erucam omne Veneris excitamentum intelligit.

135. *Hæc exempla.*] Respondet Nævolus. Fer, inquit, hæc exempla & præcepta excitandæ libidinis felicibus. Quasi diceret, se in tali re minime esse fortunatum. *Britannicus. At mea*, &c.] Fatum, vel parca mea contentum me esse jubent, si tenuem meo opere victum mihi comparem, nedum multam rem faciam. Alii per *Clothon* & *Lachesin*, vitam intelligunt.

137. *O parvi*, &c.] Sequitur jam ridiculum & stultum Nævoli votum, quo omnia ut putabat, maxima, à Diis Laribus sibi optat, cum minimo contentus vivere nequeat: quod tamen stultus, ut ipse superius fassus est, fato facere cogitur. *Parvi.*] Nam stultis sua omnia parva videntur esse. Vel ex affectu eos sic vocat. *Nostrique lares.*] *Nostri* Dii familiares, ergo non sine Emphasi ait: ut omnia quæ nostra sunt parva, exilia, & minuta sunt. *Thure*, &c.] Talia enim Diis domesticis offerebantur: *minuto* autem ait ob inopiam. *Lubin.*

138. *Farre.*] Plin. libro 18. capite 2. *Numa instituit deos fruge colere, & mola salsa supplicare, & far torrere. Et*, &c.] Sertis enim illis solebant coronare. Ut sæpius inculcatum, & pervium legentibus. *Exornare.*] Alii legunt *exorare*, id est, coronatus floribus, precari soleo. *Lubin.*

139. *Quando ego figam aliquid, quo sit*, &c.] Veteres ubi Vota concepissent, concepta Tabellis inscribebant: ita conscripta signabant; obsignata affigebant Deo-

A tegete & baculo, viginti millia fœnus
Pigneribus positis, argenti vascula puri,
Sed quæ Fabricius censor notet, & duo fortes
De grege Mœsorum, qui me cervice locata
Securum jubeant clamoso insistere Circo.
Sit mihi præterea curvus cælator & alter,

Qui

VET. SCHOLIAST.

140. *A tegete.* Casa [illegible] à mendicando. *Viginti, &c.* [illegible] *ut fuit.*

141. *Vas*[illegible]*, &c.* [illegible] decem libris argenti, [illegible] Fabricius Censor collegam suum notavit in Senatu, quod haberet decem libras argenti, [illegible] non [illegible] Senatorum plus habere. *Et, &c.* Lecticarios, [illegible] & [illegible] Circenses spectem: *id est, qui* [illegible]

143. *Curvus, &c.*] Id est, opifices, sunt argentarii, laboriosi, anaglyphari.

Censores Fabric. Cornelium Rufinum, qui bis [illegible] & semel [illegible] [illegible] [illegible] quod [illegible] decem pondo argenti habere quod [illegible] argentea vasa comparasse. Id est, habeam [illegible] argenti vascula, quæ pondere suo decem libras superant. Val. Max. [illegible] ut [illegible] Fabricio notam. *Et, &c.* Supple, [illegible] ex Mœsia servos lecticarios mihi comparem, qui me humeris suis in lectica ponent ad ludos Circenses spectandos. *Lubin.*

143. *De, &c.*] Id est, servorum ex Mœsia, unde [illegible] eligebantur, ut [illegible] *Idem.* Id est, [illegible] Supponit, ut [illegible] [illegible] tenent.

144. *Clamoso, &c.*] Ob ludos & plausus. *Securum.* De nulla re sollicitum, ut quietam [illegible] habeam. *Idem.* Vel putas, cui nullum periculum sit a premente populo.

VARIORUM.

Deorum statuis, seu genibus, ea enim misericordiæ sedes consecrata est. Affigebant autem [illegible] atque Sat. x. *Propter quæ fas est genua incerare Deorum.* Rutgers. *Figam, &c.* Confirmam, componam. Id est, firmum aliquid, vel certas divitias vobis adjutoribus acquiram, ne res meæ in senectute ad baculum & mendicitatem redigantur. *Idem.*

140. *A tegete.*] A casa mendici, & paupertate, id est, à mendicando. sic Sat. 5. vers. 8.

Et tegetis pars Dimidia brevior.

Viginti, &c.] Id est, ut sic mihi fœnus viginti millia sestertiorum, quæ fœnus sint ex capitali summa in fœnus data, & quæ alias mihi pecunias pariant. *Idem.*

141. *Vascula.*] Quando mihi figam scilicet, ut mihi sit supellex ex optimo argento. *Idem. Argenti puri.*] Non cælati. *Grang.*

142. *Sed quæ.*] Quæ censuræ notam mereantur. Agellius lib. 4. scribit, Cajum Fabricium & Q. Æmilium Papum

145. *Curvus, &c.*] Præterea sint mihi servi argentarii. *Curvus*, cum enim laborat, se incurvat, vel *curvus qui* assiduus in opere sit, ridiculum votum, quo notat stoliditatem Nævoli. *Cælator.*] Qui pocula cælare & sculpere novit. *Idem. Et, &c.* Ut sunt plastæ, vel pictores qui velocissime aliquid pingunt *Lubinus.* Quidam legunt, *Qui maltha, &c.* Quid maltha ad picturam facit? *Alii, Qui multas facies pingat cito.* Legendum esse eo loco constat.

Qui multas facies fingit cito. ----
Plastas intelligit, & recte ita interpretatus est vetus Scholiastes, quorum proprium est cito plures facies fingere, quas uno modulo ac typo exprimunt. *Salmas. Plin.*

144.

Qui multas facies fingit cito: sufficiunt hæc.
Quando ego pauper ero? votum miserabile, nec spes
His saltem. nam cum pro me Fortuna rogatur,
Adfixit ceras illa de nave petitas,
Quæ Siculos cantus effugit remige surdo.

VET. SCHOLIAST.

146. *Sufficiunt hæc.*] Plastæ, archetypus.

147. *Quando, &c.*] Non dico dives, at pauper, inquit, quando ero? Nam modo nec pauper sum. ut Terentius,
Nam mihi nihil esse, religio est dicere.

149. *Adfixit, &c.*] Ad auriculas, id est, surda est. *Illa, &c.*] Ulyxis, ut Sirenarum periculum posset evadere.

VARIORUM.


146. *Sufficiunt hæc.*] Quoniam paupertas mihi à fato est. Voluit plura exoptare, sed reprehendit se inquiens, quando ad paupertatem redactus ero, hæc quæ petii sufficient, quibus paupertatem meam solari possim. *Lubin.*

147. *Votum, &c.*] Hoc meum est scilicet. Id est, preces hæ meæ adeo miserabiles sunt, ut ne sperare quidem possim, me voti compotem futurum aut hoc consecuturum. *Idem.* Estque velud acclamatio, quasi qui errorem suum jam cognoscat.

148. *Nam, &c.*] Rationem subjungit, cur sperare nequeat se voti compotem fore: eo quod fortuna ad preces suas aures obturet, illa cera, qua Ulyssis socii remiges, aures suas obturantes surdi fuerunt, & non audientes Sirenum cantus, incolumes & salvi evaserunt. *Hygin. fab.* 125. *Lubinus.*

149. *Affigit, &c.*] Fortunam obturare aures eleganter dixit, & ritu antiquo: nam virgines aures de more obcerabant, & obscœnis occludebant aditum & auditum. *Grang. Ceras.*] Ulysses enim à Circe admonitus, ne pateretur se allici Sirenum juxta Siciliam habitantium cantu, sociis cera aures obturavit, & se ad malum navis alligari jussit, atque ita prætervectus est. *Farnab. Illa de nave.*] Sc. Ulyssis.

150. *Siculos, &c.*] Sirenum, juxta Siciliam habitantium. *Remige, &c.*] Sociis remigantibus propter ceram auribus adfixam, nihil audientibus, & ad tempus surdis. *Lubin.*



D. JUNII JUVENALIS SATYRARUM

LIBER QUARTUS.

SATYRA X.

ARGUM. Pulcherrimæ hujus Satyræ argumentum sumtum est ex Platonis Alcibiade secundo. Videtur etiam ante oculos habuisse Persii 2. Sat. & illud Socratis de Votis, referente Val. Maximo cap. 2. lib. 7. Est enim absolutissimæ hujus Satyræ propositio. In qua Poeta docet vota mortalium prope execrationes esse, qui divitias, honores, eloquentiam, gloriam bellicam, longam vitam, pulchritudinem a diis precantur, quæ tamen plerumque votorum compotes perdiderunt. Verum petendam esse puram mentem, cætera Deo permittenda, qui novit quid cuique conveniat.

OMNIBUS in terris, quæ sunt à Gadibus usque
Auro-

VET. SCHOLIAST.

1. O*mnibus in*, &c.] Τρόπος συνεκδοχή. a parte totum. Nam cum Occidentem & Orientem significare vellet, locum posuit, Gades scilicet & Gangem, breviter complexus orbem. Nam Gades sunt in Atlantico mari, Hispaniæ proximæ, ubi se angustissimo divortio inter columnas Herculis in Mediterraneos sinus Oceanus infundit.

VARIORUM.

1. O*mnibus*, &c.] Juvenalis accusat hac Satyra, ignorantiam hominum, qui à Diis per summam imprudentiam ea optant quæ perniciosa sunt, & docet quid homines à Diis impetrare debeant. Est autem hic initio sensus: Tanta est humanæ mentis cæcitas, tanta bonorum & malorum ignorantia, ut ab ortu Solis usque ad occasum, paucissimi inveniantur, qui vere bona à malis, & contra possint discernere. Cicero etiam lib. 1. de finibus ait: *Ignoratione rerum bonarum & malarum, maxime hominum vitam vexari.* *A Gadibus*] Id est, ab extremo occidente, ad orientem extremum. Insula est sita ultra fretum Herculeum, quod ab ea Gaditanum Latini dixerunt. Græci vero Herculeum, ex Poetarum figmentis, qui duas columnas ibi statuisse Herculem volunt. Mauri illud fretum vocaverunt Gibraltar. Extremum occidentem credebant antiqui: unde elogium Herculis columnis inscriptum, NE PLUS ULTRA, quod ipsum, nomen *Gades* designat, *Gadir* enim Punica vox est, quæ sepem significat, seu terminum & finem; hodie ab Hispanis *Calis malis* dicitur. *Gramayus.*
Illu-

Auroram, & Gangem, pauci dignoscere possunt
Vera bona, atque illis multum diversa, remota
Erroris nebula. quid enim ratione timemus,
Aut cupimus? quid tam dextro pede concipis, ut te
Conatus non pœniteat, votique peracti?
Evertêre domos totas optantibus ipsis
Dii faciles. nocitura togâ, nocitura petuntur
Militiâ. torrens dicendi copia multis,
Et sua mortifera est facundia. viribus ille
Con-

VET. SCHOLIAST.

8. *Di, &c.*] Satyrice, ad mala peragenda faciles. vel ideo faciles, quia preces stultas audiunt. *Nocitura, &c.*] Optantibus dignitates, nocituras in pace, & in bello.

9. *Torrens, &c.*] Abundans eloquentia, aut fluens.

10. *Viribus, &c.*] Ut Milo Crotoniates, qui cum arborem manibus scinderet, brachia ejus occupata sunt, & à lupis consumtus est.

VARIORUM.

Illustrat hanc Satyram Stephanus 2. c. 3.

2. *Auroram.*] Ad extremum orientem, ubi Sol oritur. *Gangem.*] Nobilissimum Indiæ Orientalis fluvium. *Pauci, &c.*] Vitia enim nobis sub virtutum nomine obrepunt. *Senec*

3. *Vera, &c.*] Quæ animi tantum sunt, virtus, justitia, & vitæ integritas: quæ fracta nave cum possessore enatare possunt. Nam recte Seneca:

Non est tuum, fortuna quod fecit tuum.

Illis, &c.] Id est, mala, quæ bono contraria, & sæpe tamen bona apparent. *Idem. Remota, &c.*] Id est, ignorantiæ velo ablato, cum ex errore opinantur bona esse, quæ mala sunt. Hinc Proverbium: *Nubem submovere.*

4. *Quid, &c.*] Quæcunque timemus, & petimus, quæ fugimus, & optamus: facimus, non ratione, nec bona aut mala in se ipsis, sed extrinsecus tantum consideramus, & metimur. *Lubin.*

5. *Quid tam, &c.*] Alii *concupis*. Sed prior vox prævalet, quia votis est conveniens. Id est, quid tam dextero aut prospero conatu aut auspicio à Diis petis, concupis & precaris, ut non olim tuæ petitionis & voti te pœniteat? *Dextra* cum erant *numina* favere credebantur, *læva* contra. *Turnebus* lib. 29. cap. 35.

6. *Conatus.*] Contentionis, appetitus, desiderii. *Pæniteat, &c.*] Ut te postmodum non pœniteat desiderium & votum tuum à Diis completum & peractum esse. *Lubin.*

7. *Evertêre.*] Dii promti nimis & faciles ad largiendum & obsequendum votis hominum, dum dant, quidquid homines petunt mala & noxia, totas domus & familias perdiderunt. *Idem. Evert. domos totas optantibus, &c.*] Rittershusii v. c. *operantibus*, id est, sacrificantibus. Vide Brisson. de formul. *Schiopp. Optantibus ipsis.*] Dominis: ut Neptunus exauditis Thesei votis de Hippolyto. *Farnab.*

8. *Nocitura, &c.*] *Toga*, & *militia*, in auferendi casu, id est, pace & bello petimus, quæ nobis noceant. *Idem.*

9. *Et torrens.*] Multis eloquentia abundans, & torrentis instar fluens, mortifera & exitialis est, & sua facundia multis exitium attulit. *Multis.*] Ut Ciceroni, Demostheni, & aliis, ut infra 114. *Idem.*

10. *Viribus, &c.*] Intelligit Milonem Crotoniatem, qui insertis manibus quercui

Iam ſtrident ignes, jam follibus atque caminis
Ardet adoratum populo caput, & crepat ingens
Sejanus: deinde ex facie toto orbe ſecunda
Fiunt urceoli, pelves, ſartago, patellæ.
Pone domi lauros, duc in Capitolia magnum,
Cretatumque bovem: Sejanus ducitur unco
Spectandus: gaudent omnes. quæ labra? quis illi
Vultus

VET. SCHOLIAST.

61. *Jam, &c.*] Conflatur ſtatua, ut pecunia inde fiat.

63. *Sejanus.*] Sejanus fuit Tiberio uſque adeo carus amicus, ut nihil eſſet quod ei à Tiberio petenti negaretur: uſque adeo etiam de eo cogitaverit necem, ut diſpoſitis conjuratione ſociis occiſo Tiberio ipſe regnaret. cum hoc cognoviſſet Tiberius, ſuper ejus nomine Epiſtolam ad Senatum miſit, & ſic per Conſules damnatus eſt, cum omni progenie ſua uſque adeo ut filiam ejus virginem juberet Senatus à carnifice ſtuprari, & ſic occidi, ut jure videretur fuiſſe occiſa. *Orbe, &c.* Quia Præfectus urbi fuit, venerabilis, ſecundus à Cæſare Tiberio.

65 *Pone, &c.*] Hoc quaſi populus loquitur.

66. *Cretatumque, &c.*] Candidum. Quid tibi, inquit, proſint Dii, cum Sejano nihil profuerint. ut Lucretius:

Cretatumque bovem duci ad Capitolia magna.

VARIORUM.

nes aureæ paſſim colerentur, ejuſque natalis dies publice celebraretur. *Idem.* *Immeritis.*] Innocentibus.

61. *Jam, &c.*] Quibus ſtatuæ liqueſcunt. Alii *ſtridunt*. Idem.

62. *Ardet, &c.*] Liqueſcit, quod ante in tanto honore habitum. *Crepat, &c.*] Magna ſtatua, magni, imo ingentis illius Sejani, in fornace cum crepitu reſolvitur & liqueſcit. *Idem.*

63. *Sejanus.*] Statua Sejani. *Ex, &c.*] Ex capite ſtatuæ Sejani. *Toto, &c.*] Tiberius enim totius orbis Imperium obtinebat, à quo Sejanus perpetuus collega Imperatoris in conſulatu, ob ſummam potentiam à principe ſibi traditam, ſecundus erat. Vide Tacit. Annal. 4. *Lubin.* *Faciebant enim ſacra ſtatuis ejus, non aliter quam ſtatuis Tiberii: Et per fortunam ejus jurabant, eumque Tiberii collegam appellabant, non in conſulatu, ſed in orbis terræ imperio.* Xiphilin.

64. *Fiunt, &c.*] Poſtquam ab artificibus eſt liquefactum. *Urceoli, &c.*] Vaſa diverſa. *Idem.*

65. *Pone &c.*] Ironicè Poëta hæc de Sejano. Vel ſunt verba populi, quem introducit Tiberio gratulantem, quod hoſtem Sejanum oppreſſerat, & occiſo inſultantem. *Lubin.* Quod fieri ſolitum in lætitia publica, in qua frondibus domus ornabatur. *Grang.* Farnabius explicat, Coronatus Jovi ſacrificia. *Duc, &c.*] Id eſt, candidum bovem, quem Jovi Capitolino ex triumphantium more immoles in gratiarum actionem. *Lubin.*

66 *Cretatum.*] Id eſt, album, Jovi gratum. quod veſtes addito cretæ genere fiant candidiores, ut docet Iſidor. Superis enim victimas candidas immolabant, inferis nigras. Hinc apud Perſium, *ambitio cretata*, quod qui magiſtratus ambirent, candidioribus ſolito togis uterentur, a quibus candidati dicti. *Britannicus.* *Ducitur.*] Trahitur *pulmone.* *Unco.* Sontium enim gutturi infigebantur unci a carnifice, ut traherentur ad ſcalas Gemonias, vel in Tiberim.

67 *Spectandus.*] Qui paulo ante alios in triumphum ducebat, jam ipſe ducitur, aliis ſpectaculum exhibiturus. *Gaudent, &c.*] Ejus interitu, ne quis illi amicus videretur. *Quæ, &c.*] Ita ut populus a ſpectaculo tam triſti reverſus, occiſo

Pauca licet portes argenti vascula puri,
Nocte iter ingressus, gladium contumque timebis,
Et motæ ad Lunam trepidabis arundinis umbram:
Cantabit vacuus coram latrone viator.
Prima fere vota, & cunctis notissima templis
Divitiæ, crescant ut opes, ut maxima toto
Nostra sit arca foro. sed nulla aconita bibuntur
Fictilibus: tunc illa time, cum pocula sumes
Gemmata, & lato Setinum ardebit in auro.

Jam.

VET. SCHOLIAST.

19. *Pauca, &c.*] Licet modica tibi sit res familiaris, metuis tamen impetum militis à Tiberio missi ad proscriptionem tuam.

21. *Et, &c.*] Ut Virgilius,
—— *Simul ipsa silentia terrent.*

24. *Ut, &c.*] Usque ad Cerealem præfectum, in foro Trajani arcas habuerunt Senatores, in quibus argentum, aut pecunias tutius deponebant. Propterea & locus ipse in quo erant arcæ positæ, Opes dictæ sunt.

25. *Aconita, &c.*] Id est, pauperes venena non timent. Et bene Poëta, ut ostenderet paupertatem innocuam à crimine, & divitias malis oppressas, vasa potoria ad demonstrandam diversitatem posuit.

27. *Et, &c.*] Vinum à Setio. Inaurata, inquit, fiala cum vinum coloratum acceperis, time venena. Et ardebit, quia vinum splendescit in auro.

VARIORUM.

19. *Pauca, &c.*] Probat jam, divitias, quantulæcunque etiam sint, curas & metum possidenti creare, præsertim noctis tempore, insidias & pericula metuens. *Puri argenti.*] Ad extenuationem dicit, non enim illud tanti, quanti cælatum Emblematis. *Turneb.* lib. 29. c. 1.

20. *Gladium.*] Latronis. *Contumque.*] Conti, hastæ longiores & robustæ. *Lubinus.*

21. *Et mota ad Lunam, &c.*] Sic Virgilius:
—— *simul ipsa silentia terrent.*
Ad lunam.] i. e. ad lumen lunæ.
Umbram, &c.] Τὴν [illegible] φοβεῖσθαι. *Idem.*

22. *Cantabit.*] Securo animo erit, quia, cui nihil est, nihil auferri potest. Illis autem maxime timendum, quibus maximæ divitiæ. *Idem.* Senec. ad Lucil. *Nudum latro transmittit, etiam in obsessa via pauperi pax est.*

23 *Prima, &c.*] Subaudi *sunt*. Damnat jam hominum dementiam, qui imprimis à Diis maximas divitias peterent, olim sibi perniciosas & fraudi futuras. Quam dementiam non immerito Democritum risisse, & Heraclitum deflesse innuit. *Cunctis, &c.*] Ut quæ in omnibus templis ad Deos concipiuntur, qualia erant, quæ ob turpitudinem cum murmure & susurro ad Deos concipiebantur. *Lubin.*

24. *Ut maxima, &c.*] Ne quis civium Romanorum nobis sit ditior. Eo dixit, nam in foro Trajano Senatores & ditiores arcas hebebant, in quibus argentum & pecuniam deponebant, ut ab incendio tuta esset. Vide Satyr. 14. vers. 260. majorem pecuniæ summam in fœnore habeamus: Fœneratores enim in foro. *Grang.*

25. *Sed nulla, &c.*] Id est, in Samiis & fictilibus vasibus venena non propinantur, sed aureis; & ratio est, quia pauper pauperi nihil invidet.

26. *Fictilibus.*] Bene Poëta; ut ostenderet paupertatis securitatem & innocentiam, & divitiarum solicitudinem. *Idem. Pocula, &c.*] Id est, gemmis ornata. De vino Setino dictum Sat. 5. vers. 43.

27. *Ardebit.*] Eo dixit, nam in auratis poculis, liquor quasi ardentem lu-

Jamne igitur laudas, quod de sapientibus alter
Ridebat, quoties de limine moverat unum,
Protuleratque pedem: flebat contrarius auctor?
Sed facilis cuivis rigidi censura cachinni:
Mirandum est, unde ille oculis suffecerit humor.
Perpetuo risu pulmonem agitare solebat
Democritus, quanquam non essent urbibus illis
Prætexta, & trabeæ, fasces, lectica, tribunal.
Quid, si vidisset Prætorem curribus altis
Exstantem, & medio sublimem in pulvere Circi

In

VET. SCHOLIAST.

33. *Pulmonem, &c.*] Quia ex splene risum dicunt gigni

35. *Prætexta.*] Quarum Tarquinius Priscus usum invenit, & Romæ intulit, palmatam dicit.

VARIORUM.

eidam flammam imitatur. Vel ardebit veneno *Idem. In lato auro.*] in capaci & amplo poculo aureo.

28. *Jamne, &c.*] probat illa hominum vota stulta esse, auctoritate eximiorum duorum Philosophorum, Democriti & Heracliti: quorum hic illam dementiam semper deflevit, ille semper risit. *De, &c.*] Democritum Abderitam intellige. Vide de illo mira apud Suidam *Idem* Democritus enim & Heraclitus vocat. sapientes.

29. *Quoties.*] Quoties vel extra domum prodierat, & vel semel hominem intuitus esset. *Idem.*

30. *Flebat, &c.*] Heraclitus Ephesius notatur, qui semper hominum dementiam deflebat. *Lub.* Pro *auctor*, alii habent, *actor.*

31. *Sed, &c.*] Jam hosce duos contrarios affectus inter sese comparat, demonstrans promtius ac facilius esse ridere, quam flere. *Rigidi.*] Effusi, & petulantis. *Censura cachinni.*] Id est, de re inepta ac ridicula judicium *Lubin.* Vel potius taxatio & censura, quæ fit per cachinnum & ridendo.

32. *Mirandum est.*] Unde nimirum Heraclitus, semper materiam fletus, vel potius lacrymas ad flendum habere potuerit. *Idem.*

33. *Perpetuo.*] Id est, Democritus suo tempore semper ridebat, quo homines tamen longe melius vivebant. Quanto magis risisset nostro tempore. *Pulmonem, &c.*] Quia ex splene risum dicunt gigni. *Idem*

34. *Urbibus illis.*] Ut Abderæ, patriæ Democriti, & reliquis Græciæ, vel Thraciæ urbibus non erant tales ineptiæ. *Idem*

35. *Prætexta.*] Vestis, qua pueri utebantur usque ad tirocinii diem, id est, usque ad annum decimum septimum. Erat ergo talis toga, cujus ora & circuitus purpura prætexta erant. Erat etiam nobiliorum *Trabeæ.* Regum vestes purpureæ, albæ ... *Fasces* Virgarum, quos lictores Dictatoribus, Consulibus, & Prætoribus, præferebant. *Lectica.*] Qua ditiores portabantur. *Tribunal.*] Unde Prætor judicat, & sententiam dicit. De his omnibus vide Satyr. 8. vers. 259. *Idem.*

36. *Quid, &c.*] Id est, quid acturum fuisse putas Democritum, quantos cachinnos editurum, si vidisset prætorem illum ignobilem & superbum in sublimi curru vectum, & exstantem, habituque triumphali ludos Circenses agentem & spectantem & disponentem. Vide Satyr. 8. vers. 194. *Idem.*

37. *Medio, &c.*] Al. *medii.* In media hominum corona in circo spectantium. *Idem.*

In tunica Jovis, & pictæ Sarrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ, magnæque coronæ
Tantum orbem, quanto cervix non sufficit ulla?
Quippe tenet sudans hanc publicus, & sibi Consul
Ne placeat, curru servus portatur eodem.
Da nunc & volucrem, sceptro quæ surgit eburno,
Illinc cornicines, hinc præcedentia longi
Agminis officia, & niveos ad frena Quirites,
Defossa in loculis, quos sportula fecit amicos.

Tum

VET. SCHOLIAST.

38. *In*, *&c.*] Mappam mittentem in Circo Consulem describit poeta. Nam tunicam Jovis, togam palmatam dixit, Tyria purpura *confectam*, hoc est Sarrana. pro *infectam*. ut Virgil.

Ut gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro.

39. *Ex*, *&c.*] Eleganter aulæa quasi latis velis. Cicero: velis amictos non togis.

40. *Tantum*, *&c.*] Tantam multitudinem.

43. *Da*, *&c.*] Virga, quam consules portant, quia super ea aquilas faciunt.

45. *Et niveos*, *&c.*] In candidis togis officium facientes.

46. *Quos*, *&c.*] Non amor verus, sed sportula.

VARIORUM.

38. *In*, *&c.*] In palmata trabea, id est, in picta & triumphali toga, quam ex templo Jovis sumtam induebant, ut indicat *Livius* lib. x. *Sarrana*, *&c.*] Id est, purpurea, Tyria. *Tyrus* enim Sarra olim dicta à pisce, cujus succo purpura tingebatur, maximus usque ibi horum piscatus. *Aulæa* dicit Satyrice, quod tam amplæ & sinuosæ essent, ut *aulæa*, id est, vela regia videri merito possent, quibus parietes teguntur. *Idem*.

39. *Ex humeris.*] Sc. dependentia. *Toga*, *&c.*] Acu Phrygionum arte, quæ pendebat ex humeris prætoris. *Magnæque*, *&c.*] Ordo est: Si Democritus vidisset Prætorem ferentem tantum orbem magnæ coronæ. Notat hoc loco coronam triumphalem tanti ponderis & magnitudinis, ut triumphantis una cervix ipsi portandæ non satis esset. *Lubin.*

40. *Non sufficit.*] Supple, *Ferendo*.

41. *Publicus.*] Servus scilicet. Teste Pediano, *Consul* olim Prætor dicebatur, & veteres etiam omnem magistratum, cui pareret exercitus, *Prætorem* dicebant. *Et sibi consul.*] Præfiscine ad exorandam Nemesin, comitem assiduam rerum lætarum & ὑπερόχων, triumphantibus à tergo in eodem curru adstabat servus publicus, qui coronam illam auream immensi ponderis & amplitudinis sustinebat, & simul attendere triumphantem jubebat ad ultimi supplicii instrumenta currui appensa, tintinnabulum scilicet & flagellum; atque subinde interclamabat: *Respice post te: Hominem te esse memento*. Lubinus. Farnabius

43. *Da*, *&c.*] Persequitur ulterius triumphalia ornamenta, quæ Democritus risisset. Id est, adde his sceptrum eburneum, quod triumphans in manibus tenet, in cujus summitate aquila sculpta est. *Idem*.

44. *Illinc*, *&c.*] Ab una parte. Hi cornicines præcedebant coronati triumphantis currum, militibus permixti.

45. *Agminis*, *&c.*] Id est, longissimi ordines clientum & servorum, qui officii gratia comitantur triumphantem, ex altero latere præcedentes. *Niveos*, *&c.*] Circum equos & currum triumphantis, in candidis togis officium facientes cives & clientes. *Manut.* 3. Quæst. 1. *Turneb.* lib. 21. cap. 3.

46. *Defossa*, *&c.*] Scoptice hoc dicitur. Innuit autem cives Romanos utilitate omnia metiri; qui patronos suos

Tum quoque materiam risus invenit ad omnes
Occursus hominum, cujus prudentia monstrat
Summos posse viros, & magna exempla daturos
Vervecum in patria, crassoque sub aëre nasci.
Ridebat curas, nec non & gaudia vulgi:
Interdum & lacrymas, cum fortunæ ipse minaci
Mandaret laqueum, mediumque ostenderet unguem.

Ergo

VET. SCHOLIAST.

47. *Tunc, &c.*] Tunc quoque invenit Democritus materiam risus, cum hæc quæ in urbe fiunt, necdum essent reperta, id est, major severitas, & minor vanitas esset.

50. *Vervecum, &c.*] Apud Abderim, aut Megarim, quæ fuit patria Democriti: nam ex cœli vitio regiones solent æstimari. Nam fuit Democritus, qui stulti, solent nasci, id est, Achivus. Vult igitur Democritum inter stultos prudentissimum natum.

52. *Cum, &c.*] Cum fortunam contemneret, nihil dicens habere quod ab ea exspectaret, quinimo infami digito ei turpiter insultaret.

VARIORUM.

non ob virtutem, sed utilitatem & [illegible] tulam ament. *Idem. De [illegible], &c.*] Velut in terra, quasi nunquam inde egressura sit, tacite & fatirice in avaros. *Grang.*

47. *Tunc, &c.*] Emphatice dictum, cum scilicet homines longe prudentiores & longe rectius viverent. Suo nempe tempore inculto & agresti. *[illegible], &c.*] Quoties exiret, & quoties homo sibi occurreret. Quanto magis nostro tempore hominum vanitates rideret. *Idem.*

48. *Cujus, &c.*] Digreditur in laudes Democriti. Democritus ex Abdera Thraciæ obscura urbe oriundus, ostendit viros inclytos ubique posse nasci, juxta Senecæ illud, *Potest etiam ex angulo vir magnus prodire.* Idem.

49. *Magna, &c.*] Virtutis, Prudentiæ, Fortitudinis. *Idem.*

50. *Vervecum, &c.*] Apud Megarim aut Abderim Democriti patriam: in Thracia sc. ubi barbari sunt & rudes instar vervecum. Stupidorum autem ac stolidorum convicium est, *vervex. [illegible] vero vervecum caput.* Plaut. *Vervecum*, positum hic pro homine simplici ac rudi. *Crassoque, &c.*] Qualis erat in Bœotia: Quæ etiam male audiebat ob id inter parœmiographos *Bœotica auris.*

Bœotum in crasso jurares aëre natum.

Horat. Porro ex cœli vitio etiam ingenia solent æstimari. *Idem.* Crassus aer pingues & hebetes reddit, ut contra tenuis ingeniosos.

51 *Ridebat, &c*] Omnes hominum actiones, curas, gaudia, dolores, & omnia fortuita deridebat, cum ipsi nulla fortuna, sed ipse fortunæ dominaretur. *Lubin.*

52. *Cum, &c.*] Nam cum fortuna ipsi minitaretur mali aliquid, ille ipsam fortunam contemnens, ipsi laqueum, quo ipsa se suspenderet, transmittebat, & infami digito cum contumelia & contemtu turpiter ipsi insultabat. *Idem.*

53. *Mandaret, &c.*] Infamis digiti objectu, qui medius est, ipsum in quem objicitur, infamem notari dixerunt. Fuit enim pristinis moris, ut si quos [illegible] derent, aut insigni contumelia, vel deformi convicio afficerent, id objectu medii digiti protenti, non autem compressi, denotarent. quod est à Græcis usurpatum, ut contractis reliquis digitis, medium ignominiæ caussa protenderent, quod σκιμαλισμὸν dixere. σκιμαλίζειν enim, prætentare est digito an gallinæ ova conceperint: sicut [illegible], ubi quempiam flocci facere ostendunt. Quare ab Atheniensibus medius catapygos, quasi cinædus & scortum adnominatur, quod

Ergo supervacua aut perniciosa petuntur,
Propter quæ fas est genua incerare Deorum.
Quosdam præcipitat subjecta potentia magnæ
Invidiæ, mergit longa atque insignis honorum
Pagina, descendunt statuæ restemque sequuntur.
Ipsas deinde rotas bigarum impacta securis
Cædit, & immeritis franguntur crura caballis.
Iam

VET. SCHOLIAST.

55. *Genua*, &c.] Insignis insignare, vota facere.

57. *Honorum*, &c.] Ænea pagina, quæ ante imaginem eorum stans, omnes eorum gradus honorum inscriptos continet: quam nunc dicunt, tabulam patronatus.

58. *Restemque*, &c.] Trahuntur, ducuntur.

59. *Impacto*, &c.] Si intacta: nova: si impacta, percussa, ab eo quod est infingo.

60. *Et immeritis*, &c.] Quibus vecti sunt honorati. Nam Poëta equestres statuas & consulares dicit immerito pœnam sustinere, aut reste trahi, quod ait sequi, aut certe conflari, qui inimicorum fuerunt. Cum illi quorum fuerint *propriis moribus dignam sustinuerint sententiam, ex quo ostendit per hoc vitam nobilium.

VARIORUM.

quod infamiam incuteret & convicium faceret. *Alexand. ab Alex.* Martial. 28. Epigr. lib. 2. Pers. 2. 33.

54. *Ergo*, &c.] Concludit disputationem de opibus, quas homines optant, demonstrans illas aut esse supervacuas, ut sine quibus homines beate possint vivere, aut perniciosas *Lubinus*.

55. *Genua*, &c.] Hoc est, cereas tabellas literis signatas, quæ vota explicabant, Deorum imaginibus affigere. Nam vota insculpebantur aut inscribebantur in cera in genibus statuarum. Incerabant autem Deorum genua, qui votum susceptum signabant, seque voti reos constituebant. Quidam arbitrantur ex veterum consuetudine hæc dici, qui vota in charta concepta & obsignata Deorum genibus adfixerunt. In genibus autem misericordiæ situm putabant; unde dicimus, *ad genua alicui supplex accidere*. Vel est tot ac toties prehendere Deorum genua, qui habitus est misericordiam implorantium, ut sudore incrassarentur, & videretur illis quasi cera superpolita. *Turneb.* lib. 1. cap. 17. & lib. 30. cap. 19.

56. *Quosdam*, &c.] Transit jam ad honores, quos & ipsos, æque ut divitiæ pluribus exitio fuisse, ostendit exemplo Sejani *Subjecta*, &c.] Verissime dictum. *Lubin*.

57. *Mergit*.] Obruit, pessumdat, perdit. *Longa*, &c.] Forte intelligit stemmata, proavorum honores, generis rationem, & res gestas continentia. *Idem*.

58. *Descendunt*.] Dejiciuntur, reste in terram trahuntur, proculcantur. Moris autem erat, ut 8. Sat. dictum, damnatorum statuas dejicere; & divulsas in Gemonias trahere, teste Tac. l. 3. Annalium. *Restemque*, &c.] Nam laqueos altioribus statuis solebant injicere; atque ita detrahere. *Idem*.

59. *Ipsas*, &c.] Id est, triumphales equestres statuæ dejiciuntur, & rotæ curruum securibus franguntur & cæduntur. *Impacta*.] Percussa, immissa, vel impulsa in statuas. *Idem*.

60. *Et*, &c.] Ridicule & Satyrice dixit; quasi ænei illi equi immerito pœnam & scelera Sejani domini sui luant. Dicuntur autem hæc de Ælio Sejano, qui præfectus Prætorii erat, & apud Tiberium tanta auctoritate valebat, ut ejus imagi-
nes

Iam ſtrident ignes, jam follibus atque caminis
Ardet adoratum populo caput, & crepat ingens
Sejanus: deinde ex facie toto orbe ſecunda
Fiunt urceoli, pelves, ſartago, patellæ.
Pone domi lauros, duc in Capitolia magnum,
Cretatumque bovem: Sejanus ducitur unco
Spectandus: gaudent omnes. quæ labra? quis illi
Vultus

VET. SCHOLIAST.

61. *Jam, &c.*] Conflatur ſtatua, ut pecunia inde fiat.

63. *Sejanus.*] Sejanus fuit Tiberio uſque adeo carus amicus, ut nihil eſſet quod ei à Tiberio petenti negaretur: uſque adeo etiam de eo cogitaverit necem, ut diſpoſitis conjuratione ſociis occiſo Tiberio ipſe regnaret. cum hoc cognoviſſet Tiberius, ſuper ejus nomine Epiſtolam ad Senatum miſit, & ſic per Conſules damnatus eſt, cum omni progenie ſua: uſque adeo ut filiam ejus virginem juberet Senatus à carnifice ſtuprari, & ſic occidi, ut jure videretur fuiſſe occiſa. *Orbe, &c.*] Quia Præfectus urbi fuit, venerabilis, ſecundus à Cæſare Tiberio.

65. *Pone, &c.*] Hoc quaſi populus loquitur.

66. *Cretatumque, &c.*] Candidum. Quid tibi, inquit, proſint Dii, cum Sejano nihil profuerint. ut Lucretius:
Cretatumque bovem duci ad Capitolia magna.

VARIORUM.

nes aureæ paſſim colerentur, ejuſque natalis dies publice celebraretur. *Idem. Immeritis.*] Innocentibus.

61. *Jam, &c.*] Quibus ſtatuæ liqueſcunt. Alii *ſtridunt*. Idem.

62. *Ardet, &c.*] Liqueſcit, quod ante in tanto honore habitum. *Crepat, &c.*] Magna ſtatua, magni, imo ingentis illius Sejani, in fornace cum crepitu reſolvitur & liqueſcit. *Idem.*

63. *Sejanus.*] Statua Sejani. *Ex, &c.*] Ex capite ſtatuæ Sejani. *Toto, &c.*] Tiberius enim totius orbis Imperium obtinebat, à quo Sejanus perpetuus collega Imperatoris in conſulatu, ob ſummam potentiam à principe ſibi traditam, ſecundus erat. Vide Tacit. Annal. 4. *Lubin. Faciebant enim ſacra ſtatuis ejus, non aliter quam ſtatuis Tiberii: Et per fortunam ejus jurabant, eumque Tiberii collegam appellabant, non in conſulatu, ſed in orbis terræ imperio.* Xiphilin.

64. *Fiunt, &c.*] Poſtquam ab artificibus eſt liquefactum. *Urceoli, &c.*] Vaſa diverſa. *Idem.*

65. *Pone &c.*] Ironicè Poëta hæc de Sejano. Vel ſunt verba populi, quem introducit Tiberio gratulantem, quod hoſtem Sejanum oppreſſerat, & occiſo inſultantem. *Lubin.* Quod fieri ſolitum in lætitia publica, in qua frondibus domus ornabatur. *Granç.* Farnabius explicat, Coronatus Jovi ſacrificia. *Duc, &c.*] Id eſt, candidum bovem, quem Jovi Capitolino ex triumphantium more immoles in gratiarum actionem. *Lubin.*

66. *Cretatum.*] Id eſt, album, Jovi gratum. quod veſtes addito cretæ genere fiant candidiores, ut docet Iſidor. Superis enim victimas candidas immolabant; inferis nigras. Hinc apud Perſium, *ambitio cretata*, quod qui magiſtratus ambirent, candidioribus ſolito togis uterentur, à quibus candidati dicti. *Britannicus. Ducitur.*] Trahitur: *pulmone. Unco.*] Sontium enim gutturi infigebantur unci à carnifice, ut traherentur ad ſcalas Gemonias, vel in Tiberim.

67. *Spectandus.*] Qui paulo ante alios in triumphum ducebat, jam ipſe ducitur, aliis ſpectaculum exhibiturus. *Gaudent, &c.*] Ejus interitu, ne quis illi amicus videretur. *Quæ, &c.*] Ita ait populus à ſpectaculo tam triſti reverſus,
occiſo

Vultus erat? nunquam, si quid mihi credis, amavi
Hunc hominem. sed quo cecidit sub crimine? quisnam
Delator? quibus indicibus, quo teste probavit?
Nil horum: verbosa & grandis epistola venit
A Capreis: bene habet; nil plus interrogo. Sed quid
Turba Remi? sequitur fortunam, ut semper, & odit
Damnatos. idem populus, si Nurtia Tusco
Favisset, si oppressa foret secura senectus

Prin-

VET. SCHOLIAST.

71. *Verbosa*, *&c.*] Multa nam superflua ad populum principes solent scribere.

72. *A Capreis.*] Insula in Campania. Virgilius:

Teleboum Capreis cum regna teneret.

Ibi nam Nero habitabat.

74. *Si*, *&c.*] Fortunam vult intelligi Poëta, quæ apud Nyrtiam colitur, unde fuit Sejanus.

VARIORUM.

occiso Sejano insultans, omnes in horas mobilis. Quisnam illi occiso vultus?

68. *Nunquam*, *&c.*] Est occupatio, quasi dicat aliquis: Ego quidem illum nunquam amavi. Sed tamen libenter scirem sub quo crimine ceciderit, & occisus sit. *Idem.*

69. *Cecidit*, *&c.*] Quid sceleris commisisse dicitur, ob quod occisus cecidit. *Quisnam*, *&c.* Qui ipsum detulerit, tanquam res novas molitum. *Idem.*

70. *Indiciis.*] Alii legunt *indicibus*, qui illi sunt, qui conscii sceleris alios accusant. *Quo teste*, *&c.*] Imperator, Sejanum sibi insidiatum esse. *Idem.*

71. *Nil*, *&c.*] Respondet alter è populo, qui introducitur. Quasi dicat: Princeps non longo processu utitur. Sed tantum scripsit ad Senatum, ut Sejanum è medio tollerent, cum tota familia. *Nil horum.*] Quæ scil. in judicio capitali fieri debent. *Verbosa.*] Quia Tiberius multa superflua ad suos scripserat. *Idem.* Tiberii epistola ad Senatum scripta, & Nævio Sertorio Macroni data. Quare Sueton. in Tiberio, non epistolam sed orationem vocat.

72. *A Capreis.*] In hanc Campaniæ insulam Tiberius secesserat. Alii insulam in mari Tyrrheno dicunt. Unde & Senatui scripsit. *Bene*, *&c.*] Respondet jam prior ille, se jam omnem rem tenere. Sic Græci καλῶς ἔχει. *Lubin. Nil plus*, *&c.*] Jam acquiesco, & nihil est quod magis rogem. *Sed*, *&c.*] Quid interea agit populus Remi, id est, Romanus populus, qui antea tanto opere colebat Sejanum. *Remus* plerumque pro Romulo. Non placet vulgata lectio: *Turba tremens*, vel *fremens*. *Tremens.*] Amicorum Sejani. *Fremens*, quasi in gratiam imperatoris, ne Sejano favisse videretur.

73. *Sequitur*, *&c.*] Innuit quam fluxa pariter & perniciosa res sit potentia. *Felicium enim multi cognati*: ut dicit vetus verbum. *Ut semper.*] Sc. fecit in aliis. *Odit*, *&c.*] Exempla habes in Pompejo, Mario, & mille aliis: Nam quo fortuna, eodem & favor hominum inclinat. *Lubinus.*

74. *Idem*, *&c.*] Explicat quod dixit: *Sequitur fortunam.* Id est, idem populus si Sejanus superior, Tiberium oppressisset: Sejanum in Tiberii locum assumsisset, eumque salutasset Augustum. *Nurtia.*] Natus erat Ælius Sejanus Volsiniis, in Thuscia, quod hodie dicitur *Bolsena.* Peculiaris autem Volsiniensium Dea Northia, vel ut libri meliores, Nurscia. *Lubinus.* Quia ergo Sejanus Volsiniensis, ideo acute & non sine mente hoc dictum. *Lipsius.*

75. *Si*, *&c.*] Id est, si Sejanus, principem Tiberium, senectutem in insula Capreensi placide & secure agentem, oppressisset. Miram populi levitatem arguit. *Lubin.*

76.

Principis, hac ipsa Sejanum diceret hora
Augustum. jam pridem, ex quo suffragia nulli
Vendimus, effudit curas. nam qui dabat olim
Imperium, fasces, legiones, omnia, nunc se
Continet, atque duas tantum res anxius optat,
Panem, & Circenses. perituros audio multos.
Nil dubium: magna est fornacula: pallidulus mi

VET. SCHOLIAST.

76. *Hac, &c.*] Qua illi detrahit potestatem imperii secuta.

77. *Ex quo, &c.*] Id est, ex quo non est imperium populi, quod per suffragia diversis vendat. Hoc post Augusti monarchiam, ex quo imperatores esse cœperunt.

81. *Perituros, &c.*] Iterum sibi loquitur populus, pavens cum Sejanus tractus est.

82. *Magna, &c.*] Multos habet fornax quos exurat.

VARIORUM.

76. *Hac ipsa hora.*] Qua oppressus foret princeps Tiberius. *Diceret Augustum*] Imperatorem proclamaret.

77. *Ex quo*] Inde a tempore Monarchiæ Julii Cæsaris. *Suffragia, &c.*] Ostendit in creandis magistratibus quos ad arbitrium suum populus per suffragia creare solebat, nunc nullam ei esse creandorum potestatem, sed omnia tantum Imperatoris nutu geri. *Britannicus.*

78. *Vendimus, &c.*] Consueverant enim competitores magistratuum in comitiis tribuum suffragia sibi coemere muneribus & largitionibus. *Idem. Effudit curas.*] Eligendi magistratum curam reliquit, & deseruit, & quem magistratum sors offert, totum ambabus manibus amplectitur. Ostendit populum nihil audere Imperatoris timore. Alii *Effugit curas.* Electionis & comitiorum, quæ permittit Imperatoribus. Creandorum quippe Consulum comitia ad se transtulere Imperatores, exemplo Julii Cæsaris, comitia cum populo partiti; & alterum Consulem creantis. *Farnab. Nam qui.*] Populus scilicet, qui eligebat olim consulem. *Lubin.*

79. *Imperium.*] Dictaturam, consulatum, præturam. *Legiones.*] Exercituum belli præfecturam. *Lubin.*

80. *Continet.*] Otium agit, lectturus est. Contentus est dummodo habeat unde vivat, & ludos Circenses spectare possit. *Idem.*

81. *Panem, &c.*] Panem ad victum, & voluptatem è ludis Circensibus. Alii legunt *Pana*. *Aciatur* pareg. 8 cap. 5. A *Hipannam* Panem, quem distribuere jubebant imperatores singulis diebus: nam ut popellus operas & impensas pistorias lucrifaceret, non semper distributum frumentum, sed etiam panis; qui quod certis gradibus per regiones urbis distribui soleret, ideirco *gradilis* dictus. Qui *Panes* legunt, intelligunt lupercales ludos in honorem Panos. *Perituros, &c.*] Rursus autem populus pavens introducitur, cum Sejanus unco traheretur: & plures innuit perituros. *Lubin.*

82. *Nil, &c.*] Ita alter è populo, qui introducitur, respondet, innuens etiam multos esse perituros. *Fornacula*] In qua ardet Sejani statua, & quæ multos alios continere potest. Dicunt interpretes *fornacem* pro ira æstuante poni. Non desunt, qui intelligant *fornacem* ad noxios exurendos a Cæsare constitutam. *Pallidulus mi.*] Id est, ille amicus meus præ timore pallidus est, metuens ne forte & ipse Imperatori tanquam amicus Sejani suspectus sit. *Idem. Mi* pro mihi.

Brutidius meus ad Martis fuit obvius aram.
Quam timeo, victus ne pœnas exigat Ajax,
Ut male defensus! curramus præcipites &,
Dum jacet in ripa, calcemus Cæsaris hostem.
Sed videant servi, ne quis neget, & pavidum in jus
Cervice obstricta dominum trahat. hi sermones
Tunc de Sejano, secreta hæc murmura vulgi.
Visne salutari sicut Sejanus? habere
Tantundem? atque illi summas donare curules?

Illum

VET. SCHOLIAST

84. *Exigat*, *&c.*] Tiberius Nero quasi insanus, si inferior fuerit in bello, aut si scierit se à nobis fuisse contemtum.

85. *Ut male*, *&c.*] Timeo ne eum Tiberius occidat, cum se dicat à Senatu male defensum, & parum aliquid in Sejanum factum.

87. *Sed*, *&c.*] Proprii cujusque servi ne dicant dominos suos ad trahendum non convenisse ne calumnientur. Quoniam dederat servis potestatem, ut liceret dominos accusare quibuslibet criminibus. ne ergo indicium de dominis facerent, si minus Cæsarem vindicarent in corpore Sejani.

90. *Visne*, *&c.*] Hoc quasi ex persona Poëtæ inseritur.

91. *Summas*, *&c.*] Consules facere.

VARIORUM.

83. *Ad Martis fuit obvius aram.*] Legerem libenter: *fugit ocyus aram.* Quasi in ara Martis præsidium inventurus. Et vocat *suum Brutidium*, aut quod sanguine aut amicitia ei junctus foret. vel quod illum habuerit in declamando magistrum & authorem; Vel quod ejus libros assidue legeret. *Dorleans.* *Ad Martis.*] Ultoris scilicet.

84. *Quam*, *&c.*] Brutidius Rhetor, qui cum cæteris Sejani familiaribus accusatus quum esset, caussam ipsemet peroravit suam, & victus fuit à delatore, non secus quam Ajax ab Ulysse: Uterque etiam sibi violentas manus intulerunt.

85. *Curramus præcipites.*] Verba populi fortunam sequentis & damnatorum osoris.

86. *Dum jacet.*] Sejanus. *In ripa.*] Sub scalis Gemoniis insepultus. καὶ αὐτὸν ὁ ὅμιλος τρισὶν ὅλαις ἡμέραις ἐλυμήνατο, καὶ μετὰ τοῦτο ἐς τὸν ποταμὸν ἐνέβαλε. Dio lib 58. *Calcemus Cæsaris hostem.*] Pedibus, inquiunt, proteramus Sejanum.

87. *Sed*, *&c.*] Id est servi nostri etiam atque etiam videant, nos Sejani cadaver, ut hostem, pedibus conculcasse. Dederat autem servis potestatem, ut dominos liceret accusare. *Idem.* *Ne quis neget.*] Cæsaris hostem nos calcasse, ipsiusque fautores fuisse accuset.

88. *Obstricta.*] Alii *adstricta.* Obtorto collo. *Hi sermones.*] Quos recitavi illo tempore. Hucusque ergo populus. Sequuntur jam verba Poëtæ. *Lubin.*

89. *Secreta*, *&c.*] Hujusmodi tacite & secrete populus inter se murmurabat *Lubin.*

90. *Visne*, *&c.*] Postquam docuit quæ acciderunt Sejano potenti, nunc interrogat Poëta lectorem suum, num velit eadem pati, quæ Sejanus passus. Hæc enim ita connexa sunt, ut fere nunquam separentur. *Grang.* *Tantundem &c.*] Sc. divitiarum possidere.

91. *Atque*, *&c.*] Tantæ esse potentiæ, ut hunc magistratum vel consulem, illum exercitus ducem, vel magistrum militum efficias. Sellæ curules Magistratuum

Illum exercitibus præponere? tutor haberi
Principis Augusta Caprearum in rupe sedentis
Cum grege Chaldæo? vis certe pila, cohortes,
Egregios equites, & castra domestica? quid ni
Hæc cupias? & qui nolunt occidere quenquam,
Posse volunt. Sed quæ præclara, & prospera tanti,
Ut rebus lætis par sit mensura malorum?

Hu-

VET. SCHOLIAST.

91. *Illum, &c.*] Magistrum militum facere. *Tutor, &c.*] Patricius fieri.

93. *Augusta, &c.*] Tiberius Nero secessum cum elegerat: de qua insula Augustus ἀπραγόπολιν dixit, quod ibi esset otii locus, ut ait Suetonius. *Sedentis*, significat * & diu turpiter vixisse Capreis, insula in Campania, Tiberium, qui Sejanum velut tutorem habuisset.

94. *Cum, &c.*] Cum magis, aut mathematicis.

95. *Et castra, &c.*] Juxta aggerem primus castra posuit Sejanus, id est super Diocletianas: quæ dicta sunt castra Prætoria.

97. *Sed quæ, &c.*] Quid juvat tanti æstimare bona, si cum his & mala perveniant.

99. *Prætextam, &c.*] Id est, prætextatus & Consul esse, cum periculo: an securus minorem dignitatem administrare, ut si ædilis, aut curator cujuscumque parvæ civitatis, ut juberes tabernariis.

VARIORUM.

tuum ac triumphantium erant. Alii legunt *illas sellas dom.*

92. *Tutor, &c.*] Vicarius Imperatoris esse, ejusque munera obire, dum Capreis in secessu otium agit cum Mathematicis, quibus maxime addictus est. *Lubin.*

93. *Augusta Caprearum in rupe*] Quid si legatur, *angusta rupe* per injuriam? quod stricta & angusta esset & indigna principe? *Dorleans. Augusta.*] Quasi dicat, transferentis sedem Imperii à Roma ad insulas Capreas. Heraldus vero vult *sedentis* intelligi de *sellaria*, quam excogitavit Tiberius arcanæ libidinis sellam. Sueton. Tib cap. 34. Vide Torrentium ad locum prædictum. *Farnab. Caprearum.*] Erant autem *Capreæ*, parva insula ultra Surentum Campaniæ urbem. *Idem.*

94. *Cum, &c.*] Thrasyllum intelligit Mathematicum Chaldæum, cujus monitis imperiis, teste Suetonio, obtemperabat. Vide Satyr. 6. vers. 575. *Lubin. Vis, &c.*] Et scio te velle imperia militaria, & præesse cohortibus Prætorianis, quibus Sejanus præfuit. Cohors est pars decima legionis. *Britan. Vis certe pila cohortes, &c.*] Reprehendo fugitivam syllabam, & lego: *vis ducere pila cohortes. Schoppius. Pila*] Tela sunt Romanorum. Dixit autem *pila*, pro peditibus, pilis munitis. *Lubin.*

95. *Castra, &c.*] Sunt ipsi equites, qui ad Imperatoris custodiam excubabant, Prætoriani dicti. *Grangæus. Castra domestica*] Prætoriana (tanquam Imperatori) quæ primus ad muros urbis, non procul a porta Viminali posuit Sejanus. *Farn.*

96. *Hæc cupias?*] Non est, inquit, mirum si tales honores cupias, nam & qui nolunt occidere quenquam, volunt tamen posse occidere, ac proinde esse potentes & principes. *Britann.*

97. *Sed, &c.*] Hæc omnia quæ prædixi prospera & præclara, læta & fausta tanti constant, ut quantum commodi & lætitiæ, tantum etiam damni & mali inde consequaris. Nil enim adeo prosperum, quin plus infelicitatis secum trahat. *Lubin.*

99. *Hujus, &c.*] Id est, nonne præoptas in opido aliquo prætor esse vel

Ædilis

Hujus, qui trahitur, prætextam sumere mavis:
An Fidenarum, Gabiorumque esse potestas?
Et de mensura jus dicere, vasa minora
Frangere pannosus vacuis Ædilis Ulubris?
Ergo quid optandum foret, ignorasse fateris
Sejanum. nam qui nimios optabat honores,
Et nimias poscebat opes, numerosa parabat
Excelsæ turris tabulata, unde altior esset
Casus, & impulsæ præceps immane ruinæ.
Quid Crassos, quid Pompejos evertit? & illum
Ad sua qui domitos deduxit flagra Quirites?

VET. SCHOLIAST.

102. *Vacuis, &c.*] Desertum Italiæ oppidum, aut juxta Romam.

108. *Et illum, &c.*] Syllam, Cinnam, sive Cæsarem.

VARIORUM.

Ædilis, quam imperatoria illa Sejani ornamenta consequi? Vel cum securitate ac tuto in minori dignitate vivere, quam cum malo & periculo in summa? *Qui, &c.*] Sejanus. *qui ducitur unco. Prætextam.*] Vestem purpuream & consularem, qua in senatum ibant. *Idem.* Hoc loco, dignitates, honores, magistratus.

100. *Quam, &c.*] Id est, Fidenis & Gabiis, in vilibus extra Romam municipiis, mediocres honores consequi & ædilis esse, & tuto ac securè, licet in obscuro loco, vivere. *Potestas.*] Magistratus. *Idem.*

101. *De, &c.*] Ædilis esse. Porro ædilium erat de ponderibus & mensuris cavere, qui minimi erant magistratuum: easque frangere, si iniquæ essent: Pers. Sat. 1. vers. 131. *Vasa, &c.*] Iniquas mensuras. *Idem.*

102. *Pannosus.*] Vestibus crassioribus. *Ulubris, &c.*] Opidum est Latii seu Volscorum desertum, unde ait, *vacuis*, id est, parum habitatis. *Brit an.1.*

103. *Ergo, &c.*] Repetit propositionem & concludit ipsum Sejanum vera bona ignorasse. Quasi dicat: Constat ergo Sejanum dum honores appetiit, nihil boni petiisse, sed in altum & ad summa honorum cacumina adscendisse, ut altius & profundius rueret. Lubin.

105. *Numerosa, &c.*] Sibi ipsi numerosas & multiplices contignationes & tabulata in excelso honorum fastigio exædificabat; unde graviori casu decideret.

107. *Impulsæ, &c.*] Unde violenta ruina postea deturbatus, per ingens atque immane præcipitium altius rueret. Nam *præceps immane*, pro præcipitio sublimi. *Grangæus.*

108. *Quid, &c.*] Hucusque de Sejano. Jam idem probat exemplo Crassorum, Pompejorum, Julii Cæsaris. Quærit autem Poëta quidnam illos pessumdederit? videlicet petulantia. *Crassos.*] M. Crassum, patrem, ejusque filios à Parthis & Cæsarianis trucidatos. *Pompejos*] Pompejum Magnum intelligit, cum duobus filiis. *Et illum.*] Julium Cæsarem perpetuum dictatorem intellige, in Senatu à Bruto, Cassio, & reliquis 23. vulneribus confossum. Possunt etiam Sylla vel Cinna intelligi. vel etiam Augustus, cui ex Somnio Ciceronis Jupiter flagellum tradidit. Vide Sueton. August. cap. 94. *Lubin.*

109. *Ad, &c.*] Qui populum Romanum ad sua flagra impulit, quibus quos volebat è civibus cædebat. *Lubin.* Vel per *flagra*, intelligit imperium, dictaturam perpetuam, imminutam libertatem, imo amissam. Flagrum e-

Dum Getula Ducem portaret bellua luscum!
Exitus ergo quis est? o gloria! vincitur idem
Nempe, & in exilium praeceps fugit, atque ibi magnus
Mirandusque cliens sedet ad praetoria Regis,
Donec Bithyno libeat vigilare tyranno.
Finem animae, quae res humanas miscuit olim,
Non gladii, non saxa dabunt, nec tela, sed ille
Cannarum vindex, & tanti sanguinis ultor

Anulus.

VET. SCHOLIAST.

158. *Cum, &c.*] Constat nam Hannibalem a fulmine ictum oculum perdidisse. Camelo [illegible] vehi et Elephanto.

162. *[illegible], &c.*] Prusia in Vitinia civitas. Per annos sedecim Hannibal Italia expulsus, & in Africa victus ab Scipione, & postea pulsus a civibus, fugit ad Antiochum Syriae regem, quem male impulsum ad bellum Romanis inferendum, victus cum regia classe deseruit; inde descendit ad Prusiam Bithyniae regem. Quo cognito Romani legati mittunt ad Prusiam, Quintum Flaminium, ut sibi daretur perducendus ad urbem Romam. Quod ne fieret praevenit Hannibal hausto veneno, quod sub anuli gemma [illegible] tempore habuerat.

165. *Cannarum, &c.* Quia populus apud Cannas vicum Apuliae ab Hannibale occisus est.

VARIORUM.

deniqui a pictoribus, in tabellis pinguntur. *Britannicus.*

158. *Cum, &c.* Cum Elephas e Gaetulia, ducem luscum portaret. Posuit *luscum* pro unoculo. Perdiderat autem unum oculum in transitu Alpium Apennini, vel ut alii volunt, vigiliis, & palustri caelo dum in Etruriam descenderet. *Lubin.*

159. *Exitus, &c.*] Quis eventus fuit [illegible] ac tanti Imperatoris? *O gloria.* Quae scilicet tantorum malorum & calamitatum caussa es. Veterani Scoptice [illegible] Annibalem dicta. *Vincitur*] A Scipione. Dum scilicet victoriam ad Cannas non persequitur, dum Italiam postea relinquit, & Scipio in Africam cum Romano exercitu penetrat. Nam, quam primum pedem extra Italiam [illegible] coepit, inclinare [illegible] incoepit, ut ipse apud *Justinum* conqueritur. *Idem.*

160. *Et in, &c.*] Cum scilicet a Scipione victus esset, exilio [illegible], ad Antiochum Syriae regem profugit, quem [illegible] pectum; postea [illegible], & ad Prusiam Bithyniae regem [illegible], pro quo adversus Eumenem victor bellum gessit. *Atque, &c.*] Scoptice & Sarcastice suo more quasi contraria conjungit. *Magnus, mirandus, & cliens.* Mirandus revera, qui quidem ante summus dux fuerit, jam cliens, & [illegible]. *Idem.*

161. *Ad praetoria*] Ad sedem quasi [illegible] regis Prusiae [illegible] Expectat ad praetoria Antiochi regis Syriae, donec liceat transire [illegible] ab Prusia rege Bithyniae [illegible], donec [illegible] regi libeat. *Farnab.*

162. *[illegible], &c.* [illegible] ad praetoria regis, tanquam cliens [illegible] regem [illegible], ut [illegible] salutaret, donec [illegible] dormire, sed vigilare & surgere libeat. Alii legunt, *vigilare.* Lubin.

163. *Finem, &c.*] Qui omnia humana inexplebili gloriae & potestatis desiderio, caede, sanguineque [illegible], illi mortem inferet, non gladius, non saxa, non tela, sed exiguum [illegible] veneni poculum, quod sub palea anuli gestabat in [illegible] usum. *Quae* [illegible] anima, pro vita. *Miscuit.* Confudit, perturbavit.

164. *Sed ipse, &c.*] Indicat quam levissima re etiam robustissimi heroes domari possint. *Idem.*

165. *Cannarum, &c.*] Respicit haud dubie

Quem sequitur custos angustæ vernula capsæ.
Eloquio, sed uterque perit orator: utrumque
Largus, & exundans letho dedit ingenii fons.
Ingenio manus est, & cervix cæsa; nec unquam
Sanguine caussidici maduerunt rostra pusilli.
O fortunatam natam me Consule Romam.
Antonì gladios potuit contemnere, si sic
Omnia dixisset. ridenda poëmata malo,

Quam

VET. SCHOLIAST.

117. *Capsa.*] In qua signum, aut codices reponit.

118. *Eloquio, &c.*] Demosthenes, & Cicero. Nullus enim tanti fuit ingenii. Ergo ambos affluens ingenium & eloquentia morti subjecit. Ille nam à Philippo, hic ab Antonio occisus est.

122. *O fortunatam.*] Hic versus male compositus, est Ciceronis. Et est cacemphaton. dicit ergo, si Cicero nihil peritius scripsisset, *non interficeretur*, pro *non interfectus fuisset.*

VARIORUM.

modum pretio jam comparari potest eloquentia, quam vili pretio magistelli docebant: ideo addidit, *uno asse partam*, id est, exigua mercede. Vide Politian. Miscellan. capit. 21.

117. *Quem, &c.*] Id est, quem parvus servulus in ludum sequitur, ducit & reducit, qui parvulam capsam custodit, in qua libri continentur ipsius pueri. Ulpian. in L. si collectaneus. 13. de manumissis vindicta, ait. vel capsarius, id est, qui portat libros. *Idem.*

118. *Eloquio, &c.*] Probat eloquentiam absolute bonum non esse, utpote in qua vitæ periculum est, & qua abusi perierunt. *Perit.*] Ultima syllaba longa, quia contracta ex *periit.* Lubinus. *Uterque.*] Cicero & Demosthenes:

119. *Largus, &c.*] Utrumque oratorem, superabundans ingenii & eloquii fons morti dedit. Vide de utroque Plutarchum. *Idem.*

120. *Ingenio, &c.*] Probat quod dixit ex historia utriusque oratoris. Ob eloquium & ingenium, Ciceroni caput & manus, Antonii jussu à Popilio Lenare & Herennio abscissa & pro rostris adfixa sunt, pro quibus Cicero in Antonium dixerat. Alter periit veneno, quod sibi ipse præparavit. Innuit ergo Poëta hoc factum non fuisse, si Cicero exiguus rabula & vilis caussidicus fuisset, & tantum eloquentia non valuisset. *Nec unquam.*] Quippe;

Minus in parvos fortuna furit,
Modicisque rebus longius avum est.

Lubin.

121. *Rostra.*] Templum ante curiam Hostiliam, in quo erat pulpitum exornatum antea rostris navium Antiatium, unde & nomen sortitum, ex quo loco concionari solebant. *Lubin.* *Pusilli.*] Mediocris.

122. *O fortunatam.*] Supple, *dixit* Cicero: ob Catilinæ conjurationem feliciter oppressam & exstinctam. Sic sibi applaudens. In quo versu, quia *natam natam* inepte iteratum videbatur, propter cacophoniam Cicero irrisus est. Vide Turnebum lib. 7. cap. 19. Advers. & Quintil. lib. 9. cap. 4. *Lubin.*

123. *Si sic, &c.*] Tam inepto versu. Vult noster auctor, Ciceronem tutum futurum fuisse ab Antonii gladiis, si tam malus orator, quam Poëta fuisset. *Lubin.*

124. *Ridenda, &c.*] Id est, ô Cicero, si ab omni periculo securus esse vis, malo te inepta & ridicula carmina conscribere, quæ invidi rideant, quam egregiam illam orationem secundam Philippicam, in qua omnes ingenii tui & eloquentiæ nervos expendisti, & Antonium

Quam te conspicuæ divina Philippica famæ,
Volveris à prima quæ proxima. sævus & illum
Exitus eripuit, quem mirabantur Athenæ
Torrentem, & pleni moderantem frena theatri.
Diis ille adversis genitus, fatoque sinistro,
Quem pater ardentis massæ fuligine lippus
A carbone, & forcipibus, gladiosque parante
Incude, & luteo Vulcano, ad rhetora misit.

Bello-

VET. SCHOLIAST.

128. *Frena, &c.*] Μετριάζοντα, cohibentem vulgi tumultum.

129. *Diis, &c.*] Philippus rex Macedonum cum vicisset Athenienses, & parceret civitati, Demosthenem sibi dari ad supplicium petivit. Verum cum hoc ageretur, sumto veneno se interemit. Filius autem fabri ferrarii fuit Demosthenes.

VARIORUM.

nium tibi reddidisti infensissimum. *Idem.*

125. *Conspicuæ, &c.*] Nunquam morituræ. *Lubinus. Philippica.*] Orationes suas in Antonium Philippicas inscripsit, quod libertate dicendi & eloquentia, Demosthenem maxime sit imitatus, qui in Philippum multas scribens actiones, eas Philippicas appellavit. *Britannicus.*

126. *Volveris, &c.*] Id est, secunda: quæ inter alias Antonium acrius læsit. Ordo est. *Magis ridenda poemata, quam te ô Philippica divina conspicuæ famæ, quæ proxima volveris a prima. Sævus, &c.*] Hactenus de Cicerone, digreditur jam ad Demosthenem. Hic ob eloquentiam Athenis miraculo. *Lubin. Et illum.*] Demosthenem, qui accepto nuntio de Antipatri & Crateri adventu, ex Athenis in Calabriam Thraciæ profugit ad templum Neptuni, à cujus ara cum Archias satelles eum abstrahere conaretur, Demosthenes veneno, quod in calamo habuit, hausto interiit. *Farnab.*

128. *Torrentem.*] Eloquentiam in Demosthene, in modum torrentis fluentem, qua eloquentia ille regebat & gubernabat totum theatrum & auditorium plenum civibus Atheniensibus. *Theatri.*] In theatris orationes etiam recitari solitas, vel ex actis Apostolorum liquet, ad quæ in Resp. periculis populus confluebat. *Idem.*

129 *Diis, &c.*] His verbis indicat auctor, Demosthenem Diis exosum fuisse, qui ad tantos honores & ad tantam eloquentiam tam crudeli exitu evectus sit. Et tantis agitatus est adversitatibus.

130. *Pater, &c.*] Faber ferrarius, cui oculi fumo & fuligine ignitæ massæ ferreæ, continuo fluebant. Pater enim Demosthenis officinam gladiorum Athenis egregiam, & multis artificibus servis insignem habuit, ob id μαχαιροποιὸς dictus, ipse tamen non fabricabat. A patre, Demosthenes 7 annorum relictus amplo patrimonio, ad eloquentiam animum adpulit. Præceptorem habuit Isæum oratorum facundissimum. *Idem. Lippus, &c.*] Qui enim ferrariam exercent sunt lippis & rubentibus oculis.

131. *A carbone.*] Relictis instrumentis fabrilibus, ad eloquentiam discendam misit. qui si faber mansisset, tutius vixisset. *Lubin.*

132. *Incude.*] Super qua gladios fabricantur fabri. *Luteo.*] Non de luteo colore vel rufo intellige: sic enim prima syllaba produceretur. Sed *luteo*, id est, lutoso, deformi, obscœno, nigro. Fabri etiam ipsi plerunque vultu fuligine ac fumo nigro & deformes sunt. *Lub. Ad rhetora.*] Scholam rhetoris, Isæi.

Bellorum exuviæ, truncis affixa tropæis
Lorica, & fracta de casside buccula pendens,
Et curtum temone jugum, victæque triremis
Aplustre; & summo tristis captivus in arcu,
Humanis majora bonis creduntur: ad hoc se
Romanus, Grajusque, ac Barbarus induperator
Erexit: caussas discriminis, atque laboris

Inde

VET. SCHOLIAST.

134. *Lorica, &c.*] Spolia quæ tropæis solent adfigi bello erepta.

136. *Aplustre, &c.*] Id est, in arcu triumphali, quæ solent imponi. Aplustra, tabulatum ad decorandum superficiem navis adpositum, alii dicunt rostra, navis ornamentum puppis, ἄφλαστα.

137. *Ad, &c.*] Id est, non propter virtutem posse volunt, sed propter famam & gloriam: cujus caussa etiam imperium adsumtum est.

VARIORUM.

133. *Bellorum.*] Transit jam ab eloquentia, ad glorias, laudes ac victorias bellicas, quas & ipsas multis exitio fuisse, demonstrat exemplis Alexandri Magni, Annibalis, Xerxis, &c. *Bellorum, &c.*] Sensus est: Gloria ex victoria in bellis, à plerisque reputatur esse prorsus summum bonum, & quæ tantopere à plerisque appetitur, quasi bonum prorsus divinum esset. *Exuviæ.*] Triumphi, tropæa, & spolia de hostibus, quæ victis, in bellis exuuntur. *Truncis, &c.*] Solebant victores tropæum in victoriæ signum, in tumulo aliquo vel colle ex detruncatis arboribus constituere, & arma hostibus victis erepta & alias exuvias ad tropæum adfixas suspendere. *Tropæum* dicitur à convertendo, quod ibi à persequendis victis hostibus fuerint reversi: ἀπὸ τῆς τῶν ἐχθρῶν τροπῆς. *Idem.*

134. *Lorica.*] Olim ex loris fiebat. jam ex hamis sive annulis. *Et fracta, &c.*] Tegmen ferreum buccæ, per quod spiritus ducitur cassidi fractæ adhærens. Est autem hoc loco *buccula*, buccarum tegmen. nam in galea, seu casside, erant duæ bucculæ, quæ malas utrasque tegebant. Porro omnia fracta & trunca, tropæis solebant adfigi. *Idem.*

135. *Curtum, &c.*] Jugum aliquod currus, cui temo deest, utpote in bello fractus. Nam solebant veteres curribus confligere. *Temone.*] Ligno, quod ad jugum inter equos excurrit. *Victæque, &c.*] Victoria navalis. Id, est, puppis ornamentum, alicujus navis tribus ordinibus remorum utentis, victæ & superatæ. Sunt enim *aplustria*, teste Festo, ornamenta navium supervacua. *de Vlagge. Idem.* Miscet terrestre & navale prælium.

136. *Et, &c.*] In arcu scil. triumphali alte exstructo ex lateritiis primum, mox lapide quadrato, & tum demum marmoreis ut in pontibus. *Tristis captivus.*] In superiori enim illa parte arcus erant spatia quædam, in quibus cum victoribus currus erant effigiati: sub quorum pedibus captivi habitu tristi, quod hostibus suis spectaculum quasi præberent. Hæc omnia, inquit, creduntur summa bona esse, & majora quam omnia humana. *Idem.*

137. *Ad, &c.*] Id est, ad hæc tropæa, omnes imperatores in terra, sive sint Latini, sive Græci, sive Barbari sese erigunt, hæc & consimilia totis viribus adfectant. *Lubin.*

138. *Romanus.*] Ut Sulla, Pompejus, Julius Cæsar. *Grajus.*] Alexander Magnus. *Barbarus.*] Xerxes, Darius, Annibal. *Idem.*

Inde habuit. Tanto major famæ sitis est, quam
Virtutis. QUIS ENIM virtutem amplectitur ipsam,
Præmia si tollas? patriam tamen obruit olim
Gloria paucorum, & laudis titulique cupido
Hæsuri saxis cinerum custodibus: ad quæ
Discutienda valent sterilis mala robora ficus:
Quandoquidem data sunt ipsis quoque fata sepulcris.
Expende Hannibalem: quot libras in Duce summo
Invenies? hic est, quem non capit Africa Mauro
Percussa Oceano, Niloque admota tepenti.

Rursus

VET. SCHOLIAST.

140. *Famæ, &c.*] Corruptæ gloriæ cupiditas & desiderium.

143. *Gloria, &c.*] Id est, Cæsaris & Pompeji, & aliorum.

144. *Hæsuri, &c.*] Id est, inscribendi sepulcris.

145. *Discutienda.*] Dirumpenda, in quibus saxis caprificus nascitur.

147. *Expende, &c.*] Examina, pensa.

148. *Africa, &c.*] Quantum ab Oriente distendit Oceanus. pro *distat.*

VARIORUM.

140. *Inde, &c.*] Ex ambitione scilicet & laudis ac victoriæ cupidine, hi tot discrimina, pericula, ærumnas & labores in se susceperunt. *Tanto major*, Nam omnes virtute relicta, famam & gloriam bellicam quæsiverunt. *Idem.* *Sitis.*] Desiderium, cupido.

141. *Quis, &c.*] Id est, si honorem, famam & gloriam, quæ virtutis præmia plerique respiciunt, tollas, nemo virtutem curabit. *Idem.*

142. *Patriam, &c.*] Sic patriam calamitate oppresserat, ambitio Syllæ, Marii, Cinnæ, Pompeji, Cæsaris, Octavii &c. *Olim.* Præteritis seculis. Sic Annibal gloriosus, patriæ suæ ruina fuit. *Idem.*

143. *Et, &c.*] Desiderium gloriosæ inscriptionis, & eximii tituli, qui insculpendus & inhæsurus est saxeis sepulcris & monumentis, in quibus urnæ & cineres mortuorum condebantur & custodiebantur: ob id dicit, *custodibus.* Idem.

144. *Hæsuri.*] Inscribendi. *Ad, &c.*] Notat scoptice stultitiam hominum, qui propter eximiam sepulcrorum inscriptionem, tanta pericula & tantos labores subirent, cum illa sepulcra à caprificis dirumpi & frangi possint. Hæc enim natura illius arboris Caprifici. *Idem.*

145. *Mala, &c.*] Sunt enim steriles ficus, & nulla in re prosunt. Scindunt autem validissimos muros & saxa in quibus nascuntur. Martial. lib. 10. Epist. 2. *Idem.*

146. *Quandoquidem, &c.*] Nam ipsis etiam sepulcris, sepulcrum vel mors data est, cum ipsa etiam validissima monumenta frangantur & rumpantur. *Idem.*

147. *Expende, &c.*] Ponderando vel librando explores cineres Annibalis, maximi illius ducis, quot librarum illos esse censes? Vix unius aut duarum. Opponuntur autem inter se paucæ libræ & summus dux. *Idem.*

148. *Hic est.*] Annibal ille in cujus mortui cineribus vix unam & alteram libram invenias, ille fuit, quem virum tota Africa non cepit, quæ a Septentrione alluitur mari Atlantico, juxta quod Mauri habitant ab ortu Nili. Qui tamen hoc tanto imperio non contentus, Romanum adjungere volebat. *Africa.*] Quarta orbis pars. tunc tertia. *Mauro.*] Mari Æthiopico & Atlantico. *Idem.*

149. *Percussa.*] Alii, *perfusa.* i. e. quam

Rursus ad Æthiopum populos aliosque elephantos
Additur imperiis Hispania: Pyrenæum
Transilit. opposuit natura Alpemque, nivemque:
Diducit scopulos, & montem rumpit aceto.
Jam tenet Italiam: tamen ultra pergere tendit.
Actum, inquit, nihil est, nisi Pœno milite portas
Frangimus, & media vexillum pono Subura.
O qualis facies, & quali digna tabella,

VET. SCHOLIAST.

150. *Rursus*, *&c.*] * Duæ sunt Orientis & Occidentis in occasum Garamantici degeneres, in ortum Macrobii præstant eos qui junguntur Mauritaniæ, æquitate, ætate, virtute.

151. *Additur*, *&c.*] Hannibalis, quia & eam obtinuit.

153. *Diducit*, *&c.*] Nam dicitur primus Hannibal per Alpem viam fecisse, dum saxa montium ingentia igni primum exureret, deinde acetum acrum suprafundebat, & sic cecidit, & viam fecit, qui & in Alpibus à frigore oculum perdidit.

VARIORUM.

quam alluit Oceanus. *Nilo*, *&c.*] Ægypti fluv. Ut qui majori sui parte solem ad verticem habet. Unde ob loci & regionis calorem *tepens* dicitur. *Lubin.* Quia tepentem Ægyptum irrigat, & per ardentia decurrit.

150. *Rursus*, *&c.*] Notatur incredibilis regnandi aviditas in Annibale, qui Hispaniæ quoque imperium, populis Lybiæ & Æthiopum, quibus imperabat, adjungebat. *Æthiopum*, *&c.*] Duplex enim Æthiopia. Intelligit autem illos qui erant in Lybia. *Alios.*] Hoc est, oppositos. Nam & Asia & Africa producit elephantos. Videtur Mauritaniam vel Lybiam intelligere, ubi etiam Elephanti, qui & in India. Alii legunt, *altos.* Idem.

151. *Hispania.*] Quam Amilcar & Asdrubal primus infestavit, & Annibal demum obtinuit. *Pyrenæum.*] Montem, Gallias ab Hispania dividentem. Nam per Gallias in Italiam penetravit. *Transilit.*] Ut celeritatem transeuntis Annibalis patefaceret. *Idem.* Tum etiam quia dicitur Pyrenæus saltus.

152. *Opposuit*, *&c.*] Altissimos illos montes nivibus conspersos opposuit, ne inde Italiam penetrare posset. Illos tamen superavit. *Alpem.*] Natura Alpes Italiæ pro muro dedit, adversus impetum barbarorum. Dividunt autem Alpes Galliam & Germaniam ab Italia. *Idem.*

153. *Diducit*, *&c.*] Alii. *Diduxit.* Distraxit, divisit, viam per illos aperuit. *Et*, *&c.*] Adhibito incendio & infuso aceto, scopulos fregit. Ut Livius scribit. Quod tamen Polybius, ut fabulosum, omittit.

154. *Jam tenet*, *&c.*] Utpote quam quatuor præliis miserrime adflixit, & Capuam sine prælio ingressus est. *Tamen ultra.*] Non satis esse putat Italiam tenere, nisi etiam Romam teneat. *Pergere.*] Alii Codices habent *perdere.* Lubinus.

155. *Actum*, *&c.*] Verba Annibalis, quibus mira regnandi libido in Annibale exprimitur. *Portas.*] Urbis Romæ. Et recte, hæc enim Italiæ caput. *Idem.*

156. *Et media.*] Id est, nisi in signum Imperii & victoriæ, in nobilissimo illo urbis Romæ vico vexillum pono. *Subura* nobilissimus erat vicus, ita dictus, quod esset sub antiqua urbe. *Idem.*

157. *O qualis*, *&c.*] Irridet Poëta vanitatem & deformitatem Annibalis. Qui tamen tot & tanta animo agitabat. *Quali*, *&c.*] Nam deformes sæpe in

Cum Getula Ducem portaret bellua luscum!
Exitus ergo quis est? o gloria! vincitur idem
Nempe, & in exsilium præceps fugit, atque ibi magnus
Mirandusque cliens sedet ad prætoria Regis,
Donec Bithyno libeat vigilare tyranno.
Finem animæ, quæ res humanas miscuit olim,
Non gladii, non saxa dabunt, nec tela, sed ille
Cannarum vindex, & tanti sanguinis ultor

Anulus.

VET. SCHOLIAST.

158. *Cum, &c.*] Constat nam Hannibalem à fulmine ictum oculum perdidisse, Cameio lo...tum vehi et Elephanto.

162. *Donec, &c.*] Prusia in Vitinia civitas. Per annos sedecim Hannibal Italia pulsus, & in Africa victus ab Scipione, & postea pulsus à civibus, fugit ad Antiochum Syriæ regem, quem male impulsum ad bellum Romanis inferendum, victus cum regia classe deseruit; inde descendit ad Prusiam Bithyniæ regem. Quo cognito Romani legati mittunt ad Prusiam, Quintum Flaminium, ut sibi dareta: perducendus ad urbem Romam. Quod ne fieret, prævenit Hannibal hausto veneno, quod suo anuli gemma omni tempore habuerat.

165. *Cannarum, &c.*] Quia populus apud Cannas vicum Apuliæ ab Hannibale occisus est.

VARIORUM.

derisum à pictoribus, in tabellis pinguntur. *Britannicus.*

158. *Cum, &c.*] Cum Elephas è Gætulia, ducem luscum portaret. Posuit *luscum* pro unoculo. Perdiderat autem unum oculum in transitu Alpium Apennini: vel ut alii volunt, vigiliis, & palustri cælo dum in Etruriam descenderet. *Lubin.*

159. *Exitus, &c.*] Quis eventus fuit hujus talis ac tanti Imperatoris? *O gloria!*] Quæ scilicet tantorum malorum & calamitatum caussa es. Vel etiam Scoptice hæc in Annibalem dicta. *Vincitur*] A Scipione. Dum scilicet victoriam ad Cannas non persequitur, dum Italiam postea relinquit, & Scipio in Africam cum Romano exercitu penetrat. Nam, quam primum pedem extra Italiam, movere cœpit, inclinare ejus etiam fortuna incœpit, ut ipse apud *Justinum* conqueritur. *Idem.*

160. *Et in, &c.*] Cum scilicet à Scipione victus esset, exsilio mulctatus, ad Antiochum Syriæ regem profugit, quem ubi suspectum, postea deseruit, & ad Prusiam Bithyniæ regem pervenit, pro quo adversus Eumenem victor bellum gerit. *Atque, &c.*, Scoptice & Sarcastice suo more quasi contraria conjungit. *Magnus, mirandus, & cliens.* Mirandus revera, qui quidem ante summus dux fuerit, jam cliens, & e triumphatore regum ... *Idem.*

161. *Ad prætoria*] Ad sedem quasi judicialem regis Prusiæ. *Jam Sedet*] Exspectat ad prætoria Antiochi regis Syriæ, donec liceat transire & metum sub Prusia rege Bithyniæ: vel Prusiæ ipsius, donec exsurgere regi libeat. *Farnab.*

162. *Libeat, &c.*] Tam diu sedet ad prætoria regis, tanquam cliens mane regem exspectans, ut illum salutaret, donec illi non amplius dormire, sed vigilare & surgere libeat. Alii legunt, *jugulare*, Lubin.

163. *Finem, &c.*] Qui omnia humana inexplebili gloriæ & potentiæ desiderio, cæde, sanguineque subvertebat, illi mortem inferet, non gladius, non saxa, non tela, sed exigua admodum veneni portio, quam sub palea annuli gestabat in illum usum. *Quæ.*, Sc. anima, pro vita. *Miscuit.* Confudit, perturbavit.

164. *Sed ipse, &c.*] Indicat quam levissima re etiam robustissimi heroes domari possint. *Idem.*

165. *Cannarum, &c.*] Respicit haud

dubie

Anulus. i demens, & sævas curre per Alpes,
Ut pueris placeas, & declamatio fias.
Unus Pellæo juveni non sufficit orbis:
Æstuat infelix, angusto limite mundi,
Ut Gyaræ clausus scopulis, parvaque Seripho,
Cum tamen à figulis munitam intraverit urbem,

Sar-

VET. SCHOLIAST.

167. *Ut, &c.*] Ut de te pueri studentes dicant. In scholis deliberativa, Hannibal utrum de Alpibus recederet.

168. *Unus, &c.*] Alexandro magno. Hic nam in Pella natus est Macedoniæ civitate.

170. *Ut Gyaræ, &c.*] Insulæ angustæ, exiliis aptæ.

171. *Cum, &c.*] Babylonem significat Persarum civitatem: quam condidit urbem Semiramis Nini uxor, ex coctili latere muniit quem hodie dicimus ordinarium. In hac igitur urbe Alexander devictis Persis ingressus veneno periit. Hæc urbs sexaginta millium in circuitu patet ex latere cocto circundata muris, quorum latitudo ducentos pedes detinet, altitudo quinquaginta.

171. *Sarcophago, &c.*] Quem vivum mundus non ceperat, mortuus exiguo *loco* contentus est. *locus*, pro *loculo*.

VARIORUM.

dubie ad famosam illam Romanorum cladem ad Cannas, ubi tot nobiles Romani perierunt, ut etiam aliquot mensuras annulorum, à nobilium occisorum digitis detractorum, Carthaginem miserit. Dicit ergo tam insignis Romanorum cladis ad Cannas, annulum Annibalis, sub quo venenum occultabat, ultorem fuisse. *Lubin.*

166. *Annulus.*] In cujus palea venenum in hunc usum habuit. *I demens.*] Insultat jam Annibali, qui jam mortuus ex tot laboribus, tot tumultibus, bellis, cladibus, nihil reliqui habeat, quam ut scholasticis pueris in Scholis materiam declamandi præbeat, ut Sat. VII. vers. 161. *Sævas, &c.*] Horrendas, nivosas, asperas, in quibus transeundis plurimum pertulit. *Idem.*

168. *Unus, &c.*] Probat idem Alexandri Magni, & Xerxis exemplo, quorum ille vivus uno mundo non contentus vivebat, & mortuus sarcophago contentus esse cogebatur. Hic Græciam immensis classibus navium devorare cupiens & obruere, victus una nave cum ingenti clade & majori dedecore redire coactus est. *Unus.*] Scribit enim Plutarchus Alexandrum, cum Anaxarchum de infinitis mundis disserentem audivisset, flevisse; & amicis fletus caussam interrogantibus respondisse: Annon hoc fletu dignum, si, cum infiniti mundi sint, nos tot ærumnis ac laboribus vix unius domini facti sumus. *Pellæo, &c.*] Alexandro. Pella enim est Macedoniæ civitas, ubi natus Alexander, & à qua Philippus etiam Pellæus dicitur. *Lubin.*

169. *Æstuat.*] Quasi in angusto conclavi clausus, in quo vix spiritum possit ducere. *Infelix.*] Scoptice & Ironice, qui mundi tam angustis limitibus inclusus vivere cogatur. *Lubin.*

170. *Ut Gyaræ.*] Non secus ac si in angusto exilio tanquam carcere inclusus esset. Et qui mundum hunc putat esse alteram Gyaram vel Seriphum, Cæterum de Gyara, quæ erat una Sporadum, Seripho, quæ una Cycladum, ad quas facinorosi in exsilium mittebantur, dictum est Sat. prima, vers. 73. & 6. 564. *Aude aliquid Gyaris brevibus, &c.* *Parva Seripho.*] Erat enim angusta admodum insula. *Idem.*

171. *Cum, &c.*] Id est, cum tamen magnus ille vir Babyloniam intrabit, quam Semiramis cocto à figulis latere, muris cinxit & circumdedit. Hic Babylone à Cassandro veneno sublatus est, quem locum Pythagoras Magus feralem

 ipsi

Sarcophago contentus erit. MORS SOLA fatetur,
Quantula sint hominum corpuscula. creditur olim
Velificatus Athos, & quicquid Græcia mendax
Audet in historia: constratum classibus iisdem,
Suppositumque rotis solidum mare. credimus altos
Defecisse amnes, epotaque flumina Medo
Prandente, & madidis cantat quæ Sostratus alis.

Ille

VET. SCHOLIAST.

[illegible]

VARIORUM.

[illegible] Sepulcro. [illegible] quod carnem [illegible] quasi devoret & in [illegible] nam Græci [illegible] corpora defunctorum non cremare [illegible], condere ea soliti erant [illegible], ex lapide ut plurimum factis, cui natura est, corpora cito absumere. Talis Assius fuit lapis, quem & [illegible] propterea Græci nuncuparunt. [illegible] Scalig. Exerc. 291. sect. 2. *Mors*, &c.] Egregia sententia, qua Satyrice indicat solam mortem arguere, quantula sint nostra corpora, quam exiguo illa loco includi & contineri possint. Quasi dicat: Cum moriuntur homines, tum demum apparet, qui & quales fuerint. *Lubin.*

173. *Creditur*, &c.] Transit ad Xerxem Persarum regem, qui & ipse immenso suo imperio non contentus, etiam Græciam bello petiit. Describit autem immensum ejus exercitum, quo Athonem Macedoniæ montem perforavit, & continenti abscidit, illumque navium velis circumdedit. *Idem.*

174. *Velificatus.*] Velis tectus & navigatus. *Et quicquid*, &c.] Notat obiter vanitatem Græciæ, quæ in suis laudibus [illegible] verbosa, ut gloriam suam magis amplificaret, incredibilia de immenso Xerxis exercitu scripsit, veris historiis fabulas admiscens. *Lubin. Græcia mendax* [illegible] Hinc Aurel. Victor in Calig. [illegible] *omnia studium*

175. [illegible]] Iisdem classibus quibus Athos velificatus erat, creditur describitur mare constratum & coopertum. *Juven.* lib. 2.

176. *Suppositumque*, &c.] Nam, ut [illegible] quædam maria pontibus [illegible] & Abydum cum Sesto junxit. [illegible] intelligit, quæ per [illegible] transibant. [illegible] Ipsum, [illegible] mare. [illegible] &c.] Profundos [illegible] evacuatos fuisse: cum exercitus Xerxis biberet. *Herod.* l. 2.

177. *M[illegible]*, &c.] Exercitu Xerxis ex Medis & Persis. *[illegible]*

178. *Et [illegible]*.] Credamus illa, quamvis fabulosa, & reliqua quæ Poeta Sostratus de expeditione Persarum in Græciam scripsit: qui potus & ebrius furore Poetico, tanquam declamator prodigiosa argumenta tractavit, & nimis alte volans, pleraque mentitur. *Idem.* Sic ergo Lubinus, Grangæus & reliqui ad ebrietatem ex furore Poetico retulerunt, quod Vet. Schol. ad sudorem recitantium, qui primum suo alis, seu axillis incipit.

179.

Ille tamen, qualis rediit Salamine relicta,
In Corum, atque Eurum solitus sævire flagellis
Barbarus, Æolio nunquam hoc in carcere passos,
Ipsum compedibus qui vinxerat Ennosigæum?
Mitius id sane, quod non & stigmate dignum
Credidit, huic quisquam vellet servire Deorum?
Sed qualis rediit? nempe una nave cruentis
Fluctibus, ac tarda per densa cadavera prora.

Has

VET. SCHOLIAST.

179. *Salamine, &c.*] Cum victus à Græcis fugit.

180. *In Corum, &c.*] Solebat verberare flatus. Sic nam fingunt Græci Poëtæ.

182. *Ipsum, &c* Dicebat nam Xerxes usque adeo vicisse se procellas Hellesponti, ut ventos flagris compesceret, & ipsum Neptunum compedibus vinciret.

183. *Mitius, &c.*] Ironia. quia non cecidit, ne maculam inferret notæ secundum jus. *Stigmate.*] Quia non hoc inscribi jussit.

184. *Huic, &c.*] Quia pontem mari superposuit, finxerunt illi servisse Neptunum: quemadmodum Laomedonti regi Phrygiæ. Vel propter Apollinem, quia servivit Admeto.

185. *Sed, &c.*] Interrogative pronunciandum.

VARIORUM.

179. *Ille, &c.*] Age, licet illa vera esse ponamus; verum qui cum tanto exercitu advenerat, qualis ille ad angustias Salaminii freti à Themistocle victus in patriam rediit? *Salamine.*] Ubi cum paucis Abydon ad pontem contendit, quem cum hybernis tempestatibus fractum videret, piscatoria scapha trepidus turpissime trajecit. Est autem *Salamis* insula è regione Atticæ, juxta Æginetam, ubi cladem accepit, & navali prælio à Themistocle superatus est. *Lubinus.*

180. *In Corum.*] Scoptice. Qui ante mari & ventis imperare solebat, & in Corum atque Eurum ventos flagris suis sævire, quod pontem ejus disjecerant. Herod. 7. *Lubin.*

181. *Barbarus.*] Ignominiose illum sic appellat, idque ex historia; nam Græci volentes Xerxem significare Barbarum dicunt, quasi vesanum hominem. *Æolio, &c.*] Scoptice. Quasi dicas: Tu ventos, ô rex, tam inhumaniter tractasti, ut ipse ventorum Deus Æolus in suo carcere & antro miseros ventos nunquam tam inhumaniter & crudeliter tractarit. Respicit ad Virg. Æneid. 1.

Luctantes ventos vinclis & carcere frenat. Idem.

182. *Ipsum, &c.*] Neptunum compedibus vinciit. ab ἐνόω, concutio, sive ab ἔνοσις concussio & γαῖα, terra. *Idem.*

183. *Mitius, &c.*] Amara ac salsa Ironia. Mitius & clementius egit Xerxes cum Neptuno, quod illi stigma non inusserit, neque violentius aliquid in Neptunum statuerit. *Idem.*

184. *Huic, &c.*] Poëtæ verba. Huic tam temerario & stulto regi, aliquis inservire vellet Deorum? *Idem.*

185. *Sed, &c.*] Obiter irrisit Xerxem. Jam ad priora redit. Redit autem Salamine in patriam turpissima fuga elapsus. *Nempe, &c.*] Piscatoria scapha, qua trepidus aufugit. *Cruentis, &c.*] Tot militum suorum cæde, quos Themistocles occidit. *Idem.* Non tam hæc intelligenda de strage exercitus, quam de iis, quæ fugienti Xerxi accidere, autumat *Grangæus.*

186. *Tarda.*] Cum mare cadaveribus plenum esset, quæ navim quasi impediebant. *Idem.*

187.

um voce trementia membra,
adidique infantia nasi.
giva panis inermi.
, gnatisque, sibique,
idia Cosso.
cibi torpente palato
n longa oblivio: vel si
cum ramice nervus,
ciur nocte, jacebit.
otest hæc inguinis ægri
l merito suspecta libido est,

Quæ

S T.
similes &
. & est uni-
quidam pul-
loquens: se-
forma.
nam senibus
bus pendet.
] Notandum
ut hic gingiva.
giva panis fran-

redipetæ.
us illi sapor est.
Virgilius
fensor.
] Penis, ut Virg.
magnus fine vi-

num.
&c.] Fricetur, præ-
ur.
Ut infames dican-
te coitum desiderant.
O R U M.
Vox & membra, præ
us trepidant. *Idem.*
Calvum & depilatum,
orem radicalem deper-
dente. *Madidique, &c.*]
illi ad infantiam redeant;
us humor de naribus de-
antibus. *Idem*
, &c.] Aliud incom-
& ... seni,

panis gingiva frangendus & contruncandus sit, cum dentes non habeat. *Gingiva* dicitur, quod dentes inde gignantur. Male ibi vetus Scholiastes, Gingivam masculini vult esse generis. *Salmas.*

201. *Usque, &c.*] Adeo deformis, gravis, ac molestus est, ut non solum uxori & liberis suis, & sibi ipsi molestus evadat, verum etiam, quod mireris, Cosso hæredipetæ. Scoptice notat Cossum, qui licet omnia tolerare possit in senibus orbis, interdum tamen illam deformitatem senum cum tædio fastidiat. *Lubin.*

203. *Non, &c.*] Aliud incommodum, quod nullam amplius ex cibo & potu voluptatem capiant, cum palatum vel gustandi vis illis torpeat, stupeat, & obtundatur senio. *Idem.*

204. *Nam, &c.*] Quasi dicat: Multo minus ex rebus Veneris voluptatem capiunt; utpote quorum jam dudum obliti. *Idem. Vel, &c.*] Res scilicet Venereas repetere frustra laboras. Nam exiguus nervus vel penis in vel cum testibus jacet. Est autem *ramex* proprie genus morbi & tumor scroti, idem quod hernia. Sat. 6. vers. 326. *Idem.*

206. *Et quamvis.*] Nullis quippe blanditiis irritari & incendi potest. *Idem.*

207. *Ante, &c.*] Quasi dicat: Mutinne. Utpote cum inguen ob senectutem sit canum & imbecillum. Porro in hisce locis canities ob defectum humoris radicalis omnium novissime provenit. *Idem.*

208.

Has toties optata exegit gloria pœnas.
Da ſpatium vitæ, multos da Juppiter annos:
Hoc recto vultu ſolum hoc & pallidus optas.
Sed quam continuis, & quantis longa ſenectus
Plena malis: deformem, & tetrum ante omnia vultum
Diſſimilemque ſui, deformem pro cute pellem,
Pendentesque genas, & tales adſpice rugas,
Quales umbriferos ubi pandit Tabraca ſaltus,
In vetula ſcalpit jam mater ſimia bucca.
Plurima ſunt juvenum diſcrimina, pulcrior ille
Hoc, atque ille alio: multum hic robuſtior illo.

Una

VET. SCHOLIAST.

188. *Da, &c.*] Prolixum tempus vitæ.

189. *Hoc, &c.*] Lætus, & triſtis vitam longam optas.

194. *Quales, &c.*] Opacas ſilvas eſſe in Africa Poeta dicit, in regione Tabracena, in quibus ſimiæ naſcuntur.

196. *Plurima, &c.*] Qui diſcerni poſſint inter ſe.

VARIORUM.

187. *Has, &c.*] Concluſio hujus membri de gloria bellica. Hæc & conſimilia mala atque pericula pœnæ loco exigit gloria ab Annibale, Alexandro, Xerxe, & aliis, gloria inquam quam ipſi toties exoptaverant. *Idem.*

188. *Da, &c.*] Pergit jam ad votum longæ vitæ & ſenectutis, cujus miſeriam multis verbis fuſius & prolixius deſcribit Seneca: *Quam bene vivas refert, non quam diu.* Idem.

189. *Hoc.*] Id eſt, hanc ſenectutem exoptas, omni vitæ tempore, triſtis & lætus, ſanus & ægrotus. *Recto vultu.*] Non demiſſo vultu aut arcano ore ut cætera optat. Farnab. Alii de ſanitate intelligunt: ſed videtur velle loqui cum Perſio Sat. II. ℣. 8. *Pallidus.*] Vel ex metu, vel ex morbo, cum mortem potius optare deberes. *Lubin.*

190. *Sed, &c.*] Recitat jam infinita ſenectutis incommoda. Nimirum in quam tanquam in mare omnia vitæ adverſa & incommoda fluunt. *Idem.*

191. *Deformem, &c.*] Tu quicunque es, qui ſenium tibi exoptas, aſpice quæſo; Primum incommodum eſt deformitas. *Idem.*

192. *Diſſimilemque ſui.*] Nam ſenes, illorumque vultus, non videntur iidem eſſe, qui ante fuerunt. *Sen.*] Olim juvenis. *Deformem, &c.*] Ut pellis deformis & rugoſa. *Lubin.* Sic pellem à cute diſtinguunt, ut cutis habeat vivis, pellis mortuis, quamvis ſæpiſſime confundantur. *Grang.*

193. *Et, &c.*] Ordo eſt: Tales in ſenibus rugas aſpice, quales ſimia jam mater ſcalpit in vetula bucca, in illa regione ubi Tabraca pandit ſaltus umbriferos. *Lubin.*

194. *Umbriferos, &c.*] Ingentes & opacas ac denſas ſilvas. *Tabraca.*] Regio Libyæ ſimiis plena. Beroald. in Plin. l. 5.

195. *Jam, &c.*] Annoſa ſimia, & ob id deformior. *Lubin.* *Bucca.*] i. e. facie.

196. *Plurima ſunt.*] Amplificat deformitatem ſenectutis, diſſimilis a juventute, quod juvenes inter ſe valde diſſimiles ſint. In ſenibus vero nulla ſit diſſimilitudo: utpote in quibus omnibus eadem deformitas & imbecillitas. Ob id ait:

Una ſenum facies. Idem.

198.

Una senum facies, cum voce trementia membra,
Et jam læve caput, madidique infantia nasi.
Frangendus misero gingiva panis inermi.
Usque adeo gravis uxori, gnatisque, sibique,
Ut captatori moveat fastidia Cosso.
Non eadem vini, atque cibi torpente palato
Gaudia: nam coitus jam longa oblivio: vel si
Coneris, jacet exiguus cum ramice nervus,
Et, quamvis tota palpetur nocte, jacebit.
Anne aliquid sperare potest hæc inguinis ægri
Canities? quid, quod merito suspecta libido est,

Quæ

VET. SCHOLIAST.

198. *Una, &c.*] Id est, dissimiles & multæ figuræ sunt juvenum, & est unicuique sua gratissima: quoad quidam pulcher est, alter fortis, alter eloquens: senibus enim una esse videtur forma.

199. *Madidique, &c.*] Ita nam senibus humor de naso, ut infantibus pendet.

200. *Frangendus, &c.*] Notandum masculino genere dixisse, ut hic gingiva. quia dentes ruerunt, gingiva panis frangendus est.

202. *Cosso, &c.*] Heredipetæ.

203. *Non, &c.*] Nullus illi sapor est.

204. *Nam, &c.*] Ut Virgilius: *Frigidus. in Venerem senior.*

205. *Jacet exiguus, &c.*] Penis, ut Virg. *Ut quondam in stipulis magnus sine viribus ignis.*

Ramicem, dicit intestinum.

205. *Et quamvis, &c.*] Fricetur, *præputietur*, vel *propudietur.*

208. *Suspecta, &c.*] Ut infames dicantur, qui sine ullo calore coitum desiderant.

VARIORUM.

198. *Cum, &c.*] Vox & membra, præ senio æque omnibus trepidant. *Idem.*

199. *Et, &c.*] Calvum & depilatum, capillo ob humorem radicalem deperditum jam defluente. *Madidique, &c.*] Vel quod nonnulli ad infantiam redeant; vel quod senibus humor de naribus dependeat, ut infantibus. *Idem*

200. *Frangendus, &c.*] Aliud incommodum quod misero & edentulo seni, panis gingiva frangendus & contruncandus sit, cum dentes non habeat. *Gingiva* dicitur, quod dentes inde gignantur. Male ibi vetus Scholiastes, Gingivam masculini vult esse generis. *Salmas.*

201. *Usque, &c.*] Adeo deformis, gravis, ac molestus est, ut non solum uxori & liberis suis, & sibi ipsi molestus evadat, verum etiam, quod mireris, Cosso hæredipetæ. Scoptice notat Cossum, qui licet omnia tolerare possit in senibus orbis, interdum tamen illam deformitatem senum cum tædio fastidiat. *Lubin.*

203. *Non, &c.*] Aliud incommodum, quod nullam amplius ex cibo & potu voluptatem capiant, cum palatum vel gustandi vis illis torpeat, stupeat, & obtundatur senio. *Idem.*

204. *Nam, &c.*] Quasi dicat: Multo minus ex rebus Veneris voluptatem capiunt: utpote quorum jam dudum obliti. *Idem. Vel, &c.*] Res scilicet Venereas repetere frustra laboras. Nam exiguus nervus vel penis in vel cum testibus jacet. Est autem *ramex* proprie genus morbi & tumor scroti, idem quod hernia. Sat. 6. vers. 326. *Idem.*

206. *Et quamvis.*] Nullis quippe blanditiis irritari & incendi potest. *Idem.*

207. *Anne, &c.*] Quasi dicat: Minime. Utpote cum inguen ob senectutem sit canum & imbecillum. Porro in hisce locis canities ob defectum humoris radicalis. omnium novissime provenit. *Idem.*

208

Has toties optata ex ... adspice partis
Da spatium vitæ. ... cantante voluptas,
Hoc recto vul ... Seleuco,
Sed quam co ... fulgere lacerna?
Plena malis ... qua parte theatri,
Dissimilem ... atque tubarum
Pendentes ... opus est, ut sentiat auris,
Quales u ... puer, quot nunciet horas.
In vetul ... gelido jam in corpore sanguis
Plurim ... Febre
Hoc,

SCHOLIAST.

... Quia per ætatem ... admoneat, nihil ...

... &c.] Ut Virgi- ... subeunte senecta, ...

VARIORUM.

Quid, &c.] Quid inquit, dices, qui in coitu operam præstare non ... Britannicus.

Vide quæ Sueton. cap. 44. de Tiberio scribat. Pronior erat inquit ad id genus libidinis & natura & ætate. & Martial. 50. Ep. lib. 4.

209. Aspice.] Capit, appetit. Adspice, &c.] Subjungit jam alia senectutis incommoda, quod nimirum ob surditatem, vel præstantissimis Musicis canentibus, nullam voluptatem inde percipiat. Lubin.

210. Partis ...] Auri ... Nam, &c.] Id est, ... eximio cantante, nihil ... nullam voluptatem capiunt. ... quæ ... sit licet eximius?

211. Citharœdo.] Alii legunt, Citharœdus? sive Seleucus. Etiam eximius tibicen, qualis fuit Seleucus. Farnabius. Sive, &c.] Hic optimus tibicen fuit ætate illa. Idem.

212. Et, &c.]Id est, optimi & præstantissimi tibicines; illi enim variata veste induti, & gemmis auroque ornati, per theatrum cantando solebant pervagari. Horat. in arte:

Traxitque vagus per pulpita vestem
Tibicen.--- Idem.

Et quibus aurata mos est fulgere lacerna.] Lacerna aurata citharœdorum peculiaris fuit, quorum habitus cultusque notabilis. Auctor librorum ad Herennium, dat iisdem pallam auratam & chlamydem purpuream: *Ut Citharœdus cum prodierit optime vestitus, palla inaurata indutus, cum chlamyde purpurea coloribus variis intexta, ... fulgentibus ...* Ferrarius.

213. Quid, &c.] Ait ... senes in theatro sedere, cum vix cornicines & tibicines, qui in theatris adhibentur, audire possint. Idem.

215. ... &c.] Si amicus aliquis adveniat, ... ut hoc audiat & intelligat, multo clamore opus est. Idem.

216. Quot, &c.] Quotam diei horam Non enim ... diei tempus & horas. ... horas nunci ... & pueri nunciabant horas dominis.

217. ... &c.] Aliud incommodum ... omni fere calore naturali ... sint exsucci & exsangues.

Gelido, &c.] Calor enim paulatim ablumitur. Idem.

218. Febre, &c.] Satyrice. Non nisi in morbo vel febri calent, quod quidem est

Febre calet sola: circumsilit agmine facto
Morborum omne genus: quorum si nomina quæras,
Promtius expediam, quot amaverit Hippia mœchos,
Quot Themison ægros autumno occiderit uno,
Quot Basilus socios, quot circumscripserit Hirrus
Pupillos: quot longa viros exsorbeat uno
Maura die, quot discipulos inclinet Hamillus,
Percurram citius, quot villas possideat nunc,

Quo

VET. SCHOLIAST.

219. *Morborum*, *&c.*] Id est, omne genus ægritudinis. ut Terentius:
Rogas? Senectus ipsa morbus est.
221. *Quot*, *&c.*] Advocatus illo tempore prævaricator. *Quot*, *&c.*] Tutor.
223. *Quot*, *&c.*] Hanc ostendit ore fuisse impuram.
324. *Quot*, *&c.*] Magister infantum corruptor.

VARIORUM.

est miserrimum. *Circumsilit.*] Aliud incommodum, quod omnes morbi senectutem confluant, in senes agminatim incurrant. Terentius:
Senectus ipsa est morbus.
Idem. Hinc Senec. in epist. notat Virgilium una posuisse morbos & senectutem *Subeunt morbi tristisque senectus. Senectus insanabilis morbus*, ipse Seneca. *Agmine facto.*] non unus morbus, sed multi simul, catervatim. Virgilianum est, quo & usus ipse Sat. III.

219. *Quorum*, *&c.*] Hemistichium Ovidianum est. De variis autem morborum generibus inter alios Pineda in Iob.

220. *Promtius*, *&c.*] Locus vere Satyricus, in quo quasi aliud agens obiter multos acerrime flagellat, quod primaria Satyricorum virtus est. Quasi dicat: Citius tibi enarrem infinitos Hippiæ adulteros, quam senectutis morbos, qui prorsus sunt innumerabiles. *Hippia.*] Uxor Senatoria, quæ cum Sergio gladiatore in Ægyptum profugit, ut Sat. 6. vers. 82. dictum est. Alii legunt *Oppia*. Idem.

221. *Quot*, *&c.*] Nobilissimus Archiater ejus temporis, quem obiter vexat, quasi ille innumerabiles ægrotos uno autumno curando occiderit. Porro *autumno* morbi & mortes sunt frequentissimæ. *Lubin.*

222. *Quot Basilus socios.*] Dorleans hunc fuisse advocatum vult. & ait, *socios*, quod non modo prævaricatione Basilus extraneos proderet, sed & sibi conjunctissimos. *Socios* vocat clientes, quod eum comitarentur. *Dorleans. Quot*, *&c.*] Quot præfectus ille & spoliator Provinciæ Basilus, Provinciales in societatem Romanorum receptos, spoliaverit. Pro *Hirrus* Alii *Irus*. *Circumscripserit*, *&c.*] Id est, quot pupillos suæ tutelæ commissos, infidelis ille & fraudulentus tutor Hirrus deceperit, & defraudarit. Hæc omnia tanquam impossibilia profert, quæ tamen possibiliora sint enumeratu, quam senectutis morbi. *Idem.*

223. *Quot*, *&c.*] Quot viros una die, formosa illa & procera meritrix Maura, Venere & concubitu exhauriat, & evacuet. De qua Sat. 6. vers. 307. *Idem.* Errat hoc loco Vet. Schol. qui ad oris impuritatem hæc refert. Sed *exsorbere* etiam alii parti convenit. Eodem sensu dicitur *vorare* & *peragere*.

224. *Quot*, *&c.*] Ille infamis magister, *Padico pullipremo*: Ut cum Ausonio loquar in Eunum magistrum ita scribentem, quot discipulos ille ad stuprum inclinarit & incurvarit, ad libidinem per portentosam illam ἄρρητα κύπειν. Magius 2 cap. 3. Sat. 9. vers. 26.

225. *Percurram*, *&c.*] Supra, *promtius expediam*. De hoc dictum est Sat. 1. vers. 25.

Ubi

Quæ Venerem affectat sine viribus? adspice partis
Nunc damnum alterius. nam quæ cantante voluptas,
Sit licet eximius citharœdo sive Seleuco,
Et quibus aurata mos est fulgere lacerna?
Quid refert, magni sedeat qua parte theatri,
Qui vix cornicines exaudiet, atque tubarum
Concentus? clamore opus est, ut sentiat auris,
Quem dicat venisse puer, quot nunciet horas.
Præterea minimus gelido jam in corpore sanguis

Febre

VET. SCHOLIAST.

216. *Quem, &c.*] Quia per ætatem non videt, & nisi puer admoneat, nihil sponte sentit.

217. *Præterea, &c.*] Ut Virgilius:

--Gelidus tardante senecta,
Sanguis hebet.

VARIORUM.

208. *Quid, &c.*] Quid inquit, dices, quod ii qui in coitu operam præstare non possunt, suspecti sunt, ne sint fellatores, ita enim facilius arrigunt: unde Martialis:

Summa petas, (i. e. os) illic mentula vivit anus. Britannicus.

Vide quæ Sueton. cap. 44. de Tiberio scribat. Pronior erat (inquit) ad id genus libidinis & natura & ætate. & Martial. 50. Ep. lib. 4.

209. *Affectat.*] Cupit, appetit. *Adspice, &c.*] Subjungit jam alia senectutis incommoda, quod nimirum ob surditatem, vel præstantissimis Musicis concentibus, nullam voluptatem inde percipiant. *Lubin.*

210. *Partis alterius.*] Aurium, sive auditus. *Nam, &c.*] Id est, citharœdo etiam eximio cantante, nihil audiunt, nullam voluptatem capiunt. *Lubin.* Ordo est, *quæ voluptas cantante citharœdo sive Seleuco, sit licet eximius?*

211. *Citharœdo.*] Alii legunt, *Citharœdus? sive Seleucus.* Etiam eximius tibicen, qualis fuit Seleucus. *Farnabius.* *Sive, &c.*] Hic optimus tibicen fuit ætate illa. *Idem.*

212. *Et, &c.*] Id est, optimi & præstantissimi tibicines; illi enim varia veste induti, & gemmis auroque ornati, per theatrum cantando solebant pervagari. Horat. in arte:

Traxitque vagus per pulpita vestem
Tibicen.--- Idem.

Et quibus aurata mos est fulgere lacerna.] Lacerna aurata citharœdorum peculiaris fuit, quorum habitus cultusque notabilis. Auctor librorum ad Herennium, dat iisdem pallam auratam & chlamydem purpuream: *Uti Citharœdus cum prodierit optime vestitus, palla inaurata indutus, cum chlamyde purpurea coloribus variis intexta, cum corona aurea, magnis fulgentibus gemmis illuminata.* Ferrarius.

213. *Quid, &c.*] Ait frustra senes in theatro sedere, cum vix cornicines & tibicines, qui in theatris adhibentur, audire possint. *Idem.*

215. *Clamore, &c.*] Si amicus aliquis adveniat, ipsumque salutet: ut hoc audiat & intelligat, multo clamore opus est. *Idem.*

216. *Quod, &c.*] Quotam diei horam. Non enim scit amplius diei tempus & horas. *Idem* Dies in templis horas nunciatas docet Lips. & pueri nunciabant horas dominis.

217. *Præterea, &c.*] Aliud incommodum, quod omni fere calore naturali destituantur, sint exsucci & exsangues.

Gelido, &c.] Calor enim paulatim abigitur. *Idem.*

218. *Febre, &c.*] Satyrice. Non nisi in morbo vel febri calent, quod quidem

est

Febre calet sola: circumsilit agmine facto
Morborum omne genus: quorum si nomina quæras,
Promtius expediam, quot amaverit Hippia mœchos,
Quot Themison ægros autumno occiderit uno,
Quot Basilus socios, quot circumscripserit Hirrus
Pupillos: quot longa viros exsorbeat uno
Maura die, quot discipulos inclinet Hamillus,
Percurram citius, quot villas possideat nunc,

Quo

VET. SCHOLIAST.

219. *Morborum*, *&c.*] Id est, omne genus ægritudinis. ut Terentius:
Rogas? Senectus ipsa morbus est.
221. *Quot*, *&c.*] Advocatus illo tempore prævaricator. *Quot*, *&c.*] Tutor.
223. *Quot*, *&c.*] Hanc ostendit ore fuisse impuram.
324. *Quot*, *&c.*] Magister infantum corruptor.

VARIORUM.

est miserrimum. *Circumsilit.*] Aliud incommodum, quod omnes morbi senectutem confluant, in senes agminatim incurrant. Terentius:
Senectus ipsa est morbus.
Idem. Hinc Senec. in epist. notat Virgilium una posuisse morbos & senectutem *Subeunt morbi tristisque senectus.* *Senectus insanabilis morbus*, ipse Seneca. *Agmine facto.*] non unus morbus, sed multi simul, catervatim. Virgilianum est, quo & usus ipse Sat. III.

219. *Quorum*, *&c.*] Hemistichium Ovidianum est. De variis autem morborum generibus inter alios Pineda in Iob.

220. *Promtius*, *&c.*] Locus vere Satyricus, in quo quasi aliud agens obiter multos acerrime flagellat, quod primaria Satyricorum virtus est. Quasi dicat: Citius tibi enarrem infinitos Hippiæ adulteros, quam senectutis morbos, qui prorsus sunt innumerabiles. *Hippia.*] Uxor Senatoria, quæ cum Sergio gladiatore in Ægyptum profugit, ut Sat. 6. vers. 82. dictum est. Alii legunt *Oppia*. Idem.

221. *Quot*, *&c.*] Nobilissimus Archiater ejus temporis, quem obiter vexat, quasi ille innumerabiles ægrotos uno autumno curando occiderit. Porro *autumno* morbi & mortes sunt frequentissimæ. *Lubin.*

222. *Quot Basilus socios.*] Dorleans hunc fuisse advocatum vult. & ait, *socios*, quod non modo prævaricatione Basilus extraneos proderet, sed & sibi conjunctissimos. *Socios* vocat clientes, quod eum comitarentur. *Dorleans.* *Quot*, *&c.*] Quot præfectus ille & spoliator Provinciæ Basilus, Provinciales in societatem Romanorum receptos, spoliaverit. Pro *Hirrus* Alii *Irus*. *Circumscripserit*, *&c.*] Id est, quot pupillos suæ tutelæ commissos, infidelis ille & fraudulentus tutor Hirrus deceperit, & defraudarit. Hæc omnia tanquam impossibilia profert, quæ tamen possibiliora sint enumeratu, quam senectutis morbi. *Idem.*

223. *Quot*, *&c.*] Quot viros una die, formosa illa & procera meritrix Maura, Venere & concubitu exhauriat, & evacuet. De qua Sat. 6. vers. 307. *Idem.* Errat hoc loco Vet. Schol. qui ad oris impuritatem hæc refert. Sed *exsorbere* etiam alii parti convenit. Eodem sensu dicitur *vorare* & *peragere*.

224. *Quot*, *&c.*] Ille infamis magister, *Pædico pullipremo*: Ut cum Ausonio loquar in Eunum magistrum ita scribentem, quot discipulos ille ad stuprum inclinarit & incurvarit, ad libidinem per portentosam illam ἀρρωστα κινῶν. Magius 2 cap. 3. Sat. 9. vers. 26.

225. *Percurram*, *&c.*] Supra, *promtius expediam*. De hoc dictum est Sat. 1. vers. 25.

Ubi

Quo tondente gravis juveni mihi barba sonabat.
Ille humero, hic lumbis, hic coxa debilis, ambos
Perdidit ille oculos, & luscis invidet. hujus
Pallida labra cibum accipiunt digitis alienis.
Ipse ad conspectum cœnæ diducere rictum
Suetus, hiat tantum, ceu pullus hirundinis, ad quem
Ore volat pleno mater jejuna. sed omni
Membrorum damno major dementia: quæ nec
Nomina servorum, nec vultum agnoscit amici,
Cum quo præterita cœnavit nocte, nec illos
Quos genuit, quos eduxit. nam codice sævo
Hæredes vetat esse suos, bona tota feruntur

Ad

VET. SCHOLIAST.

226. *Quo, &c.*] Licinius ex tonsore Senator factus.

227. *Ille, &c.*] Redit ad senes.

229. *Digitis, &c.*] Chiragra debilis, qui ab alio cibatur.

230. *Diducere, &c.*] Os applicare, ut pulli hirundinis, quæ pleno ore volat dum incibat filios suos.

233. *Major, &c.*] Ad postremum quod desipes efficiuntur.

VARIORUM.

Ubi alii Licinium ex tonsore senatorem factum intelligunt. Alii *Cinnamum*. Id est, citius dicam quot villas ille nunc habeat, & quam dives ille malis artibus factus sit, qui me puero villis erat tonsor. *Lubin.*

227. *Ille, &c.*] Postquam multos obiter ex obliquo lancinavit, redit jam ad senum incommoda, morbosque recensendos. *Idem.*

228. *Et, &c.*] Id est, omnino cæcus est; & illis, qui unicum adhuc oculum habent, tanquam felicibus invidet: Apposite dixit, *Invidet*. Invidere enim senum proprium est *Idem.*

229. *Pallida.*] Exsanguia *Digitis, &c.*] Chiragra tractus, manum ori admovere, & suis manibus cibum capere non potest, ob id ab aliis cibatur tanquam puer. *Idem.*

230. *Ipse, &c.*] Alius senex os tantum potest aperire, ut pulli hirundinis, qui mira aviditate cibum captant. Conspecto cibo rictum oris diducit, & ampliter aperit. *Lubin.*

231. *Hiat tantum.*] Jam ob rigorem nervorum in senecta vix os aperit & labia aliquatenus deducit. *Ad, &c.*] Exprimit egregie adfectum maternum, quæ ipsa jejunans cibat suos pullos. *Lubin.*

232. *Sed, &c.*] Subjungit jam plurima alia senectutis incommoda, & primo quidem quod plerique *δὶς παῖδες οἱ γέροντες*, *bis pueri senes fiunt.* Ordo est: Dementia, omni membrorum damno (quod senes cæci, surdi, vel claudi evadunt) major est. Miserrimum profecto, cum organa mentis aut cerebrum senes destituunt, ut ratio titubet, memoria flaccescat. *Idem.*

233. *Major.*] Quo scilicet animus præstat corpore. *Idem*

234. *Nec nomina, &c.*] Multis enim ratio & memoria omnino perit. *Idem.*

235. *Nec, &c.*] Proprios filios non amplius novit. Notat enim obiter malitiam quorundam senum, qui dementati à sellatricibus suis, mulieribus alienis bona sua legabant, & suos liberos exhæredabant. *Idem. Quos eduxit.*] i. e. educavit.

236. *Nam, &c.*] Sævis, iniquis, & injustis

Ad Phialen: tantum artificis valet halitus oris,
Quod steterat multis in carcere fornicis annis.
Ut vigeant sensus animi ducenda tamen sunt
Funera gnatorum, rogus adspiciendus amatæ
Conjugis, & fratris, plenæque sororibus urnæ.
Hæc data pœna diu viventibus, ut renovata
Semper clade domus multis in luctibus, inque
Perpetuo mœrore, & nigra veste senescant.
Rex Pylius, magno si quidquam credis Homero,
Exemplum vitæ fuit à cornice secundæ.

Felix

VET. SCHOLIAST.

238. *Ad, &c.*] Imputam hanc fuisse demonstrat Poëta, interea & artificem ad inquietandum senis inguinem.

239. *Quod, &c.*] Ex eo quam diu prostiterit.

240. *Ut, &c.*] Pone ut non sit demens, qui diu vixerit, tamen omnes effert ipse filios suos.

242. *Plenaque, &c.*] Urnæ, vasa in quibus mortuorum ossa componebantur, postquam corpus arsisset.

VARIORUM.

injustis testamenti tabulis, suos liberos vetant suam hereditatem adire, illecti à fellatricibus bestiis.

238. *Ad, &c.*] Meretricem fellatricem suam, quam ex asse heredem constituit, quæ seni libidinoso & irrumatori fellandi obsequio serviebat, ejusque animum sibi devinciebat. *Idem.* *Tantum, &c.*] Tantum impuro suo ore præstitit, dum fœdissimam & abominabilem operam seni locat. *Halitus.*] Tractus oris cum halitu. *Idem.* *Oris artificis.*] i. e. Artificiosi: quod tum fellatione, tum blandiloquio hæreditatem senis captaverat. *Grang.*

239. *Quod, &c.*] Per os intelligit Phialam meretricem, quam ostendit multis annis in lupanari tanquam in obscuro angulo & lustro tanquam carcere prostitisse. *Lubin.*

240. *Ut, &c.*] Alia incommoda subtexit, & occurrit tacitæ objectioni tali: tamen multi etiam in extrema senecta corpore & animo vigent. Respondet Poëta: quamvis maxime vigeant, tamen in longa illa vita multa quæ nolint, vident, omni morte graviora. Ut mortem filiorum, conjugis, fratris, sororum, & alios luctus, mœrores, ærumnas innumeras. *Ducenda, &c.*] Ad sepulturam. *Lub.*

241. *Rogus.*] Lignorum strues, qua cadavera concremabantur. *Idem.*

242. *Plenaque, &c.*] Id est, vasa in quibus mortuarum sororum cineres & ossa componuntur. *Lubin.*

243. *Hac, &c.*] Unde sapiens dixit: *Hoc mihi longa vita attulit, ut multa quotidie qua nolim, videam.* Idem. Et Seneca *Rarum est felix idemque senex.*

245. *Nigra, &c.*] Pulla & lugubri: propter perpetua funera. *Domus senescant.*] i. e. incolæ domuum.

246. *Rex, &c.*] Jam exemplo Nestoris & aliorum demonstrat illos, qui diu vivunt multa adversa experiri. *Pylius.*] Nestor cujus pater Neleus Neptuni filius. Quem senem Pylium vocat Ovid. Patria illi Pylus in Laconico mari incumbens. *Si, &c.*] Cujus verba de Nestore Odyss. γ.

Τρὶς γάρ δή μιν φασὶν ἀνάξασθαι γένε' ἀνδρῶν. *Idem.*

247. *Exemplum vita.*] Id est, trecentos annos vixit, & proxime ad cornicis ætatem accessit, quæ vivere dicitur ix. secula vel ætates. Plin. lib. 7. cap. 48. *Secunda.*] Cujus vita non tam longæva quam cornicis, nec illi par, sed secunda ab ea, & post eam maxime longæva.

Felix nimirum, qui tot per secula mortem
Distulit, atque suos jam dextra computat annos,
Quique novum toties mustum bibit. oro, parumper
Attendas, quantum de legibus ipse queratur
Fatorum, & nimio de stamine, cum videt acris
Antilochi barbam ardentem: cum quærit ab omni,
Quisquis adest socius; cur hæc in tempora duret,
Quod facinus dignum tam longo admiserit ævo.
Hæc eadem Peleus, raptum cum luget Achillem,

At-

VET. SCHOLIAST.

248. *Rex*, *&c.*] Nestorem dicit, qui dicitur tertiam usque ætatem vixisse, id est ccc. annos, ut dicit Homerus.

250. *Quique*, *&c.*] Qui multos autumnos vidit.

253. *Antilochi*, *&c.*] Filium suum ploravit Antilochum, quem Memnon auxilium patri ferentem occidit in Troja.

VARIORUM.

248. *Nimirum*, *&c.*] Vel serio loquitur ex vulgi judicio; vel Ironice ex sua sententia. Immo vero infelix, quod probare vult. *Tot.*] Tria sc *Mortem*, *&c.*] Et ita diutissime mortuus est. *Lubin.*

249. *Atque suos.*] Hoc vult innuere: Nestorem jam implevisse 300. annos. *Lubin.* Antiqui enim per digitos numerare soliti: Numerus qui infra centum, digitis sinistræ manus numerabatur: Centenarius vero numerus & major illo, digitis manus dextræ. *Tertull. Grangæus.* *Dextra computat.*] Videtur poeta innuere, Nestorem 300 annos vixisse, cum alii 30. annis, ætatem terminantes, 90. eum vixisse dicant. A'ναπεμπάζει. Lycophron. de qua ratione vide Cæl. Rhodigin. 23. lib. cap. 12. & Lilii Gyrald. dialog 2. & Epigr. Græc lib. 2 cap 9. de anu præ qua Nestor non erat senex, ὁ χεὶ κατὰ ἄλγε κ' ἐξήμιαδ δάκτυλο δεξιτερῶν. *Farnab.* Qui legunt *dextera*, in nominativo ponunt.

250. *Quique*, *&c.*] Qui tot autumnos vixit, quibus novum mustum solet esse in deliciis. *Oro*, *&c.*] Alii leg. *Ore.* Recenset jam ærumnas, quas Nestor longa sua vita expertus est, & de quibus ipse conqueritur, vitam nimirum sibi contingere nimis longam. *Lubin.*

251. *De*, *&c.*] Vos nimis longis, vel iniquis, quæ se tanto tempore in miseriis vitam transigere permittant. *Lubin.*

252. *Fatorum.*] Cui Parcæ nimium parcant. *Nimio*, *&c.*] Quod nimis prolixum sit. & quod stamen Parca vel Atropos non citius abruperit. Respicit enim ad Parcas, quæ unicuique stamen vitæ longum vel breve distribuere à Poetis finguntur. *Cum*, *&c.*] Cum deflet filium suum, cum ejus cadaver combureretur. Hic enim Antilochus cum patri opem ferre vellet, à Memnone fuit occisus. *Acris.*] Fortis, bellicosi. *Lubinus.*

253. *Barbam.*] Cum videt fortem filium suum jam grandem & barbatum Antilochum occisum & rogo ardentem. *Farnab.* *Nam quærit*, *&c.*] Al. *Cum quærit.* Interrogat omnes familiares, cur non mortuus sit, antequam hasce calamitates experiretur. *Lubin.*

254. *Cur*, *&c.*] Quidnam deliquerit, quamobrem filii natu grandioris mortem spectare coactus sit. *Idem.*

255. *Quod*, *&c.*] Ut puniatur tam diuturna vita, quæ nihil est aliud, quam prorogatio longi mœroris. *Idem.*

256. *Hæc*, *&c.*] Sc. Conqueritur hactenus de Nestore. sequitur secundum exemplum de Peleo Æaci filio, cujus filius Achilles quem ex Thetide susceperat, ab Paride & Deiphobo in templo Apollinis

Thym-

Atque alius, cui fas Ithacum lugere natantem,
Incolumi Troja Priamus venisset ad umbras
Assaraci magnis solennibus, Hectore funus
Portante, ac reliquis fratrum cervicibus, inter
Iliadum lacrymas, ut primos edere planctus
Cassandra inciperet, scissaque Polyxena palla:
Si foret exstinctus diverso tempore, quo non

Cæ-

VET. SCHOLIAST.

257. *Atque, &c.*] Laërtes, propter Ulyxem naufragum.

259. *Assaraci, &c.*] Id est, felix, etiam fuisset Priamus, si ante incendium Trojæ fuisset mortuus, cujus funus omnes filii sui deduxissent.

260. *Portante.*] Quæ solent à filiis in funere patris fieri.

VARIORUM.

Thymbræi, sagittis confossus est, cum Polyxenæ nuptias speraret, & quem pater senex adhuc superstes deflevit. *Idem. Raptum.*] Immatura morte.

257. *Atque alius.*] Tertium exemplum Laërtæ, qui admodum senex, Ulyssem filium luxit. *Cui fas.*] Quem decet, & cui par est & convenit. *Alius.*] Non frustra nomen patris obticet, utpote incertum. Nam constans fama erat Anticleam Ulyssis matrem dum Laërtem petit, à Sisypho compressam, & inde Ulyssem natum, quod & Ajax lib. 13. Metamorph. Ulyssi objectat. *Ithacum.*] Ulyssem filium suum Ithacæ ducem. *Natantem.*] Decem annorum errore per mare jactatum. Vel simpliciter naufragio enatantem ad Calypsus insulam. Odyss. 11. *Farnab. Lubin.*

258. *Incolumi Troja.*] Quartum jam Priami exemplum subjungit. Id est, felix etiam fuisset Priamus, si Troja adhuc incolumi, & florente regno, vel ante excidium, & incendium Trojæ mortuus fuisset. Tunc enim magnis solennitatibus à quinquaginta filiis funus ejus deductum fuisset. Et tot mala, regnique sui interitum non fuisset expertus. *Umbras, &c.*] Ad sepulcra majorum: Reliquiis avi sui fratris fuisset adjunctus, magna universæ urbis Trojanæ solennitate. *Idem.*

259. *Assaraci.*] Tros genuit Assaracum & Ilionem, Ilion Laomedontem, Priami patrem. *Britan. Hectore, &c.*] Ex veterum consuetudine hoc dicit. Nam filii olim funus patris portabant. Plin. lib. 7. de Q. Metullo. Inter felicitatis humanæ exempla numeratur. *Lubin. Funus.*] Corpus Priami patris.

260. *Reliquis, &c.*] Humeris enim portabantur funera. Teste Homero, quinquaginta illi filii erant, & duodecim filiæ. *Idem.*

261. *Inter, &c.*] Describit solennitates funebres. Flevissent autem mortuum suum regem & patrem, Iliades & Trojanæ mulieres. *Et, &c.*] Cassandra enim quia vates erat, futuram patris mortem præscivisset, & ob id prima omnium, & prius quam reliquæ sorores flevisset, tanquam præfica. Præficæ enim modum plangendi cæteris dabant. *Grangæus.*

262. *Scissaque palla.*] Lacera oblonga muliebri veste, ob luctum patris mortui. *Polyxena.*] Virgo pulcherrima & fortissima, cujus nuptias Achilles appetebat, qui ab Alexandro Paride, ut supra dictum, occisus est. Ob id hæc, eversa Troja, ad Achillis tumulum in Sigeo interfecta fuit à Pyrrho Neoptolemo Achillis filio. *Lubin.*

263. *Si, &c.*] Si mortuus fuisset priusquam filius Alexander naves illas ædificabat, quibus Helenam Menelai

Cœperat audaces Paris ædificare carinas.
Longa dies igitur quid contulit? omnia vidit
Eversa, & flammis Asiam, ferroque cadentem.
Tunc miles tremulus posita tulit arma tiara,
Et ruit ante aram summi Jovis, ut vetulus bos,
Qui domini cultris tenue, & miserabile collum
Præbet, ab ingrato jam fastiditus aratro.
Exitus ille utcunque hominis: sed torva canino
Latravit rictu, quæ post hunc vixerat, uxor.

Et

VET. SCHOLIAST.

264. *Audaces, &c.*] Bene, audaces: quia Helenam alienam uxorem ablaturæ erant.

265. *Omnia, &c.*] Ut Virgilius:
Urbem ubi capta casum, collapsaque vidit, &c.
Ergo hoc illi prolixa vita præstitit.

268. *Et ruit, &c.*] Ut Virgil.
Sanguine fœdantem quos ipse sacraverat ignes.

270. *Ab, &c.*] Contemtus ab aratro senex, qui non potest laborare, id est, ætate.

271. *Sed, &c.*] Hecubam dicit, quæ excæcato Polymestore, cum saxis impelleretur à populo Thracum, versa in canem fertur. An quia Græcis convicia congerebat, canem nominaverunt?

VARIORUM.

conjugem abducebat. Quæ rapina caussa fuit excidii urbis Trojanæ. *Idem. Diverso tempore.*] Prius quam.

264. *Audaces.*] Recte, quippe illis alienam conjugem abducturus erat. Vel *ille audax*, Idem.

265. *Longa, &c.*] Nimirum hoc ipsi contulit, ut multas extremas calamitates, morte atrociores experiretur. *Dies* hic pro tempore. *Quid contulit?*] Nihil profuit. *Omnia &c.*] Id est, Iliada malorum & calamitatum, longa vita expertus est, ruinam Asiæ Imperii sui. *Idem.*

266. *Asiam.*] Asiæ partem magnam.

267. *Tunc, &c.*] Priamus deposito pileo vel tiara, qua pacis tempore utebatur, senex, & annis tremulis arma induit, & gestavit. Respicit ad illud Virgilii 2. Æneid.
Arma diu senior desueta trementibus ævo.
Circumdat nequidquam humeris, & inutile ferrum
Cingitur.
Vide & Brissonium 2. de regno Pers. *Idem.*

268. *Ante, &c.*] Aram. Jovis Hercei, ubi à Pyrrho filium suum insequente trucidatur, cum filium Politem vellet defendere. *Ruit.*] Cadit occisus. *Vetulus bos.*] Jam ætate segnis ac inutilis. *Lubin.*

269. *Qui, &c.*] Qui bos, ob senectutem aratro jam inutilis, mactatur ab ingrato agricola. & illius cultris cædendum offert collum senectute tenue & miserandum.

270. *Ingrato*] Ab ipso agricola ingrato, id est, quem jam agricola ingratus fastidivit. *Britan. Fastiditus.*] Contemtus ab aratro, cui jam inutilis est. *Lubinus.*

271. *Exitus.*] Fatum & mors. *Hominis.*] Dicit Poëta; casum Priami utcunque ferendum esse, qui quidem homo sit mortuus. Cum uxor Hecuba in canem mutata, canis sit mortua. Cujus calamitas longe atrocior. *Lubin.* Vid. Ovid. 13. metamorp. Hygin. fab. 111. & 243.

272. *Latravit.*] Ita fictum, nam Græcis convicia torva ac truculenta fronte ingerebat, ob id canis dicta. *Rictu.*] Os enim in rictum distrahunt latrantes canes. *Idem.*

273. Fo-

Festino ad nostros, & Regem transeo Ponti,
Et Crœsum, quem vox justi facunda Solonis
RESPICERE ad longæ jussit spatia ultima vitæ.
Exsilium, & carcer, Minturnarumque paludes,
Et mendicatus victa Carthagine panis,
Hinc caussas habuêre. quid illo cive tulisset
Natura in terris, quid Roma beatius unquam,
Si

VET. SCHOLIAST.

273. *Et Regem, &c.*] Mithridates cum per quadraginta annos adversus Romanos dimicasset, cum Pharnacem filium suum apud cæteros ejus fratres voluisset occidere, ab omni relictus exercitu est: & exhausto veneno periit. Accepto frequenter antidoto, ut perire non posset. postea vero Pharmaces successit ejus imperio.

274. *Et, &c.*] Cum interrogatus fuisset Solon à Crœso, si aliquem vidisset tam gloriose regnantem; ille dixit, debere vitæ ultimæ eventum exspectare, quem cum Cyrus captum victor vivum jussisset in rogo poni, clamare cœpit, Solonem non sibi esse mentitum: atque ita à Cyro est liberatus, timente ne ali quid sibi faceret in extremo vitæ spatio perdurante.

276. *Exilium, &c.*] Cum Sylla cum Jugurtha in Africa pugnaret, Marius supra ipsum ambiit, & missus est, illo remoto, vicit. Posthæc cum denuo ad Mithridatem Sylla mitteretur, & profectus esset in Campania, iterum cœpit ambire supra eum, & inde discordia inter eos nata est. Verum cum Sylla reverteretur ob hanc caussam, Marius fugit, & latuit in Galliis in Minturnarum paludibus. Qui cum fuisset ibidem agnitus, in carcerem missus est, & cum carnifex ad occidendum eum missus esset, visa circa eum tanta majestate, vel quid futurus esset, relicto gladio pavens fugit, ac retulit cognita his à quibus missus fuerat. Illi eum dimitti jusserunt. Qui cum fuisset dimissus, in Africam abiit, id est, Carthaginem. ibidem solutis ergastulis Romam venit, & omnes Syllanos occidit, & receptus à Cinna tunc Consule, tenuit urbem. Postea Consul VII. fuit. Sylla posito in bello qui ante adventum * Syllæ fato suo mortuus est.

VARIORUM.

273. *Festino, &c.*] Missis jam Græcis & externis exemplis, pergo ad nostra Romanorum exempla. *Regem, &c.*] Mithridatem intelligit, qui vixit annos 69. & cum Romanis per 40. annos varia bella gessit, & 57. annis regnavit, ter à Sulla, Lucullo & Pompejo victus: quique 40. annorum belli tædia, veneno, cum non posset gladio, finivit. Vide Flor. lib. 3 cap. 5.

274. *Et Crœsum.*] de hoc vide Herodotum libro. 1.

275. *Respicere, &c.*] Quam sententiam egregie expressit Ovid.

—— *Sed scilicet ultima semper*
Exspectanda dies homini, dicique beatus
Ante obitum nemo supremaque funera debet. Lubin.

276. *Exsilium, &c.*] Pergit jam ad Romanos. Et primum exemplum proponit Marium Arpinatem, qui septies consul fuit. De quo Florus lib. 3. cap. 21. *Exsilium.*] In Africam refugium, & tam latibula, quam carcer quæ Minturnis Marius invenit. Tangit Historiam notam de Mario. *Carcer.*] Nam Minturnenses cives eum captum in carcerem conjecerunt. *Minturnarum.*] Strabo lib. 5. ait, Minturnas opidum Latii prope mare, inter Firmios, & Suessam sitas, quos dividit Lyris amnis. *Lubin.*

277. *Victa, &c.*] In ruderibus Carthaginis. *Idem.* i. e. Carthagine jam devicta.

278. *Hinc, &c.*] Ex longa vita. Nam fici-

Si circumducto captivorum agmine, & omni
Bellorum pompa, animam exhalasset opimam,
Cum de Teutonico vellet descendere curru?
Provida Pompejo dederat Campania febres
Optandas, sed multæ urbes, & publica vota
Vicerunt. igitur fortuna ipsius, & urbis
Servatum victo caput abstulit. hoc cruciatu
Lentulus, hac pœna caruit, ceciditque Cethegus
Integer, & jacuit Catilina cadavere toto.
Formam optat modico pueris, majore puellis

Mur-

VET. SCHOLIAST.

283. *Provida, &c.*] Nam dicitur Pompejus mox quam suscepit bellum civile contra Cæsarem, in Capua vehementer ægrotasse: & quia non potuit febre emori, servatus est, ut a Cæsare occideretur.

287. *Lentulus.*] Qui proditor fuit. Et Cethegus conjuratus Catilinæ, laqueo quasi conjurati, non gladio perierunt.

VARIORUM.

Perfunctus illis honoribus ac triumphis defunctus mortuus esset, in tantas calamitates non incidisset. *Quid, &c.*] Nemo in toto terrarum orbe, nemo in Urbe, fuisset beatior C. Mario, si mortuus fuisset Romæ, & illo tempore cum de Teutonibus triumpharet. *Idem. Tulisset.*] Procreasset.

280. *Circumducto.*] Triumphum indicat, in quo captivi circumducebantur. *Idem. Captivorum.*] Cimbrorum & Teutonum.

281. *Animam, &c.*] Florentem, felicem, lætam & triumphantem. Allusio est ad spolia opima, quæ dux duci detraheret. *Britannic.*

282. *Teutonico vellet, &c.*] Quo de Teutonibus triumphans vehebatur. *Labinus.*

283. *Provida, &c.*] Hic locus defumtus ex Cicer. Tuscul. 1. Id est exemplum Pompeji, qui ante bellum civile, magnis rebus gestis Capuæ (ut alii, Neapoli, nam Neapolis etiam est civitas Campaniæ) febri correptus est. Qua si mortuus esset, felix fuisset, & in miserum illud civile bellum non servatus. Vide *Velleium Paterculum* lib. II. *Provida.*] Favens & benevola, quæ cum voluit Cæsaris manibus eripere, ejusque gloriæ consulere. Quæ ipsum futuris calamitatibus præreptum voluit. *Labin. Febres, &c.*] Optandum certe ipsi fuisset febre mori, ne cum ignominia victus moreretur.

284. *Publica, &c.*] Quæ in multis urbibus pro salute Pompeji concipiebantur, illum morti eripuerunt, ut postea miserius moreretur ab Achilla & Photino occisus. *Idem.*

285. *Igitur, &c.*] Adversa fortuna Pompeji & urbis Romæ. *Florus* lib. IV. cap. 9.

286 *Servatum.*] Ad hanc ignominiam. Per preces, & publica vota. *Victo.*] Pompejo, à Cæsare. *Hoc, &c.*] Capitis scilicet amputatione. Scoptice exaggerat ærumnas Pompeji ob longam vitam, quas graviores esse dicit, quam Lentuli, Cethegi, Catilinæ, &c. *Labinus.*

287. *Hac pœna.*] Ut non capite mutilati, sed integri occiderunt. *Lentulus.*] Sura, Senatorii ordinis. Vide Sallustium.

288. *Catilina.*] Qui cum hostibus acriter pugnans, confossus est, & longe à suis inter hostium cadavera repertus, ut scribit Salustius.

289. *Formam.*] Dixit de divitiis, honoribus, gloria, potentia, & eloquentia, & de senectutis voto. Transit jam

ad-

Murmure, cum Veneris fanum videt anxia mater
Usque ad delicias votorum. cur tamen, inquit,
Corripias? pulchra gaudet Latona Diana.
Sed vetat optari faciem Lucretia, qualem
Ipsa habuit. cuperet Rutilæ Virginia gibbum
Accipere, atque suum Rutilæ dare. filius autem
Corporis egregii, miseros, trepidosque parentes
Semper habet. RARA EST adeo concordia formæ,
Atque pudicitiæ; sanctos licet horrida mores

Tra-

VET. SCHOLIAST.

290. *Cum Veneris, &c.*] Id est, cum ad templum Veneris vadit.

291. *Usque, &c.*] Id est, usque ad hoc deliciæ hominum veniunt, ut pulchritudinem optent filiis suis.

292. *Pulchra, &c.*] A majore ad minus.

293. *Sed, &c.*] Lucretia uxor Tarquinii Conlatini, quam Tarquinius, amorem ejus non sustinens, invitam dicitur corrupisse. propter quod illa mortem sibi adscivisse dicitur.

294. *Cuperet, &c.*] Virginiam Appius Decemvir adamatam, clienti, quem ob hoc subornaverat, in servitutem addixerat. Propter quod eam pater Virginius interemit; Decemviris imperium abrogatum. Appius in carcere necatus est.

VARIORUM.

ad votum pulchritudinis, quam & ipsam multis exitiosam & pestiferam fuisse demonstrat. *Optat.*] Ordo & sententia est: Mater anxia, & de filiorum ac filiarum salute admodum solicita, pueris & filiis suis venustatem corporis paucis verbis & modico murmure optat, sed filiabus pluribus verbis, & majore murmure, idque facit in templo Veneris. *Lubin.*

290 *Veneris, &c.*] Illa enim venustatis Dea, quæ vel Paride judice Dearum pulcherrima. *Lubin.*

291 *Usque, &c.*] Mater enim & delicias votis concipit: suis formam omnis, quæ ad votorum delicias tantum spectat. *Anxia.*] Solicita de liberis. *Usque ad.* i.e. Usque ad delicata nimis vota. Sic fere omnes: Sed ego conjungo *videt usque*, ut sit visitat sæpe, vel semper *ad delicias votorum*, ut pro ipsis vota deliciarum plena concipiat. *Cur, &c.*] Cur tu nos talem pulchritudinem liberis nostris petentes corripis & reprehendis? Tamen facimus illud Deæ Latonæ exemplo, quæ suo filio Apolline formoso, & Diana filia pulchra gaudet. *Idem.*

293. *Sed, &c.*] Respondet Poëta ad objectionem: Ut maxime Latona hoc faciat, tamen Lucretia, quæ propter formam, per vim corrupta à Tarquinio Sexto, formam exoptare vetat, cum sibi probro & exitio fuerit. *Valer. Maxim.* lib. 6. cap. 1.

294. *Cuperet, &c.*] Virginia, quam Pater Virginius Appio Claudio appetitam & illius stupro destinatam occidit, vellet potius gibbosa & deformis fuisse. Vid. Flor. lib. 1. cap. 15. *Rutila.*] Lura Rutila, ut Plin. lib. 7. scribit, nonaginta septem annos excessit, gibbosa & deformis.

295. *Suum.*] Hoc quod suum erat, suam formam. Ergo & sunt qui legant *suam*. *Filius, &c.*] Pulchris enim ubique periculum est. *Idem.*

296. *Trepidos, &c.*] Timent ne ad stuprum rapiantur, ne a matronis adamentur, & propterea in vitæ discrimina incidant. *Idem.*

297. *Rara, &c.*] Egregia sententia. Plerunque enim formosi solent esse impudici. *Idem.*

298. *Sanctos, &c.*] Illis verbis indica-

Tradiderit domus, ac veteres imitata Sabinas:
Præterea castum ingenium, vultumque modesto
Sanguine ferventem tribuat natura benigna
Larga manu (quid enim puero conferre potest plus
Custode, & cura natura potentior omni?)
Non licet esse viros: nam prodiga corruptoris
Improbitas ipsos audet tentare parentes.
Tanta in muneribus fiducia. nullus ephebum

De

VET. SCHOLIAST.

301. *Sanguine, &c.*] Cito erubescentem.

304. *Non, &c.*] Ut omnia interim ad custodiendum fiant, inter viros permanere formosus non potest.

VARIORUM.

est, quam difficile sit ipsis pulchris Romæ pudicitiam tutari ac defendere. Est autem hic sensus versuum aliquot sequentium: Licet simplex & inculta domus a lascivia & libidine aliena, alicui attribuat mores sanctissimos, & quæ domus veteres Sabinas mulieres castissimas imitetur & repræsentet; licet etiam ipsa natura præterea, quæ potior est omni magistro & disciplina, aliquem à natura castum, & à libidine alienum efformaverit: tamen Romæ viri manere, & casti pudoris decus tutari atque custodire, ipsis non licet. *Horrida, &c.*] In exigua ac pauperculâ casula sine cultu & deliciis, in qualibus plerumque pudicitia & sanctitas inveniuntur solummodo. *Sanctos mores.*] Nulla libidine aut turpitudine inquinatos. *Idem.*

299. *Sabinas, &c.*] Quæ sine cultu & ornatu castæ & pudicæ. De castitate Sabinarum lege *Ald. Manut.* libro 3. per Epist. quæsit. Alii *Sabinas*.

300 *Præterea, &c.*] Conjunxit duo, quæ plurimum faciunt ad honestos mores, pudicitiam & castitatem, educationem & naturam. Vult ergo innuere, etiamsi quis à natura consequatur animum castum, modestum & verecundum; tamen Romæ corrumpetur. Utpote ubi tanta pædiconum, & nebulonum multitudo, qui ante omnia expugnent. *Lubin.*

301. *Sanguine, &c.*] Pudoris gratia rubore suffusum, vel cito erubescentem, optimi animi documento, virtutis enim tinctura dicitur. *Idem.*

302. *Quid, &c.*] Quid alicui puero ipsa natura plus ad pudicitiam tuendam tribuere potest, quam naturalem inclinationem ad castitatem & modestiam. *Plus, &c.*] Cauta institutione.

303. *Natura, &c.*] Egregie dictum, Naturæ enim vis omnem institutionem & custodiam superat. *Cura, &c.*] Institutione, adsuefactione, doctrina, exercitatione. Quæ & ipsa tamen multum valent, sed plus natura. *Idem*

304. *Non, &c.*] Tamen inquit difficillimum est, ut viri illi permaneant, & cum pulchri sint, ut non corrumpantur. Nam ut sequitur, quia pulchri sunt, aut castrantur aut corrumpuntur, hoc est, aut spadones fiunt, vel Cinædi & Pathici. Porro qui castrantur pene abeunt in fœminam, quod & vox illorum indicat. Porro Cinædi muliebria patiebantur, ut merito dictum sit:

Non licet esse viros.

Nam, &c.] Improba corruptoris munerum prodigalitas, ipsos parentes sollicitare non erubescit, ut summis muneribus patiantur filios suos corrumpi.

306. *Tanta, &c.*] Id est, usque adeo confidunt muneribus suis, quibus omnia expugnantur:

Munera, crede mihi, placant hominesque Deosque.

Nullus, &c.] Aliud periculum indicat formosis imminere. Castrabantur enim pueri

Deformem sæva castravit in arce tyrannus;
Nec prætextatum rapuit Nero loripedem, nec
Strumosum, atque utero pariter, gibboque tumentem.
I nunc, & juvenis specie lætare tui, quem
Majora exspectant discrimina. fiet adulter
Publicus, & pœnas metuet, quascunque maritis
Iratis debent: nec erit felicior astro
Martis, ut in laqueos nunquam incidat. exigit autem
Interdum ille dolor plus, quam lex ulla dolori
Concessit. necat hic ferro, secat ille cruentis

Ver-

VET. SCHOLIAST.

306. *Et pœnas*, &c.] Id est, Tyrannus nullum ephebum in arce sua tentum *in adulterium fœdum castravit*, nisi formosum. Id est, *cum adulterat*.

313. *Nec*, &c.] Qui cum Venere deprehensus est in adulterio.

VARIORUM.

pueri ante 14. annum, quibus postea per extremum scelus ad libidinem abutebantur, ut Satyra 6. vers. 370. dictum. Eligebantur autem à mulieribus bene armati à natura, ut Sat. 6. etiam notatum. Nero autem in arce Tarpeja vel Capitolio etiam ephebos castrare solebat, sed formosos. Imo Spurium suum vel Sporum genitalibus exsectis, plane in mulierem efformare voluit. Suet. Nerone, cap. 28. *Lubin.*

307. *Sæva.*] Nam ibi spoliabantur illis partibus, à quibus viri nominamur. *Idem.*

308. *Nec*, &c.] Probat tyrannicis Neronis temporibus periculum tantum fuisse formosis, non autem deformibus. *Prætextatum.*] Nobilem puerum ad stuprum rapuit. *Loripedem.*] Claudum, contortum, oblique incedentem, & cui in lori modum obtorta sunt crura. *Idem.*

309. *Strumosum.*] Strumæ sunt, quæ barbaris vocantur Scrophulæ, Gallis *Escruelles*, hinc strumosus, qui illo morbo laborat. *Grangæus. Gibbo*, &c.] Qui gibbosus pariter & ventrosus fuerit. *Lubinus.*

310. *I nunc*, &c.] Ridet stultos parentes & matrem pulchritudine filiorum suorum gaudentem, ob quam etiam in majora discrimina sint præcipitandi, quam illa de quibus paulo ante de Nerone dixit. *Idem. Juvenis.*] Filii tui. *Specie.*] Forma.

311. *Discrimina.*] Pericula, damna. *Fiet*, &c.] Ab omnibus matronis propter formam solicitatus.

312. *Et*, &c.] Omnes illas pœnas adulterii metuere cogetur, quas debent adulteri iratis maritis, quorum uxoribus in adulterio abusi sunt, si ab ipsis deprehendantur: de quibus mox. *Canterus* Nov. lect. 3. cap. 6. *Lips.* Epistolar. quæstion. libro 4. Epistola 24. *Maritis*, &c.] Al. legunt. *Maritus Exigit iratus.* Al. *Mariti Irati debent.*

313. *Nec*, &c.] Argumentum ab imparibus majoribus, quod ne ipsi quidem Marti impune fuerit adulterum esse, nedum tibi: id est, in vincula incidet, ut Mars cum Venere in adulterio à Vulcano deprehensus, catenis vinctus est. Vide Ovidium 4. Metamorph. *Hyginus* Fab. 148. *Astro Martis.*] Alludit ad malignitatem astri Martis & pro ipso Marte ponit.

314. *Exigit*, &c.] i. e. poscit. Exaggerat jam illas pœnas. *Lubin.*

315. *Ille*, &c. Quem maritus patitur, dum adulterum deprehendit. *Plus*, &c.] Multi enim impatientia doloris illius, crudelissime & atrocissime sæviunt in adulteros. De legibus diversarum gentium quibus puniuntur adulteria, *Lipsius* 4. Comment. ad Annal. Tacit.

316. *Necat*, &c.] Adulterum deprehen-

Verberibus, quosdam mœchos & mugilis intrat;
Sed tuus Endymion dilectæ fiet adulter
Matronæ: mox cum dederit Servilia nummos,
Fiet & illius, quam non amat: exuet omnem
Corporis ornatum. quid enim ulla negaverit udis
Inguinibus, sive est hæc Hippia sive Catulla?
Deterior totos habet illic fœmina mores.
Sed casto quid forma nocet? quid profuit immo

Hip-

VET. SCHOLIAST.

317. *Et Mugilis*, &c.] Piscis grandis capitis, postremis exilis, qui in podicem mœchorum deprehensorum solebat immitti.

318. *Sed tuus*, &c.] Pulcher tuus Endymion, pastor, quem Luna adamavit.

319. *Servilia.*] Nomen cujusdam mulieris turpissimæ.

320. *Exuet*, &c.] Pro libidine usque & sua ornamenta, inquit, donat mulier, ut tantum ad libidinem suam possit inducere filium tuum.

322. *Sive*, &c.] Quælibet nobilis matrona nihil aliud præter libidinem spectat.

324. *Sed casto*,] Quasi objectio. Quid enim si castus fuerit, pulchritudo nocet?

VARIORUM.

hensum. *Secat ille.*] Ad mortem usque flagellis cædit & lancinat. *Luben.*

317 *Quosdam*, &c.] Alludit ad supplicium, quo olim Athenienses pauperes afficiebant, in adulterio deprehensos: eis enim depilabant nates cinere calido, deinde raphanos & mugiles in podicem immittebant. *Grangæus.* Est autem hic mugil incredibilis voracitatis piscis, vetus mœchorum supplicium. *Lub.*

318. *Sed*, &c.] Ironia. Compellat autem matrem formosi juvenis. Sed pulchellus ille tuus, & venustulus Endymion solas formosas & dilectas amabit scilicet. Imo vero ille omnium adulter erit, & illius etiam, quam non amat, modo pecuniam illa dederit. *Endymion.*] Formosulus filius, ut Endymion à Luna amatus. *Hygin.* Fab. 271.

319. *Mox cum*, &c.] id est, turpis & deformis Servilia Bruti mater, ipsum nummis eo adiget, ut se amato, quam tamen ob deformitatem non amat, cogitur. *Lubinus.*

320 *Exuet*, &c.] Id est, Servilia illa nihil filio tuo denegabit, omnia dabit, etiam corporis omnia ornamenta, ut libidini suæ satisfaciat. *Idem.*

321 *Quid*, &c.] Mulier quæcunque etiam si mœcha sit, nihil negat suis adulteris, modo libidinem expleat. Per *udis inguinibus*, membrum muliebre intelligit. *Idem.*

322. *Sive est*, &c.] Id est, sive alias sit prodiga & nobilis ut Hippia; sive avara, ut Catulla, in adulterum satis liberalis erit. *Idem.* Alii legunt, *Oppia.*

323. *Deterior*, &c.] Fœmina, quæ aliis in rebus deterior & avara est, illic in erogando aliquid in adulterum habet totos mores, optime morata & liberalis est. Vel omnes mores habet, liberalitatem, beneficentiam, humanitatem. *Lubin.* *Totos habet*, &c.] Totam industriam, omnes corporis & animi nervos. *Illic.* In corrumpendis formosis pretio & precibus.

324. *Sed*, &c.] Objectio est. Quod si quispiam castus sit, illi nulla forma vel pulcritudo fraudi esse possit. *Casto.*] Qui natura talis est. *Quid*, &c.] Alii legunt, *quod profuit ergo*. alii. *olim.* Jam occurrit objectioni, & demonstrat falsam esse exemplis Hippolyti, & Bellerophontis. Id est, Hippolyto, tamen grave illud & severum propositum caste vivendi, nihil profuit. Illo enim vitæ periculum sibi accersivit. *Hygin.* Fabul. 47 49.

325. *Bel-*

Hippolyto grave propositum? quid Bellerophonti?
Erubuit nempe hæc, ceu fastidita repulso.
Nec Sthenobæa minus quam Cressa excanduit, & se
Concussêre ambæ. Mulier sævissima tunc est,
Cum stimulos odio pudor admovet. elige quidnam
Suadendum esse putes, cui nubere Cæsaris uxor
Destinat. optimus hic, & formosissimus, idem
Gentis patriciæ, rapitur miser exstinguendus
Messalinæ oculis: dudum sedet illa parato

Fla-

VET. SCHOLIAST.

326. *Nempe, &c.*] Phædra Minois filia, uxor Thesei, noverca Hippolyti.

327. *Nec, &c.*] Prœti uxor, quæ amavit Bellerophontem.

329. *Cum, &c.*] Dum læsa, aut contemta erubescit. dum læsus amor irascitur. ut Virgilius:

--- Duri magno sed amore dolores
Polluto, notumque furens quid fœmina possit.

330. *Cui, &c.*] Uxor Claudii Messalina: quæ Gaio Silio palam nupsit, inducto etiam Claudio, ut tabulas dotales obsignaret: quod quasi de industria simularetur, ad avertendum periculum quod immineret ipsi, * per quem dum portenta ostenderentur Hostilium transeuntem per forum rapuit Claudius, & necavit.

333. *Messalina, &c.*] Vidente ipsa, id est, ante oculos amatus crucifigitur.

VARIORUM.

325. *Bellerophonti.*] Vide *Hygin.* Fab. 57.

326. *Erubuit, &c.*] Ordo est: Hæc Sthenobæa ceu fastidita & repulsam passa erubuit, nec minus eadem Sthenobæa excanduit vel irata fuit, quam Phædra illa Circensis, de qua prius. *Lubinus.* Alii *Repulsa. Erubuit.*] Rubet enim qui in turpi facinore vel ab aliis vel à seipso deprehenditur.

327. *Cressa.*] Phædra, Minoidis Cretensium regis filia, & Pasiphaës, quam Theseus è Creta à minotauri cæde rediens, in Græciam rapuit. *Lubin.*

328. *Concussêre.*] Ad ultionem sese excitarunt, more Athletarum & vehementer iratorum, in pectus vel latus ad iram excitandam solent concutere. *Mulier, &c.*] Dum contemta erubescit & ex pudore iram & furorem concipit, vel dum furor fit ex læso & repudiato amore, *Idem.*

329. *Cum stimulos, &c.*] Cum incitat. *Elige, &c.*] Subjungit jam aliud, adeoque ultimum exemplum de Cajo Silio, quo probat formam & corporis pulchritudinem obesse. C. Silius ergo formosissimus, & cum in eum exarsisset Messalina Claudii uxor, coactus est demissa uxore sua, Claudio Hostiam profecto, palam Messalinam ducere, unde mox re cognita, Silius interfectus est. Vide Tacit. lib. 11. & Sueton. *Quidnam.*] Ducas Messalinam nec ne?utrinque enim mors. Quasi dicat, nihil illi suadere, nullum illi consilium dare potes, quo mortem effugiat? *Idem.*

330. *Cui, &c.*] Hæc Messalina prorsus libidinis fuit portentum & monstrum. *Idem.* Vide sup. Sat. VI. vers. 127. &c.

331. *Optimus hic.*] C. Silius, quin etiam consul designatus. *Lubin. Idem gentis &c.*] Ille ipse etiam nobilis.

333. *Messalinæ, &c.*] Vel propter oculos Messalinæ quibus placuit: vel Amore, qui ex oculis; vel ut Probus ait, quod postea vidente Messalina in conspectu ejus, cruci adfixus sit. *Dudum, &c.*] Eo dicit, nam nupturæ flammeo velabantur. Innuit autem ipsam Messalinam conjugii illius cupidissimam, & paratam fuisse, & omnia ad nuptias necessaria

Flameolo, Tyriusque palam Genialis in hortis
Sternitur, & ritu decies centena dabuntur
Antiquo: veniet cum signatoribus auspex.
Hæc tu secreta, & paucis commissa putabas?
Non, nisi legitime, vult nubere: quid placeat, dic:
Ni parere velis, pereundum erit ante lucernas.
Si scelus admittas, dabitur mora pervula, dum res
Nota urbi & populo contingat Principis aures.

Do-

VET. SCHOLIAST.

334. *Flameolo.*] Quo nova nupta operitur. *Genialis.*] Lectus ubi concumbunt.

335. *Centena, &c.*] Dos scilicet secundum morem.

336. *Auspex.*] Auspices ut solebant nuptiis interesse.

337. *Et, &c.*] Clanculo celebrari.

338. *Non, &c.*] Adultera.

VARIORUM.

saria jam esse parata. Vide Sat. 2. vers 125. *Idem.*

334. *Tyriusque, &c.*] Id est, purpureus genialis vel conjugalis aut nuptialis lectus, palam sternebatur in hortis Lucullianis. Dicebatur *lectus genialis* vel quia genio aut Junoni sacer erat, vel quia liberis gignendis destinaretur, ita vocabatur ominis caussa. vide Pers. Sat. 2. vers. 3. *Palam.*] Ut in licitis nuptiis. Exprimitur incredibilis mulieris audacia. *Idem.* *Hortis.*] Lucullianis.

335. *Et, &c.*] Sestertia, scilicet, ingens dos, de qua dictum fuit 6. Satyra. Erat autem hic numerus in dote lautiorum legitimus & solemnis. Subintelligebantur autem *centena millia.* Ita ut decies centena, infinitam pecuniam significarent. *Turnebus* libro 16. capite 30. *Ritu, &c.*] Dos enim marito dari instituta fuerat, propter matrimonii onera. *Lubin.*

336. *Cum, &c.*] Qui obsignabant tabulas & instrumenta matrimonialis contractus, id est, cum notariis. *Audiverat auspicum verba, sacrificavit, distribuit inter convivas.* Sic Tacit. 11. Annal. *Consulem designatum, cum uxore Principis, prædicta die, adhibitis, qui obsignarent velut suscipiendorum liberorum causa, convenisse; atque illam audisse auspicum verba, subiisse, sacrificasse, &c.* *Auspex.*] Nullæ nuptiæ, præsertim legitimæ, fiebant sine auspicio. *Idem.*

337. *Hæc, &c.*] Verba Poëtæ ad infelicem Gajum Silium, qui hosce concubitus furtivos & clam fore existimavit. *Paucis commissa.*] Quod pauci sciunt, inter vos nuptias contrahendas. *Idem.*

338. *Non, &c.*] Exprimitur hoc loco cæca libido in Messalina, quæ imperatore marito vivo & superstite, jamque Hostiam tantum profecto, sacrificii caussa, tamen legitime & palam alteri vellet nubere. *Quid, &c.*] Ad Silium hæc dicuntur non sine morsu. Elige ergo ô Sili, quomodo mori velis, a Messalina occidi, an a Claudio. Si nolis Messalinam ducere, ab illa statim occideris hodie. Si ipsi obsequaris, paulo post ab ipso Claudio occidendus es. Hoc autem malum tuæ formæ debes. *Lubin.*

339. *Ante, &c.*] Te Messalina curabit occidi, antequam nox adveniat. *Lubin.*

340. *Si, &c.*] Id est, si contra Messalinæ morem gesseris, parvulam vitæ moram consequeris, donec vestræ hæ nuptiæ, quæ toti urbi & omni populo innotuerunt, etiam ad principis Claudii aures perveniant. *Mora, &c.*] Unius aut alterius diei. *Dum res.*] Vestra scelera & nuptiæ tragicæ. *Idem.*

341. *Principis.*] Imperatoris Claudii Hostiæ, tertio lapide à Roma urbe commorantis. *Idem.*

342. Do-

Dedecus ille domus sciet ultimus: interea tu
Obsequere imperio, sit tanti vita dierum
Paucorum. quidquid melius, leviusque putaris,
Præbenda est gladio pulchra hæc & candida cervix.
Nil ergo optabunt homines? Si consilium vis,
Permittes ipsis expendere Numinibus, quid
Conveniat nobis, rebusque sit utile nostris:
Nam pro jucundis aptissima quæque dabunt Dii.
Carior est illis homo, quam sibi. nos animorum
Im-

VET. SCHOLIAST.

342. *Interea, &c.*] Interea dum ad illum pervenit crimen admissum, tu illi vel tibi sac satis. nam sive indulseris, sive negaveris, tantundem erit.

346. *Nil, &c.*] Objectio cum interrogatione.

347. *Permittes.*] Pones in voluntate Deorum.

350. *Carior, &c.*] Ipsi non petita bona præstabunt. Plus enim nos ipsis cariores sumus quam nobis.

VARIORUM.

342. *Dedecus, &c.*] Id est, omnium ultimo loco & tempore rescisceт hoc probrum, dedecus & infame adulterium suæ familiæ. Hinc Xiphil. in Claudio: *Quæ cum viderentur & audirentur ab omnibus, ea solus Claudius ignorabat. Ille.*] Claudius. *Interea tu.*] Scoptice illum jam quasi hortatur ad obsequium Messalinæ, parvulam illam vitæ moram æqui & boni consulendam. *Idem.*

343. *Obsequere, &c.*] Messalinæ quam ducas. Si nimirum paucorum dierum vita tanti tibi est, ut adhuc per unum atque alterum diem potius vivere velis, quam statim mori, si recuses. *Idem.*

344. *Quicquid melius &c.*] Utcunque feceris, moriendum tibi tamen est ob formam.

345. *Præbenda, &c.*] *Pulchra* hoc loco *cervix* Emphatice dicitur. Nam pulchritudo ipsi exitialis fuerat. *Idem.* Hoc formosum & candidum collum à carnifice amputandum erit, & sic tu capite multaberis.

346. *Nil, &c.*] Hactenus dixit & exposuit, quid non sit optandum, nimirum non opes, non potentia, &c. cum illa omnia plerisque exitio fuerint. Respondet ergo objectioni, qua quis diceret: Si horum nihil orandum est, sequitur homines nihil prorsus à Diis debere petere. Illi respondet, orandos quidem esse Deos: Cæterum quæ optima sint, Deorum arbitratui esse permittendum. *Idem.* *Si consilium vis.*] Verba Juvenalis bonum & salutare subministrantis consilium.

347. *Permittes ipsis.*] Pia & Christiana sententia. Quasi dicat: Tu tantum ora, quidquid autem tibi utile sit illud Deus novit. & tibi dabit. Quæ Dei voluntas cum mala velle non possit, haud dubie optima dabit, & cum sapientissima sit, optima potest eligere. *Expendere.*] Considerare. Vide Socratis dictum in Val. Maxim. lib. 7. cap. 2. & ejusdem Socrat. apud Xenophont. Ἀπομνημ. α. ηὔχετο πρὸς τοὺς θεοὺς ἁπλῶς τἀγαθὰ διδόναι, ὡς τοὺς θεοὺς κάλλιστα εἰδότας, ὁποῖα ἀγαθά ἐστι, &c. *Idem.*

349. *Nam, &c.*] Pro illis, quæ nobis inconsulto, & inconsiderato appetitu jucundissima videntur, Deus nobis dabit aptissima, utilissima, & salutaria quæque. *Aptissima, &c.*] Optima nobis, & convenientia. Valerius lib. 7. cap. 2. de sapienter dictis, hanc rem latissime tractat. *Lubin.*

350. *Carior, &c.*] Quasi dicat: Nos multa perniciosa à Diis petimus, quasi nobis ipsis infesti, & inimici simus: illi vero non mala, sed bona nobis dant, tanquam nobis amici. *Nos, &c.*] Adfectuum impulsu, non rationis. *Lubin.*

351. Ca-

Noscenda est mensura sui spectandaque rebus
In summis, minimisque: etiam cum piscis emetur,
Ne mullum cupias, cum sit tibi gobio tantum
In loculis. quis enim te deficiente crumena,
Et crescente gula, manet exitus; aere paterno
Ac rebus mersis in ventrem, fœnoris, atque
Argenti gravis, & pecorum, agrorumque capacem?
Talibus à dominis post cuncta novissimus exit
Anulus, & digito mendicat Pollio nudo.
Non præmaturi cineres, nec funus acerbum

Luxu-

VET. SCHOLIAST.

35. *Noscenda, &c.*] Id est, considetanda in omnibus rebus est mensura uniuscujusque: & si ad hanc sufficit, sic eam debes adsumere.

36. *Etiam.*] Etiam in rebus levissimis.

37. *Ne, &c.*] Pretiosum piscem non debes emere cum sis pauper.

40. *Ac, &c.*] Id est, patrimonio.

44. *Non, &c.*] Id est, non magis metuenda mors in juventa luxuriantibus, quam senectus.

VARIORUM.

35 *Mensura, &c.*] Commendatur etiam mensura, & modus omnium rerum. *Lubin.*

36. *Etiam, &c.*] Id est, etiam in rebus vilissimis. Ergo nihil debes insumere ultra vires facultatum tuarum. *Lubin.* Videtur respexisse Poëta ad mullum quem Octavius emit quinque millibus HS. Unde Cato Censorius publice questus, non posse salvam esse urbem, in qua piscis pluris quam bos veniret. *Grang.*

37. *Nec, &c.*] Vel *ne.* Id est, noli desiderare pretiosum piscem mullum, cum tantum numorum solummodo habeas in loculis, quibus gobionem emas, piscem exiguum. *Lubin.*

38. *Quis enim.*] Malus profecto exitus talem manet. Quæ enim gula absumserunt, furto, rapina, latrocinio, aliisque malis artibus student recuperare. *Idem.*

39. *Ære, &c.*] Omni patrimonio gula atque ventre absumto. Qui venter tanquam inexplebilis vorago, fœnus, argentum, agros absumit, & decoquit. *Idem.*

40. *Rebus mersis.*] Hinc homines profundæ gulæ dicti gurgites. *Grang.*

41. *Argenti, &c.*] Id est, non cælati, in quo nihil præter pondus æstimandum. quod à nostro alibi *purum* dictum. *Grangæus.* *Capacem.*] Ventrem vere Eresichthonium. Scoptice, & ridicule. Qui venter omnia potest capere & concoquere, pretiis scilicet in obsonia commutatis. *Lubin.*

42. *Talibus, &c.*] Gulosis luxuriosis, bona sua paterna decoquentibus. *Dominis.*] ironicos. *Exit Annulus.*] Alienatur, per gulam transit, & postea cum nihil reliqui habent, denique mendicare coguntur. *Idem.*

43. *Annulus.*] Insigne equestris dignitatis, qui solus supererat, & quem nemo gestare poterat, nisi qui quadringenta Sestertiûm possideret, quæ conficiunt 10000. coronatos Gallicos. *Pollio.*] Decoctor. Notat nobilissimum quendam. *Idem.* *Digito nudo.*] Cui annulus jam detractus est.

44. *Non, &c.*] Demonstrat tales luxuriosos consumtis opibus denique in senectute esse miserrimos. Nulla res luxuriosis magis formidanda est, quam senectus. Utpote quibus in senectute de nullo præsidio sit prospectum. *Præmaturi.*]

Herculis ærumnas credat, sævosque labores,
Et Venere, & cœnis & pluma Sardanapali.
Monstro, quod ipse tibi possis dare. SEMITA certe
Tranquillæ per virtutem patet unica vitæ.
Nullum Numen habes, si sit prudentia: nos te,
Nos facimus, Fortuna, Deam, cœloque locamus.

VET. SCHOLIAST.

361. *Herculis, &c.*]Id est, laborum gloriam ferat, & præferat labores deliciis.

361. *Et, &c.*] Sardanapalus rex Assyriorum luxuriosus: de quo Tullius in tertio de Republica sic ait, Sardanapalus ille vitiis multo quam nomine ipso deformior.

365. *Nullum, &c*] Ne quid Deos qui sapiat, timebit.

366. *Nos te, &c.*] Dum petimus aut speramus aliquid.

VARIORUM.

pido, aliique adfectus à norma Justitiæ hominem solent transversum agere. Sic ergo nobis depingit propriis suis coloribus Stoicum sapientem; quem volunt imperturbabilem esse, præcipue nusquam irasci. *Cupiat, &c.*] Cupiditas enim hominem mancipat, & servum vilissimum reddit. *Et potiores.*] Qui in vita sua potius Herculis labores & virtutes imitetur, quam voluptates & Veneres Sardanapali. *Idem.*

362. *Et Venere.*] Id est, quam sunt deliciæ & voluptates, quales secutus est Sardanapalus. Vide Justinum, Diodorum, &c. *Britan.*

363. *Monstro, &c.*]Ego te doceo. Ut ex te & tua virtute omnia bona & felicitatem petere possis. Ne aliorum implores auxilia, bonum animum tibi ipsi dare potes. Ethnice dixit, quasi hæc omnia suo Marte quispiam sibi comparare possit. Censebant enim illi quemque suæ virtutis auctorem, & quemque etiam suæ fortunæ esse fabrum. *Semita, &c.*]Id est, unica via ad tranquillam & beatam vitam tendit per virtutem. Neque potest jucunde vivi, nisi cum virtute vivatur. Egregie dixit Isidorus: *Vis nunquam tristis esse, recte vive.* Idem.

365. *Nullum, &c.*] Id est, si tu prudenter vitam tuam & cum ratione instituas, non erit quod Deos timeas, nullus fortunæ locus erit, & omnes Dii sapienti favebunt, & opem ferent.

Dicit autem hoc Poëta ob fortunam, quæ non solum nullum numen est, sed nusquam & nihil est: perinde ac si diceret, nostra temeritate & inconstantia fieri, ut Fortuna, quæ per se nihil est, etiam in deorum numero collocetur. Et recte divinus Seneca: *Fortuna, fatum, natura, omnia ejusdem Dei nomina, varie sua potestate utentis.* Lubin. Alii legunt *Abest* pro *habes.*

366. *Nos, &c.*]Nos homines, qui virtutem negligimus, nec ratione utimur, sed nostra avaritia & cupiditate habendi, vel nostra imprudentia temere ferimur ignavi & stolidi, omnia fortuito eventu metimur, nihil ratione, proposito, aut consilio agimus, sed nos & nostra, Fortunæ tanquam Deæ committimus. Unde si bene cesserit nobis acceptum referimus, quasi nostra prudentia & consilio evenerit. Sin male cesserit, fortunam accusamus. *Idem.*

SATYRA XI.

ARGUM. Persico, quem ad cœnam invitat, frugalitatem commendat; temporum perstringens luxum, docet faciendos esse sumtus pro suarum cujusque facultatum modulo.

ATTICUS eximie si cœnat, lautus habetur:
Si Rutilus, demens. quid enim majore cachinno
Excipitur vulgi, quam pauper Apicius? omnis
Convictus, thermæ, stationes, omne theatrum
De Rutilo. nam dum valida, ac juvenilia membra
Suffi-

VET. SCHOLIAST.

AD Persicum scribit in eos, qui ultra vires familiares res, pretiosas epulas comparant ad exstruenda convivia.

1. *Atticus.*] Poëta nomina duo posuit, cum de generalitate loquatur. Per Atticum vero, divitem vult intelligi quemlibet: per Rutilum autem, pauperem: quem dementem ideo dixit, quia in divitibus, quæ humanitas dicitur, hæc in paupertate dementia habetur.

3. *Omnis, &c.*] Deest loquuntur omnes.

VARIORUM.

1. ATticus, *&c.*] Scripsit hanc Satyram ad Persicum quendam, quem ad convivium invitat, & cui frugalem cœnam, & tranquilli otii mensam pollicetur. In qua Satyra & veterum frugalitatem commendat, & sui temporis luxuriam & prodigalitatem condemnat. Principio autem reprehendit pauperes luxuriosos. *Atticus, &c.* Id est, si dives quisquam summo apparatu convivia instituat, liberalis, lautus & munificus habetur. Si pauper, contra: Nam *Duo si faciant idem, non est idem.* *Atticus.*] Nomen nobilis & divitis, qui ex nepotibus Titi Pomponii, cognomine Attici, quod Attice optime loqueretur. *Eximie.*] Libris eximius & e pluribus electis. *Grang. Lautus.*] Magnificus in epulis. *Idem.* Vel laudatur.

2. *Rutilus.*] Ex Rutilorum familia, qui omnia sua bona paterna, gula attriverat. Qui cum jam tenuem rem familiarem haberet, lautissimas tamen parabat mensas. Unde non immerito dementiæ arguebatur. *Quid enim.*] Rationem reddit cur demens dicatur. Eo quod nihil magis sit ridiculum, quam cum pauper quisquam, sumtuosus & gulosus, qualis Apicius fuit, esse velit. *Majore, &c.*] Solutiore & effusiore risu. *Lubin.*

3. *Pauper, &c.*] Redactus ad paupertatem ex luxu, ut Apicius, de quo Sat. IX. vers. 23. vel, pauper qui luxuriosus. *Farnab.* Prorsus proverbii speciem habet in illum, qui gulosus & inops est. *Lubin. Omnis, &c.*] Omnes irrident Rutilum, qui ob gulam pauper factus, nec tamen gulam contraxit.

4. *Convictus.*] Convivia. *Thermæ.*] Homines plurimi in thermis sedentes & lavantes. Lips. asserit se vidisse M. S. in quo *conventus, turma.* *Stationes.*] Homines in quodam loco simul stantes, interque sese colloquentes. Doctissimus Turnebus libro 1. cap. 21. ait, in foro Romano fuisse Municipiorum stationes. Vel loca sunt, ubi frequentes conveniunt, confabulandi, vel animi recreandi gratia: in aliis Senatores, in aliis juvenes, &c. Συστάσεις, circuli. Turnebus libro 1. cap. 17. *De Rutilo.*] Paupere & prodigo fabulantur & rident.

5. *Nam, &c.*] Rutilus, qui gula bona sua attrivit, quia adhuc corpore juvenis,

robu-

Sufficiunt galeæ, dumque ardens ſanguine, fertur,
Non cogente quidem, ſed nec prohibente Tribuno
Scripturus leges, & regia verba laniſtæ.
Multos porro vides, quos ſæpe eluſus ad ipſum
Creditor introitum ſolet exſpectare macelli,
Et quibus in ſolo vivendi cauſſa palato eſt.
Egregius cœnat, meliusque miſerrimus horum.

Et

VET. SCHOLIAST.

7. *Sed, &c.*] Qui cuſtodes erant libertatis.

8. *Et, &c.*] Superba dictata. id eſt, ſe auctoraturus: aut hæc ſcripturus, quæ juris & conſuetudinis erant ab iiſdem ſcribi, qui accepto pretio ſe in ludo diſtrahebant.

9. *Multos, &c.*] Eos vult intelligi, qui ex pecunia ſibi credita luxuriantur. *Quos, &c.*] Id eſt, frequenter deluſi ex pollicitatione redibitionis, ibi eos expectant, ubi res aptæ luxuriæ diſtrahuntur.

11. *Et, &c.*] Qui tantum propter gulam volunt vivere.

VARIORUM.

robuſtus. & armis portandis validus eſt, ad gladiatoriam ſe applicat, ipſi laniſtæ operam dabit & leges magiſtrorum gladiatorum ſcribet. Vel etiam ipſe laniſta erit, & diſcipulis ſuis imperioſe leges præſcribet. Utrumque enim intelligi poteſt. Rutgerſ. lib. 2. Var. lect. cap. 17. *Lubin.*

6. *Sufficiunt, &c.*] Videtur ipſum Scoptice laudare, tanquam qui prudenter faciat, qui dum adhuc per corporis vires poteſt, alio ſe conferat: Galeæ portandæ, & ferendis armis. Indicat ipſum admodum adhuc juvenem bona ſua conſumſiſſe. *Ardens, &c.*] Dum adhuc habet calidum ſanguinem, qui roboris, & agilitatis cauſſa eſt. Alii legunt *ardens. Fertur, &c.*] Impellitur ad magiſtri gladiatorum, vel laniſtæ artem diſcendam. Id eſt, vult gladiator fieri, & leges gladiaturæ, quas ipſi magiſter imperat, ſcribit, diſcit, & meditatur. *Lubin.*

7. *Non, &c.*] His verbis Rutilum taxat, qui ſua ſponte hoc faciat, non coactus à Nerone quopiam, ut Satyr. 8. dixit:

-- *Vendunt nullo cogente Nerone.*

Nec, &c.] Qui illud dedecus urbis, latis legibus non prohibeant. *Idem.*

8. *Scripturus.*] Exſcribit præcepta de ictibus, declinationibus & tractandorum armorum ratione à laniſta dictata & imperata, quæ meditetur & exerceat. vide Sueton. Jul. Cæſ. 26. Valer. Maximi 2. lib. 3. cap. de P. Rutilio. *Farnab.* *Leges, &c.*] Armorum præcepta. *Regia, &c.*] Imperativa, ut ſunt, attolle, declina, percute, cæde, urge. Lipſ. Elect. 1. cap. 15. *Laniſta.*] Magiſtri gladiatorum, qui præcepta dabat.

9. *Multos, &c.*] Redit ad luxuriam Romanorum, & potiſſimum pauperum debitorum, qui nullo in loco frequentius & citius inveniebantur, quam in macello, ubi delicata fercula emebant. *Multos.*] Et illos quidem obæratos, qui penè animam debent. *Eluſus, &c.*] Deceptus, qui debitores convenire non potuit, qui cum debitum ſe exſoluturos jurarint, ſemper tamen tergiverſentur. *Id.*

10. *Introitum, &c.*] Ubi illos præſtolatur ad macellum, properantes ad emenda delicatiſſima fercula, cum tamen prorſus obærati ſint. Nimirum qui ex pecunia ſibi credita luxuriabantur. *Lubin.*

11. *Et quibus, &c.*] Tres ſequentes verſus conjungendi hoc ſenſu: Id eſt, inter illos, qui tantum propter gulam & luxuriam volunt vivere, quorum ventris modulus culina, venter Deus eſt: inter illos, inquam, quo quis eſt miſerior & pauperior, hoc egregius & lautius vivit. *Vivendi, &c.*] Prorſus ut in brutis. *Idem.*

12. *Egregius.*] Adverbium comparativum

Et cito casurus jam perlucente ruina.
Interea gustus elementa per omnia quærunt,
Nunquam animo pretiis obstantibus: interius si
Attendas, MAGIS ILLA juvant, quæ pluris emuntur.
Ergo haud difficile est, perituram arcessere summam
Lancibus oppositis, vel matris imagine fracta,
Et quadringentis nummis condire gulosum

Ficti-

VET. SCHOLIAST.

14. *Interea, &c.*] Hos gustus, masculinum.

15. *Nunquam, &c.*] Intensiose, emunt, quæ carius distrahuntur. Hæc enim eos plus delectant.

17. *Perituram, &c.*] Non dubitant mutuo accipere, quæ perdant magis, quam erogent.

18. *Lancibus, &c.*] Id est, argentum vendet, aut matris suæ imaginem, si in auro picta est, aut in argento.

19. *Condire, &c.*] Hypallage. nam gulosum, pro eo quod gulosis paratur. Fictile autem patinam accipiens ut cacabum, gulosis cibis compositum.

VARIORUM.

dum est, à Grammaticorum regulis alienum, quo & Lucretius usus est:

Nam nihil egregius, quam res secernere, &c.
Priscianus 111.

13. *Et cito, &c.*] Ad extremam pauperiem redigendus: valet autem hoc loco *casurus*, idem quod defecturus. Qui enim vergit in paupertatem, *cadere* dicitur. *Jam, &c.* Metaphora, à rimoso muro & pellucido, qui facile ruat, id est, egestate jam apparente. *Lubin.*

14. *Interea, &c.*] Interim licet obærati, & ruinæ proximi sint, tamen *per omnia elementa* quærunt gustus, id est, cibos & potus, in terra nobiles feras, in mari nobiles pisces, in aëre nobiles volucres. *Gustus.*] Quæ scilicet gustant, & quæ illis sapiunt. *Idem*

15. *Nunquam, &c.*] Id est, nullum magnum pretium illorum appetitui & desiderio obstat. Etiam pretiosissima emunt, dummodo gulæ & ingluviei satisfaciant. *Interius, &c.*] Si penitius, aliquanto interius istorum animos inspicias, quo fercula cariora, eo magis sapiant. *Idem.*

17. *Ergo, &c.*] Reddit jam rationem, qua plerique ad tantam inopiam redigantur, nimirum per immensam gulam. *Haud, &c.* Cum omnia carissima emere studeant, facile possunt magnam pecuniæ summam, pro pignore in fœnus assumere, mox perituram. *Perituram, &c.*] Quam à creditoribus lancibus argenteis, loco pignoris repositis, acceperunt. Vel: Facile est ita viventibus pecuniam à creditoribus mox perituram acquirere & contrahere, quam mox aliquis perdat. Dum nimirum adhuc habent quod oppignorare possint. *Idem.* nam *opponere* est oppignerare. At legunt *appositis*.

18. *Lancibus, &c.*] Emphatice. Præsertim si quis adhuc lances & alia utensilia habeat, quæ pignoris loco possit opponere. *Matris imagine, &c.*] Notat forte ex historia sui temporis, quendam hominem extreme gulosum, qui statuam matris fractam vendiderit, sibique delicatos cibos emerit. *Imagine, &c.*] Ex auro & argento fusa, à filio vendita. *Fracta.*] Ne cognosceretur, quod sibi & familiæ fuisset dedecori. *Lubin.*

19. *Et quadringentis &c.*] Gulosum, patulum, & capax aliquod fictile vas, ferculis, quadringentis nummis constantibus vel emtis, implere. *Gulosum.* Vel per Hypallagen, quod gulosis competeret: Vel vas capax. *Condire.* Id est, cibos in fictili vase condire, delicatissimeque præparare. *Idem.*

20. Sit

Fictile: sic veniunt ad Miscellanea ludi.
Refert ergo, quis hæc eadem paret: in Rutilo nam
Luxuria est, in Ventidio laudabile nomen
Sumit, & à censu famam trahit. illum ego jure
Despiciam, qui scit quanto sublimior Atlas
Omnibus in Libya sit montibus: hic tamen idem
Ignoret, quantum ferrata distet ab arca

Sac-

VET. SCHOLIAST.

20. *Sic, &c.*] Id est, cum non habeant unde manducent, distrahunt se ad ludum. genus miserabile ferculi. Miscellania, cibus gladiatorum, id est, *ultima cœna*. Ideo miscellania, quia omnia quæ apponuntur eis miscent, & sic manducant.

22. *Laudabile, &c.*] Bonum nomen, vel famam accepit.

24. *Qui, &c.*] Id est, pauper, qui novit quantum distat à divite, & tamen non se agnoscit, & quasi dives luxuriatur. *Atlas.*] Metaphora à montibus.

26. *Quantum, &c.*] Id est, à majore patrimonio paupertas, aut mediocris res familiaris.

VARIORUM.

20. *Sic veniunt.*] Censeo Poëtam velle, quod luxuriosi dum ita vivunt, cogantur denique ob inopiam gladiatores & ludii fieri, & à delicatissimis ferculis sese conferre ad cibum gladiatorum, mixtum ex quam pluribus: *Miscellanea* enim cibi sunt gladiatorum, ita dicti, quod omnia apposita eis misceant. *Miscellanea*, ultimam cœnam recte interpretatur Vet. Scholiast. quam supremam cœnam vocat Tertullianus. *Ludi*, pro ludii, sunt gladiatores. Optimæ Glossæ: Lanista, λυδοτρόφος. μονομαχοτρόφος. Salmasius in Trebell. Pollion. Vel absumtis opibus cogantur fieri ludii & histriones: quales solent convenire in Miscellis ludis. Sic etiam Britannicus interpretatur *miscellanea* ludos & ludicras artes, eademque esse dicit cum miscellis ludis.

21. *Refert, &c.*] Est egregia sententia. Id est, multum refert, differt, & interest, dives aliquis an pauper sumtus faciat, & opipare vivat. Nam quamvis eadem & unus sumtus fercula sint, tamen non iidem sunt, qui illa parant: in divite enim laudantur, in paupere vituperantur. *Quis.*] Dives scilicet an pauper. *Paret.*] Sibi in cœnam comparet. *In Rutilo.*] Divite & nobili quondam, jam inope ex luxu. *Lubinus.*

22. *Luxuria, &c.*] Ut qui ultra vires suas, cum pauper sit, luxurietur. *Ventidio.*] Divite & pollente. Persius Satyra 4. vers. 24. *Laudabile nomen sumit.*] Non censetur luxuria sed honestius accipit nomen, quasi qui nihil superfluum faciat.

23. *A censu, &c.*] Si census magnus, liberalitatis; si exiguus, luxuriæ famam obtinet. *Illum, &c.*] Stultus est, qui novit Atlantem montem sublimiorem esse reliquis, & ignorat ditissimos cives Romanos, qui ferratas arcas in foro habent nummis plenas, majores sumtus sustinere posse, quam tu, qui tantum habeas sacculum. *Idem.*

24. *Despiciam.*] Tanquam stolidum & ignavum. Seipsum, suas substantias & divitias, quousque se extendant ignoret, & sumtus suis facultatibus majores & ditioribus æquales faciat. *Quanto, &c.*] Notatur πολυπραγμοσύνη, & sui ignorantia: qui extra se & foris sapit; intus & domi suæ hospes. *Atlas.*] Mons Mauritaniæ miræ altitudinis. Satyr. 13. vers. 48. *Idem.*

25. *Hic tamen.*] Id est, qui pauper ignorat, &c. *Idem.*

26. *Quantum, &c.*] Erant arcæ ferro undique munitæ, nam in his opes & thesauros suos habebant repositos in foro,

[redacted]

Sacculus. è cœlo descendit γνῶθι σεαυτόν,
Figendum, & memori tractandum pectore, sive
Conjugium quæras, vel sacri in parte Senatus
Esse velis. nec enim loricam poscit Achillis
Thersites, in qua se transducebat Ulysses
Ancipitem: seu tu magno discrimine caussam
Protegere affectas; te consule, dic tibi quis sis,
Orator vehemens, an Curtius, & Matho buccæ.

No-

VET. SCHOLIAST.

27. *Γνῶθι σεαυτόν.*] Socratis Philosophi dictum. id est, agnosce te qui sis, & secundum possibilitatem tuam age.

31. *In, &c.*] Idoneum existimabat, transferebat.

34. *An, &c.*] Jactanticuli, qui tantum buccas inflant, & nihil dicunt.

VARIORUM.

ut à furibus & incendio tutæ essent. Vide Satyr. 10. vers. 25. *Idem.*

27. *Sacculus*] Crumena. *E cœlo, &c.*] Chilonis & Socratis præceptum tanquam Oraculum e cœlo delapsum, præ foribus templi Delphici aureis litteris scriptum fuit.

28. *Figendum, &c.*] Adeo fixe, ut nunquam inde evellatur. *Memori, &c.*] Ut nunquam obliviscamur, qui & quales simus. *Lub. Sive, &c.*] In omnibus vitæ partibus hanc sententiam tanquam oraculum consule. Quæ sententia in contrahendo cum aliquo matrimonio, illud tibi insusurret, πλὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα. Tibi parem ducito. *Conjugium.* Conjugem. *Sive, &c.*] Sive locum aliquem ambias in magistratu, aut senatu. Sane qui se vere norunt, & vere etiam honoribus digni sunt, semper sibi diffidunt, & ad honores non facile aspirant, sed vires suas prius ponderant, sintne oneribus illis ferendis pares. *Idem.*

30. *Nec enim, &c.*] Probat quod dicit exemplo, desumto ab armis Achillis. Ut enim illa sibi non expetebat, vilissimus ille Græcorum Thersites; sed Ulysses, qui se tamen ancipitem & dubium traducebat, ecquid etiam illa arma jure petere posset, & ecquid etiam iisdem esset dignus. Flavius Conject. cap. 31. *Loricam.*] Arma, quæ fabricaverat Vulcanus. Vide Ovid. Met. 13. *Lub.*

31. *Thersites.*] De quo Sat. 8. vers. 269. *Traducebat, &c.*] Versabat sese dubium, an illa etiam petere deberet, vel an illis etiam esset par. Commendatur prudentia & modestia Ulyssis. Alii *Traducebat* exponunt, se risui exponebat, nec enim arma Achillis Ulyssem decebant. Turneb. Lib. XVI. cap. 5.

32. *Seu, &c.*] Id est, si etiam caussidicus vel advocatus sis, & magnam caussam in maximo periculo constitutam debeas defendere, tuas vires explora, & perpende quid valeant, quid ferre recusent. *Caussam, &c.*] Magni discriminis & periculi, ut cum de periculo famæ, capitis, & vitæ agitur. *Lubin.*

33. *Te, &c.*] Tui ingenii vires prius perpende, ne quid in te suscipias cui ferendo impar sis. Vide proverb. *In se descendere. Dic, &c*] Egregia sententia, & omnium animis inscribenda; qua monemur, ut, velut Persius ait, *nobiscum habitemus* Idem.

34. *Orator, &c.*] Ut Cato, M Cicero. *Curtius.*] Montanus, qui jactabu[illegible]us & inflatus erat. *Matho*] Hic vilis rabula fuisse videtur, cujus meminit Sat. 1. vers. 32. & Sat. 7.

Sic Pedo conturbat, Matho deficit.

Bucca] Hic de parasitis & scurris non loquitur poeta; sed oratori acri & vehementi opponit caussidicos viles, plebejos & rabulas, qualis Curtius Montanus & Matho, *Ferrar.*

35. Me-

Noscenda est mensura sui spectandaque rebus
In summis, minimisque: etiam cum piscis emetur,
Ne mullum cupias, cum sit tibi gobio tantum
In loculis. quis enim te deficiente crumena,
Et crescente gula, manet exitus; ære paterno
Ac rebus mersis in ventrem, fœnoris, atque
Argenti gravis, & pecorum, agrorumque capacem?
Talibus à dominis post cuncta novissimus exit
Anulus, & digito mendicat Pollio nudo.
Non præmaturi cineres, nec funus acerbum

Luxu-

VET. SCHOLIAST.

35. *Noscenda, &c.*] Id est, consideranda in omnibus rebus est mensura uniuscujusque: & si ad hanc sufficit, sic eam debes adsumere.

36. *Etiam.*] Etiam in rebus levissimis.

37. *Ne, &c.*] Pretiosum piscem non debes emere cum sis pauper.

40. *Ac, &c.*] Id est, patrimonio.

44. *Non, &c.*] Id est, non magis metuenda mors in juventa luxuriantibus, quam senectus.

VARIORUM.

35. *Mensura, &c.*] Commendatur etiam mensura, & modus omnium rerum. *Lubin.*

36. *Etiam, &c.*] Id est, etiam in rebus vilissimis. Ergo nihil debes insumere ultra vires facultatum tuarum. *Lubin.* Videtur respexisse Poëta ad mullum quem Octavius emit quinque millibus HS. Vnde Cato Censorius publice questus, non posse salvam esse urbem, in qua piscis pluris quam bos veniret. *Grang.*

27. *Nec, &c.*] Vel *ne.* Id est, noli desiderare pretiosum piscem mullum, cum tantum numorum solummodo habeas in loculis, quibus gobionem emas, piscem exiguum. *Lubin.*

38. *Quis enim.*] Malus profecto exitus talem manet. Quæ enim gula absumserunt, furto, rapina, latrocinio, aliisque malis artibus student recuperare. *Idem.*

39. *Ære, &c.*] Omni patrimonio gula atque ventre absumto. Qui venter tanquam inexplebilis vorago, fœnus, argentum, agros absumit, & decoquit. *Idem.*

40. *Rebus mersis.*] Hinc homines profundæ gulæ dicti gurgites. *Grang.*

41. *Argenti, &c.*] Id est, non cælati, in quo nihil præter pondus æstimandum. quod à nostro alibi *purum* dictum. *Grangæus.* *Capacem.*] Ventrem vere Eresichthonium. Scoptice, & ridicule. Qui venter omnia potest capere & concoquere, pretiis scilicet in obsonia commutatis. *Lubin.*

42. *Talibus, &c.*] Gulosis luxuriosis, bona sua paterna decoquentibus. *Dominis.*] ironicos. *Exit Annulus.*] Alienatur, per gulam transit, & postea cum nihil reliqui habent, denique mendicare coguntur. *Idem.*

43. *Annulus.*] Insigne equestris dignitatis, qui solus supererat, & quem nemo gestare poterat, nisi qui quadringenta Sestertiûm possideret, quæ conficiunt 10000. coronatos Gallicos. *Pollio.*] Decoctor. Notat nobilissimum quendam. *Idem.* *Digito nudo.*] Cui annulus jam detractus est.

44. *Non, &c.*] Demonstrat tales luxuriosos consumtis opibus denique in senectute esse miserrimos. Nulla res luxuriosis magis formidanda est, quam senectus. Utpote quibus in senectute de nullo præsidio sit prospectum. *Præmaturi.*]

Ac nudam effigiem clypeo venientis, & hasta,
Pendentisque Dei perituro ostenderet hosti.
Argenti quod erat, solis fulgebat in armis.
Ponebant igitur Tusco farrata catino
Omnia tunc: quibus invideas, si lividulus sis.
Templorum quoque majestas præsentior, & vox
Nocte fere media, mediamque audita per urbem
Litore ab Oceani Gallis venientibus, & Diis

Off-

VET. SCHOLIAST.

106. *Clypeo, &c.*] Martis ad illam venientis, ut concumberet.

107. *Pendentis.*] Deæ.

109. *Farrata, &c.*] Cibus ex farre, qui cibus primus antiquorum fuit.

110 *Omnia, &c.*] Hoc est, omnia tunc præstantiora erant, & tanti pretii, quibus si avarus sis, invidere possis.

111. *Et vox, &c.*] Conturbantibus Gallis Senonibus, repente vox monentis audita est, Hostem caverent. Itaque hostibus pulsis, restituta urbe, templum constitutum est, & consecratum Deæ Monetæ. Dicit nam Jovem adventum Senonum prænuntiasse Gallorum. Virgilius.

Armorum sonitus toto Germania cœlo
Audiit.

VARIORUM.

106. *Et, &c.*] Id est, ut ostenderet hosti in casside sua effigiem Martis Dei, qui nudus ad Iliam veniebat cum illa concubiturus. Qui alias clypeo & hasta armatus venit. *Clypeo, &c.*] Descriptio Martis. *Idem. Venientis*] Ad suos liberos, quos lupa educabat Farnabius legit *fulgentis*: Sic & Britannicus.

107. *Pendentisque Dei.*] In clypeo sculpti, qui de sinistro humero dependet Sunt, qui malint legere *Pendentis.* Vetus interpres M. S *Quasi ad illum se mittentis.* *Perituro, &c*] Prisco enim hoc tempore, Romani fere semper victores erant. *Lubin.*

108. *Argenti, &c.*] Non, ut jam, in poculis luxuriæ instrumentis, in utensilibus, aut supellectili. *Idem.*

109. *Ponebant, &c.*] Illo tempore, quo armorum tantum ornamenta spectabantur, vasa aurea & argentea contemnebant. Sed Thusco catino vel vase fictili omnia sua fercula apponebant vel more Thusco ponebant cibaria è farre, &c. Pers. Satyr. 2. vers. 60. *Farrata omnia.*] Pultes e solo frumento, vel cibaria ex farre, quibus populus Romanus trecentis annis in alimentum fuit usus, ut ait Verrius. vide Sat. 14. vers. 172 *Lubinus*

110. *Quibus, &c.*] Nam parvo contenti, beatissimi & fortunatissimi erant, adeo ut merito jam illis invideamus. *Si lividulus*] Si etiam parum omnino invidus sis. *Idem.*

111. *Templum, &c.*] Ostendit jam priscis illis temporibus, quamvis Deos fictilibus coluerint, homines tamen longe religiosius vixisse, & Diis etiam longe cariores fuisse. *Majestas, &c.*] Deorum numen & majestas, qui in templis coluntur, hominibus erat propitior, faventior, magis præsens & auxiliatrix. *Et vox, &c.*] Probat quod dicit, historia aliqua, quam recitat Livius lib. 5. *Quod M. Ceditius noctu audierit vocem in Capitolio humana clariorem, Gallos adventare Senonas.* Lubin.

113 *Litore, &c*] Alii *ab Occiduo.* Ab illa enim parte irruerant. Divæi codex habet *lito e ab Oceano. Inusitato atque inaudito hoste ab Oceano terrarumque ultimis oris bellum ciente.* Livius lib. v. *Et Diis, &c.*] Id est, cum ipsi Dii, quorum hæc vox erat, imminentia Romanis pericula annun-

Ille dolor solus patriam fugientibus, illa
Mœstitia est, caruisse anno Circensibus uno.
Sanguinis in facie non hæret gutta: morantur
Pauci ridiculum effugientem ex urbe pudorem.
Experiêre hodie nunquid pulcherrima dictu,
Persice, non præstem vita, vel moribus, & re.
Sed laudem siliquas occultus ganeo, pultes

Co-

VET. SCHOLIAST.

52. *Ille, &c.*] Hoc tantum dolent.

56. *Experiêre, &c.*] Intelliges, inquit, Persice, utrum præceptis meis vita conveniat, * sed ne cum ego patrimonium laudo. ideo siliquas posuit luxuriæ victu.

VARIORUM.

52. *Ille, &c.*] Id est, qui patriam fugiunt, illi hoc solum & unum dolent quod ludos Circenses cogantur relinquere. Sic dixit supra Sat. præcedenti, vers. 18.

--- duas tantum res anxius optat,
Panem, & Circenses. Idem.

54. *Sanguinis, &c.*] Civibus Romanis ne minima quidem pars pudoris & sanguinis in fronte reliqua est; quos quidem tantæ turpitudinis non pudeat. Ponitur *sanguis* pro pudore. *Morantur.*] Romæ pauci retinent pudorem fugientem ex urbe. *Idem.* *Morantur, &c.* Vix reperias, qui pudorem, cujus jam plerosque pudet, & qui ex urbe fugit, ut Justitia quondam & Verecundia ex orbe, retinere curet. *Farnab.*

55. *Ridiculum.*] Quos enim pudet, vel quibus pudor reliquus est, illi ridentur. *Fugientem, &c.*] Imo ex orbe, ut Sat. 6. in principio dixit, pudicitiam & justitiam simul fugisse. Vult dicere Romanos prorsus nihil curare, si quis ob infamiam in exsilium abeat, vel ob æs alienum. *Farnab.*

56. *Experiêre, &c.*] Huc usque in perditam Romanorum gulam invectus est, laudavit illud *Nosce te ipsum.* Jam ad Persicum, ad quem hanc Satyram scripsit, se convertit; eumque compellat & hortatur, ut sibi in convivio præsto sit, & periculum faciat, ecquid merito Romanorum luxum reprehenderit, an vero & ipse luxuriosus sit, & in illorum numero, qui sua vitia in aliis reprehendunt. *Pulcherrima dictu.*] De Parsimonia, & de illo, *Nosce te ipsum, &c.* Idem. *Experiêre hodie, &c.*] Lege: *cum dum ego parsimoniam laudo. Ideo siliquam apposuit luxuria victui. Hoc vult:* Fortasse dices, hæc à me quidem pulchrè dici sed re ipsâ non præstari. Verum cum hodie mihi conviva futurus sis, videbis ipse non minus frugales esse cœnas meas, quam præcepta. Hoc enim est quod dicit vers. 56. *Rutgers.*

57. *Vita.*] Ecquid alium & alienum à vita mea sermonem geram. *Lubin.* *Vel morib.*] Alii *nec morib.*

58. *Sed, &c.*] Id est, qui palam verbis frugalem vitam commendem, clam vero popinas tanquam ganeo, consectet. *Siliquas.*] Græcis κεράτια, Belg. *S. Johans broed.* Intelligit antiquorum victum & cibum ex siliquis, & vili legumine. Siliquas ergo pro leguminibus, vel pro involucro seminis & frumenti. *Occultus.*] Qui gulæ meæ luxum dissimulem. *Ganeo.*] Lurco, vorax, ganeorum sectator, popino, qui cupedias sectetur, & cui vitæ modulus est culina. *Pultes, &c.*] Viles, faciles & parabiles cibos coram aliis, ut frugi videar, mihi parari jubeam per puerum; sed clam ipsi in aurem insusurrem, ut delicatissimas placentas mihi paret. *Pultes.*] Ex farina, quali cibo olim ante panis usum Latini victitarunt. *Idem.*

59. Di-

Coram aliis dictem puero, sed in aure placentas.
Nam cum sis conviva mihi promissus, habebis
Evandrum, venies Tirynthius, aut minor illo
Hospes, & ipse tamen continges sanguine cœlum:
Alter aquis, alter flammis ad sidera missus.
Fercula nunc audi nullis ornata macellis.
De Tiburtino veniet pinguissimus agro
Hœdulus, & toto grege mollior, inscius herbæ,
Necdum ausus virgas humilis mordere salicti:

Qui

VET. SCHOLIAST.

59. *Coram, &c.*] Id est, ante alios. ut frugi videaris, pultes aut legumina jubes parentur tibi, in aurem autem puero alia dicis tibi parari. Siliquas, id est, parcitatem. Nam proprie siliqua est qua legumina continentur.

60. *Nam, &c.*] Qui te mihi convivam futurum promisisti. Nunc Poëta vult hoc intelligi: Cum, inquit, sis vir magnus, exciperis tamen à me hospitio paupere, ut scilicet Hercules ab Evandro, aut Æneas. hæc, inquit, limina victor Alcides.

63. *Alter, &c.*] Æneas qui in Numicium fontem lapsus, creditur consecratus. ideo ait, aquis: flammis vero, Hercules: qui in Oeta monte se incendit, non tolerans ardorem vestis, quam in sanguine Nessi Centauri tinctam, uxor sua caussa pellicis Deianeiræ vestiendam porrexit.

66. *Inscius, &c.*] Lactans, quia adhuc herbam non contigit. ut Virgilius,

Una die sucant ovis ubera.

VARIORUM.

59. *Dictem.*] Mandem, præcipiam. *Placentas.*] Melle illitas, quas Cato luxuriosæ gulæ esse dicit, & veteres in deliciis habuere. *Idem.*

60. *Nam, &c.*] Innuit illud Virgilii Æneid. octavo, ubi recitatur, quod Evander primo Herculem Hispania redeuntem; deinde Æneam convivio exceperit. Id est, cum te mihi hodie convivam venturum receperis, & promiseris ego te, qui vir magnus es, excipiam ut Evander Herculem & Æneam, hospitio frugali atque tenui, pro tua conditione. *Habebis Evandrum.*] Experieris me frugalem hospitem, qualis fuit Evander. *Idem.*

61. *Tirynthius.*] Hercules, à Tirynthe oppido Argivo, Herculis patria. *Minor illo.*] Hercule, Æneas scilicet, qui ætate, magnitudine famæ, & nominis, minor fuit ipso Hercule. *Lubin.*

62. *Et, &c.*] Qui licet minor, & ipse tamen à Diis originem ducit, utpote Veneris filius, quæ Jovis filia *Idem*

63 *Alter, &c.* Æneas scilicet, qui in Numicium fontem lapsus interiit, inque eo submersus creditur, qui fons Deo consecratus *Alter, &c.*] Hercules in Oeta monte. *Ad sidera missus.*] in cœlum translatus, mortuus.

64. *Fercula, &c.* Recenset jam Persico, ad quod frugale convivium, & ad quæ fercula ipsum invitaret. *Nullis, &c.*] Non condita, non constructa libis venalibus, aut obsoniis delicatis in macello emtis. ut Virg. 4. Georg.

Dapibus mensas onerabat inemtis.

Lubin.

65 *Tiburtino.*] Ex agro prope oppidum Tibur. *Idem.*

66. *Hœdulus.*] Parvus hœdus, pullus capræ. *Toto, &c.*] Omnium tenerrimus in universo caprarum grege. *Inscius, &c.*] Lactans adhuc, qui herbam non attigit. Tales enim in deliciis habebantur. *Idem.*

67. *Nec, &c.*] Qui ob teneram ætatem nondum consuevit salices, in uno & humili

Qui plus lactis habet, quam sanguinis; & montani
Asparagi, posito quos legit villica fuso.
Grandia præterea, tortoque calentia fœno
Ova adsunt ipsis cum matribus, & servatæ
Parte anni, quales fuerant in vitibus, uvæ:
Signinum, Syriumque pyrum, de corbibus îsdem
Æmula Picenis, & odoris mala recentis,
Nec metuenda tibi, siccatum frigore postquam
Autumnum, & crudi posuere pericula succi.

Hæc

VET. SCHOLIAST.

68. *Et, &c.*] Quia sunt & in hortis.

70. *Tortoque, &c.*] Recentia ova, cum ipsis gallinis.

72. *Quales, &c.*] Uvas, quas suspensas servavimus.

74. *Æmula, &c.*] Tanquam Picena

75. *Siccatum, &c.*] Hieme. nam sicca poma non incitant morbum, humore nocivo consumpto, sive digesto succo malo.

VARIORUM.

mili humidoque nascentes admordere. *Salicti.*] Est locus salicibus consitus, quibus inprimis capri infesti esse solent. *Idem.*

68. *Qui, &c.*] Propter lac matris, quo hactenus nutritus. *Et, &c.*] Sic dicti, quod in locis asperis nascantur: solent autem condimenti loco cibis addi. Hos aliqui Corrudas, aliqui Libycos appellant. Dicit autem *montani*, ad differentiam asparagorum altilium, qui sapidiores sunt, & ideo lautæ gulæ. *Britannicus.*

69. *Quos, &c.*] Rustica, quæ habitat in villa & in agro meo illos asparagos collegit. *Posito fuso.*] Quæ colum cum fuso tam diu deposuit. *Lubin.*

70. *Grandia, &c.*] Recenset alia condimenta, ova nimirum gallinarum adhuc recentia: id est, quæ ova paulo ante ex nido è torto fœno vel stramine facto exemta sunt, & quasi paulo ante exclusa, adhuc calida. *Idem.*

71. *Ipsis, &c.*] Cum gallinis, quæ matres pullorum sunt, quæ ex ovis, & etiam ipsorum ovorum. *Et, &c.*] Id est, nobis etiam uvæ adsunt succulentæ, quales in ipsis vitibus fuerunt. *Lubin.*

72. *Parte anni.*] Quæ uvæ per anni partem aliquam suspensæ & servatæ sunt, succulentæ adhuc & recentes. Invitavit enim ipsum, ut ex sequentibus liquet, in hieme vel etiam post, sub initium veris. *Idem.*

73. *Signinum, &c.*] A Signia Latii opido. Laudabantur in Italia pyra Signina, & Tarentina à patria & locis, in quibus optima nascebantur: Gallis, *Poire de chat.* *Syrium.*] E Syria allata, ac eadem sunt cum Falernis, vulgo *Bergamote.* Grangæus. *De, &c.*] Id est, canistris, quibus allata sunt. *Lubinus.*

74. *Æmula, &c.*] Id est sua formositate & suavitate cum Picenis pomis certantia, quæ quidem optima, & mala adhuc valde bene olentia. Horatius Sat. IV. lib. 2.

Picenis pomis cedunt Tiburtia succo.

Idem.

75. *Nec, &c.*] Commendat hæc poma, quod non sint amplius cruda & aspera. Ut quæ superfluos humores autumni, quo maturuerunt, frigiditate hiemis exsiccarint, vel ætate excoxerint. *Idem.*

76. *Autumnum.*] Succum autumnalem. *Pericula.*] Periculosos & noxios humores, qui morborum pericula possint generare. *Idem.*

Hæc olim nostri jam luxuriosa Senatus
Cœna fuit. Curius, parvo quæ legerat horto,
Ipse focis brevibus ponebat oluscula: quæ nunc
Squalidus in magna fastidit compede fossor,
Qui meminit, calidæ sapiat quid vulva popinæ.
Sicci terga suis, rara pendentia crate,
Moris erat quondam festis servare diebus,
Et natalitium cognatis ponere lardum,

Acce-

VET. SCHOLIAST.

77. *Hæc, &c.*] Veteres licet adhuc parce biberent, tamen jam egrediebantur antiquam parsimoniam.

78. *Curius.*] De hoc Cicero in Catone majore: Curio ad focum sedenti magnum auri pondus Samnites cum obtulissent, repudiati sunt. Non aurum habere præclarum sibi videri dixit, sed qui haberent aurum, imperare.

82. *Sicci, &c.*] In crate pendens lardum.

VARIORUM.

77. *Hæc, &c.*] Commendat jam collatione dissimilium, veterum frugalitatem & parsimoniam; contra sui seculi luxuriam condemnans. *Hæc olim nostri.* Id est, hæc tenuis & frugalis mea cœna olim nostris majoribus, etiam senatoribus, luxuriosa videbatur. *Idem.*

78. *Curius parvo.*] Probat hæc luxuriosa esse, si referantur ad frugalem victum M. Curii Dentati optimi Dictatoris, qui oluscula, quæ in parvo suo horto ipse collegerat, ponebat, & coquebat in exiguis suis focis. *Parvo.* Laudat continentiam eorum, qui parvis optime & beatissime vixerint. *Idem.*

79. *Ipse.*] Emphatice. Summus Imperator & Dictator ipse hoc faciebat. *Quæ nunc.* Quales viles cibos cum fastidio aspernarentur etiam fossores, immundi ex opere, longis catenis & compedibus vincti, in agris opus facientes. Vide Sat. 8 vers. 183. & Pers. 6. vers. 40. *Idem.*

81. *Qui, &c.*] Notat suo tempore etiam vilissimos fossores Romæ lautius vivere, quam olim maximi Consules & Dictatores. Id est, qui fossor hisce luxuriosis temporibus est expertus, qualem saporem habeat porcina vulva in popina calida cocta. *Calidæ, &c.*] In loco ubi carnes delicatæ assantur & præparantur. *Lub.* *Vulva.*] Posterior porcæ pars, & crassæ atque pingues pulpæ in posteriori parte, apud seculum priscum in summis deliciis sunt habitæ. Alii intelligunt uterum suis ejectitium delicate præparatum in popina. Martial.

Me materna gravi de sue vulva capit.

Vide Plin. libro XI. capite 37 & libro 8. cap. 51. *Ejectitia autem vulva est, quæ extrahitur utero suis prægnantis, porcaria postquam peperit.*

82. *Sicci, &c.*] Notat jam delicias priscorum, quibus diebus festis usi fuerunt, quæ res, cœtu sui temporis tantum fuissent meræ frugalitates, imo paupertas. Id est, Lardum porcinum siccum & fumo induratum, in crate lignea, in qua raræ trabes, ut fumum & ventum capere possit, dependens; illud tanquam delicatius in dies festos tantum servabatur. *Lubin.*

84. *Et, &c.*] Lardum in die festo, aut natali, quo delicatius vivebant, moris erat cognatis & amicis invitatis apponere. *Lubin.* Omnium fere gentium mos, natalitia celebrare conviviis, soli Thraces natalem lacrymis prosequebantur. *Gramang.* *Et natalitium cognatis ponere lardum.*] Sed quidnam esse caussæ dicemus, cur suilla & lardum potissimum natalitiis apposita? An quia dapsilis admodum caro ac tenera? vel quia ad pastum natum animal,

Accedente nova, si quam dabat hostia, carne.
Cognatorum aliquis titulo ter Consulis, atque
Castrorum imperiis, & Dictatoris honore
Functus, ad has epulas solito maturius ibat,
Erectum domito referens à monte ligonem.
Cum tremerent autem Fabios, durumque Catonem,
Et Scauros, & Fabritios, postremo severos
Cen-

VET. SCHOLIAST.

85. *Accedente, &c.*] Id est, recenti, ut,

— *Duo lacte novo.*

87. *Castrorum, &c.*] Dux, magister exercitus.

88. *Solito, &c.*] Citius solito ante horam nonam.

89. *Erectum, &c,*] Sola dignitate clari: nam nec superbi nec divites. & domito, id est, fosso & subacto monte.

91. *Et, &c*] Fabritium Censorem dicit, cui in Censura Maximi nomen obvenit, qui luxuriam Reipublicæ damnans, à collega Publio Decio postulavit, ut aut ipse quemadmodum ei videretur, mores hominum emendaret, priorum Censorum negligentia perditos, aut pateretur se revocare pristinum civitatis statum. quorum si neutrum faceret, minitatus abdicaturum se eum magistratu. Decius ergo exterritus, permisit ut quemadmodum vellet, Remp. administraret se consentiente.

VARIORUM.

mal, cui, ut Chrysippus dicebat, *anima pro sale est ne putrescat.* auctor Cicer. 2. de natura Deorum. *Schottus.*

85. *Accedente nova.*] Id est, ad hoc lardum, accedebat vel addebatur nova & recens caro, si quæ forte ex victima die natali oblata, remanserat. *Hostia.*] Die natali, genio oblata. *Lubin.*

86. *Cognatorum, &c.*] Ulterius priscorum parsimoniam commendat. Id est, aliquis ex cognatis illius, qui diem natalem celebrabat (qui ter consulatum & Dictaturam gesserat) ad hoc lardum & recentem carnem & ad hanc tractationem die natali festinabat, tanquam ad insolitas lautitias. *Titulo.*] Id est, qui jam ter consul fuit. *Idem.*

87. *Castrorum, &c.*] Qui dux & imperator exercitus fuit. Summi consules & imperatores tales cibos olim habebant in deliciis.

88. *Solito, &c.*] Ante horam nonam. Vel quod ad insolitas illas delicias & lautiora convivia festinarint. *Idem.*

89. *Erectum, &c.*] Id est, in scapulis gestans aliquem ligonem in sublime erectum, cum quo fodit & opus rusticum exercuit in monte aliquo vel agro. Quod olim habitum fuit honestissimum. Propriis enim manibus terram subagitarunt ipsi Imperatores Romani. *Domito.*] Culto, fosso, subacto. *Lubin.*

90. *Cum, &c.*] Illo tempore. Ulterius commendat majores, à simplicitate supellectilis, & contra carpit luxum sui temporis. *Tremerent.*] Romani formidarent. *Fabios.*] Patrem Q. Fabium Maximum cunctatorem, cum filio: qui erant temperantissimi. *Catonem, &c.*] Censorium, de cujus vita lege egregia apud Plutarchum. Qui luxui imprimis infestus erat. Erant autem Censores, ad cujus censum & arbitrium populus censebatur. Hosce ergo cives, Romani olim maxime metuebant. *Lubin.*

91. *Et, &c.*] Marcum Æmilium Scaurum, cum reliquis. De quibus dictum Sat. 2. *Fabritios.*] Intelligit Cens. Fabritium, qui in censura nomen Maximi invenit. De hoc dictum Satyra 9.

Sed quæ Fabritius censor notet. —

Hic minitabatur se collegam Decium magistratu remoturum, nisi in emendatio-

[redacted]

Censoris mores etiam collega timeret.
Nemo inter curas, & seria duxit habendum,
Qualis in Oceani fluctu testudo nataret,
Clarum Trojugenis factura ac nobile fulcrum:
Sed nudo latere, & parvis frons aerea lectis
Vile coronati caput ostendebat aselli,
Ad quod lascivi ludebant ruris alumni.

Tales

VET. SCHOLIAST.

93. *Nemo*, &c.] Inter necessaria.

94. *Oceani*, &c.] Ut lectum testudineum haberet. Lectos nam antiqui testudine Oceani ornabant.

95. *Et*, &c.] Nobilius dixit, quam lectum.

96. *Sed*, &c.] Non ornata sponda.

97. *Ruris*, &c.] Rustici infantes.

VARIORUM.

donem morum Romanorum consentiret. De hoc enim sequens versus intelligendus. Valerius libro II. capite 4. Pro *postreme*, alii leg. *rigidique* *Fabricios*, &c.] *A collega Pub. Decio*, &c. Hoc falsum est. Neque enim ullus Fabriciorum fuit, qui aut cum Decio Censor fuerit, aut cui Maximi cognomen obtigit. Sed scribend. *Fabium*, & notula reponenda est ad versum præcedentem, scilic. *Cum tremerent autem Fabios* Fuit autem Fabius Maximus Censor A. U. C. CCCCXLIX cum P. Decio Mure, & XVIII. lustrum condidit. *Rutgers.*

93. *Nemo*, &c.] Illis temporibus nemo de lectis discubitoriis per luxum ambitiose exornandis solicitus erat. *Inter*, &c.] Inter necessaria, de quibus merito quispiam curiosus & solicitus sit. Ut lectum testudineum haberent, non curabant, *Lubin.* *Seria.*] Ac si res seria esset & necessaria.

94. *Oceani*, &c.] Indici potissimum. Alii legunt *Oceano fluctu*. *Testudo.*] Concha marina. Scheg. V. Cujus putamina secare in laminas, lectosque iis ornare Carvilius Pollio instituit. Plin. 9. lib. 11. cujusmodi lectos Clemens Alexand. χελώνης ποικιλόφυλλας κλίνας vocat. *Farnab.*

95. *Clarum*, &c.] Unde fiat nobilibus Romanis à Trojanis oriundis eximium lecti fulcrum. *Fulcrum.*] Sustentamentum in lecto discubitorio putaminibus concharum coopertum. *Lubin.*

96. *Sed*, &c.] Prisci non adeo ambitiose exornabant illa fulcra in quibus ad mensam discumbebant, sed frons vel altior pars lecti (ad quam caput inclinabant, qui in illo latere summus erat) erat ex ære, & formam gerebat capitis asinini, sertis coronati. *Nudo.*] Nudo latere explicant sine fulcro aut latere, ad quod inclinent. Imo *latus* est sponda & fulcrum lecti; *nudum*, non testudine, aut auri aut argenti laminis indutum. Frons autem lecti, diversa à Sponda. *Ferrar.* *Parvis.*] Non ita amplis & capacibus, ut jam, *Lectis.*] Tricliniaribus.

97. *Coronati.*] Nam serta e pampinis illi capiti circumdabantur. *Ostendebat.*] Alii *ostendebat*, id est, protendebat & prominere faciebat. *Aselli*, &c.] Hoc caput in fronte spondæ erat. *Lubin.* *Vile coronati.* Ideo vile illud caput præfixum tradunt Interpretes, quod Etruscadisciplina eo incommoda agrorum arceri credebant. Sed cur in lectis & non in agro id amuletum positum esset? Ergo ab *Hygino* hujus ritus causa petenda est, quamvis locus mutilus & defectus sit. Fab. CCLXXIV. *Antiqui nostri in lectis tricliniaribus, in fulcris capita aselorum vite alligata habuerunt, significantes* . . . . . . *Suavitatem invenit*". Ad eam lacunam supplendam conjicio simile quid afferri posse: *quod pampinos prærodendo putare vites docuerit, atque ita vitis suavitatem invenerit*. Vite ergo coronatum caput fuit *Ferrar.*

98. *Ad quod.* Id est, circa quod aselli caput in fronte spondæ, filiifamilias

Tales ergo cibi, qualis domus, atque supellex.
Tunc rudis, & Grajas mirari nescius artes,
Urbibus eversis prædarum in parte reperta
Magnorum artificum frangebat pocula miles,
Ut phaleris gauderet equus, cælataque cassis
Romuleæ simulacra feræ mansuescere jussæ
Imperii fato, geminos sub rupe Quirinos,

VET. SCHOLIAST.

99. *Tales, &c.*] Talia convivia eorum, quales & res familiares.

100. *Et, &c.*] Signa, sive alias ornaturas.

102. *Magnorum, &c.*] Magno artificio confecta pocula.

103. *Ut, &c.*] id est, ut de poculis fractis phaleras, & alia ornamenta militaria fabricaret.

104. *Fera, &c.*] A Diis, ut pueros nutriret Remum & Romulum.

VARIORUM.

milias nudi educari lascivientes ludebant. *Lascivi.*] Petulantes, agiles, læti, puerorum more. *Ruris, &c.*] Non in urbe inter supinas delicias educati. *Idem.*

99. *Tales ergo.*] Id est, pristini fuerunt frugales cibi, vel ut etiam frugalis, rudis, vilis & simplex supellex. *Domus.*] Res familiaris in domo. *Idem.*

100. *Tunc, &c.*] Id est, miles Romanus rudis & simplex, prædas non in vestium & corporum ornamentum adhibebat, sed ad equorum & armorum ornamenta. *Grajas, &c.*] Intelligit artificia magnorum artificum in Græcia, vel etiam ipsum luxum, & alia scelera à Græcis ad Romanos translata. Mira enim Græcorum ad omnes artes fuere ingenia. *Mirari, &c.*] Id est, simplex & ad luxum ingeniosus, qui non poterat dignoscere artificiola ab rudibus, ut aurea & argentea vasa artificiose cælata. *Idem.*

101. *Urbibus, &c.*] Postquam urbes diripiebant captas, & prædas agebant. *Prædarum, &c.*] Quæ inter prædas invenerant. *Idem.*

102. *Magnorum, &c.*] Ut Phidiæ, Myronis, Mentoris, Praxitelis, & aliorum insignium artificum. *Frangebat, &c.*] Non enim bibax erat, nec artificiola pocula in magno pretio habebat, quorum artificium ignorabat. Sed frangebat illa, ut equis frena & phaleras inde conficeret, quibus equi triumpharent & exsultarent. *Idem.*

103. *Ut phaleris.*] Ut inde phaleras equo conficeret, & cælaret cassidem. *Cælataque, &c.*] Est autem hic talis ordo: Frangebat miles aurea pocula, ut cassis vel galea, auro & argento cælata, hosti perituro ostenderet simulacra Romuleæ feræ, id est, Lupæ illius, quæ in fatum Imperii Romani jussa est mansuescere; vel ut lupæ effigiem in galea gestaret auream & argenteam. *Idem.*

104. *Romuleæ, &c.*] Lupæ à qua Romulus & Remus expositi, alti finguntur admotis uberibus. *Mansuescere, &c.*] Quæ lupa à Diis in incrementum imperii Romani jussa est mansueta fieri, ut Romulus & Remus alerentur, & Romanæ urbis mœnia surgerent, & imperium Romanum fundaretur, quod fato vel voluntate Dei instaurandum erat. *Mansuescere.*] Mores mansuetorum brutorum lac præbere. *Jussæ.*] A Marte, cujus filii erant Romulus & Remus. *Lub.*

105. *Sub, &c.*] Projecti enim sub rupe Quirinalis montis, Quirini gemini Romulus & Remus à lupa nutriti & alti sunt. Talia autem solebant cutare in casside depingi. *Idem.*

Ac nudam effigiem clypeo venientis, & hasta,
Pendentisque Dei perituro ostenderet hosti.
Argenti quod erat, solis fulgebat in armis.
Ponebant igitur Tusco farrata catino
Omnia tunc: quibus invideas, si lividulus sis.
Templorum quoque majestas præsentior, & vox
Nocte fere media, mediamque audita per urbem
Litore ab Oceani Gallis venientibus, & Diis

Offi-

VET. SCHOLIAST.

106. *Clypeo, &c.*] Martis ad Iliam venientis, ut concumberet.

107. *Pendentis.*] De ære.

109. *Farrata, &c.*] Cibus ex farre, qui cibus primus antiquorum fuit.

110 *Omnia, &c.*] Hoc est, omnia tunc præstantiora erant, & tanti pretii, quibus si avarus sis, invidere possis

111 *Et vox, &c.*] Conturbantibus Gallis Senonibus, repente vox monentis audita est, Hostem caverent. Itaque hostibus pulsis, restituta urbe, templum constitutum est, & consecratum Deæ Monetæ. Dicit nam Jovem adventum Senonum prænuntiasse Gallorum. Virgilius.

Armorum sonitus toto Germania cælo
Audiit.

VARIORUM.

106. *Et, &c.*] Id est, ut ostenderet hosti in casside sua effigiem Martis Dei, qui nudus ad Iliam veniebat cum illa concubiturus. Qui alias clypeo & hasta armatus venit. *Clypeo, &c.*] Descriptio Martis. *Idem. Venientis*] Ad suos liberos, quos lupa educabat. Farnabius legit *fulgentis*: Sic & Britannicus.

107. *Pendentisque Dei.*] In clypeo sculpti, qui de sinistro humero dependet Sunt, qui malint legere *Perdentis.* Vetus interpres M. S *Quasi ad illum se inclinantis. Perituro, &c.*] Prisco enim hoc tempore, Romani fere semper victores erant. *Lubin.*

108. *Argenti, &c.*] Non, ut jam, in poculis luxuriæ instrumentis, in mensilibus, aut supellectili. *Idem.*

109. *Ponebant, &c.*] Illo tempore, quo armorum tantum ornamenta spectabantur, vasa aurea & argentea contemnebant. Sed Thusco catino vel vase fictili omnia sua fercula apponebant: vel more Thusco ponebant cibaria è farre, &c. Pers. Satyr. 2. vers. 60. *Farrata omnia.*] Pultes e solo frumento, vel cibaria ex farre, quibus populus Romanus trecentis annis in alimentum fuit usus, ut ait Verrius. vide Sat. 14. vers. 172 *Lubinus*

110 *Quibus, &c.*] Nam parvo contenti, beatissimi & fortunatissimi erant, adeo ut merito jam illis invideamus. *Si lividulus.* Si etiam parum omnino invidus sis. *Idem.*

111. *Templum, &c.*] Ostendit jam priscis illis temporibus, quamvis Deos fictilibus coluerint, homines tamen longe religiosius vixisse, & Diis etiam longe cariores fuisse. *Majestas, &c.*] Deorum numen & majestas, quæ in templis colitur, hominibus erat propior, faventior, magis præsens & auxilians. *Et vox, &c.*] Probat quod dicit, historia aliqua, quam recitat Livius lib. 5. *Quod M. Ceditius noctu audierit vocem in Capitolio humana clariorem, Gallos adventare Senones.* Lubin.

113. *Litore, &c.*] Alii *ab Oceano.* Ab illa enim parte irruerant. Divers codex habet *litore ab Oceano. Inusitato atque inaudito hoste ab Oceano terrarumque ultimis oris bellum cientes.* Livius lib. v. *Et Diis, &c.*] Id est, cum ipsi Dii, quorum hæc vox erat, imminentia Romanis pericula

annun-

Officium vatis peragentibus, his monuit nos;
Hanc rebus Latiis curam præstare solebat
Fictilis, & nullo violatus Juppiter auro.
Illa domi natas, nostraque ex arbore mensas
Tempora viderunt: hos lignum stabat ad usus,
Annosam si forte nucem dejecerat Eurus.
At nunc, divitibus cœnandi nulla voluptas,
Nil rhombus, nil dama sapit: putere videntur
Unguenta, atque rosæ, latos nisi sustinet orbes
Grande

VET. SCHOLIAST.

114. *Officium, &c.*] Officium sacerdotis, & aruspicis dii fecerunt, * sacerdotum more fugientibus. Ipsorum enim fuerat imminentia Romanis Pericula nunciare.

116. *Et nullo, &c.*] Id est, cum necdum auro textus esset, sed fictilis tota Jovis compago, magna pro nobis cura vigilabat.

119. *Si forte nucem,*] Ut mensas fierent* nucinas. Id est, facerent.

VARIORUM.

annunciarent: (quod vatum officium erat) idque propter sanctam simplicitatem Romanorum. *Idem.*

114. *Officium vatis.*] Desperatum forte vulnus Vet. Schol. habet, quod hoc modo leniri posset: Sacerdotum more sagientibus. Officium sacerdoris & aruspicis dii fecerunt. Ipsorum enim fuerat imminentia Romanis pericula nunciare. *Sagire* quid sit docet Cic. lib. 1. de Divinatione. *Rut. Var. lect.* *His monuit.*] Antea fictilis Jupiter à periculis nos immunes custodiebat, & hanc curam nobis præstabat. *Idem.*

115. *Curam, &c.*] Ut vel media nocte de instantibus periculis Romanos admoneret. Id est, prisco & simplici seculo, Dii homines magis amabant. *Idem.*

116. *Fictilis.*] Ex luto figuli rota conformatus. *Et nullo, &c.*] Persius:
Dicite Pontifices in sacris quid facit aurum.
Certe Dii auro violantur, ob quod omnia scelera & flagitia passim perpetrantur. Sane revera tum aureum seculum erat, cum nihil auri usquam fuit. *Violatus.*] Cum Deo statuæ fiant ex auro, furto, sceleribus, rapinis, latrociniis parto. Vel quod homines magis aurum quam Jovem colerent. Sat. 3. vers. 20. *Id.*

117. *Illa, &c.*] Illa prisca secula mensas citreas, acernas, vel ex ebore non morabantur, sed faciebat menses ex arbore, domi vel in Italia nata, non aliunde ex Græcia allatas. *Nostraque, &c.*] Quæ crevit in Italia, non in Africa aut Mauritania, ubi gignuntur Citri & Cupressi. *Beroaldus* Annotat. cap. 41.

118. *Tempora.*] Prisca patrum nostrorum. *Hos, &c.*] Arbores in Italia crescebant in talem usum, ut inde mensæ & alia supellex fieret. *Lubin.* Alii pro *hos* habent *hoc.*

119. *Annosam, &c.*] Si forte annosam aliquam arborem, quæ facile dejici poterat, subvertisset. Ubi nucinas mensas Vetus Scholiastes vocat, quæ ex nuce fierent. *Salmasius.* *Eurus.*] Impetuosus ille & turbulentus ventus ab ortu flans. *Lubin.*

120. *At nunc, &c.*] Antapodosi dissimilium, notat luxuriam sui temporis. Id est, contra nostro tempore divites Romani nullam voluptatem in cœna ex cibo & potu capiunt, nisi fercula in aurea mensa apponantur, cujus fulcrum sit eburneum. *Idem.*

121. *Rhombus.*] Piscis delicatissimus, de quo dictum Sat. 4. *Dama.*] Capra silvestris, & ipsa in deliciis habita. *Putere, &c.*] Foetere & male olere. *Idem.*

122. *Unguenta.*] Quibus inunguntur co-

Grande ebur, & magno sublimis pardus hiatu,
Dentibus ex illis, quos mittit porta Syenes,
Et Mauri celeres, & Mauro obscurior Indus,
Et quos deposuit Nabathæo bellua saltu,
Jam nimios, capitique graves. hinc surgit orexis,
Hinc stomacho vires: nam pes argenteus illis,

An

VET. SCHOLIAST.

123. *Grande, &c.*] Eburnea mensa ex ebore facta. *Pardus, &c.*] Pardus, qui sustineat orbem.

124. *Porta, &c*] Civitas Ægypti

125. *Et, &c.*] Nam & apud Mauritaniam interiorem dicuntur nasci Elephanti. unde & Hannibal habuit. Præterea hoc nam addunt, quod cum senserit se grandes habere dentes, in terram eos figit, & inde abducto capite eos amittit.

126. *Nabathæo, &c.*] Locus in India, ubi nascuntur Elephanti.

127. *Hinc, &c.*] Libido vescendi hinc delectat cibum capere, si mensa est eburnea.

VARIORUM.

coronaturi, cum exissent e balneis. *Rosa.*] Serta & corollæ ex rosis quibus coronabantur convivæ. *Latos, &c.*] Nisi latam & spaciosam mensæ citreæ superficiem, pes eburneus grandis sustineat. *Latos orbes.*] Tabulas vel mensas citreas rotundas, *Beroald.* Annot. cap 41.

123. *Grande, &c.*] Mensarum pedes ex ebore facti. Vel robustus pes ex ebore. *Et, &c.*] Est ergo *pardus* hoc loco fulcrum mensæ, ex ebore in figuram vel effigiem pardi sculptum, mensam sustinens loco pedis. *Hiatu.*] Cum magno rictu & apertura oris. Ut effigietur quale est, grande animal & horrendum.

124. *Dentibus, &c.*] Fabricatus pardus ex dentibus Elephantis, qui ex Insula Æthiopiæ, vel urbe Syene, quam mediam æquator secat, Romam mittuntur, vel qui per Syenem tanquam portam mittuntur in alias Ægypti partes, inde Romam. *Farnab.* *Mittit.*] Romam scilicet. *Idem.*

125. *Et Mauri, &c.*] Nam in Mauritania multi Elephanti, unde etiam Annibal suos habuit. Nominat autem omnes regiones ubi sunt Elephanti. *Celeres.*] Intelligit Æthiopes Troglodytas, qui mira pedum celeritate sunt. *Obscurior.*] Nigrior nam Indi adhuc nigriores quam Mauri & Æthiopes.

126. *Et quos deposuit.*] Ex natura elephantorum hoc dicit; nam illi cum sese grandiores & capiti nimis graves & incommodos dentes habere sentiunt, illos in terram aut in arborem infixos frangunt & ita deponunt. *Nabathæo, &c.*] In regione Arabiæ, Syriæ contermina. Arabiæ autem tres partes. 1. Deserta, quæ Scenitis. 2. Felix, quæ Saba 3. Petræa, quæ Nabathæa. *Farnab.* *Bellua.*] Elephantus. *Saltu.*] Loco propter silvas inculto. *Lubin.*

127. *Jam, &c.*] Quando ob pondus suum onerosi sunt. *Hinc, &c.*] Redit ad luxuriam Romanorum scoptice exagitandam. Quasi dicat: Si mensæ pes eburneus sit, Romani nostri vescendi desiderium & appetitum concipiunt, & magnam edendi libidinem. *Hinc.*] Ex hac lautitia supellectilis, ex ebore.

128. *Vires.*] Alii leg. *bilis.* Scoptice. Quasi stomachus iratus ipsis cibis, avide omnia juguret, & deglutiat. *Nam pes, &c.*] Scoptice & hæc. Id est, non pluris faciunt nunc pedes argenteos in mensis, quam annulos ferreos in digitis, qui certe nullius sunt pretii. Indicat sui temporis eburneos pedes in majori fuisse pretio, quam argenteos. *Lubin.*

129

Annulus in digito quod ferreus. ergo superbum
Convivam caveo, qui me sibi comparat, & res
Despicit exiguas. adeo nulla uncia nobis
Est eboris, nec tessellæ, nec calculus ex hac
Materia: quin ipsa manubria cultellorum
Ossea: non tamen his unquam obsonia fiunt
Rancidula, aut ideo pejor gallina secatur.
Sed nec structor erit, cui cedere debeat omnis
Pergula, discipulus Trypheri doctoris, apud quem

Su-

VET. SCHOLIAST.

128. *Nam*, &c.] Mensis scilicet. Ut est, inquit, nobis vilis anulus ferreus, ita illis mensis pes argenteus, nisi fuerint elephanti dente compositæ.

130. *Qui*, &c.] Id est, qui me ex comparatione contemnat, non eum invito.

135. *Rancidula*,] Quia ossea sunt manubria.

136. *Cui*, &c.] Cui quasi magistro subjaceant omnia.

137. *Pergula*,] Coquina, qua boletaria ponuntur.

VARIORUM.

129. *Ergo*, &c.] Ego Juvenalis cum hanc luxuriam, qua jam vivitur, damnem, fugio & evito luxuriosum aliquem & superbum convivam, qui pedes mensæ eburneos requirat, mensas ligneas contemnat, & non nisi magnifice tractari velit. *Idem*.

130. *Qui me*, &c.] Qui me sibi similem putat: Qui postulat ut ego eadem luxuria sumtus faciam, & qui me putat non minorem cœnam paraturum, quam ipse solet. *Idem*.

131. *Exiguas*.] Quales meæ sunt moderatæ, eas contemnit. *Adeo*.] Idcirco & propterea. *Nulla*, &c.] Ne exigua quædam portiuncula. *Lubin*.

132. *Tessella*.] In abaco ceu alveolo lusorio. Sunt enim parvæ tesseræ, ex quatuor lateribus, quæ ex ebore solebant fieri, ut & tali. *Calculus*.] Qui jam dicitur Scacchus latrunculus. Martialis:

Hic mihi bis seno numeratur tessera puncto,
Calculus hic gemino discolor hoste perit.

Idem. *Ex hac*, &c.] Ex ebore.

133. *Quin ipsa*, &c.] Imo & ipsa cultrorum manubria sunt ossea tantum, & non ex ebore.

134. *Non*, &c.] Quamvis manubria cultellorum meorum ossea tantum sint, non tamen, dum illis scinduntur obsonia illa, corrumpuntur propterea, aut fiunt rancida: vel nihilo tamen vilius sapiunt fercula. *Idem*.

135. *Rancidula*.] Insipidiora, rancore putrida. *Haud*, &c.] Alii, *aut*. Quod non sint eburnea, *Pejor*.] Non sit pejor dum dissecatur. *Lubin*.

136. *Sed nec*, &c.] In cœna mea, vel convivio non erit aliquis structor, qui artificiose obsonia incidat & membratim dissecet. *Structor*, &c.] De quo vide Sat. 5. vers 118. *Cui cedere*.] Cui ob artificium omnes discipuli in schola Trypheri debeant concedere, id est, qui inter omnes structores sit doctissimus. Alii leg. *credere*. Lubin.

137. *Pergula*.] Est hoc loco locus ubi præceptores discipulos suos docebant, vel locus sub tectis dio expositus. per quem commeare licet. Doctissimus Scaliger inquit, Pergulæ ædificiorum publicum spectabant: & ob id artifices & magistri, qui minus noti erant in illis primum solebant opera sua proponere

 aut

Sumine cum magno lepus, atque aper, & pygargus,
Et Scythicæ volucres, & phœnicopterus ingens,
Et Gætulus oryx, hebeti lautissima ferro
Cæditur, & tota sonat ulmea cœna Subura.
Nec frustum capreæ subducere, nec latus Afræ

No-

VET. SCHOLIAST.

138. *Et, &c.*] Pygargus fera est specie cervi, quæ teriores partes albas habet. Ideo & pygargus dictus est, quia Græce nates πυγαὶ dicuntur.

139. *Et, &c.*] Fasianus, *Sed & od-* [illegible] tar & alvum Argo navis. *Pylargus*, avis genus, clagalopes appellatur. *Et, &c.*] Genus avis, quæ habet pinnas colore phœnicio in aqua semper est, abundans in Africa. Hujus rostrum tam prolixum est & curvum, ut, nisi merso capite, aqua in os ipsius non possit intrare.

140. *Et, &c.*] Oryx animal minus quam bubelus, quem Mauri Uncem vocant: cujus pellis ad citonas proficit, scuta Maurorum minora.

141. *Ulmea, &c.*] Quia lanionum codices maxime ex ulmis sunt omnes.

142. *Nec, &c.*] Hoc est, quod vult dicere, Infertor noster furtum facere ignorat, neque aut capreæ carnis particulam, aut alicujus avis subtrahens: nec aliud novit rapere nisi ofellam, quod didicit.

VARIORUM.

aut docere, ut populo innotescerent. Et hic sumitur pro iis qui in pergulis sunt instituti. *Discipulus.*] i.e. qui structor est discipulus Trypheri. *Trypheri.*] Qui autem scindendi obsonia docebat in Subura vico. Nam omnis generis animalia & volucres è ligno habebat, in qua ulmea vel lignea cœna, discipuli ligneo cultello discebant artem incidendi. Vide Sat. 1. vers. 120. *Apud, &c.*] In cujus pergula vel schola hæc omnia sequentia inveniuntur & ipsi præsto sunt, facientia simul ligneam cœnam. *Idem.*

138. *Sumine.*] Proprie sumen venter suillus, qui in deliciis erat, præsertim si esset ejectitius. Persius:

— *Calidum scit ponere sumen.*

Pygargus.] Fera cervi specie, vel capræ silvestris, non dissimilis damis. *Idem.*

139. *Scythicæ.*] Ut Phasiani a Phaside flumine nominati. *Phœnicopterus.*] Avis ita dicta, ab aliis puniceus, in Africa abundans, in aquis semper degens, cui rostrum tam prolixum & incurvum est, ut nisi toto capite in aquam immerso bibere nequeat. *Idem.*

140. *Gætulus, &c.*] Animal in Gætulia bisulcum, & unicorne, non dissimile capræ. Alii intelligunt Gallinam Numidicam. *Plin.* lib. 11. cap. 46. *Hebeti, &c.*] Ligneo cultello tanquam ferreo, vel etiam hebes admodum ferrum vel cultellus fuisse intelligitur. *Lautissima, &c.*] Ridicule & Satyrice. Nam hæc, ut dixi, non sunt vera obsonia, sed simulacra eorum ex ligno confecta, & filo connexa, ita ut cultello obtuso membratim dividi potuerint. *Lubin.*

141. *Sonat.*] Dum versant animalia lignea: Sic quidem interpretes, sed aliter Vet. Schol. Sed omnino aliter Grangæus, qui intelligit hoc modo: Discipulos à doctoribus suis cæsos ulmeis flagris, si quando cibos hos ligneos non apposite scinderent, ipsosque ulmorum ictus per totam Suburam resonare, quos facete *cœnam ulmeam* vocet, quod cum ediscerent sic scindere, cœnam primi sed ulmeam prægustarent. *Ulmea cœna.*] Fercula omnia è ligno facta. *Subura.*] In nobilissimo vico, in quo sub pergula tales magistri docebant. *Lubin.*

142. *Nec, &c.*] Id est, ille meus structor adhuc rudis est hujus artis: qui nulla solertia frustum de caprea cultel-

lo

Novit avis noster tirunculus, ac rudis omni
Tempore, & exiguæ frustis imbutus ofellæ.
Plebejos calices, & paucis assibus emtos
Porriget incultus puer, atque à frigore tutus;
Non Phryx, aut Lycius, non à mangone petitus,
Quisquam erit in magno. cum posces, posce Latine.
Idem habitus cunctis, tonsi, rectique capilli,
Atque hodie tantum propter convivia pexi.
Pasto-

VET. SCHOLIAST.

145. *Paucis, &c.*] Vile emtos.

146. *Incultos, &c.*] Bene Poëta ostendit vestitum puerum, non tamen ornatum.

147. *Non, &c.*] Quales vendunt care mancipari, pro *mancipes: ut legatarii pro legatis, sic consulares pro consulibus.*

148. *Posce.*] Non Græce, quia nescit.

149. *Idem, &c.*] Id est, pueris similes vestes. *Tonsi, &c.*] Non comati.

150. *Pexi.*] Deducti pectine capilli.

VARIORUM.

lo novit subducere. *Latus.*] Aliquam partem de latere vel corpore. *Afra, &c.*] Gallinæ Numidicæ. *Lubin.*

143. *Novit.*] Abscindere. Nam artis erat juncturas membrorum solerter posse invenire & incidere. Ordo est, *nec tirunculus noster novit subducere frustum capreæ, nec latus avis Afræ. Tirunculus.*] Rudis puer hac in arte. *Rudis, &c.*] Qui nunquam hasce vanitates addiscet. *Lubinus.*

144. *Et exigua.*] Qui tantum doctus est frusta vel fragmenta carnis jurulentæ distribuere. *Frustis.*] Alii, *Furtis. Ofellæ.*] Quæ fiebat e carne porcina.

145. *Plebeios, &c.*] Vitreos, non crystallinos, & exiguo emtos pretio. *Idem.*

146. *Incultus.*] Non ambitiose ornatus. *A frigore, &c.*] Crasso tantum indutus panno, qui illum magis à frigore muniat, quam ornet. *Idem.*

147. *Non Phryx.*] Apud me non habebis ministrum elegantem, quales emuntur à mangonibus, ut Delphici, Phrygii, Mitilenæi, Lycii. Id est, habeo solummodo ministrum rusticum, in agro mihi natum, & illum tamen à natura optimum. *Mangone.*] Qui exornant & vendebant pueros. *Idem. Petitus.*] Pretio. Mango, proprie κυνοτρόφος, canum nutritor: sed & longius tractum, puerorum altor & negotiator dicitur. Vide Persii Sat. 6. vers. 76. *Farnab.*

148. *Quisquam, &c.*] Pincerna meus. *Magno.*] Pretio petitus & redemtus formosissimus & cultissimus, qui sæpe multis millibus emebantur. Sat. 5.

---- *Nescit tot millibus emtus.*

Cum, &c.] Aliquid scilicet ab ipso, posce Latine. Nam Italus est, non Phryx, aut Lycius, non Græcus, aut aliunde advectus. *Idem.*

149. *Idem, &c.*] Omnibus meis pueris similes vestes. Alii variis vestibus ornabant suos pueros ad ostentandam luxuriam. *Tonsi.*] Non nimis longi. Nam molles & delicati alebant comas. *Rectique.*] Non crispi, aut calamistro crispati. Aut cirrati in orbes aut comas. *Lubin.*

150. *Atque, &c.*] Ex consuetudine dixit. Nam in conviviis omnia solito magis ornabantur. *Pexi.*] Capilli, deducto pectine: ut,

———— *Omnes*

Pastoris duri est hic filius: ille bubulci
Suspirat longo non visam tempore matrem,
Et casulam, & notos tristis desiderat hœdos.
Ingenui vultus puer, ingenuique pudoris,
Quales esse decet, quos ardens purpura vestit:
Nec pugillares defert in balnea raucus
Testiculos, nec vellendas jam præbuit alas,
Crassa nec opposito pavidus tegit inguina gutto.
Hic tibi vina dabit, diffusa in montibus illis,

A qui-

VET. SCHOLIAST.

151. *Pastoris.*] Duobus his generibus Poëta convivium deformat, quod rusticos dicit ministrare pueros.

152. *Suspirat.*] Quia diu abest à parentibus, tristis est.

153. *Desiderat, &c.*] Ut pastoris filius.

154. *Ingenui, &c.*] Modesti, bene nati.

155. *Quos, &c.*] Qui prætextati sunt. Ardens purpura, pro fulgens: ut Virgilius:

——*Tyrioque ardebat murice lana.*

156. *Ne pupillares.*] Id est, quales habent hi qui patres non habent, scilicet tumentes in licentia pueritiæ; sed castus est.

158. *Inguina, &c.*] Majorem penem.

159. *Hic, &c.*] Talis puer tibi erit pincerna.

VARIORUM.

Præcincti pueri, recti comtique ministrent.

Horat. Serm. 8. lib. 2. *Idem.*

151. *Pastoris, &c.*] Hic est pastoris duri, i. e. horridi & inculti, filius: ille, qui bubulci filius est, suspirat &c.

152. *Suspirat.*] Ex affectu puerorum, cum diu à parentibus absunt. Id est, cum gemitu & suspirio exoptat & desiderat. *Lubin.*

153. *Et casulam.*] In qua natus, educatus & enutritus est. *Notos, &c.*] Quos ipse pavit & custodiit, & propterea notos. *Desiderat.*] Omnia enim assueta jucundissima. *Idem.*

154. *Ingenui, &c.*] Qui, quamvis servus, vultum, frontem, animum, & pudorem, non servilem, sed liberalem & ingenuum habet. *Idem.*

155. *Quales, &c.*] Nobiles, quos decet non tam genere, quam vultu & animo ingenuos esse. *Quos, &c.*] Qui prætexta & purpura fulgente, & flammigante vestiuntur. *Ardens.*] A colore flammeo & igneo dicitur.

156. *Nec pugillares.*] Manifestè ostendit puerum esse simplicem & castum. Nec habet, inquit, genitalia grandiora, quæ assiduo libidinis usu excreverint, testiculis in magnitudinem pugni prægrandibus. *Pugillares*] Crassitudine pugni. Sunt qui legant, *pupillares.* Tumentes, ut inquit Vet Schol. *In balnea.*] Nam illic potissimum à cinædis spectabantur, *Oculis devorantibus Draucos*, ut Martialis ait. *Britann. Raucus.*] Ex frequenti coitu, qui vocem enervat. Malo legere *Draucus*, id est, bene à natura instructus. Vide Satyr. 4. vers. 514. *Lubin.*

157. *Nec, &c.*] Non illi ob ætatem sub axillis orti pili, quos per tonsorem avelli curet Inde enim fœtor & *hircus sub alis.* Pers. Satyr. 5. vers. 19. *Idem.*

158. *Crassa, &c.*] Id est, grandia sua virilia membra, non abscondit vasculo, in quo oleum gestat, cum balneum intrat. *Pavidus.*] Vel ex pudore, vel potius ex timore; tales enim rapiebantur ad stuprandos alios, sæpe non sine periculo.

159. *Hic.*] Puer simplex, ingenuus, pudi-

A quibus ipse venit, quorum sub vertice lusit:
Namque una atque eadem est vini patria, atque ministri.
Forsitan exspectes, ut Gaditana canoro
Incipiat prurire choro, plausuque probatae
Ad terram tremulo descendant clune puellae,
Irritamentum Veneris languentis, & acres
Divitis urticae: major tamen ista voluptas
Alterius sexus: magis ille extenditur, & mox

Auri-

VET. SCHOLIAST.

160. *A quibus, &c.* De eadem villa vinum, unde & minister est.

162. *Forsitan, &c.*] Id est, speras forsitan, quod incipiant saltare delicatae ac pulchrae puellae Syriae. quoniam de Syris & Afris, Gadiis condita est. Nunc, inquit, expectas apud me pantomimas aut lyristrias de Gadibus, quod lasciviant. Martialis:

Nec de Gadibus improbis puellae
Vibrabunt sine fine prurientes
Lascivos docili tremore lumbos.

163. *Incipiant, &c.*] Quae suo motu faciunt barbaros pati pruriginem.

167. *Magis, &c.*] Ad Venerem illis saltantibus.

VARIORUM.

pudicus, tibi pincerna erit. *Diffusa.*] Expressa ex uvis, & in dolia diffusa. Sic Sat. 4.

Ipse capillato diffusum consule potat.

160. *A quibus.*] Id est, ex eadem villa vinum est, unde & minister. *Sub, &c.*] Id est, summitate montis. *Idem.*

162. *Forsitan, &c.*] Id est, tu, ô Persice, forte existimas, apud me quoque in convivio meretricem quandam ex Gadibus, cantu aliquo, aut saltatione pruritum libidinis in animis convivarum excitaturam esse? Quasi dicat: Falleris. Martial. libro 1. Epist. 42. & lib. 5. epist. 79. *Gaditana.*] Puella è Gadibus, unde innumerabiles meretrices. Romae. *Lubin.*

163. *Prurire.*] Pruritum, & urticam libidinis excitare in convivarum animis. *Canoro choro.*] Ut simul cantet & saltet; vel choro aliquot meretricum simul canentium. *Plausuque, &c.*] Acconvivis spectatoribus approbantibus hujusmodi libidinosos choros & cantus: An ab improbo magistro, qui saltatriculas has circumducebat ad quaestum, & ad saltandum provocabat, plausu rem se bene habere significans. *Plausu* autem solebant rem quampiam approbare. Pers. 6. vers. 78. *Idem.*

164 *Ad, &c.*] Postea ad terram procumbant, quasi ad sese stupratores admissurae, idque, ut magis intuentes convivas irritent, clune tremulo & crissante, impudico corporis motu. Nota autem *clunem*, in Masculino dictum. *Idem. Spectant, &c.*] Duo versus in quibusdam exemplaribus hoc in loco adduntur; in quibusdam inferius post illum versum 200: *Sponsio quas cultae decet assedisse puellae.* In vulgatis prorsus desiderantur.

165. *Irritamentum.*] Id est, quae etiam in aegrotis & languidis & decrepitis senibus Venerem & libidinem incenderint. *Idem.*

166. *Acres urticae.*] Id est, prurigines, & excitatrices stimuli libidinis, acres & vehementes irritationes. Sic superius Sat. 2.

Hac tetigit Gradive tuos urtica nepotes?

Divitis.] Nam non nisi divites haec Veneris irritamenta adhibebant. quia pauperibus per inopiam non licebat. *Major tamen.*] Id est, libido quae ex tam obscoeno spectaculo provenit, illa longe major est in foeminis, quam in viris, & unde mulieres citius in libidinem excitantur. Sic Sat. 6. dixit:

---- *Nam quantula nostra voluptas!*

Lubin.

167. *Alterius sexus.*] Foeminarum.

Auribus, atque oculis concepta urina movetur.
Non capit has nugas humilis domus: audeat ille
Testarum crepitus cum verbis, nudum olido stans
Fornice mancipium quibus abstinet: ille fruatur
Vocibus obscœnis, omnique libidinis arte,
Qui Lacedæmonium pytisinate lubricat orbem:

Nam-

VET. SCHOLIAST.

168. *Urina, &c.* Irritata scilicet clunibus saltantium puellarum.

170. *Testarum, &c.*] Testas nam antea percutiebant saltantibus pantomimis quidam * hic noverit ut mesochori percuterent manibus.

171. *Vocibus, &c.*] Divites cantilenis turpibus ac tam obscœnis, ut illis meretrices abstineant.

173. *Qui, &c.*] Qui exspuit supra marmor Lacedæmonium, quo stratum est pavimentum, ut leve sit, ut saltantibus puellis nihil *impediat*, pro *pedibus*.

VARIORUM.

Magis, &c.] Erigitur ac movetur ad libidinem. *Ille.*] Sc. alter sexus. Mallem legere *Intenditur*, Idem. *Et, &c.*] Nam lasciva voce, lasciva cantabant, & lascivos motus corpore exprimebant.

168. *Concepta, &c.*] Urina seu semen genitale conceptum, per aures & oculos commovetur, ut scilicet præ nimia libidine urinam non retineant. De hac re Sat. 6.

Tunc ia vesica non imperat.

Idem.

169. *Non, &c.*] Vanas libidinum illecebras, & turpitudinem. Nempe, *stultitiam patiuntur opes.* *Audeat*] Alii legunt *Audiat, &c.* Dives aliquis hæc videat & audiat, qui domum habet & pavimentum Musivo opere ornatum, & Lacedæmoniis lapidibus interstratum & variegatum, illudque pavimentum cum exspuit, vel cum πυτίσας, lubricat; Talis inquam dives, *audeat*, vel *audiat* hos testarum crepitus, hæc tympana & verba scœnissima, à quibus etiam vel turpissimum scortum in olido & fœdo lupanari stans abstineat. *Lubin.*

170. *Testarum, &c.*] Tympanorum & cymbalorum. *Lubin. & plures.* *Testas enim antea percutiebant saltantibus pantomimis: quondam tunc non erat ut mesochori percuterent manibus.* Ita emendandus Scholiastæ locus, qui vulgo corruptissimus: quomodo autem manibus percuterent mesochori, docet Salmasius; digitis scilicet dextræ manus contractis & in unum reductis, lævæ subjectæ palmam percutiebant, ut sic invicem complosæ cymbalorum in modum resonarent, & reliquis inde auspicium canendi, ruptumque darent. *Salmasius* in Vopisc. *Testarum, &c.*] Crotala sunt è testis & conchiliis, quibus in India fœminas in saltationibus usas sæpius vidi. cujusmodi crepitaculis & motibus utuntur Hispani vocantque *cascabedos*, ὁ τοῖς ὀστράκοις κροτῶν. Aristoph. in Βατραχ. vide Jul. Cæs Scalig 1. Poet. 18. *Farnab.* Sed Grangæus *Crepitus testarum* genus esse plausus dicit, & hoc quidem ex Suetonii Nerone, ubi tria plausuum genera dicta invenias, *bombos, imbrices* & *testas*: quas testas Casaub. dictas esse putat ad similitudinem crepitus, quem edunt collisis testis. *Cum, &c.*] Turpissimæ cantilenæ. *Brodæus* 9. cap. 17. *Nudum.*] In lupanaribus enim meretrices nudæ, præter papillas, quas vinciebant & ad … *Olido.*] In fœdo & malcolenti lupanari. *Lubin,*

171. *Mancipium*] Vere mancipium, quod suum corpus vendit, & pretio abutendum prostituit. *Idem.* *Ille fruatur.*] Ille dives, non pauper, gaudeat & delectet se illis omnibus illiciis.

172. *Omnique, &c.*] Qua libido exstimulatur *Idem* Nam in libidine ars etiam, & quidem infanda.

173. *Qui Lacedæmonium.*] Haud scio an

Namque ibi fortunæ veniam damus. alea turpis,
Turpe & adulterium mediocribus: hæc eadem illi
Omnia cum faciant, hilares nitidique vocantur.
Nostra dabunt alios hodie convivia ludos:
Conditor Iliados cantabitur, atque Maronis
Altisoni dubiam facientia carmina palmam.
Quid refert, tales versus qua voce legantur?
Sed nunc dilatis averte negotia curis,

Et

VET. SCHOLIAST.

174. *Namque*, &c.] Divitum, quasi liceat illis peccare.

165. *Hæc*, &c.] Id est, si alea luserit pauper, aut adulterium commiserit, damnandus est: si dives horum aliquid fecerit, jocosus appellatur.

180. *Qua*, &c.] Bona, an mala.

VARIORUM.

en alius in toto scriptorum genere locus extet, in quo versando plus sibi critica lascivia indulserit, quam hic Juvenalis; ut mira & inaudita verborum commenta, artisque hujus ineptias reputanti mihi rubor suffundatur: *Pytisma, pityhisma, poppysma, petrisma, pygisma, prisma, pettrisma, propysma*; quorum Auctores cum non minus ineptis interpretationibus traducere & otio legentium abuti, illiberale facinus est. Quid autem eos impulerit ut à Veteris interpretis explicatione discederent non video, quæ ut brevis simplexque, ita ad Poetæ sententiam proxime accedit. Divitum enim luxum carpit, quorum triclinia Lacedæmonio marmore constrata, otis excrementis fœdabantur. Quæ autem apud Vet. Interp. sequuntur, quasi ideo sputo lubricaretur pavimentum, ut facilius & velocius saltatriculæ discurrerent, vel ex glossemate irrepsit, vel ineptis scioli. *Lorarius*.

174. *Namque*, &c.] Id est, illis divitibus ignoscimus, eosque turpe aliquid admittentes excusamus propter fortunam. *Alea*, &c.] Id est, vilibus & plebeis hominibus alea est turpis & infamis. *Lubin*.

175. *Eadem illi*.] Divites & fortunati. Si pauper alea luserit, aut adulterium commiserit damnatur. Si dives, laudatur, aut saltem excusatur. *Idem*.

176. *Hilares*, &c.] Liberales, jucundi, lauti, magnifici. *Idem*. *Nitidique*.] Clari & splendidi.

177. *Nostra*, &c.] Antapodosi dissimilium demonstrat, suum convivium longe aliud futurum esse: & simul hortatur Persicum, ut omnibus curis depositis ad lætitiam convivales sese præparet. *Alios*, &c.] Longe alios & honestiores, non autem turpes & lascivos. *Idem*. *ludos*.] Hilaritates & recreationes.

178 *Conditor*, &c.] Id est, Homerus, recitabitur in meo convivio. *Atque Maronis*, &c.] Æneida intelligit. *Idem*.

179. *Altisoni*.] Prægrandiè, altiloqui, sublimis, cothurnati. *Dubiam palmam*.] Id est, Virgilii versus faciunt, ut quis merito dubitet, utri palma sit attribuenda, Homero an Virgilio. *Idem*. Sed non ita, si credamus Propertio eleg. ult. lib. II. Quantum enim à plebeja inepta que muliercula matrona distat, tantum summus Homerus à divino Virgilio superatur. Scalig. Poet. v. cap. 12.

180. *Quid*, &c.] Quasi dicat, pronunciatio illos versus non commendat, sed seipsa commendant suavitate & artificio suo. *Qua voce*.] Bona an mala. Certe vox est animæ pronunciatio. Videtur autem respondere objectioni. Rudem & simplicem habes puerum, qui male pronunciabit illos versus. *Idem*.

181. *Sed*, &c.] Monet jam Persicum;

Et gratam requiem dona tibi, quando licebit
Per totam cessare diem: non fœnoris ulla
Mentio, nec, prima si luce egressa, reverti
Nocte solet, tacito bilem tibi contrahat uxor,
Humida suspectis referens multitia rugis,
Vexatasque comas, & vultum, auremque calentem.
Protinus ante meum, quidquid dolet, exue limen:

Pone

VET. SCHOLIAST.

184. *Nec*, *&c.*] Mire nec ipsi rei pepercit Poëta. Ne uxor tibi bilem contrahat si tarde regreditur, quæ à prima luce processerat, & ita regressa ut se prodat signis quibusdam concubuisse cum mœcho. solent enim aures & vultus sub ora eis rubere.

186. *Humida*, *&c.*] Terentius.

Postquam ludificatus est virginem, vestem scidit.

Vexata igitur à mœcho, qui cum ea concubuit.

VARIORUM.

ut omnem tristitiam, & quidquid molestum est deponat, ut lætus frontem secum possit exporrigere, missis curis. *Dilatis.*] In aliud tempus transpositis. *Averte*, *&c.*] Domesticarum rerum administrationes, & negotia in aliud tempus differ. *Lubin.* Sic Horat. ad Mecœnat. *Mitte civiles super urbe curas.*

182 *Et*, *&c.*] Vacationem ab omnibus curis. *Dona.*] Concede. *Quando*, *&c.*, Quoniam per totum diem hilares erimus. *Cessare*] Otiari.

183. *Non*, *&c.*] Noli cogitare multo minus loqui de lucro & argento, quod in fœnus alicui concedas. *Idem.*

184 *Nec*, *&c.*] Est jocus nimis acerbus. Est autem hic ordo. Uxor tua si prima luce domo egressa nocte solet reverti, referens humida multitia rugis suspectis & comas vexatas ab adulteris, &c. ne tibi vultum contrahat, & zelotypiam excitet. Sed hæc omnia convivium mecum accessurus depone. *Lubin.*

185. *Tacito.*] Notat miseram viri patientiam, qui hæc flagitia videat, & tacere cogatur. *Bilem*, *&c.*] Iram & indignationem exsuscitet. Id est, ne sis zelotypus. *Idem.*

186. *Humida*, *&c.*] Quæ refert ad te in domum mariti humidas vestes, propter concubitum adulteri effusa genitura super ipsius veste, idque suspectis rugis, (Belgice, gekreuckt, gekneutert) quasi illæ propter concubitum cum adultero sint factæ, amplexando illum & osculando. *Multicia.*] Mollia nimis delicatarum mulierum vestimenta pellucida vide Sat 2 vers. 66. *Lubin.* Et quidem serica. serica autem cum dico, subserica intelligi volo, non alia tunc in usu. Ideo vetus interpres eo loco recte exponit multicia, *vestes molli intextas subtemine.* Multicium enim adjectivum, quod in substantivum transiit, nam & multicia vestis & simpliciter multicium. unde *multicia* Juvenali, tenues & pellucidæ vestes. *Salmas.* in Fl. Vopisc.

187. *Vexatas*, *&c.*] A petulante adultero extra ordinem redactas, & confusas. Quæ luctatiunculas & pressiunculas amantium significent. Quas Suetonius vocat, *recentes lascivia & peracta libidinis notas* cap 36. Calig. & August. cap. 69. *Vultum*, *&c.*] Ex lascivis adulteri morsiunculis, ex libidinosa contrectatione, & osculis. Vel rubentem post admissum facinus *Lubin.*

188. *Protinus*] Id est, quidquid est, quod animi ægritudinem in te concitare possit, illud dum ædes meas ingrederis, ante limen depone & exue. Lubinus.

189.

Pone domum, & servos, & quidquid frangitur illis
Aut perit: ingratos ante omnia pone sodales.
Interea Megalesiacæ spectacula mappæ,
Idæum solenne colunt similisque triumpho
Præda caballorum Prætor sedet: ac, mihi pace
Immensæ, nimiæque licet si dicere plebis,

To-

VET. SCHOLIAST.

191. *Interea, &c.*] Hoc ideo, quia Megalesia Circenses ante solem prope edebantur.

192. *Idæum, &c.*] De Ida matre Deum.

193. *Præda, &c.*] Pompa. Quoniam Circensibus illis, quos Prætores edunt unus est missus, qui ordinarius dicitur: ideo præda caballorum, quia hordeum pro illo die aurigæ tollunt equorum. aut ideo præda dixit, quoniam multi equi frangebantur iisdem Circensibus.

VARIORUM.

189. *Pone, &c.*] Curas domesticas depone. *Et, &c.*] Malignos & nequam. i. e. cogitationes solicitas de illis. *Et, &c.*] Ex re domestica vel suppellectili, quam assidue frangunt non sine rixa & contentione dominorum. *Frangitur illis.*] i. e. ab illis, & illorum negligentia.

190. *Aut, &c.*] Quidquid ab illis amittitur. *Ingratos, &c.*] Id est, inter convivandum ne memineris illorum, qui tibi malam gratiam retulerunt. *Ante, &c.*] inprimis: Illa enim ante omnia bene merentibus bilem solent movere.

191. *Interea.*] Dum nos scilicet convivamur, alii ludos spectant. Est autem ordo: Spectacula mappæ Megalesiacæ colunt Idæum solenne. Id est, spectacula Circensia instituta in honorem Magnæ Deum matris indicata per mappam, colunt Deam phrygiam. Erant autem quatuor agitatorum factiones, Veneta, Albata, Rosea, & denique Prasina, *Spectacula.*] Pro rebus spectandis, vel pro ipsis spectatoribus, qui sibi sunt spectaculo. *Megalesiaca.*] In honorem Deæ Phrygiæ magnæ Deûm matris ex Ida Romam advectæ. ἀπὸ τῆς μεγάλης τῆς θεᾶς. *Mappa.*] Hæc suspendi solebat in signum ludorum Circensium, quod tali casu fluxit in morem. Cum Nero prandium protenderet, & celeritatem ut assolet avidus spectandi populus flagitaret, ille mappam, qua tergendis manibus utebatur, jussit abjici per fenestram. Hinc tractum est ut ostensa mappa certa videatur esse promissio Circensium futurorum. Quidam legunt, *Palma.* Calderin. Observat. lib. 3. cap. 14.

192. *Idæum solenne.*] Festum usitatum in honorem Deæ Idææ. *Similisque, &c.*] Id est, in his ludis sedet prætor in sublimi curru triumphali, tanquam triumphaturus. Hujus Satyr. 10. meminit:

Quid si vidisset prætorem in curribus altis, &c. Lubin. Triumpho ergo pro triumphanti.

193. *Præda.*] *Prædo* vel *præda caballorum* dicitur Juvenali ob largum equorum curulium sumptum, qui & ingenti pretio parabantur, & in cursu aut interibant aut debiles fiebant. Nam qui *perdam* insolens latinis auribus verbum inculcat, oleum & operam perdit. *Farnab.* *Prætor.*] Qui his ludis præerat; quibus antea Ædilis, ut patet apud Livium. *Ac, &c.*] Venuste plebem flagellat, invidiam dicto deprecans; ostendit totum ejus studium esse in spectaculis & ludorum celebratione.

194. *Immensa.*] Illo enim tempore immensa Romanæ plebis multitudo. *Lubin.*

Totam hodie Romam Circus capit, & fragor aurem
Percutit, eventum viridis quo colligo panni.
Nam si deficeret: mœstam, attonitamque videres
Hanc urbem, veluti Cannarum in pulvere victis
Consulibus. spectent juvenes, quos clamor, & audax
Sponsio, quos cultæ decet assedisse puellæ:
Spectent hoc nuptæ juxta recubante marito,

Quod

VET. SCHOLIAST.

196. *Eventum, &c.*] Id est, Prasini, ex clamore magno colligo victoriam.

197. *Nam, &c.*] Id est, si vinceretur Prasinus: aut si hoc spectaculum deficeret, ut non essent Circenses, sic tristem urbem videres, ut si esset bello victa.

198. *Veluti, &c.*] Locus in Apulia, ubi Romani ab Hannibale sunt victi.

199. *Victis, &c.*] Varronem Terentium dicit, & Paulum, quorum Paulus semet occidit, Varro autem fugit, cui triumphus decretus est, quia non penitus desperavit. *Spectent, &c.*] Juvenibus spectacula concede, qui propter certamina, sponsiones ponunt, & delectat eos juxta puellas spectare. Quia antiquitus solebant mulieres cum viris, omnibus interesse spectaculis indifferenter.

VARIORUM.

195. *Totam, &c*] Quippe Romani nihil optant præter panem & Circenses, ut dixit Sat. 10. *Et fragor, &c.*] Id est, ex immenso spectantium in Circo clamore, colligo aliquem equo victorem fuisse, vel ex factione viridi, &c. Videor mihi semper audire sonitum in Circo victori congratulantium. *Idem.*

196. *Eventum.*] Unde, vel ex quo fragore, colligo aliquem ex factione viridis vel prasini panni victorem extitisse: & alicui præmium, mappam scilicet contigisse. *Plin.* lib. 4. Epist. 6 De Prasina & Veneta factione vide quæ supra ad Sat. VI. ℣. 590. ex Ferrario attulimus.

197. *Nam, &c.*] Scoptice hoc dicit. Id est, si ludi Circenses Romæ deficerent, urbem nimirum Romam non secus attonitam videres, quam fuit cum Romani ab Annibale ad Cannas victi essent. Deficere, ἀπολείπειν. *Mœstam.*] Plane confusam & perturbatam.

198. *Cannarum.*] In Apulia, ubi ab Annibale cæsi Romani. *Lubin.* *In pulvere*] Signate & ex historia. Namque ventus quem Vulturnum Apuli vocant, adversus Romanos coortus, multo pulvere in ipsa ora volvendo prospectum ademit. Liv. 22. *Farnab.* *Victis*] Paulo Æmilio, & Terentio Varrone: ubi Paulus sese occidit, Varro fugit, cui triumphus decretus est, quia non penitus desperavit.

199. *Spectent, &c*] Est quasi concessio. Quasi dicas: Juvenes tunc hos ludos Circenses spectent, nos seniores curent curemus. *Clamor*] Solebant enim victoribus acclamare. *Idem.* *Audax Sponsio, &c.*] Utra factio vinceret. Intelligit contentionem & altercationem juvenum inter se, quæ fiebat depositis pignoribus, cum hic illum, ille alium victorem fore adfirmarent. Ovid. in Arte:

Et quæres posito pignore vincat uter.

Audax.] Vel quod temerarium esset pecuniam fortunæ ita committere, vel quod quidam satis amplam pecuniæ summam deponerent. *Turneb.* lib. 8. c. 4. & 18 cap. 37.

200. *Quos, &c.*] De juvenili ætate hæc intellige, cui concedenda esse innuit *Lub.*

201. *Spectent, &c.*] Al. Spectant. Sensus est: in conviviis Romanorum, tam obscœna & libidinosa oculis passim exponi, per introductas mulieres, idque accumbentibus honestis maritis, quæ merito quempiam narrare pudeat, nedum gestibus exprimere, illis iisdem matronis præsentibus. *Idem.* Sed hos

duos

Quod pudeat narrasse aliquem præsentibus ipsis:
Nostra bibat vernum contracta cuticula Solem,
Effugiatque togam. jam nunc in balnea, salva
Fronte licet, vadas, quanquam solida hora supersit
Ad sextam. facere hoc non possis quinque diebus
Continuis: quia sunt talis quoque tædia vitæ
Magna. VOLUPTATES commendat rarior usus.

VET. SCHOLIAST.

204. *Jam, &c.*] Bene hisdem poëta verbis verecundiam expressit.

205. *Solida, &c.*] Una integra hora usque ad sextam.

207. *Quia sunt talis quoque tædia vitæ.*] Ut sæpius idem facias. Quidquid fit rariter, magis delectat.

VARIORUM.

duos versus non esse hujus loci monet Grangæus, quod attentus lector judicare possit: quinimo legendos post versum 164. præcedentem hujus Satyræ. Quid enim, inquit, obscœni ludis Circensibus: unde & bene admodum exemplaria Guilhelmi Canteri ad illum locum reponunt.

203. *Nostra bibat.*] Nostra cuticula, quæ jam vetula, & in rugas contracta, apricando bibat temperatum solem veris tempore. Intelligit ἡλίωσιν vel insolationem, quam senes adhibere solebant. Persius Sat. 4. vers. 18.

--- *Assiduo curata cuticula sole.*

Idem.

204. *Effugiat, &c.*] Omnes togatorum labores, & clientium. Togis enim induti negotiosi erant. Vel exuat togam ad insolationem & balnea. *Jam, &c.*] Hortatur jam Persicum ut confidenter balneum ingrediatur, quo omnes ante cœnam, quamvis nondum sit hora sexta. Idque ut faciat vel hora quinta præter morem, & ad epulas veniat sexta vel septima. Ejusmodi convivia quæ ante horam nonam incipiebantur, dicebantur *tempestiva*. Festis vero diebus horam tempestivam balnei atque cœnæ prævenire licebat absque gulæ nota. *Jam nunc.*] Ob convivium, ut eo maturius adsis. *Lubin.*

205. *Salva Fronte.*] Vel exporrecta, omnibus curis depositis. Vel sine verecundia & pudore: quia in fronte omnis majestas hominis. Habebantur autem delicatiores & molliores, qui ante solitum tempus balneis uterentur. *Quanquam, &c.*] Quanquam adhuc totius horæ spatium & tempus supersit. Indicat horam fuisse quintam. Sexta autem calebant balnea. Vel hora à quinta in sextam, qua lavare potes, solida adhuc superest. *Lips.* 3. antiq. lect.

206. *Facere, &c.*] Convivia & balnea scilicet quotidie frequentare, & maturius ingredi & otio indulgere. Id est, licet Romani magnopere delectentur illis rebus: tamen illarum etiam est satietas.

207. *Talis, &c.*] Desidiosæ, & voluptariæ in balneis. *Lubin.*

208. *Voluptates, &c.*] Juxta illud: *Omne rarum carum, vilescit quotidianum.* Ex Mart. *Rara juvant.* Idem. Monet noster omne nimium, ex sententia Chilonis, omnibus in rebus esse fugiendum.

SATY-

SATYRA XII.

ARGUM. Hac Satyra Juvenalis potissimum agit de Catulli reditu, qui peregre profectus, maxima in mari pericula expertus erat: sed salvus tandem evaserat. Pro cujus salute sacrificium, quod se soluturum voverat, peragit, idque animo amico & benevolo, non eo animo, quasi Catullum hæredipetarum more inescare velit, ejusve hæreditatem captet. Qua occasione etiam captatorum impudentiam perstringit. Scribitur autem ad Corvinum quendam.

NAtali, Corvine, die mihi dulcior hæc lux,
Qua festus promissa Deis animalia cespes
Exspectat: niveam Reginæ cædimus agnam:
Par vellus dabitur pugnanti Gorgone Maura.

Sed

VET. SCHOLIAST.

3. *Regina, &c.*] Junoni alii Fortunæ. & ducimus, ad sacrificium, ducendam ad aram.

4. *Pugnanti, &c.*] Minervæ similis agna. & Maura, quoniam in Mauritania juxta Atlantem à Perseo est occisa Gorgon Medusa.

VARIORUM.

1 NAtali, &c.] Initio adfectum suum erga amicum declarat. Erat autem natalis dies cuique gratissima & acceptissima, qua genialiter & hilariter genio indulgebant. Quasi velit dicere, amicus Catullus mihi dulcior est, quam egomet mihi. *Dulcior.*] Gratior & jucundior: translatione à gustu. *Hæc lux.*] Hic dies quo sacra pro Catulli salute vota persolvo, & quo Sc. luce salvus rediit Catullus. *Lubin.*

2. *Qua, &c.*] Ordo est: Qua festus cespes exspectat animalia promissa Deis. *Festus, &c.*] Ara festa & solennis, & quidem subita ex vivo & viridi cespite *Promissa.*] Quæ promisi pro incolumi reditu Catulli. *Animalia*] Hæc post paulo recenset. *Idem.*

3. *Exspectat.*] Ut adducantur, & mactentur. *Niveam, &c.*] Junoni, vel ut alii, Fortunæ, niveam agnam promissam cædimus, ad sacrificium ducimus, & mactamus. *Lubin.* *Regina.*] Juno Poëtis absolute *regina* dicitur, & *regina Deûm*: & quidem *niveam*, ut uni e superis, inferis enim hostia pulla dabatur.

4. *Par vellus, &c.*] Similis agna nivea & candida dabitur Minervæ, vel Palladi: quæ pugnat cum clypeo, in quo caput Medusæ vel Gorgon. *Pugnanti, &c.*] Est periphrasis Palladis vel Minervæ quæ in scuto, vel clypeo Gorgonis Mauræ vel Medusæ caput gestat, quo intuentes omnes in saxa convertit. Fabula vult, sapientiam sui spectaculo reddere homines stabiles, immobiles, & constantes. Vide, quæ ex Alex. Myndio referat Athenæus, l. 5 cap. 20. *Gorgone.*] Quidam indocte Hesperidas & Gorgones confundunt. Fuerunt autem tres Gorgones Phorci & Cetus sororis filiæ, Medusa, Euriale, Sthenone. *Maura* dicitur, quia juxta Atlantem, ad fines Mauritaniæ, à Minerva vel Perseo interfecta est. *Idem.* Vel potius, à patria, quia Cyrenaica erat. Medusa enim Phorcynis Cyrenei filia; at Cyrenei inter Æthiopes numerati: vel, quia [illegible] in mari Athlantico; est autem Atlas mons Mauritaniæ.

5. Sed

Sed procul extensum petulans quatit hostia funem,
Tarpeio servata Jovi, frontemque coruscat:
Quippe ferox vitulus, templis maturus, & aræ,
Spargendusque mero, quem jam pudet ubera matris
Ducere, qui vexat nascenti robora cornu.
Si res ampla domi, similisque adfectibus esset,
Pinguior Hispulla traheretur taurus, & ipsa
Mole piger, nec finitima nutritus in herba,

Læta

VET. SCHOLIAST.

5. *Petulans*, &c.] Id est, juvencus, qui funem quo ligatus est, rumpit.

6. *Frontemque*, &c.] Movet sicut telum quod coruscat.

8. *Quem*, &c.] Lac sugere.

9. *Qui vexat.*] Ferus, indomitus, maturus ad sacrificium. Ut Virgilius:

-- atque irasci in cornua discit
Arboris innixus trunco.

10. *Similisque*, &c.] Voto, voluntati æquales.

11. *Pinguior*, &c.] Matrona pinguis fuit.

12. *Nec*, &c.] Non in his partibus, sed de peregrinis.

VARIORUM.

5. *Sed*, &c.] Aliud animal, juvencus, qui fune procul extento, & longiori alligatus est, & præ petulantia funem quatit, & rumpere conatur. Ordo est: Sed hostia Jovi Tarpeio servata, &c. *Procul*, &c. Victima ad aram ducebatur fune quidem longiore & laxo, non arcte ligato, ne videretur ad aram invita trahi, quod mali erat ominis. *Petulans.*] Lasciviens & cornupeta candidus bos. *Idem.*

6. *Tarpeio*, &c.] Qui in arce Tarpeia, vel Capitolio colitur. Hæc tria numina, quæ nominat, Juno, Pallas, Jupiter, in Capitolio celebrabantur. *Servata.*] Destinata, & parata. *Coruscat.*] Frontem candidam concutiendo vibrat & coruscat. *Idem.*

7. *Quippe*, &c.] Utpote qui bos jam grandior, & ob id torvus, ferox & petulans, qui nunquam jugum subiit. *Templis*, &c.] Jam satis grandis & adultus, qui sacrificiis adhibeatur. *Idem.* *Templis & aræ*] Endiadis, hoc est, aris templorum.

8. *Spargendus*, &c.] In fronte vel vertice puro vino imbuendus inter auratas cornua; ut solet in sacris. Virgilius lib. 4.

-- Pateram media inter cornua fudit.

Mero.] Non sine caussa *mero*, uno verbo, pro puro vino. *Quem*, &c.] Quia jam maturior grandiorque est, lac ex matris uberibus exsugere eum pudet. Loquitur quasi ex adfectu humano. *Idem.*

9. *Vexat.*] Ex petulantia frequenter cornu petit robora & arborum truncos. *Nascenti.*] Quod illi jam primulum ex fronte enascitur. *Idem.*

10. *Si res*, &c.] Illustrat amoris sui adfectum & ingenuam voluntatem in Catullum, id est, si facultates mihi majores essent, & tantæ, quantus est amoris adfectus in Catullum, pinguissimum & maximum taurum offerrem. Pro cujusque enim facultatibus sic & Diis hostiæ. *Grang.* *Similis*, &c.] Amori, desiderio, & voluntati, qua Catullo benevolo par esset census. *Lubin.*

11. *Pinguior*, &c.] Obiter Satyrice notat mulierem sui temporis crassissimam & maxime obesam, de qua satyra 6.

—— Hispulla Tragœdo
Gaudet. ---

Traheretur.] Ad sacrificium duceretur. *Idem.*

12. *Mole*, &c.] Sua crassitudine & pinguedine tardus & segnis. Grandiora autem sunt pigriora. *Nec*, &c.] Qui taurus

[redacted]

Læta sed ostendens Clitumni pascua sanguis
Iret, & à grandi cervix ferienda ministro,
Ob reditum trepidantis adhuc, horrendaque passi
Nuper, & incolumem sese mirantis amici.
Nam præter pelagi casus, & fulguris ictum
Evasi, densæ cœlum abscondêre tenebræ
Nube una, subitusque antemnas impulit ignis,
Cum se quisque illo percussum crederet, & mox
Atto-

VET. SCHOLIAST.

13. *Ostendens, &c.*] Fluvius qui Trevis, civitatem Flaminiæ interfluit.

14. *Et a, &c.*] Sacerdoti, aut qui sacrificia occidunt ministri.

16. *Nuper, &c.*] Catulli, qui prope naufragio perierat.

17. *Fulminis, &c.*] Tempestatem.

19. *Subitusque, &c.*] Fulmen impulit antemnas cum velis.

VARIORUM.

taurus, vel sanguis tauri non in vicinia nutritus esset, sed colore suo candido ostenderet pascua læta Clytumni. Solebant autem prisci hostias primo securibus aut clavis cædere; deinde prostratas suppositis cultris jugulare. Turneb. lib. 15 cap. 12. *Finitima.*] In confinio circa Romam *Lubin.*

13. *Læta, &c.*] Grata aspectu, pinguia simulque luxuriantia. *Clitumni.*] Fluvius erat agri Falisci, cujus aqua pota candidos boves facit. Unde Jovi Capitolino victimæ mactandæ eligebantur. Plin. lib. 2. cap. 7. & 103. *Læta sed ostendens Clitumni.*] *Fluvius, qui Trevis,* legend. *Trebam.* Est enim ea ipsa de qua Frontinus in libello de aquæductibus, *Nam cum oriatur Anio suprà Trebam Augustam, &c.* Rutgers. *Sanguis. &c.*] Vel ipse taurus sanguinis & succi plenus iret, vel effueret sanguis: repræsentans & probans in quam lætis pascuis nutritus sit.

14. *Iret.*] Ad templum & aram mactandus. *Grandi, &c.*] Hunc grandem ministrum Pontificem maximum intelligunt. Ego potius quemvis ministrum victimarium vel popam, quem grandem, validum, & robustum exigit eo nomine, ut magnum & egregium taurum prosternere ictu ad terram possit. *Ferienda.*] Ad terram ictu dejicienda & prosternenda. *Idem.*

15. *Ob reditum.*] Exponit jam caussam sui sacrificii. Eo quod votum factum pro incolumi reditu amici sui Catulli velit solvere. *Trepidantis.*] Ob immensum discrimen quod effugit. *Horrenda.*] Periculosissimum naufragium, cum fulmine, & horribili tempestate. *Idem.*

16. *Incolumem, &c.*] Qui ipse demiratur quod vivat adhuc, & incolumis ex tantis maris periculis evaserit. *Idem.* *Amici*, Supp. Mei

17. *Nam, &c.*] Exponit jam naufragii pericula, quæ perpessus erat Catullus. Et rationem sacrificii attexit. *Pelagi, &c.*] Pericula & casus naufragii, quos evasit. *Idem.*

18. *Evasi.*] Evitati, declinati. *Densæ.*] Id est, cum in tempestate & fulgure una atra nubes cœlum absconderet densis tenebris. *Rutgers.*

19. *Subitusque*, Id est, ignis cœlestis subitus & improvisus navis antemnas impulit, & transversa navis tigna percussit. *Idem.*

20. *Cum, &c.*] Ostendit Catullum illo fulgure maximo cum reliquis fuisse percussum. *Lubin.* *Et, &c.*] Incendium jam, non naufragium timeret. Id est, cum mox unusquisque propter fulgur (quo antemnæ & vela accensa ardebant) stupe-

Attonitus nullum conferri posse putaret
Naufragium velis ardentibus. omnia fiunt
Talia, tam graviter, si quando poëtica surgit
Tempestas. genus ecce aliud discriminis: audi,
Et miserere iterum, quanquam sint cætera sortis
Ejusdem: pars dira quidem, sed cognita multis,
Et quam votiva testantur fana tabella
Plurima, pictores quis nescit ab Iside pasci?

Ac-

VET. SCHOLIAST.

23. *Si, &c.*] Id est, tales tempestates contingunt navigantibus, quales fingere solent Poëtæ, magnæ.

25. *Catera, &c.*] Id est, naufragii.

27. *Et quam, &c.*] Quam naufragio liberati ponunt. Antiquitus enim solebant, qui naufragio liberati essent, pro voto pingere tabellas, & in templo Isidis ponere.

28. *Pictores, &c.*] Quod in templis figendas tabellas ponunt.

VARIORUM.

stupefactus & attonitus, putaret nullum naufragium conferri posse & comparari, cum velis & antemnis ardentibus. Nimirum terribilius ipsis visum est vela comburi, quam navim universam frangi & perire. Id est, quisque putabat, quod cum omnia igne consumta essent, naufragio ulterius non fore locum. *Idem.*

22. *Omnia, &c.*] Omnia contingunt navigantibus his, Catullo cum sociis suis, tam horribiliter & graviter, ut fieri consuevit, quando tempestas quædam surgit.

23. *Poëtica.*] Qualem Poëtæ describere solent. Vel quæ à Poëta quodam describi mereatur. nam Poëtæ quando tempestates describunt, eas exaggerando fingunt gravissimas. Lubinus mavult legere *Pontia*, id est, sæva, qualis in Euxino. *Idem.*

24. *Genus, &c.*] Id est, audi aliud genus periculi & calamitatis, quod perpessus est Catullus, quondo bona sua in mare abjicere coactus est. *Idem.*

25. *Et, &c.*] Non solum primo, quod fulgur & tempestatem sit perpessus miserere Catulli, sed secundo etiam & iterum, quod bona sua abjecerit. *Quanquam, &c.*] Quasi dicat: Nihil novi dicam. Nam cætera, quæ subtexam, sunt ejusdem generis, ejusdem sortis & calamitatis cum naufragio conjuncti. *Idem.*

26. *Pars, &c.*] Periculi, calamitatis, naufragii, & sortis calamitosæ, quæ Catullo contigit. Arduum enim valde est ex navi pretiosam supellectilem in mare abjicere. *Sed, &c.*] Multi enim naufragi bona sua in mare abjecerunt. Id est, in quam calamitatem multi navigantes inciderunt. *Idem.*

27. *Et, &c.*] Id est, quam partem sortis, plurimæ tabellæ ex voto in templis suspensæ, attestantur; in quibus picturis cernimus plerosque bona sua in mare præcipitare. Naufragi autem solebant Deo cuipiam promittere votivam aliquam tabellam, si liberarentur; qua depingebatur naufragii periculum & indicabatur naufragum Dei ope fuisse liberatum, quemcunque in naufragio implorassent, vel Æsculapii, vel Neptuni, vel etiam ipsius Isidis. *Idem.*

28. *Pictores, &c.*] Et hæc quamvis in re gravi & seria Scoptice & Satyrice in superstitionem Romanorum dicuntur. De superstitione autem Romanorum, qui etiam Ægyptiorum Deos & Isidem colebant, dictum est Satyr. 6. *Pasci.*] Sustentari, victum & amictum acquirere, dum naufragiorum tabellas pin-

Accidit & nostro similis fortuna Catullo.
Cum plenus fluctu medius foret alveus, & jam,
Alternum puppis latus evertentibus undis
Arboris incertæ, nullam prudentia cani
Rectoris conferret opem: decidere jactu
Cœpit cum ventis, imitatus Castora, qui se
Eunuchum ipse facit, cupiens evadere damno
Testiculorum: adeo medicatum intelligit inguen.
Fundite quæ mea sunt, dicebat, cuncta, Catullus:
Præ-

VET. SCHOLIAST.

31. *Alternum, &c.*] Latus labat navis & arbore coacta.

33. *Rectoris.*] Gubernatoris. *Decidere, &c.*] De periculo & de vita cœpit pacisci cum ventis, & jacturam mercium facere.

34. *Imitatus, &c.*] Castorem, bebrum dicit, qui cum videret se obsideri, & non posse evadere, testiculos suos morsu avulsos projicit. Intelligit enim ob hanc rem se capi, quia ad medicamina valde sunt necessarii.

37. *Fundite, &c.*] Projicite in mare res meas,

VARIORUM.

pingunt, & in Isidis templo collocant. *Lubin.*

29. *Similis, &c.*] Ut bona sua abjiceret. *Idem.*

30. *Cum, &c.*] Exponit jam, quomodo Catullus bona sua abjecerit. Cum carina navis jam tota aqua maris plena esset, & nulla spes in navis gubernatore restaret, cœpit Catullus bona sua abjicere. *Medius, &c.*] Tota interior navis capacitas. *Idem. Et, &c.*] Id est, cum jam undæ vel fluctus maris, alternis vicibus latus puppis alterutrum, & modo hoc, modo illud subverterent latus, arboris vel navis jam errantis & dubiæ.

31. *Alternum.*] Modo dexterum, modo sinistrum. *Lubin.*

32. *Arboris, &c.*] Id est, navis, quæ non amplius regebatur, sed certo errore incerto cursu a ventis impulsa huc illuc ferebatur. Est autem hic ordo: Cum dubiæ, fluctuantis & vacillantis navis cani adeoque periti gubernatoris experientia nullam opem amplius navigantibus conferret. *Idem. Arborem.*] simpliciter de malo navis intelligi præstat.

33. *Decidere jactu.*] Id est, ibi Catullus incœpit projectione bonorum suorum cum vento & fluctibus caussam litis decidere, & cum ventis de vita sua projectis bonis pacisci, quasi venti bona Catulli tanquam raptores & prædones appeterent. *Idem.*

34. *Cum, &c.*] Satyrice leviter irridet Catullum. *Imitatus, &c.*] Fibrum dicit, qui cum se obsideri videt & evadere non posse, testiculos suos morsu avulsos objicit vide Plin lib. 1. cap. 30. quod tamen negat idem Plin. lib. 32. cap. 2. Solin cap. 23 & Marcellin. l. 17. quod tamen multi falsum asserunt: noster autem hoc ex recepta opinione. Velut autem Castor, ut sea venatoribus redimat, testiculos sibi amputat, sic Catullus ut se à periculis ventorum liberaret, bona sua mari & ventis projicit, quasi propterea sibi insidiæ struerentur. *Idem.*

35. *Eunuchum.*] Ridicule. Semetipsum sibi testiculos præmordendo castrat. *Damno, &c.*] Propter eorum amissionem & jacturam. *Idem.*

36. *Adeo.*] Usque adeo, in tantum medicamentis aptos cognovit suos testiculos, quod propterea obsideatur.

37. *Fundite quæ.*] Exponit jam, quomodo

Præcipitare volens etiam pulcherrima, vestem
Purpuream teneris quoque Mecænatibus aptam,
Atque alias, quarum generosi graminis ipsum
Infecit natura pecus, sed & egregius fons
Viribus occultis, & Bæticus adjuvat aër.
Ille nec argentum dubitabat mittere, lances
Parthenio factas, urnæ cratera capacem
Et dignum sitiente Pholo, vel conjuge Fusci.

Adde

VET. SCHOLIAST.

42. *Et Baticus*, *&c.*] Id est* Spanas Veticas.

44. *Parthenio*, *&c.*] Celatoris nomen. *Urna*, *&c.*] Grandem scilicet, qui urnam posset capere.

45. *Et*, *&c.*] Uno de Centauris: vel uxore Fusci, quæ ebriosa fuit.

VARIORUM.

modo Catullus bona sua abjecerit. Et simul exprimitur optimi animi indicium in Catullo, qui vitam suam bonis omnibus præposuit, quo ipso nomine postea ipsum laudat. *Lubin.*

39. *Teneris*, *&c.*] Viris mollibus, & delicatis. Nam Mecænas mollitie vestium ab Horatio notari creditur, quem Maltinum appellavit. Plura de hoc dicta Sat. 1. ad illa verba:

Et multum referens de Mæcenate supino. Idem.

40. *Atque alias*,] Vestes colore nativo, non artificiali, ex lanâ Bætica in Hispania. Porro in ovibus Bæticis lana erat rutila. Gramen enim vel herba ejus regionis illo colore tingebat ovium vellera, ut adscititio colore non opus esset. Est autem hic ordo: Quarum colore scilicet, natura generosi graminis, ipsum pecus vel lanam pecoris infecit, vel tinxit, & imbuit, & certa fontis aqua, & Bæticus aër, quæ omnia ad illum Bæticum colorem absolvendum requiruntur. Porro *color Baticus* alias appellatur pullus, vel spanus, vel hiberus, ferrugineus, & constat ex atri & rubri mistura. Plin. lib. 8. cap. 48. *Quarum*.] Id est, quarum vestium ipsum pecus vel lanam, natura generosæ herbæ tinxit & coloravit. *Generosi*, *&c.*] Cujus succo pastæ oves talem in lana sua colorem generosum contrahunt. *Lub.* *Ipsum*, *&c.*] Ipsam lanam ovium rutilo colore imbuit, & infecit.

41. *Sed*, *&c.*] Ulterius hujus rei naturalem caussam ad rationem indagat, nimirum ex potu aquæ fontis in regione Bætica, & ex mira aëris temperie, quæ occultis & latentibus viribus colorem illum absolvant. *Idem.*

42. *Viribus*, *&c.*] Mirandis potius, quam rimandis. *Idem.* *Et Baticus adjuvat aër.*] Schol. Id est * *Spanas Veticas*, Pithœus, id est, Spaniæ Bæticæ. Ego, Bæticus id est, *Spanus*. *Spanus* pro Hispanus, eodem modo, quo *Spania* pro Hispania. *Rutgers.*

43. *Ille*, *&c.*] Redit ad Catullum bona sua projicientem, *Argentum*.] Vasa & pocula ex argento. *Mittere*.] Vel spernere & relinquere, vel in mare abjicere. *Idem.* *Lances*, *&c.*] Egregia vasa argentea à Parthenio artifice cælata.

44. *Urna*, *&c.*] id est, craterem ingentis capacitatis, qui urnam capere posset, id est quatuor congios, vel 24. sextarios. *Idem.*

45. *Et*, *&c.*] Id est, qui plenus sufficeret Pholo illi bibaci centauro sitienti. Historiam de Pholo centauro recitat Diodor. libro 5. Junius animadvers. 4. cap. 5. *Vel*, *&c.*] Hujus, qui unus consiliariorum Domitiani fuit, meminit Satyra 4. cum dixit:

Fuscus

Adde & bascaudas, & mille escaria, multum
Cælati, biberat quo callidus emtor Olynthi.
Sed quis nunc alius, qua mundi parte, quis audet
Argento præferre caput, rebusque salutem?
Non propter vitam faciunt patrimonia quidam,
Sed vitio cæci propter patrimonia vivunt.
Jactatur rerum utilium pars maxima: sed nec
Damna levant. tunc, adversis urgentibus, illuc

Reci-

VET. SCHOLIAST.

46. *Adde, &c.*] Vasa ubi calices lavabantur, & cacabus.

47. *Pallidus, &c.*] Philippus pater Alexandri Magni, cui Olynthum Macedoniæ civitatem Lasthenes & Eutycrates prodiderunt; qui cum à Philippo proditores se nuncupari sæpe audissent, vitam laqueo finierunt.

51. *Sed, &c.*] Id est, multi sunt, qui ob hanc causam colligunt patrimonia, tantum ut habeant, non ut tamen utantur, sed avaritiæ satisfaciant.

53. *Tunc, &c.*] Absolute. quod adversa sint naufragantium fata.

VARIORUM.

Fuscus marmorea meditatur prælia villa. Hujus conjugem vinosam & bibacem suo more obiter notat. *Lubin.*

46. *Adde, &c.*] Erant vasa escaria Britannica vel Anglica. Martial. 14. 99 Ep. *Et, &c.*] Hadrianus Junius ex vetustissimo codice, legit *escalia*, quod adjectivum est & ad vasa referendum. Est autem escale idem quod vas escarium. *Lubin.* *Multum, &c.*] Auri & argenti à nobilissimis artificibus cælati. Intelligit autem pocula, & ex quibus poculis Philippus rex Macedonum biberat, qui dato præmio à proditoribus Lasthene & Eutycrate Olynthum emit. Est autem Olynthus Macedoniæ civitas.

47. *Callidus.*] Nam singularum fere civitatum proditores pecunia solebat corrumpere. alii leg. *pallidus.* Lubin.

48. *Sed, &c.*] Laudat jam Catullum quod pro sua vita, externa bona profundere non dubitaverit, cum alii contra suam vitam pro externis bonis profundant. Id est, quis vel ubi nunc alius praeter Catullum invenitur, tantæ magnanimitatis. *Quis, &c.*] Quis solet vel consuevit. *Idem.*

49. *Argento, &c.*] Suam vitam potiorem existimare, quam argentum. *Rebusque, &c.*] Rebus & facultatibus externis suam vitam. *Idem.*

50. *Non, &c.*] Id est, multi existimant se propterea vivere, ut patrimonia faciant & colligant, non propterea patrimonia ampla possidere, ut recte vivant. *Idem.*

51 *Vitio cæci*] Id est, qui sunt immentæ cupiditatis & avaritiæ. Atque ita incæcati sunt & stupent vitio. Putant enim se eo nomine vivere, ut opes colligant, quas non habent, sed à quibus habentur, & qui sunt,

Inter opes inopes. --

Propter, &c.] Colligenda & augenda. *Idem.*

52. *Jactatur rerum.*] Recitat quomodo eo angustiarum redacti sint, ut non tantum navis onera, sed & res maxime necessarias projecerint, atque sic navis malum tanto persecuerint. *Sed nec, &c.*] Illa jactura & damna, navim à periculo non liberant, neque tempestatem levant vel minuunt. *Idem.*

53 *Tunc, &c.*] Id est, tunc Catullus demum extrema fortuna, & periculo urgentibus eo angustiarum devenit, ut malum navis securi dejiceret, & sterneret. *Idem.* Vel *adversis* supp. ventis, i. e. contrariis.

54. Re-

Recidit, ut malum ferro ſummitteret, ac ſe
Explicat anguſtum, diſcriminis ultima quando
Præſidia afferimus, navem factura minorem.
I nunc, & ventis animam committe, dolato
Confiſus ligno, digitis à morte remotus
Quatuor, ac ſeptem, ſi ſit latiſſima tæda.
Mox cum reticulis, & pane, & ventre lagenæ
Adſpi-

VET. SCHOLIAST.

54. *Recidit, &c.*] Res pervenit ad hoc, ut arborem ſuccideret, & per hoc breviorem faceret.

55. *Ac ſe, &c.*] Senſus hic eſt, ultima præſidia anguſtum diſcrimen habent, poſt ejectionem rerum omnium, ut facias navem minorem. Fit autem minor navis, ſublata arbore, id eſt, levis.

57. *I nunc.*] Caſtigatio ab exemplorum eventu.

58. *Digitis, &c.*] Cum inter te & mortem quatuor ſit digitorum diſtantia.

59. *Si, &c.*] Id eſt, navis de pinu, pro qualibet poſuit materia: ut,

Pinea ſilva mihi. --

60. *Mox, &c.*] Quod nautæ ſibi ſcilicet ad ſumtum viaticum ponunt.

VARIORUM.

54. *Recidit.*] Pervenit vel proceſſit illuc anguſtiarum. Alii legunt, *Decidit*, ut conſtet verſus. *Idem.*

55. *Explicat, &c.*] Succiſo & ejecto malo. Seipſum illa animi anguſtia liberat. Id eſt, & te arctum, impeditum & in anguſtias redactum propter malum expeditiorum facit, impedimentum mali removens. *Diſcriminis, &c.*]. Ordo & ſententia eſt: Ultimi diſcriminis & periculorum tunc ſumus in maris & navigationis adverſis caſibus, quando illa præſidia, & auxilia adferimus, quæ navim minorem faciunt, amputata parte navis, hoc eſt, dejecto malo. *Lubin.*

56. *Minorem.*] Leviorem & minus vento expoſitam. *Idem.*

57. *I nunc.*] Acris & acerba objurgatio in illos, qui exigui lucelli gratia in vitæ pericula temere ſeſe conjiciunt, & navigant. ῥιψοκίνδυνοι, & ſuæ vitæ prodigi contemtores. *Dolato, &c.*] Navi facta ex ligneis aſſeribus dolabra levigatis, & elaboratis. *Idem.*

58. *Digitis, &c.*] Cum inter te & mortem quatuor tantum ſit digitorum diſtantia, quanta ſcilicet craſſities eſt aſſerum ipſius navis. Alludit ad illud, quod refert Laërtius lib. 1. *Tantum* (inquit Anacharſis) *à morte abſunt, qui navigant.*

59. *Aut, &c.*] Vel *ac.* Ad ſummum, ſi navis aſſeres vel tabulæ ſint craſſiſſimæ. *Tæda*] Tabula ex tæda vel pino, quæ hic ponitur pro navi. Quia potiſſimum naves tum temporis erant è pinu.

60. *Mox, &c.*] Cum viaticum tecum in mare deportas, accipe una tecum ſecurim, quam in tempeſtate ſumas, ut cum illa navis dejicias malum. *Lubinus.* Quaſi diceret, ſcito mortis periculum ſemper naviganti imminere. *Britannic. Mox.*] Cum ſcilicet navigaturus, te expedis & præparas ad iter. *Reticulis.*] Parvum rete erat reticulum, hoc loco pera eſt, ad modum retis texta, in qua nautæ viatores & milites panem & cibaria ſecum ferebant. Horat. Sat 1.

Reticulum panis venales inter onuſto
Forte vehas humero.

Perſ. Satyr. 5. verſ 240.

Ventre, &c.] Id eſt, cum ventroſa & capaci lagena. Id eſt, cum panem & vinum viatici loco tecum in navim deportas. *Lubin.*

 61. *Aſpi-*

Adſpice ſumendas in tempeſtate ſecures.
Sed poſtquam jacuit planum mare, tempora poſtquam
Proſpera vectoris, fatumque valentius Euro,
Et pelago, poſtquam Parcæ meliora benigna
Penſa manu ducunt hilares, & ſtaminis albi
Lanificæ: modica nec multum fortior aura
Ventus adeſt: inopi miſerabilis arte cucurrit
Veſtibus extentis, &, quod ſuperaverat unum,
Velo prora ſuo: jam deficientibus Auſtris,

Spes

VET. SCHOLIAST.

61. *Adſpice, &c.*] Inter ſitarchiam, & ſecurem neceſſariam putato ad navem vehendam.

62. *Sed, &c.*] Tranquillum factum eſt, & fatum vectoris ſuperarit ventum & mare.

64. *Parcæ.*] Fata mitiora.

65. *Et, &c.*] Non mortem minitantia.

67. *Ventus, &c*] Ventus proſperus.

68. *Veſtibus, &c.*] Funibus: aut veſtibus, velis accipe, quod dicunt artemonem.

69. *Velo, &c.*] Id eſt, artemone ſolo velificaverunt.

VARIORUM.

61. *Aſpice.*] Vide & memento, ut etiam ſecures tecum portes. Mallem hoc loco legere, *Accipe.* Id eſt, una tecum porta ſecures, quas in tempeſtate ſumas ad malum præcidendum. *Lubin.* Sed præter vulgatam illam interpretationem poteſt ex mente Grangæi etiam hic locus ſic explicari, Cogita media in tempeſtate de aſſequendis honoribus Magiſtratus; nam *hæc ſunt conſilia mortalium, hæc vota magnarum cogitationum.*

62. *Jacuit.*] Tranquillum factum & ſedatum, non amplius vi ventorum & tempeſtatis agitatum. *Planum.*] Nullis fluctibus inæquale & horridum. *Lubin.*

63. *Proſpera.*] Atque adeo, cum poſt nubila Phœbus. *Vectoris, &c.*] Id eſt, cum vel poſtquam fatum vectoris Catulli ſuperavit ventum & mare, illorumque inclementiam. *Fatum.*] Cui vectori nondum erat in fatis ibi mori. *Idem. Valentius Euro, & Pelago.*] Potentius ventis & mari, vel ipſa tempeſtate.

64. *Poſtquam, &c.*] Id eſt, poſtquam ira fatorum vel Parcarum jam mitigata eſt, & Parcæ jam lætæ faventes atque hilares, mitiora & propitiora fila vel telas benigna manu ducere incipiunt. Poſtquam vitæ tempus Catullo magis proſperum obtigit. *Idem.*

65. *Hilares.*] Non triſtes & immites, ut ante. *Staminis albi.*] Id eſt, cum Parcæ non nigræ amplius, ſed albæ & candidæ lanæ ſtamen ducunt. Non amplius mortem & nigrum exitium minitantur. Fingunt autem Poetæ Parcas felicibus alba, infortunatis nigra ſtamina trahere. Id eſt, poſtquam fata concedunt ſecundam vitam, non amplius adverſam. Martial. l. 4. Epigr. 73. *Idem.*

66. *Modica, &c.*] Poſtquam mediocris tantum, non autem nimius ut ante ventus flaret. *Idem.*

67. *Inopi, &c.*] Id eſt, tunc truncata & miſerabilis prora vel navis cucurrit, non velis extentis, illa enim fulgure & naufragio perierant, ſed veſtibus nautarum & Catulli extenſis. *Inops arte.*] Loco velorum ſua veſtimenta extendunt. *Idem.*

68. *Et, &c.*] Et prora vel navis cucurrit uno ſuo velo extenſo, quod in prora eſt, & Dolon dicitur, illud enim unum velum adhuc erat reliquum. *Idem.*

69. *Jam, &c.*] Circa matutinum tempus

Spes vitæ cum Sole redit: tum gratus Iülo,
Atque novercali ſedes prælata Lavino,
Conſpicitur ſublimis apex: cui candida nomen
Scrofa dedit, lætis Phrygibus mirabile ſumen,
Et nunquam viſis triginta clara mamillis.
Tandem intrat poſitas incluſa per æquora moles,
Tyrrhenamque Pharon, porrectaque brachia rurſum,
Quæ

VET. SCHOLIAST.

71. *Atque, &c.*] Albam longam ſignificat, quam condidit Iulus Aſcanius: conceſſa novercæ ſui nominis civitate, id eſt, Lavinio.

72. *Cui, &c.*] Montes Albanenſes.

73. *Miſerabile, &c.*] Aut mirabile, quia triginta fetus habuit: aut, miſerabile, quod miſeratum ſit Phrygibus.

74. *Et, &c.*] Nunquam inventa cum triginta mamillis.

75. *Incluſa, &c.*] Portum Auguſti dicit, ſive Trajani.

76. *Porrectaque, &c.*] Quia Trajanus portum Auguſti reſtauravit in melius, & interius tutiorem, ſui nominis fecit.

VARIORUM.

quas auſtri impetuoſi venti mitiores facti: ſpes vitæ cum Sole exoriente, nautis rediit. *Idem.*

70. *Cum Sole.*] Matutino exoriente, vel diſcuſſis nubibus apparente. *Farnab.* *Tum, &c.*] Tum cœlo ſereniore facto, conſpicitur urbs Italiæ Alba, vel apex atque editior locus, qui gratus erat Iulo vel Aſcanio Æneæ filio, & conſpicitur ſedes novercali Lavino ab Aſcanio prælata, & præpoſita. Unde illam civitatem appellat *novercalem*. Erat enim Lavinia noverca filii, quam mortua Creuſa, poſtea in Italia Æneas duxerat. *Idem.*

71. *Novercali.*] Lavinium enim nomen habebat à noverca Lavinia. *Sedes, &c.*] Id eſt, illa ſedes Albæ Longæ, quæ ab Aſcanio prælata eſt Lavinio. *Lubin.*

72. *Conſpicitur.*] A Catullo & reliquis nautis. *Sublimis apex.*] Id eſt, mons Albanus, in quo Aſcanius condidit longam Albam. *Cui, &c.*] Propter albam porcam ibi ex oraculo inventam cum 30. porcellis, ubi poſtmodum urbs condenda erat. Oraculum legitur 3. Æneid.

---inventa ſub ilicibus ſus
Triginta capitum fœtus enixa jacebit,
Hic locus urbis erit.

Lubin. Facit illam quidem nigram Lycophron, ſed propterea merito reprehenſus eſt a Zetze. *Grang.*

73. *Lætis, &c.*] Hoc per Parentheſin legi poteſt. *Lætis* propter vaticinium de ea ſue datum, quam jam invenerant.

Is locus urbis erat, requies ea certa laborum.

Mirabile.] Ob incredibilem multitudinem porcellorum. *Sumen.*] Sus: Vel ipſius venter fœcundus: Britannicus putat τὸ *ſumen* hic per appoſitionem eſſe, quaſi ex qua ſue optimum potuerit haberi ſumen. Pars pro toto.

74. *Et nunquam.*] Id eſt, quæ ſus clara & nobilis erat propter 30. mamillas, nunquam antea in una alia ſue viſas. *Lubin.* Grangæus *mamillas* pro porcis ſumit; quia non tot mamillas quot porcos habebat

75. *Tandem, &c.*] Exponit jam quomodo navis tandem ingreſſa ſit Hoſtienſem portum. Hunc portum Claudius Cæſar extruxit, undecim annis continuis triginta hominum millibus laborantibus. Sueton. Claud. 21 c. *Poſitas, &c.*] Intrat brachia illa magnis molibus in mari ab utraque parte porrecta. Nam moles illæ prolixo ambitu etiam maria & æquora includebant. Intelligit autem oblongos aggeres, portus. *Idem.*

76. *Tyrrhenamque, &c.*] In Tyrrheno mari

Quæ Pelago currunt medio, longeque relinquunt
Italiam. non sic igitur mirabere portus,
Quos natura dedit: sed trunca puppe magister
Interiora petit Bajanæ pervia Cymbæ
Tuti stagna sinus. gaudent ibi vertice raso
Garrula securi narrare pericula nautæ.
Ite igitur pueri, linguis animisque faventes,
Sertaque delubris, & farra imponite cultris,

Ac

VET. SCHOLIAST.

77. *Quæ*, &c.] Intrant mare, & amittunt terram solidam.

78. *Non*, &c.] Id est, non sunt ita mirandi portus naturales, quam qui manu fiunt.

79. *Trunca*, &c.] Truncata nave.

82. *Garrula*, &c.] Quia libenter frequentius narrant tempestatem perpessi, postquam devenerunt in portus securi.

84. *Sertaque*, &c.] Coronas immolatis hostiis.

79. *Sed*, &c.] Id est, gubernator navis petit mutilata navi interiora Hostiensis portus, quæ pertransiri possunt etiam cymba Bajana, vel parva navicula, quæ tuta apud Bajas in sinu Lucrino utitur. *Lubin.*

80. *Bajanæ*, &c.] Id est, petit interiora stagna illius portus, quæ tutum sinum habent. Et quæ adeo tuta sunt, ut etiam Bajana navicula transire possit. Alii legunt: *Tunc stagnante sinu.* i. e. portu tranquillos habente fluctus, tempestate jam sedata. *Tunc.*] Sc. quum in portum venere.

81. *Gaudent ibi*] Id est, nautæ Catulli socii, jam à periculo naufragii tuti, recitant ibi amicis notis pericula in mari perlata. Prætentorum enim malorum gratissima est memoria. *Ibi.*] In portu, vel jam navi egressi. *Vertice raso.*] i. e. depositis capillis, cum urgeret tempestas & desperata salus esset. Ritus antiquus capillos radere in omni fere luctu: quod tamen in pacato mari omnibus erat infaustum. *Petron. Arbiter*, & *ad. Junius* de Coma. *Garrula pericula.*] Quia eos garrulos faciunt: nam qui evaserunt aliquod periculum multoties & libenter de eis garriunt.

83. *Ite*, &c.] Hortatur jam pueros servos suos ad sacrificium præparandum, quia Catullus amicus salvus rediit. De hac solenni in sacrificiis formula, quæ fiebat boni ominis gratia, vide Brissonium. Omnia bona & prospera dicite & cogitate votis & ominibus. *Lubinus.*

84. *Sertaque*] Templorum foribus serta & coronas è floribus imponite. *Farra.*] Molam salsam ex farre, sale, & aqua.

VARIORUM.

mari positam. Id est, turrim, quæ in portu Hostiensi erecta erat [illegible] ad æmulationem Phari Alexandrinæ, ut ad noctu nos[illegible] cursum navigia dirigerent, & ad prænunciand[a] vada portusque introitum: cujus nomin[e] omnes reliquæ turres, quæ compluribus locis flagrant nocte, Phari sunt a[ppel]latæ. *Porrectaque*, &c.] Etiam, quia Trajano, vel alio aliquo hunc portum auctum, ad quod *rursum* referunt. Imo *rursum* illud ostendit, ultra Pharon rursum exporrecta seu continuata brachia portus. nam ad ejus introitum turris exstructa erat. *Grang.*

77. *Quæ*, &c.] Longe enim in mare protendebatur, ut procul ab Italia distare viderentur. *Currunt.*] Alii *occurrunt.* i. e. extenduntur in altum mare, longe à litore italo. *Farnab.*

78. *Non sic*] Laudat obiter illum portum. Id est, non usque adeo demirandi sunt portus à natura facti, quam hic arte & industria Claudii elaboratus.

ıc molles ornate focos, glebamque virentem:
am sequar, & sacro, quod præstat, rite peracto
ode domum repetam, graciles ubi parva coronas
ıccipiunt fragili simulacra nitentia cera.
Iic nostrum placabo Jovem, Laribusque paternis
'ura dabo; atque omnes violæ jactabo colores.
;uncta nitent, longos erexit janua ramos,
,t matutinis operitur festa lucernis.

Nec

VET. SCHOLIAST.

85. *&c*, *&c.*] Molles focos Deorum cit, qui de ture facti sunt.

86. *Et*, *&c.* | Sacrificio completo.

88. *Accipiunt*, *&c.*] Incerato signa eorum.

90. *Atque*, *&c.*] Violæ nam mulrum sunt colorum, purpureæ, albæ, ıreæ.

21. *Longos*, *&c.*] Coronatæ januæ uro.

VARIORUM.

ıua. Id est, molæ salsæ imponite culıs, quibus hostia cæditur. *Idem.*

85. *Et*, *&c.*] Ob viridem cespitem, ulto gramine & longis herbis virenı, & mollem. *Grangaus* vult Focum c pro ara poni, quæ vittis mollibus :cumdari solita: mollis autem vitta, ıia lanea. *Focos glebamque*, *&c.* | Am intelligit, ex herboso cespite *Idem.*

86. *Jam*, *&c* | Id est, mox ego vos ıergo insequar. *Et*, *&c.*] Quod sacrum elius est & excellit omni ritu, & sonnitate observata. Si legas, *Præstat*, it, quod optimum est, & intellige maıa illa sacra quæ initio meminit, Juno-, Palladi, & Jovi. Alii legunt, *quod stat*. Idem.

87. *Graciles*, *&c.*] Ubi domi meæ rva sacrificia etiam peragam Diis doesticis. Ubi parva Deorum familiaım simulacra è fragili cera nitida faı mediocres coronas accipient quas ilimponam. Porro Lares (quos propterea Horat. vocat *renidentes*) etiam publice in compitis celebrabantur, tradito ritu à Servio Tullio, quoniam ex Lare conceptus putabatur. Vide Pers. Sat. 5. 31. *Idem.*

89. *Hic nostrum.*] Id est, hic domi meæ Jovem familiarem colam. *Nostrum.*] Latium, aut faventem, aut quem peculiari cultu domi veneramur. *Laribusque*, *&c.*] A patribus acceptis, quibus etiam majores mei usi. *Idem.*

90. *Atque*, *&c.*] Violæ plurium sunt colorum, & præcipue trium. *Jactabo.*] i. e. Spargam. *Omnes*, *&c.*] i. e. Violas omnis colorum generis.

91. *Cuncta*, *&c.*] Exornata sunt, ut in sacrificiis fieri consuevit. Hæc ita inferuntur à Poëta, quasi ilico omnia à ministris parata essent ad sacrificium. *Longos*, *&c.*] Frondium & herbarum, in signum festivitatis. *Idem.* Non autem sine caussa dicit *longos*, quia interdum etiam integræ arbores suspendebantur januis.

92. *Et*, *&c.*] Id est, janua mea vel domus operatur festa, vel celebrat festivitatem, & rem divinam facit matutinis lucernis à principio diei etiam ante lucem incipiens. Ita hunc locum vulgus interpretum intelligit, qui legunt operatur. Sed legendum cum Lipsio *operitur*, id est, tegitur, vel vestitur. Et sic conjungenda sunt *festa janua*, in nominandi casu. Ex consuetudine hoc ait, qua in omni publica & privata lætitia receptum erat januam ornari lauro & lucernis: & Satyricè addit *Matutinis*, ut quæ clara luce sint supervacuæ. *Idem.*

 93. Nec,

Nec suspecta tibi sint hæc, Corvine: Catullus,
Pro cujus reditu tot pono altaria, parvos
Tres habet heredes. libet exspectare, quis ægram,
Et claudentem oculos gallinam impendat amico
Tam sterili. verum hæc nimia est impensa: coturnix
Nulla unquam pro patre cadet. sentire calorem
Si cœpit locuples Gallita, & Paccius, orbi;
Legitime fixis vestitur tota tabellis
Porti-

VET. SCHOLIAST.

92. *Operatur, &c.*] Sacrificant. ut Virgilius. *Lætis operatur in herbis.*

94. *Tot, &c.* Sacrificia. Id est, ne me putes hac humanitate hereditatem adpetere. Tres habet filios.

95. *Libet, &c.*] Mirum est: nam ut amico filios habenti, aliquis amicorum tam impensius obsequatur, cum hæc pro hereditate captanda fieri soleant.

97. *Coturnix, &c.*] Ironiam ad sterilitatem retulit. occiditur pro patre febricitante, non, ut dicam, pro amico paupere.

98. *Sentire, &c.*] Ægrotare.

100. *Legitime, &c.*] Id est, devotis precibus impletur.

VARIORUM.

93. *Nec, &c.*] Occurrit initio jam suspicioni, qua Corvinus putare poterat, quod Juvenalis hoc sacrificio Catullo palparetur, ejusque ambiret hæreditatem tanquam orbi. Sese ab hac suspicione purgat, indicans Catullum patrem esse trium liberorum. *Lubin.*

94. *Tot, &c.*] Id est, tot instituo sacrificia. *Idem.*

95. *Tres, &c.*] Et proinde non colitur a captatoribus. Demonstrat se novum quid facere, & insolitum, qui pro salute alicujus patris, liberos habentis, & non orbi, vota faciat. *Libet, &c.*] Male hæc interpretes acceperunt, quasi Ironice dicantur: Libet mihi exspectare donec moriantur illi tres Catulli liberi. Est autem hic sensus: Voluptarium erit exspectare donec quispiam inveniatur, qui vel gallinam moribundam pro patre filios habente sacrificet. Quasi dicat, nemo erit qui vel pituita ægram gallinam sacrificet. *Quis.*] Aliorum hominum me excepto.

96. *Gallinam.*] Ægrotam, morti vicinam, rem vilissimam. *Lubin. Impendat.*] In illius usum offerat.

97. *Tam, &c.*] Quam est Catullus. Nam sterilis amicus captatori dicitur, unde nullus exit fructus, quum omnia liberis relinquat. *Britannic.* Aut ironicos sterilis dicitur, qui habet tres filios tantum. *Verum hæc.*] Ironicos, quasi diceret, non esse mirandum, si nullus inveniatur, qui pro amico moribundam etiam gallinam offerat, quia nimii sint sumtus.

98. *Pro, &c.*] Pro liberos habente in sacrificium offeretur nunquam vel coturnix quidem. *Sentire, &c.*] Dissimilitudinem demonstrat, captatores solum modo divitibus & orbis palpari. Id est, si contra dives quisquam orbus, febri laborare aut ægrotare incipiat, ut Gallita illa ditissima matrona, aut Paccius ille locupletissimus: ibi tota illorum porticus interius tegitur tabellis votivis suspensis ab hæredipetis captatoribus, quibus sese voti & sacrificii reos significant, si restituantur divites patroni. *Lubin. Calorem.*] Æstum febrilem. *Orbi.*] Sc. ambo.

99. *Gallita.*] Cujus meminit Tacitus lib. 17. *Paccius.*] Quem Africanum ait. *Idem.* Hos pro omnibus divitibus orbis ponit.

100. *Legitime, &c.*] Rite & ordine suspensis. quasi vero, jure quodam & lege

Porticus. exsistunt qui promittant hecatomben.
Quatinus hic non sunt nec venales elephanti,
Nec Latio, aut usquam sub nostro sidere talis
Bellua concipitur: sed furva gente petita
Arboribus Rutilis, & Turni pascitur agro
Cæsaris armentum, nulli servire paratum
Privato: siquidem Tyrio parere solebant
Hannibali, & nostris Ducibus, Regique Molosso,
Horum majores, ac dorso ferre cohortes,
Partem aliquam belli, & euntem in prælia turrem.

Nulla

VET. SCHOLIAST.

101. *Existunt*, &c.] Hecatomben promittunt, ut moriantur illi à quibus se heredes scribi poscunt. alii vero comperto hoc quod pro ipsis vota faciunt, heredes eos scribunt.

102. *Nec*, &c.] Quos immolet.

104. *Sed*, &c.] Nigra de India.

105. *Arboribus*, &c.] Apud Lavinium, id est, in Hetruria.

106. *Nulli*, &c. Nisi regi.

107. *Si*, &c.] Et ipse dicit:

Dum Gætula ducem portaret bellua luscum.

108. *Regique*, &c.] Pyrrho Epirotarum regi, qui pro Tarentinis adversum Romanos bis pugnavit, & victus bis exutus est castris. ex cujus nomine est Pyrrhica. Et ipse Elephantis vectus est per triumphum.

109. *Ac*, &c.] Elephantis nam pugnabant.

VARIORUM.

lege. *Vestitur.*] Operitur, tegitur tabellis, quibus captatores promittunt Diis, sese ampla sacrificia facturos. *Idem.* Vide Sat. 10. vers. 55. *Non defuerunt qui depugnaturos se armis pro salute ægri, quique capita sua titulo proposito voverent.* Sueton. Caligul. cap. 14. ab opinione illa veterum: *Mortem morte posse redimi*, ortæ istæ devotiones & *χρεωσυνέσεις*. *Farnab.*

101. *Exsistunt qui*, &c.] Centum boum sacrificium, pro salute ægrotorum Diis promittunt.

102. *Quatinus.*] Quandoquidem Romæ Elephantes quos offerant non habent venales. *Idem.* Quum veteribus usitata esset commutatio literarum E & I, indifferenter scripserunt *quatenus* & *quatinus*; Quicquid contradicat Corn. Fronto, & qui cum eo faciunt.

103. *Nec Latio.*] Id est, in regione Italica vel climate & polo Latio. *Idem.*

104. *Bellua.*] Sic Sat. præcedenti:

Vel quos deposuit Nabathæo bellua saltu.

Concipitur.] Et postea generatur. *Sed furva*, &c.] Ex Mauritania vel Æthiopia, ubi homines sunt furvi & nigri. Aut ab Indis, quorum in corpore (ut scribit Apul in Florid.) Color noctis est.

105. *Arboribus*, &c.] Circa Ardeam, quæ Rutulorum metropolis. *Turni.*] Qui & ipse quondam Rutilorum rex.

106. *Cæsaris*, &c.] Elephantes, solius Imperatoris grande pecus, immensis constans sumtibus, & ob id non pecus alicujus privati, sed monarchæ Cæsaris. *Idem.*

107. *Siquidem Tyrio.*] Id est, Carthaginensi. Nam Carthago duce Didone colonia è Tyro deducta est. *Idem.*

108. *Nostris ducibus.*] Ut Curio dentato, qui primus duxit elephantos in triumpho, Lucio Metello & reliquis. *Grang.* *Regi*, &c.] Pyrrho Epirotarum regi, in cujus adventu Italia primum vidit Elephantes. Molossi enim teste Plinio inter Epiri populos numerantur. Id est, horum Elephantorum, qui jam sunt, majores, solebant Annibali, Pyrrho, & nostris ducibus (nulli privato) inservire, & dorso turres ferre, è quibus cohortes militum pugnabant. *Lubin.*

110. *Partem*, &c.] In bello multæ

legio-

Nulla igitur mora per Novium, mora nulla per Istrum
Pacuvium, quin illud ebur ducatur ad aras,
Et cadat ante Lares Gallitæ victima sola,
Tantis digna Deis, & captatoribus horum.
Alter enim, si concedas mactare, vovebit
De grege servorum magna, aut pulcherrima quæque
Corpora, vel pueris, & frontibus ancillarum
Imponet vittas: &, si qua est nubilis illi
Iphi-

VET. SCHOLIAST.

111. *Nulla, &c.*] Id est, nulla mora erit heredipetis, si etiam hoc genus emere liceat & immolare, quin & ipsud faciant.

113. *Et, &c.*] Ante aras Deorum penatium.

115. *Alter, &c.*] Id est, Etiam aliquanti deis, si liceret, de servis sacrificium facerent.

118. *Et, &c.*] Etiam filiam virginem devovet ad sacrificium, quamvis sciat non eam posse eripi à Diana, ut Ifigeniam.

VARIORUM.

legiones: legionis autem unius decima pars cohors. *Grang. Et turrem.*] Et res nota est de Elephantis turrigeris. *Lubin.* alii *turmam* leg. Al. *Turbam.*

111. *Nulla, &c.*] Revertitur jam ad avaros captatores, indicans illos non solum pro salute orborum Elephantos voturos, si venales Romæ existerent, verum etiam, si lex non prohiberet, servos, ancillas, imo proprias filias exemplo Agamemnonis, qui filiam Iphigeniam mactare voluit. *Nulla, &c.* In hæredipetis Novio & Histro Pacuvio, nulla mora est. *Lubin.*

112. *Quin, &c.*] Id est, quin Elephantum, ex cujus dentibus ebur, ad aram ducerent & immolarent, si forte legibus interdictum non esset privato Elephantem immolare. *Idem.*

113. *Et, &c.*] Id est, immoletur Diis domesticis Gallitæ matronæ ditissimæ & orbæ, de qua supra. *Victima, &c.*] Ironice. Vel in extenuationem Larium Gallitæ, quibus minutis Diis tam vasta fiant sacrificia. Vel potius in irrisionem Gallitæ & Paccii orborum, qui nimirum indigni sint quibus talia sacrificentur, & cum etiam indigni sint illi, qui sacrificant. *Lubin. Sola.*] Alii *sacra.*

114. *Diis.*] Videtur intelligere ipsos orbos, quos captatores tanquam Deos quodammodo colebant. vel Laribus. *Idem. Horum.*] Sc. Divitum orborum.

115. *Alter enim.*] Notat insaniam & impiam malitiam captatorum, qui etiam homines si legibus prohibitum non esset, immolarent, ut inescarent orbos. *Alter.*] Ex duobus quos dixi. Intelligere videtur Pacuvium. *Si, &c.*] Legibus enim interdictum erat, inde a tempore Herculis. *Vovebit.*] Votiva tabella pollicebitur. *Idem.*

116. *De, &c.*] Opinio veterum fuit, mortem morte posse redimi, unde ægrotos posse eripi periculo putabant, si vitam aliquorum, ægrotorum loco projecissent. *Grangæus. Magna.*] Spectabilia, & excellentiora. *Lubin.*

117. *Vel, &c.*] Servulos domesticos, & ancillas pro salute orborum mactare non dubitabit. *Frontibus, &c.*] Id est, ancillas in sacrificia adornabit. Sic Sinon de sese ait, Æneid. 2.

-- Mihi sacra parari
Et salsæ fruges, & circum tempora vittæ.

Talia enim capitis ornamenta sacrificandis imponebantur. *Idem.*

118. *Et, &c.*] Mira hic Poëtæ festivitas & amarities. Si captator Pacuvius filiam aliquam domi nondum elocatam habeat, quæ matura jam viro & nubilis, qualis

Iphigenia domi, dabit hanc altaribus, etsi
Non speret tragicæ furtiva piacula cervæ.
Laudo meum civem, nec comparo testamento
Mille rates: nam si Libitinam evaserit æger
Delebit tabulas, inclusus carcere nassæ,
Post meritum sane mirandum, atque omnia soli
Forsan Pacuvio breviter dabit. Ille superbus
Incedet victis rivalibus. ergo vides quam

Gran-

VET. SCHOLIAST.

124. *Post, &c.*] Post Ifigeniam immolatam non verbo facit hæredem, sed vero.

126. *Victis, &c.*] Æmulis hereditatem captantibus.

VARIORUM.

qualis Iphigenia erat filia Agamemnonis, & illa à patre in Aulide mactanda: illam aris pro salute divitis orbi admovebit. *Lubin.* *Et, &c.*] Fore scilicet ut ope Dianæ, filia ejus liberetur, & pro ea cerva immolanda substituatur: qualiter Iphigenia Agamemnonis filia liberata fuit.

119. *Altaribus.*] Sacrificio tanquam victimam adhibebit. *Lubin.*

120. *Tragicæ, &c.*] De qua multæ Tragœdiæ scriptæ sunt. *Furtiva, &c.*] Id est, piationem vel placationem per furtivam filiæ ablationem, & suppositionem cervæ. Iphigenia enim furtim per Dianam morti subducebatur, proque ea cerva substituebatur. *Idem.*

121. *Laudo, &c.*] Ironice. Romanum scilicet Pacuvium, magis quam Agamemnonem, qui quidem sua filia, quam immolare voluit, testamentum divitis orbi sortitus est, cum quo testamento mille rates Græcorum, quas Agamem non immolata filia servavit, comparandæ non sunt. Scoptice ridens dicit: Majus esse habere testamentum alicujus orbi divitis mactata filia, quam mille rates servare, immolata Iphigenia. *Idem.*

122. *Nam, &c.*] Id est, si æger ex morbo convaluerit, existimabit se propter sacrificium Pacuvii fuisse liberatum. *Idem.* *Libitinam.*] Mortem. Libitina enim Dea funerum est, in cujus æde quæ ad funera pertinent, veneunt. *Farnab.*


123. *Delebit, &c.*] Testamenti prioris, quibus aliis etiam bonorum suorum partem legavit, ut Pacuvius solus hæres constituatur. *Inclusus, &c.*] Id est, ipse dives orbus, hoc tam admirando amici merito, devinctus, irretitus, & captus tanquam piscis nassa capitur, unde egredi non datur: vel tanquam piscis a Pacuvio inescatus, & veluti nassæ inclusus, id est, obligatus Pacuvio ob maximum votum. *Nassa*, ut Festus ait, est piscatorii vasis genus, quo cum intraverit piscis, exire non potest. Solent autem Poëtæ, *pisces* pro orbis ponere, & *piscatores* pro captatoribus. *Idem.*

124. *Meritum, &c.*] Ita ut mirum non sit, si omnia bona relinquat Pacuvio, qui ne quidem propriæ filiæ, pro salute alterius pepercit. Qui propriam filiam pro alterius vita morti dare paratus fuerit. *Atque, &c.*] Reliquis omnibus præterhabitis & exclusis. *Idem.*

125. *Breviter.*] Post paulo, propediem. parvo negotio, & sine multis ambagibus vel ex asse, i. e. ex toto (ut putat Britannicus) nam qui omnia uni relinquit, brevibus & paucis verbis condit testamentum. *Ille, &c.*] Id est, ille Pacuvius hoc admirandum suum meritum frustra non impendit, sed tanquam victor de reliquis hæreditatum æmulis & competitoribus suis triumphabit, cum solus ex asse hæres omnium bonorum constitutus sit. *Idem.*

126. *Victis, &c.*] Qui frustra diviti

orbo





D. JUNII JUVENALIS
SATYRARUM
LIBER QUINTUS.
SATYRA XIII.

ARGUM. In hac Satyra longe præclarissima, consolatur Juvenalis amicum suum Calvinum se miris modis excruciantem, quod depositum sibi à quopiam interceptum esset, cui tanquam fideli amico magnam pecuniæ summam, decem scilicet H. S. concrediderat. Et ostendit initio quod non sit adeo tenuis fortunæ, ut tantillæ jacturæ ipsum mergat onus, deinde multis illud obtigisse, & ejusmodi fraudes Romæ jam esse usitatissimas. Quippe ubi rari boni, omnes fere mali & improbi; qui vel nullum numen esse credant. Denique in fine probat omnes malos à Deo punitum iri.

EXEMPLO quodcunque malo committitur, ipsi Displicet autori. prima est hæc ultio, quod se Judice, nemo nocens absolvitur, improba quamvis Gratia

VET. SCHOLIAST.

1. E*Xemplo.*] Ita male vitutem esse ait, ut displiceat crimen ipsi, qui male commisit.

VARIORUM.

1. E*Xemplo, &c.*] Hæc initio sententia est, quod unusquisque, qui male aliquid malo vitio & exemplo commiserit, statim perpetrato facinore animum suum judicem, damnatorem, sæpe etiam ultorem habeat. Vel *Exemplo*, facinore, cujus malum exemplum nocet, atque alios peccare docet. *Farnab. Lubin.*

2. *Displicet, &c.*] Et sic teste Seneca: *semper sceleris in scelere supplicium.* Et hæc est conscientia, quam improbi libenter sæpe ex animis suis exstirparent si possent. Sic dici consuevit:

Post factum pœnitet ultum.

Prima, &c.] Conscientiæ quæ post factum litem peccanti intendit. Nam conscientia tanquam animorum lancina, qua illi qui impie sceleratèque egerunt, cruciantur, & quasi furiarum tædis ardentibus agitantur. *Se, &c.*] Hinc Ausonius egregie dixit:

Turpe quid ausurus te sine teste time.

Lubin.

3. *Judice.*] Intimo vindice. *Improba, &c.*]

Nulla igitur mora per Novium, mora nulla per Istrum
Pacuvium, quin illud ebur ducatur ad aras,
Et cadat ante Lares Gallitæ victima sola,
Tantis digna Deis, & captatoribus horum.
Alter enim, si concedas mactare, vovebit
De grege servorum magna, aut pulcherrima quæque
Corpora, vel pueris, & frontibus ancillarum
Imponet vittas: &, si qua est nubilis illi

Iphi-

VET. SCHOLIAST.

111. *Nulla, &c.*] Id est, nulla mora erit heredipetis, si etiam hoc genus emere liceat & immolare, quin & ipsud faciant.

113. *Et, &c.*] Ante aras Deorum penatium.

115. *Alter, &c.*] Id est, Etiam aliquanti deis, si liceret, de servis sacrificium facerent.

118. *Et, &c.*] Etiam filiam virginem devovet ad sacrificium, quamvis sciat non eam posse eripi à Diana, ut Ifigeniam.

VARIORUM.

legiones: legionis autem unius decima pars cohors. *Grang. Et turrem.*] Et res nota est de Elephantis turrigeris. *Lubin.* alii *turmam* leg. Al. *Turbam.*

111. *Nulla, &c.*] Revertitur jam ad avaros captatores, indicans illos non solum pro salute orborum Elephantos voturos, si venales Romæ existerent; verum etiam, si lex non prohiberet, servos, ancillas, imo proprias filias exemplo Agamemnonis, qui filiam Iphigeniam mactare voluit. *Nulla, &c.*] In hæredipetis Novio & Histro Pacuvio, nulla mora est. *Lubin.*

112. *Quin, &c.*] Id est, quin Elephantum, ex cujus dentibus ebur, ad aram ducerent & immolarent, si forte legibus interdictum non esset privato Elephantem immolare. *Idem.*

113. *Et, &c.*] Id est, immoletur Diis domesticis Gallitæ matronæ ditissimæ & orbæ, de qua supra. *Victima, &c.*] Ironice. Vel in extenuationem Larium Gallitæ, quibus minutis Diis tam vasta fiant sacrificia. Vel potius in irrisionem Gallitæ & Paccii orborum, qui nimirum indigni sint quibus talia sacrificentur, & cum etiam indigni sint illi, qui sacrificant. *Lubin. Sola.*] Alii *sacra.*

114. *Diis.*] Videtur intelligere ipsos orbos, quos captatores tanquam Deos quodammodo colebant. vel Laribus. *Idem. Horum.*] Sc. Divitum orborum.

115. *Alter enim.*] Notat insanam & impiam malitiam captatorum, qui etiam homines si legibus prohibitum non esset, immolarent, ut inescarent orbos. *Alter.*] Ex duobus quos dixi. Intelligere videtur Pacuvium. *Si, &c.*] Legibus enim interdictum erat, inde à tempore Herculis. *Vovebit.*] Votiva tabella pollicebitur. *Idem.*

116. *De, &c.*] Opinio veterum fuit, mortem morte posse redimi; unde ægrotos posse eripi periculo putabant, si vitam aliquorum, ægrotorum locò projecissent. *Grangæus. Magna.*] Spectabilia, & excellentiora. *Lubin.*

117. *Vel, &c.*] Servulos domesticos, & ancillas pro salute orborum mactare non dubitabit. *Frontibus, &c.*] Id est, ancillas in sacrificia adornabit. Sic Sinon de sese ait, Æneid. 2.

--- *Mihi sacra parari*
Et salsæ fruges, & circum tempora vittæ.

Talia enim capitis ornamenta sacrificandis imponebantur. *Idem.*

118. *Et, &c.*] Mira hìc Poëtæ festivitas & amarities. Si captator Pacuvius filiam aliquam domi nondum elocatam habeat, quæ matura jam viro & nubilis,

qualis

Ponamus nimios gemitus: flagrantior æquo
Non debet dolor esse viri, nec vulnere major.
Tu quamvis levium minimam, exiguamque malorum
Particulam vix ferre potes, spumantibus ardens
Visceribus, sacrum tibi quod non reddat amicus
Depositum. stupet hæc, qui jam post terga reliquit
Sexaginta annos Fontejo Consule natus?
An nihil in melius tot rerum proficit usu?
Magna quidem, sacris quæ dat præcepta libellis,
Victrix

VET. SCHOLIAST.

11. *Ponamus, &c.*] Pone quod debeas tristari, sed ita ut oportet secundum damnum.

14. *Spumantibus, &c.*] Flagrantibus, Iratis.

16. *Stupet, &c.*] Interrogative ipse increpat. hæc seni nova videri non debent.

18. *An, &c.*] Tanti temporis usus non tibi proficit.

VARIORUM.

11. *Ponamus, &c.*] Monet Calvinum, ne nimis impatienter hoc quidquid est damni ferat, cum adeo grave non sit. Deponamus itaque illos dolores, qui majores sunt, quam calamitas vel damnum. *Flagrantior.*] Vehementior, & major quam par est, & dolor non debet major & sævior esse quam ipsum vulnus. *Idem.* In tuis quoque malis id agere te oportet, ut dolori tantum des, quantum poscitur.

12. *Viri.*] Prudentis, magnanimi. Cum illa imbecillitas in muliere quodammodo possit excusari. *Idem.*

13. *Tu, &c.*] Ordo & sensus est: Tu ira & fervore ardens, intimis visceribus spumantibus, & inflammatus, quod depositum tibi denegatum sit, vix potes ferre exiguam malorum, quamvis levium particulam. Quasi hoc viro parum conveniat, tam levibus de caussis succumbere. Est autem acris objurgatio. *Levium, &c.*] Pecuniarum & rerum externarum jactura, & quam jacturam multi sapientes malum non appellarunt. *Lubin.*

14. *Spumantibus.*] Ira æstuantibus visceribus, quasi bilis, ira & fervore spumet. *Idem.*

15. *Sacrum, &c.*] Quod solicite & sancte conservandum & reddendum; utpote quod sacri & non violandi sacramento jurisjurandi adhibito, se tibi redditurum est pollicitus. *Idem.*

16. *Depositum.*] Est autem *depositum* Id quod custodiendum alicui datum est. *Stupet hæc.*] Cum interrogatione, & quasi admiratione objurgat Calvinum, dicens quod viro seni hujusmodi nova esse non debent. Sensus est. An Calvinus, qui Fonteio consule natus est, & jam sexaginta annos vixit, hæc & consimilia quæ passim, & ubique fiunt, cum stupore demiratur? *Lubin.*

17. *Fonteio, &c.*] Vixit L. Fontejus Capito sub Nerone, collega ipsi in consulatu C. Vipsanius. Hinc promtum est, conjicere, quo tempore Juvenalis vixerit, & hæc scripserit, nempe secundo anno Hadriani, Anno urbis 872. Vide Lipsium lib. 4. Epist. Quæst. Epistola 26. *Idem.*

18. *An, &c.*] Anne nihil profecisti arte vitæ humanæ, tot rerum usu, & tanta ætate? *Idem.* Cum abierit etiam in proverb. *Experientia rerum magistra.*

19. *Magna, &c.*] Demonstrat quod homines non solum Sapientiæ studio, verum etiam longæ vitæ experientia calamita-

21. *Hos*, *&c.*] Pro sapientes, posuit.
22. *Nec*, *&c.*] Translative. qui non reluctantur contra necessitatem.
23. *Qua*, *&c.*] Quid tam sacrum celebratur, ut non quotidie delinquant insicientes homines.
25. *Gladio*, *&c.*] Veneno, vel gladio.
26. *Numerus*, *&c.*] Septem portas habent Thebæ, & septem ostia Nilus, & septem sunt sapientes.

VARIORUM.

lamitates ferre debeant discere. *Magna*, *&c.*] Id est, Philosophia moralis vel studium humanitatis, fortunæ domina & victrix, quæ dat vitæ & morum præcepta venerandis & sacris libellis Ethicis, magna quidem, potens ac valida est, adversus omnia hæc adversæ fortunæ tela. *Præcepta.*] Vitæ rite & recte gerendæ & administrandæ. *Idem.*
20. *Victrix*, *&c.*] Vitæ dux, virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum; Imo profligatrix. Ubi enim sapientia ibi exulat fortuna. *Sapientia.*] Philosophiam moralem intelligit, quæ libris Sapientum continetur. *Dicimus*, *&c.*] Id est, illos

reluctari, adversitatis onus abjice æquo animo, quæ humanitus e *Vita*, *&c.*] E longa vita tanq præceptore didicerunt, feren culpanda esse, quæ mutari ne *Lubin.*
23. *Qua*, *&c.*] Id est, quæ di sacra & festa est, qua non aliquis to, scelere, aut fraude depreh Id est, quæ non prodat aut ma aliquod sceleratum facinus cujus ris, vel perfidi. *Idem.*
24. *Atque*, *&c.*] Ex omni quæsitum emolumentum. *Idem.*
25. *Et*, *&c.*] Id est, qua die quis ob nummos, gladio vel ve pyxide parata interemtus sit. H notandum, quod pejora flagitia rint, die festo commissa. *Glad* trones & sicarios notat. *Pyxide.* ligit veneficas, & venenum in clausum, *Idem.* Sunt qui per pyxi telligant pyrgum aleatorium, f sive phimum.
26. *Rari*, *&c.*] Probat illud vi tis dictum, Πλεῖος κακοί. Dici vix in tota urbe Roma septem be veniri. Alludit ad Græciæ sapient numero septem fuere: ut & f ptem portæ Thebarum, & toti ostia. Intelligo autem de Thebis



D. JUNII JUVENALIS
SATYRARUM
LIBER QUINTUS.
SATYRA XIII.

ARGUM. In hac Satyra longe praeclarissima, consolatur Juvenalis amicum suum Calvinum se miris modis excruciantem, quod depositum sibi à quopiam interceptum esset, cui tanquam fideli amico magnam pecuniae summam, decem scilicet H. S. concrediderat. Et ostendit initio quod non sit adeo tenuis fortunae, ut tantillae jacturae ipsum mergat onus, deinde multis illud obtigisse, ejusmodi fraudes Romae jam esse usitatissimas. Quippe ubi rari boni, omnes fere mali & improbi; qui vel nullum numen esse credunt. Denique in fine probat omnes malos à Deo punitum iri.

EXEMPLO quodcunque malo committitur, ipsi Displicet autori. prima est haec ultio, quod se Judice, nemo nocens absolvitur, improba quamvis Gratia

VET. SCHOLIAST.

1. Exempl.] Ita male vitum esse ait, ut displiceat crimen ipsi, qui commisit.

VARIORUM.

1. Exemplo, &c.] Haec initio sententia est, quod unusquisque, qui aliquid malo vitio & exemplo miserit, statim perpetrato facinore suum suum judicem, damnatorem, etiam ultorem habeat. Vel Exemplo facinore, cujus malum exemplum est, atque alios peccare docet. Farnab.

2. Displicet, &c.] Et sic teste Seneca: semper sceleris in scelere supplicium. Et haec est conscientia, quam improbi libenter saepe ex animis suis exstirparent si possent. Sic dici consuevit:

Post factum pavitet album.

Prima, &c.] Conscientiae quae post factum litem peccanti intendit. Nam conscientia tanquam animorum lancina, qua illi qui impie sceleteque egerunt, cruciantur, & quasi furiarum taedis ardentibus agitantur. Se, &c.] Hinc Ausonius egregie dixit:

Turpe quid ausurus te sine teste time.

Lubin.

3. Judice.] Immo vindice. Improba, &c.]

Victrix fortun[illegible] [illegible]? nescis,
Hos quo[illegible] [illegible]go moveat, cum
Nec jact[illegible] [illegible], & putet ullis
Quæ ta[illegible] [illegible], aræque rubenti?
Perfid[illegible] [illegible] vivebant more, prius quam
Quæ[illegible] [illegible] diademate falcem
R[illegible] [illegible], cum virguncula Juno,
[illegible] Idæis Juppiter antris.

Nulla

[illegible]ASIAST.

[illegible] Id est, ignotas quas [illegible]prehas, cum persi-[illegible]

[illegible], &c.] Sanguino-[illegible] [illegible]gnt.

[illegible], &c.] Id est, tempo-[illegible] Saturnus regnum tenuit, fi-[illegible]es exhibebant.

VARIORUM.

[illegible] Quas, &c.] Id est, in quantis de-[illegible] sit aliena pecunia, per fraudes occu-[illegible]. Eo dicit, quia sceleratis alienam [illegible] per fraudem occupare est longe ju-cundissimum. *Veneres.*] Quæ illicita, quam Jucunditatem.

35. *Quem, &c.*] Id est, tu exigis & desideras fidem ab illo qui Deum esse non credit, & ob id merito tanquam puer irrideris *Lubinus.* *Quem, &c.*] Dicit homines quondam vixisse, pietatis fideique cultores: nunc vero tantam esse morum perversitatem, ut si quis forte jurisjurandi religione teneatur, Deumque ultorem fore perjurii credat, ejus simplicitas, ut stolida, risu excipiatur. *Rigaltius.*

36. *Et, &c.*] Id est, ut saltem in uno atque altero templo cœleste aliquod numen credat, aliquem deum, qui res hominum intueatur. *Lubin.*

37. *Rubenti*] Vel ob ignem ruffum, vel victimarum sanguine. *Lubin.*

38. *Quondam hoc.*] Ostendit priscis seculis ante ætatem Jovis, Fidem & Justitiam in hominibus viguisse, quas virtutes nemo sapiens sua ætate ab hominibus consceleratis jure possit exigere. *Hoc.*] Hoc more, quem tu jam ab hominibus exigis, vivebant olim antiquissimi Italiæ populi, cum adhuc Saturnus regnaret. *Indigenæ.*] Latini, Aborigines, antiquissimi populi Italiæ, αὐτόχθονες, quasi inde geniti, nec aliunde venientes. *Priusquam, &c.*] Imperante adhuc Saturno, quo aureum seculum fuit, cum Saturnus nondum à filio Jove, regno esset pulsus, qui profugus e Creta in Italiam pervenit, ibique a Iano hospitio exceptus est, cum nondum in Latium pervenisset, ibique latitaret. *Idem.*

39. *Diademate.*] Corona, regali insigni. Satyr. 5. vers 159. *Lubinus.* *Falcem.*] Hanc Saturno vel Chrono i. e. tempori, attribuerunt. Ille enim omnia domat & amputat, omnia etiam devorat & absumit, unde pingi solet παιδοτρώκτης.

40 *Tunc, &c.*] Supp erat: Cum nondum matrona fratri suo Jovi nupsisset, nondum adulta Junone & Jove. Dicitur enim Jupiter argenteo seculo paulatim omnia scelera proprio exemplo invenisse. Testatur hoc auctor etiam Satyra 6. cum dixit;

Viderunt primos argentea secula mœchos.

Lubinus

41. *Et, &c.*] Aurea ætate, qua Saturnus, & nondum Jupiter regnabat, homines fidem & pietatem colebant. Cum Jupiter nondum rex esset, sed privatus in Idæis antris à Rhea matre abscondebatur, ne à patre Saturno ex pacto cum Titane fratre, masculus partus devoraretur. Fabula est notissima. *Idem.* *Idæis antris.*] An montis Idæ, qui est in Creta? An qui est in Phrygia? nam utrumque fuisse

Nulla super nubes convivia Cœlicolarum,
Nec puer Iliacus, formosa nec Herculis uxor
Ad cyathos, & jam siccato nectare tergens
Brachia Vulcanus Liparæa nigra taberna.
Prandebat sibi quisque Deus, nec turba Deorum
Talis, ut est hodie, contentaque sidera paucis
Numinibus, miserum urgebant Atlanta minori

Pon-

VET. SCHOLIAST.

42. *Nulla, &c.*] Irrisiones per immutationes formarum.

43. *Herculis, &c.*] Hebem dicit. *Nec, &c.*] Ganymedes.

44. *Et jam, &c.*] Ut bene placeat etiam exsiccato, feculento, aut liquefacto.

46. *Prandebat, &c*] Non in convivio communi, sed privatim.

48. *Miserum, &c.*] Quia dicunt eum cœlum sustinere. ut Virgilius,

Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.

VARIORUM.

fuisse Jovis cunabula diversi Auctores diverse asserunt.

42. *Nulla, &c.*] Supp. Tunc erant. Obiter suos Deos more suo irridet Cum Dii nondum incontinentes & luxuriosi essent, nullaque adhuc delicata & lasciva convivia in cœlo agitarent. *Idem.*

43. *Nec, &c*] Cum Ganymedes nondum in cœlum raptus, cinædus & pincerna Jovis. Sat. 5. vers. 56. *Iliacus.*] Fuit enim Ganymedes Trois filius, Assaraci frater, qui Tros rex Ilii vel Trojæ fuit. *Formosa, &c.*] Heben juventutis Deam intelligit, quæ ante Ganymedem Jovi cyathos ministrabat. Hinc autem odium Junonis in Trojanos, non solum ob Paridis judicium, verum etiam ob Heben ab illo ministerio remotam propter Ganymedem. Erat autem Hebe filia Junonis, quæ postea in cœlum recepto Herculi nupsit *Idem*

44. *Et jam, &c.*] A nectare & conviviis Deorum ad officinam reversus. Vel: Cum nondum esset Vulcanus Deorum faber, qui jam post remotas epulas & mensam ubi nectar Deorum, vinum siccavit, & exhausit in mensa, surgit manus aqua tergens & lavans, manus inquam & brachia nigra ex fuligine officinæ suæ fabrilis in Lypara Vulcania Insula. Verum illud *Tergens* commodius & rectius explico madefaciens & irrigans nectare epoto & exsiccato. Non enim verisimile est sese à nectare purgasse, & manus abluisse, cum ad tam sordidum & immundum fabrile opus reverteretur *Lubin.*

45. *Liparæa.*] A Lipara insula in freto Siculo, cui rex Liparus nomen dedit. Omnes vero illæ Siculæ insulæ Vulcano sacræ. quæ à Græcis Ephestiæ, à latinis Vulcaniæ appellantur. In his vero officinam suam habere, & Jovi fulmina fabricare à Poëtis fingitur. *Idem.*

46. *Prandebat, &c.*] Unusquisque Deus sibi privatim vivebat, nulla communia convivia instituebantur *Sibi.*] Emphasin habet. Nondum enim Dii luxuriosi erant. *Nec, &c.*] Contemtim dicit *turba*, id est; tum temporis nondum tam multiplex Deorum vulgus erat. Cum hoc tempore totum fere cœlum genere humano repletum sit. *Lubinus.*

47. *Talis.*] Tam luxuriosa & libidinosa. *Contentaque, &c.*] Vehementer Deos suos irridet. Cum nondum tot homines inter numina & sidera collocassent. *Idem.*

48. *Miserum, &c.*] Scoptice. Qui jam pondus & onus tot Deorum solus cogitur sustinere, sine ullo Hercule adjuvante. Hoc dicit, quia fingunt Atlanta, Regem Mauritaniæ, qui in montem versus sit, cœlum sustinere, quem hic tanta Deorum in cœlum translatorum mul-



œlicolarum,
Herculis uxor
tare tergens
a taberna. 41
nec turba Deorum
e sidera pauci
Atlanta minori

Pos-

Quas habeat Veneres aliena pecunia? nescis,
Quem tua simplicitas risum vulgo moveat, cum
Exigis à quoquam ne pejeret, & putet ullis
Esse aliquod numen templis, aræque rubenti?
Quondam hoc indigenæ vivebant more, prius quam
Sumeret agrestem posito diademate falcem
Saturnus fugiens. tunc, cum virguncula Juno,
Et privatus adhuc Idæis Juppiter antris.

Nulla

VET. SCHOLIAST.

34. *Nescis. &c.*] Id est, ignoras quas voluptates populo præstas, cum perfidiam miraris.

37. *Araque rubenti, &c.*] Sanguinolentæ, vel, ex igni.

38. *Priusquam, &c.*] Id est, temporibus, quibus Saturnus regnum tenuit, fidem homines exhibebant.

VARIORUM.

34. *Quas, &c.*] Id est, in quantis deliciis sit aliena pecunia, per fraudes occupata. Eo dicit, quia sceleratis alienam rem per fraudem occupare est longe jucundissimum. *Veneres.*] Quæ illicia, quam Jucunditatem.

35. *Quem, &c.*] Id est, tu exigis & desideras fidem ab illo qui Deum esse non credit, & ob id merito tanquam puer irrideris. *Lubinus.* *Quem, &c.*] Dicit homines quondam vixisse, pietatis fideique cultores: nunc vero tantam esse morum perversitatem, ut si quis forte jurisjurandi religione teneatur, Deumque ultorem fore perjurii credat, ejus simplicitas, ut stolida, risu excipiatur. *Rigaltius.*

36. *Et, &c.*] Id est, ut saltem in uno atque altero templo cœleste aliquod numen credat, aliquem deum, qui res hominum intueatur. *Lubin.*

37. *Rubenti*] Vel ob ignem russum, vel victimarum sanguine. *Lubin*

38. *Quondam hoc.*] Ostendit priscis seculis ante ætatem Jovis, Fidem & Justitiam in hominibus viguisse, quas virtutes nemo sapiens sua ætate ab hominibus consceleratis jure possit exigere. *Hoc.*] Hoc more, quem tu jam ab hominibus exigis, vivebant olim antiquissimi Italiæ populi, cum adhuc Saturnus regnaret. *Indigenæ.*] Latini, Aborigines, antiquissimi populi Italiæ, αὐτόχθονες, quasi inde geniti, nec aliunde venientes. *Priusquam, &c.*] Imperante adhuc Saturno, quo aureum seculum fuit, cum Saturnus nondum a filio Jove, regno esset pulsus, qui profugus e Creta in Italiam pervenit, ibique a Iano hospitio exceptus est, cum nondum in Latium pervenisset, ibique latitaret. *Idem.*

39. *Diademate.*] Corona, regali insigni. Satyr. 5. vers. 159. *Lubinus.* *Falcem.*] Hanc Saturno vel Chrono i. e. tempori, attribuerunt. Ille enim omnia domat & amputat, omnia etiam devorat & absumit, unde pingi solet παιδοτρώκτης

40. *Tunc, &c.*] Supp. erat: Cum nondum matrona fratri suo Jovi nupsisset, nondum adulta Junone & Jove. Dicitur enim Jupiter argenteo seculo paulatim omnia scelera proprio exemplo invenisse. Testa ut hoc auctor etiam Satyra 6. cum dixit;

Viderunt primos argentea secula mœchos.

Lubinus.

41. *Et, &c.*] Aurea ætate, qua Saturnus, & nondum Jupiter regnabat, homines fidem & pietatem colebant. Cum Jupiter nondum rex esset, sed privatus in Idæis antris à Rhea matre abscondebatur, ne à patre Saturno ex pacto cum Titane fratre, masculos partus devoraretur. Fabula est notissima. *Idem.* *Idæis antris.*] An montis Idæ, qui est in Creta? An qui est in Phrygia? nam utrumque

fuisse

Nulla super nubes convivia Cœlicolarum,
Nec puer Iliacus, formosa nec Herculis uxor
Ad cyathos, & jam siccato nectare tergens
Brachia Vulcanus Liparæa nigra taberna.
Prandebat sibi quisque Deus, nec turba Deorum
Talis, ut est hodie, contentaque sidera paucis
Numinibus, miserum urgebant Atlanta minori
Pon-

VET. SCHOLIAST.

42. *Nulla, &c.*] Irrisiones per immutationes formarum.

43. *Herculis, &c.*] Hebem dicit. *Nec, &c.*] Ganymedes.

44. *Et jam, &c.*] Ut bene placeat etiam exsiccato, feculento, aut liquefacto.

46. *Prandebat, &c*] Non in convivio communi, sed privatim.

48. *Miserum, &c.*] Quia dicunt eum cœlum sustinere. ut Virgilius,

Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.

VARIORUM.

fuisse Jovis cunabula diversi Auctores diverse asserunt.

42. *Nulla, &c.*] Supp. Tunc erant. Obiter suos Deos more suo irridet Cum Dii nondum incontinentes & luxuriosi essent, nullaque adhuc delicata & lasciva convivia in cœlo agitarent. *Idem.*

43. *Nec, &c*] Cum Ganymedes nondum in cœlum raptus, cinædus & pincerna Jovis. Sat. 5. vers. 56. *Iliacus.*] Fuit enim Ganymedes Trois filius, Assaraci frater, qui Tros rex Ilii vel Trojæ fuit. *Formosa, &c.*] Heben juventutis Deam intelligit, quæ ante Ganymedem Jovi cyathos ministrabat. Hinc autem odium Junonis in Trojanos, non solum ob Paridis judicium, verum etiam ob Heben ab illo ministerio remotam propter Ganymedem. Erat autem Hebe filia Junonis, quæ postea in cœlum recepto Herculi nupsit *Idem*

44. Et *jam, &c.*] A nectare & conviviis Deorum ad officinam reversus. Vel: Cum nondum esset Vulcanus Deorum faber, qui jam post remotas epulas & mensam ubi nectar Deorum, vinum siccavit, & exhausit in mensa, surgit manus aqua tergens & lavans, manus inquam & brachia nigra ex fuligine officinæ suæ fabrilis in Lypara Vulcania Insula. Verum illud *Tergens* commodius & rectius explico madefaciens & irrigans nectare epoto & exsiccato. Non enim verisimile est sese à nectare purgasse, & manus abluisse, cum ad tam sordidum & immundum fabrile opus reverteretur *Lubin.*

45. *Liparæa.*] A Lipara insula in freto Siculo, cui rex Liparus nomen dedit. Omnes vero illæ Siculæ insulæ Vulcano sacræ, quæ à Græcis Ephestiæ, à latinis Vulcaniæ appellantur. In his vero officinam suam habere, & Jovi fulmina fabricare à Poëtis fingitur. *Idem.*

46. *Prandebat, &c.* Unusquisque Deus sibi privatim vivebat, nulla communia convivia instituebantur *Sibi.*] Emphasin habet. Nondum enim Dii luxuriosi erant. *Nec, &c.*] Contemtim dicit *turba*, id est; tum temporis nondum tam multiplex Deorum vulgus erat. Cum hoc tempore totum fere cœlum genere humano repletum sit. *Lubinus.*

47. *Talis.*] Tam luxuriosa & libidinosa. *Contentaque, &c.*] Vehementer Deos suos irridet. Cum nondum tot homines inter numina & sidera collocassent. *Idem.*

48. *Miserum, &c.*] Scoptice. Qui jam pondus & onus tot Deorum solus cogitur sustinere, sine ullo Hercule adjuvante. Hoc dicit, quia fingunt Atlanta, Regem Mauritaniæ, qui in montem versus sit, cœlum sustinere, quem hic tanta Deorum in cœlum translatorum mul-

Quas habeat Veneres aliena pecunia? nescis,
Quem tua simplicitas risum vulgo moveat, cum
Exigis à quoquam ne pejeret, & putet ullis
Esse aliquod numen templis, aræque rubenti?
Quondam hoc indigenæ vivebant more, prius quam
Sumeret agrestem posito diademate falcem
Saturnus fugiens. tunc, cum virguncula Juno,
Et privatus adhuc Idæis Juppiter antris.

Nulla

VET. SCHOLIAST.

34. *Nescis, &c.*] Id est, ignotas quas voluptates populo præstas, cum perfidiam imitaris.

37. *Araque rubenti, &c.*] Sanguinolentæ, vel, ex igni.

38. *Priusquam, &c.*] Id est, temporibus, quibus Saturnus regnum tenuit, fidem homines exhibebant.

VARIORUM.

34. *Quas, &c.*] Id est, in quantis deliciis sit aliena pecunia, per fraudes occupata. Eo dicit, quia sceleratis alienam rem per fraudem occupare est longe jucundissimum. *Veneres.*] Quæ illicia, quam Jucunditatem

35. *Quem, &c.*] Id est, tu exigis & desideras fidem ab illo qui Deum esse non credit, & ob id merito tanquam puer irrideris. *Lubinus. Quem, &c.* Dicit homines quondam vixisse, pietatis fideique cultores: nunc vero tantam esse morum perversitatem, ut si quis forte jurisjurandi religione teneatur, Deumque ultorem fore perjuriis credat, ejus simplicitas, ut stolida, risu excipiatur. *Rigaltius.*

36. *Et, &c.*] Id est, ut saltem in uno atque altero templo cœleste aliquod numen credat, aliquem deum, qui res hominum intueatur. *Lubin.*

37. *Rubenti.*] Vel ob ignem russum, vel victimarum sanguine. *Lubin.*

38. *Quondam hoc.*] Ostendit priscis seculis ante ætatem Jovis Fidem & Justitiam in hominibus viguisse, quas virtutes nemo sapiens sua ætate ab hominibus consceleratis jure possit exigere. *Hoc.*] Hoc more, quem tu jam ab hominibus exigis, vivebant olim antiquissimi Italiæ populi, cum adhuc Saturnus regnaret. *Indigenæ.*] Latini, Aborigines, antiquissimi populi Italiæ, αὐτόχθονες, quasi inde geniti, nec aliunde venientes. *Priusquam, &c.*] Imperante adhuc Saturno, quo aureum seculum fuit, cum Saturnus nondum a filio Jove, regno esset pulsus, qui profugus e Creta in Italiam pervenit, ibique à Jano hospitio exceptus est, cum nondum in Latium pervenisset, ibique latitaret. *Idem.*

39. *Diademate.*] Corona, regali insigni. Satyr. 5 vers. 19. *Sumeret falcem.*] Hanc Saturno vel Chrono, i. e. tempori, attribuebant. Ille enim omnia domat & amputat, omnia etiam devorat & absumit, unde ping. solet παιδοτρώκτης

40. *Tunc, &c.*] Supp. erat. Cum nondum matrona fratri suo Jovi nupsisset, nondum adulta Junone & Jove. Dicitur enim Jupiter argenteo seculo paulatim omnia scelera proprio exemplo invexisse. Testis ut hoc auctor etiam Satyra 6. cum dixit,

Viderunt primos argentea secula mœchos.

Lubinus

41. *Et, &c.*] Aurea ætate, qua Saturnus, & nondum Jupiter regnabat, homines fidem & pietatem colebant. Cum Jupiter nondum rex esset, sed privatus in Idæis antris a Rhea matre abscondebatur, ne a patre Saturno ex pacto cum Titane fratre, masculus partus devoraretur. Fabula est notissima. *Idem.* *Idæis antris.*] An montis Idæ, qui est in Creta? An qui est in Phrygia? nam utrumque

fuisse

Plura domi fraga, & majores glandis acervos.
Tam venerabile erat præcedere quatuor annis,
Primaque par adeo sacræ lanugo senectæ.
Nunc, si depositum non inficietur amicus,
Si reddat veterem cum tota ærugine follem,
Prodigiosa fides, & Thuscis digna libellis,
Quæque coronata lustrari debeat agna.

Egre-

VET. SCHOLIAST.

57. *Plura, &c.*] Quamvis ditior esset. Virgil.

-- Et humi nascentia fraga.

Divitiæ autem in fragis & in glande taxabantur.

58. *Tam, &c.*] Ita, inquit, videbatur venerabilis ætas, ut pueri majoribus se annis quatuor deferrent * ut sicut prima lanugo, id est, juvenes deferre senibus adfectarent.

61. *Cum, &c.*] Æris vitium ærugo dicitur, ferri rubigo.

62. *Prodigiosa, &c.*] Quasi monstro similis.

63. *Quæque, &c.*] Quasi tam mira fides sacrificiis lustrari debeat.

VARIORUM.

illo, tamen honorem ipsi deferebat. Illo enim tempore divitiæ non spectabantur, sed virtus & prudentia. *Idem.*

57. *Fraga.*] Alii habent *farra*, & exponunt, licet ipse ditioribus ac magis conspicuis parentibus natus esset. *Torrent.* Vel quasi farre & pulte, Saturno imperante vixerint. Et Farnabius Poëtam respexisse credit ad versum illum Ovid. 5 Metamorph.

-- quo non possederat alter
Latius, aut totidem tollebat farris acervos.

Falsum hoc, & legendum *Fraga*. Illi enim tum temporis frumenta nesciebant, sed frugibus, silvestribus pomis, fragis, glandibus victitabant, & hisce illorum divitiæ censebantur. *Lubinus. Glandis acervos.*] Priscorum censum.

58. *Tam, &c.*] Aliquem præteriire ætate alium, & quamvis tantum, quatuor annis. *Idem.*

59. *Primaque.*] Eadem ratione pueri pubescentium lanuginem prosequebantur, qua juvenes senectæ canos referebant. *Ferrar.*

60. *Nunc, &c.*] Id est, si quis jam quid reddit magna habenda est gratia, & si quis depositum apud se custodiendum traditum non inficietur, aut se accepisse neget, sed bona fide restituat, & veterem pecuniarum follem & pecuniarum ex corio sacculum cum tota pecunia æruginosa reddat, hujus fidem & probitatem demiramur tanquam prodigium. *Lubin.*

61. *Veterem, &c.*] Crumenam, & sacculum, è corio tanquam follem *Cum, &c.*] integrum & nulla parte diminutum. Id est, cum crumenam tam sancte conservarit, ut æruginem pecunia contraxerit, vel quem tanto tempore apud se retinuerit. Æris vitium *ærugo*, ferri *rubigo* dicitur. Pósuit autem *follem* pro loculis, *æruginem* pro pecunia. *Idem.*

62. *Prodigiosa, &c.*] Monstro & prodigio similis. *Thuscis, &c.*] Digna quæ ob inusitatam novitatem scriptis haruspicum Thuscorum inseratur, cum reliquis portentis & prodigiis. Vel expianda tanquam monstrum ex disciplina Etrusca. *Thuscis.*] Ab Etruscis enim rationem expiandi & aruspicinam didicerunt. *Idem.*

63. *Quæque, &c.*] Quæ fides merito aliquo sacrificio expietur per agnam quandam. *Coronata.*] Ad sacrificium destinata; ut moris erat. *Lustrari.*] Circumiri, per circuitum purgari & expiari. *Idem. Debeat.*] Putabam, *Quæ res Fidei in æde, sacrificiis lustrari debet.* Sed Jos.

Sca-

Pondere. nondum aliquis ſortitus triſte profundi
Imperium, aut Sicula torvus cum conjuge Pluton.
Nec rota, nec Furiæ, nec ſaxum, aut vulturis atri
Pœna: ſed infernis hilares ſine regibus Umbræ.
Improbitas illo fuit admirabilis ævo.
Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,
Si juvenis vetulo non aſſurrexerat, & ſi
Barbato cuicunque puer, licet ipſe videret

Plu-

VET. SCHOLIAST.

49. *Nondum, &c.*] Id eſt, cum adhuc nec Juppiter regnum cœleſte teneret, nec Neptunus mare, nec Pluto inferna cum Proſerpina.

51. *Nec, &c.* Rota, in qua Ixion dicitur volvi. Saxum, quod Siſyphus volvit. Vultur qui jecur Tityi comedit.

52. *Hilares, &c.*] Nam non erat opus judicibus, dum ſcelera procederent.

53. *Improbitas, &c.*] Mirabile fuit ſi quis illo tempore improbus inveniretur.

VARIORUM.

multitudine, copia & pondere defatigatum pene oneri ſuccumbere dicit. *Tigebant.*] Prendebant. *Idem.*

49. *Nondum, &c.*] Id eſt, cum nondum Deorum aliquis triſte profundi maris imperium ſortitus eſſet. Tres Saturni filii, Jupiter, Neptunus, Pluto, fratres de imperio univerſi ſortiti ſunt. Quo Jovi cœlum, Neptuno maris imperium, & Plutoni inferorum regnum obtigit. *Triſte*] Alii de Plutone intelligunt, & regno inferorum ſqualido horrenti. Sed melius eſt hæc intelligi de Neptuno, cum Plutonis ſtatim nominatim mentionem faciat, quia etiam profundum abſolute pro mari ponitur: Seneca, *Non neceſſe eſt omne perſcrutari profundum*

50. *Sicula, &c.*] Cum nondum eſſet Pluto Deus ille inferni immitis horrendusque cum Cereris filia, uxore Proſerpina, in Ætna Siciliæ monte rapta. *Idem.*

51. *Nec, &c.*] Cum nondum inferni & pœnæ infernales eſſent, ut rota, qua Ixion, qui Junoni ſtuprum inferre voluit, volvitur, quia hoſpitii jura violare voluit. *Hygin.* Fab. 62. *Furiæ.*] Tres ultrices ſcelerum, Alecto, Tiſiphone, Megera, quæ face, ferro, & flagris nocentes perſequuntur. *Saxum.*] Siſyphi ob furta, & fraudes. *Vulturis, &c.* Qui jecur Tityi apud inferos lancinat, eo quod Latonam de ſtupro ſolicitaſſet. Virgilius:

Viſcera præbebat Tityus lacerandu, novemque
Jugeribus diſtractus erat.

Hunc Diana ſagittis confecit. *Lub.*

52. *Hilares, &c.*] Sui juris, lætæ, innocentes, ſine ſceleribus, ut regibus & judicibus infernalibus nihil opus ſit. *Sine, &c.*] Sine Plutone, ſine judicibus, Æaco, Rhadamantho, Triptolemo. *Lubinus.*

53. *Improbitas, &c.*] Deſcribit ulterius tempora aurei ſeculi, & contra ſuæ ætatis ſcelera invehitur. Improbitas enim illo ævo fuit rara & nova, & inuſitata. *Illo, &c.*] Empli hac, non noſtro. *Idem.*

54. *Credebant hoc.*] Commendat priſci aurei ſeculi erga ſeniores reverentiam. *Morte, &c.*] Supplicio capitali puniendum. *Idem.*

55. *Vetulo*] Cuicunque ſeni. *Non aſſurrexerat*] Surgendo honorem non exhibuerat.

56. *Barbato.*] Si juvenis ſeniori non aſſurrexerat, & puer juveni cui prima genas lanugo inumbrabat. Barbulam enim juvenes usque ad virilitatem nutriebant. *Ferrar.* *Licet, &c.*] Licet puer ſemet ipſum, ſuosque parentes ditiores ſciret

illo

Sacrilega? quid si bis centum perdididit alter
Hoc arcana modo? majorem tertius illa
Summam, quam patulæ vix ceperat angulus arcæ?
Tam facile, & pronum est superos contemnere testes,
Si mortalis idem nemo sciat. adspice, quanta
Voce neget, quæ sit ficti constantia vultus.
Per Solis radios, Tarpejaque fulmina jurat,
Et Martis frameam, & Cirrhæi spicula vatis:

VET. SCHOLIAST.

73. *Hoc, &c.*] Perdidit commodatam. παρακαθήκην.

75. *Tam, &c.*] Id est, facilius contemnuntur Dii, si hominis testimonium intersit, qui in judicio dicat, vidi.

77. *Quæ, &c.*] Pro, quanta sit: ut Terentius:

Num ejus vultus puderis signum usquam indicat.

Vultus, negantis vultus.

78. *Tarpeiaque, &c.*] Capitolini Jovis.

VARIORUM.

72. *Fraude Sacrilega.*] Amici tui, apud quem illa deposuisti. Forte quod perjurio sese purgarit in judicio. *Quid, &c.*] Consolatur cum aliorum exemplo, graviora perpessorum. Id est, tu tantum decem perdidisti Contra inveniuntur alii, qui pari modo vel ducenta sestertia amiserunt. Id est, qui vicies plus damni sunt perpessi. *Idem.*

73. *Hoc modo.*] Inficiatione depositi, fraude, sacrilegio, perjurio. *Arcana.*] Vel secreto data, & fidei alterius tacite commissa sine ullis testibus; vel *arcana*, quod non multum conquestus sit de hac jactura, quod illa aliis non innotuerit. *Majorem, &c.*] Plus quam viginti Sestertia, & prope censum equestrem. *Idem.*

74. *Quam, &c.*] Quam summam angulus vel capacitas amplæ arcæ vel cistæ vix continere poterat, ob magnitudinem. Hoc eo dicit, nam ditiores suas opes arcis includebant, *Idem.*

75. *Tam, &c.*] Egregia sententia, qua notat impios facile contemnentes ipsos Deos, si quid turpe faciant, modo, homines ignorent. Id autem ex nulla alia caussa fit, quam quod plerique Deum esse non credunt. *Pronum.*] Proclives enim homines sunt ad fallendum. *Superos, &c.*] Qui omnia vident tanquam testes, & quos homo juxta sapientem non solum male agens fallit, sed ne cogitans quidem. *Idem.*

76. *Aspice, &c.*] Accurate & graphice depingit talium hominum constantem malitiam, & inauditam audaciam & impudentiam: qui neque Dei, neque hominum præsentia impediti falsissima & mendacissima jurare non erubescant. *Quanta voce.*] Magna & pertinaci voce, tanquam talia nunquam cogitaverint. Id est, quam audacter & pertinaciter perjuri pejerent. *Lubin.*

77. *Quæ sit &c.*] Quam impudentes sint, & quantopere norint frontem suam effingere, gravem & severam componere, tanquam si essent viri integerrimi & sanctissimi. *Ficti.*] i. e. simulati vultus. *Constantia.*] Non mutat vultum, est in sua malitia confirmatus. *Idem.*

78. *Per, &c.*] Jurat per supera, infera, cœlestia, inferna numina. *Tarpeia, &c.*] Per Capitolini Jovis fulmina. Brisson. VIII. de formul. Plin. lib. II. cap. 7. Nam & alii Dii, Mars, Pallas, Vulcanus, Summanus, fulmina jaculantur. *Grang.*

79. *Frameam.*] Tacitus Germanicam hastam esse dicit angusto brevique ferro. *Lubin.* Hic autem pro gladio poni videtur, nam Martis est insigne: ut hasta insigne est Palladis, Agell. 10, 15. *Bri-*

Per calamos venatricis pharetramque puellæ;
Perque tuum pater Ægei Neptune tridentem:
Addit & Herculeos arcus, hastamque Minervæ,
Quidquid habent telorum armamentaria cœli.
Si vero & pater est, comedam, inquit, flebile gnati
Sinciput elixi, Pharioque madentis aceto.
Sunt in Fortunæ qui casibus omnia ponant,
Et nullo credant mundum rectore moveri
Natura volvente vices & lucis, & anni,

At

VET. SCHOLIAST.

80. *Per*, &c.] Κατὰ πάντων. Per omnes Deos jurat.

83. *Armamentaria*, &c.] In quibus arma posita sunt

84. *Comedam*, &c.] Id est, per filios suos jurat, sic non eos comedat.

85. *Phariaque*, &c.] Ægyptio, forti.

86. *Sunt*, &c.] Dicit quam ob causam homines perjurent, cum dicant quod non Diis agimur, sed fortunæ casibus. Quid ergo Dii nocebunt læsi, si fortuna disponente, vita hominum regitur.

88. *Natura*, &c.] Ut natura disposuit.

VARIORUM.

Tannicus. Cirrhae, &c.] Per Apollinis vatis sagittas, qui in urbe Cyrrha ad radices montis Parnassi colitur. *Lubin.*

80. *Per*, &c.] Per sagittas, quæ ex calamis fiebant, & spicula leviora ipsius Dianæ *Idem.*

81 *Perque*, &c.] Neptunus enim pater Ægæi, qui pater Thesei. Hygin Fab. XVI. *Tridentem.*] Fuscinam. *Lubinus.*

82. *Herculeos.*] Sagittas, sine quibus Troja expugnari non potuit, quarum hæres fuit Philoctetus Male quidam legunt *artus*: nam de telis loquitur, ut patet ex seqq *Quicquid habent* &c. *Hastam*, &c.] Quam cum clypeo gerit. Antiqui enim per hastas jurare soliti Turnebus lib. 6. cap. 16.

83. *Armamentaria.*] Jocose. Id est, jurat per omnia Deorum arma, quæcunque reponuntur in armorum repositoriis in cœlo. *Lubin.*

84 *Si*, &c.] Id est, si ille qui jurat liberos habet, tum jurans ita dicit: Si mentior aut jurans fallo, contingat mihi omnium horribilissima, qualis Thyestæ contigerunt, ut filii mei carnes & caput elixum comedam. *Flebile.*] Fletu & lacrymis deplorandum. *Idem.*

85. *Sinciput.*] Partem aliquam filii mei cocti & bulliti. *Elixam* veteres aquam nominarunt a liquore. *Phariaque*, &c] Id est, quod sinciput, vel quæ pars madeat, ut caput vervecis vel porci in laudatissimo illo & acri aceto Ægyptio. Athen lib. 2 cap. 26. Est autem *Pharos* insula juxta Canopicum Nili ostium. *Lubinus*

86 *Sunt*, &c] Reddit jam rationem tantorum scelerum & perjuriorum, quam demonstrat esse impietatem quia homines omnia casu, nihil autem providentia Dei fieri censeant. *In*, &c] Juxta Epicurum, qui Deum & providentiam sustulit. Qui miseri & infelices ignorant Senecæ illud dicentis: *Natura, fatum, fortuna, casus, sunt omnia unius & ejusdem Dei nomina.* Idem.

87. *Et*, &c.] Incredibilis hæc est cæcitas, infra etiam bruta. Certe nulla herba tam exilis, quæ creatorem suum non demonstret. Egregie autem Avicennas: *Qui Deum in natura non vident, non solum ratione carent, sed etiam sensu.* Idem.

88. *Natura*, &c.] Quasi natura bruta &

Atque ideo intrepidi quæcunque altaria tangunt.
Est alius metuens, ne crimen pœna sequatur:
Hic putat esse Deos, & pejerat, atque ita secum:
Decernat quodcunque volet de corpore nostro
Isis, & irato feriat mea lumina sistro:
Dummodo vel cæcus teneam, quos abnego, nummos.
Et phthisis, & vomicæ putres, & dimidium crus
Sunt tanti? pauper locupletem optare podagram

Nec

VET. SCHOLIAST.

89. *Atque, &c.*] Sine ullo timore pejerant.

90. *Est, &c.*] Qui credit delictum posse puniri voluntate Deorum, sed veniam sperat.

93. *Feriat, &c.*] Id est, cæcum etiam faciat.

94. *Dummodo, &c.*] Id est, si pro ingenti pretio ferenda est cæcitas, dummodo magnum sit quod negetur.

96. *Sunt, &c.*] Melius est ægrotare cum divitiis, quam esse sanum pauperem.

VARIORUM.

ta & irrationalis sit caussa rerum naturalium, & omnium rerum vicissitudinem, ortum & interitum producat. Cum tamen vere loquendo, *Natura* nihil sit aliud quam Deus. *Idem. Et lucis.*] Diei, anni temporum, motuum.

89. *Atque, &c.*] Ob eam rem, quia non putant esse Deos, quos offendant, Sine ullo metu & timore pejerant. *Altaria.*] Eo enim dicit, nam in templis ad aras solebant conceptis verbis jurare, easque tangere. Macrob. 3. Sat. cap. 3. Virg. 4. 6. & 12. Æneid.

90. *Est, &c.*] Secundum genus hominum, qui Deum quidem credunt, ejusque iram expavescunt, sed tamen pejerant. Pecuniam scilicet iræ & offensæ Deorum anteponentes; vel quod credant esse placabiles. Culpam enim pœna premit comes. *Lubin.*

91. *Hic, &c.*] Id est, non prorsus est impius, confitetur quidem deum esse, sed tamen fiducia longanimitatis vel misericordiæ Dei peccat. *Atque, &c.*] Secreto in animo suo cogitat & ratiocinatur. *Idem.*

92. *Decernat.*] Id est, Isis vel Harpocrates, vel quicunque alius Deus de meo corpore constituat, tanquam judex decernat, & quodcunque volet supplicium sumat, dummodo perjurio, aliorum nummos obtineam, nihil curo. *Lubin.*

93. *Isis.*] Hæc Dea cum Harpocrate corporibus morbos immittere credebatur. Ad hos Persius respexit, cum inquit Sat. 5. vers. 186.

Incussere Deos inflantes corpora.

Irato, &c.] Infenso & infesto. Hypallage, pro ipsa irata. Est autem *sistrum* instrumentum æreum, vel etiam aureum & argenteum, quo in sacris Isidis arguto strepitu resonabant. Isis enim sistrum gerebat dextra manu, & παρὰ τὸ σείειν, id est, ab agitando derivatur. Turneb. lib. 26. cap. 33. *Feriat, &c.*] Oculis me privet, & cæcum reddat.

94. *Dummodo vel, &c.*] Si saltem pecuniam illam quam accepisse nego, & propter quam perjurium facio, etiam oculis captus retineam.

95. *Et, &c.*] Id est, tantine reputanda est Phthisis & alii morbi, quos Isis immittere creditur, ut ob id nummos congerere desinam. Et autem *Phthisis* lenta illa tabes, qua virtute epatis debilitata, corpus paulatim atteritur: vel quæ fit ex exulceratione pulmonum. *Vomica, &c.*] Ulcera, apostemata, abscessus maligni & latentes, putridi, & puris pleni. *Dimidium crus.*] Reliquo crure dissecto. *Lubin.*

96. *Sunt, &c.*] Judicanda scilicet & æsti-

Nec dubitet Ladas, si non eget Anticyra, nec
Archigene, quid enim velocis gloria plantæ
Præstet, & esuriens Pisææ ramus olivæ?
Ut sit magna, tamen certe lenta ira Deorum est.
Si curant igitur cunctos punire nocentes,
Quando ad me venient? sed & exorabile Numen

For-

VET. SCHOLIAST.

97. *Nec*, &c.] Ladas fuit inter nobilissimos cursores Olympico certamine, cui * æmulus Talaris, eandem gloriæ palmam tulit, sed apud Elidem coronatus est. Sensus autem ex persona perjuri est. Melius est cum uno pede currere, quam pauperem vivere, & si hoc sis in cursu quod Ladas.

98. *Quid*, &c.] Quid præstat coronari *in Elida*, ubi athletæ habent Olympiacum certamen. pro *in Elide*. sic alibi.

100. *Ut*, &c.] Concedo, inquit, ut delictum puniant Dii; tarde tamen.

VARIORUM.

æstimanda; Innuit enim longe satius esse ægrotare cum divitibus, quam sanum esse & pauperem. *Pauper*, &c. Id est, nobilissimus ille & velocissimus cursor Ladas, qui in Olympico certamine victor fuit, ille non dubitet sibi exoptare podagram, cum multis divitiis conjunctam. Solin cap. 6. *Locupletem*, &c.] Non Satyrice, ut Lubinus, Grangæus & plures, quod illa nempe divitibus plerumque tam iratis & infesta sit, sed afflictionem hanc in summa opulentia: nam sic cum superioribus hæc loquutio optime conjungitur.

97. *Si*, &c.] Dummodo tolerabilis sit morbus, ne quisquam ex morbi magnitudine insanus reddatur, ut helleboro ipsi opus sit, vel nobilissimo aliquo medico, qualis Archigenes. Est autem *Anticyra* insula in Phocide, in qua maxima optimi veratri copia provenit, Pers. 4. 16. *Idem*.

98. *Archigene*.] Pro quolibet docto & præstanti medico ponitur. *Quid*.] Ratio, quare Ladas podagram optare debeat, quod gloria ex velocitate pedum ipsi ad famem sedandam nihil conferat. *Idem*. Vel quo mihi in Olympicis palma, si interea famelicus peream? *Farnab.*

99. *Præstat*.] Quid confert, prodest. *Et*, &c.] Id est, quid adfert commodi ramus esuriens, vel esurienti cursori pauperi contingens. *Pisææ*.] Pisa & Elis civitates sunt Peloponnesi, inter quas jacet campus vastissimus, qui Olympia nominatur, ubi ludi celebrabantur, quinto quoque anno ineunte, qui à locorum propinquitate dicuntur & Pisæi & Elæi & Olympici, non autem, ut falso quidam putarunt, ab Olympo monte. *Britan. Ramus*.] Corona ex ramo oleæ, victoribus data nihil prodest si victor esuriat. Talis corona dabatur cursori victori. *Lubin*.

100. *Ut*, &c.] Verba sunt perjuri, cum concessione conjuncta. Id est, licet Dei ira sit vehemens & gravis, tamen consolatur me quod lenta & tarda sit. Egregie Valerius Maximus: *Lento quidem gradu ad vindictam divina procedit ira, sed tarditatem supplicii gravitate compensat*. Hac de re vide Plutarchi librum aureolum, De tarda numinis vindicta. *Certe*, &c. Interea nos genio & voluptati indulgebimus. *Lubin*.

101. *Si*, &c.] 2. Consolatio, quod Dii si omnes nocentes velint punire tarde & post longum temporis intervallum, tandem ad omnes pervenirent. Ridicule. Homines enim homines cogitant, Deum, more hominum per temporum intervalla agere. *Curant*.] Illud curiose agunt & student. *Idem*.

102. *Quando*, &c.] Multos enim punient, & ob id tarde circuitum absolvent. *Sed*, &c.] 3. Consolatio. Quod Dii forte placabiles, veniam facienti daturi sint. *Idem*.

103.

Fortasse experiar: solet his ignoscere. multi
Committunt eadem diverso crimina fato:
Ille crucem sceleris pretium tulit, hic diadema.
Sic animum diræ trepidum formidine culpæ
Confirmant, tunc te sacra ad delubra vocantem
Præcedit, trahere immo ultro, ac vexare paratus.
Nam cum magna malæ supcrest audacia caussæ,
Creditur à multis fiducia, mimum agit ille,
Urban-

VET. SCHOLIAST.

103. *Fortasse*, *&c.*] Fortasse, inquit, placabile numen, quod omnia diverso fiunt fato: usque adeo ut in eodem crimine deprehensi, alter crucem mereatur, alter imperium.

105. *Hic*, *&c.* Ut Romulus pro commisso scelere non dedit pœnas, sed imperium adeptus est.

107. *Sacra*, *&c.*] Vocantem eum ad templum, ut juret.

109. *Nam*, *&c.*] Nam cum, inquit, homini, qui malam caussam habet, id est, qui denegat alienum, visa fuerit improba contentio, audacia creditur innocens, ut mimum urbani scurræ agere hac irrisione audaciæ videatur. Talis est enim mimus, ubi servus fugitivus dominum suum trahit. Catullus mimographus fuit.

VARIORUM.

103. *Solet his.*] Quibusdam sceleratis ignoscit. *Idem.* *Multi*, *&c.*] Id est, eadem scelera iidem homines sæpe committunt, sed diversa sorte, eventu, successu.

104. *Eadem*, *&c.*] Exempli gratia, si fur quisquam è plebe quatuor aut quinque florenos furto auferat, suspenditur; alii vero magni fures impune evadunt, juxta illud:

Dat veniam corvis, vexat censura columbas. Idem.

105. *Diadema.*] Coronam, laudem, honores. *Idem.*

106. *Sic*, *&c.*] Poëtæ verba. Id est, talibus & similibus consolationibus se in scelere adversus pœnam confirmant. *Trepidum.*] Alias, quod vindictam metuat. *Idem*

107. *Tunc*, *&c.*] Id est, postquam animum ita obfirmarunt, cum tu illos ad juramentum compellis, de deposito; illi confidentes & pervicaces ad aram, ubi jurent, ultro te præcedunt, te ultro provocant. *Delubra.*] Ubi celebrari sacramenta consueverant, velut præsentibus & audientibus Diis. *Vocantem præcedit.*] Ut ad aram se juramento purget.

108. *Trahere*, *&c.*] Imo vero cunctantem te traxit, licet sit noxius, & si ire recuses, tibi molestus est, & impellit, & te interim coram aliis ludibrio habet. Exprimitur incredibilis sceleratorum malitia & confidentia. *Idem.*

109. *Nam*, *&c*] Id est, ubi cum mala sceleratissimorum hominum caussa, sæpe audacia conjungitur, illa audacia apud multos speciem habet innocentiæ & integritatis: putant enim ex recta conscientia & fiducia, tantam audaciam proficisci. *Britannic.* *Superest.*] Adest, præsto est, & quasi abundat *Lubin.*

110. *Fiducia.*] Bonæ conscientiæ cum inviolata virtute conjunctæ. *Mimum*, *&c.*] Alius quisquam perjurus, imitatur illum mimum de quo videre est in Phasmate Catulli, ubi servus aliquis fugitivus & confidens, dominum suum trahit & vexat. Ita perjurus illos, quos malis artibus decepit. *Idem.*

111.

Urbani qualem fugitivus scurra Catulli:
Tu miser exclamas, ut Stentora vincere possis,
Vel potius, quantum Gradivus Homericus. audis
Juppiter hæc, nec labra moves, cum mittere vocem
Debueras vel marmoreus, vel aëneus? aut cur
In carbone tuo charta pia tura soluta
Ponimus, & sectum vituli jecur, albaque porci
Omenta? ut video, nullum discrimen habendum est

Effi-

VET. SCHOLIAST.

112. *Tu, &c.*] Præcones Græcorum: quia antiqui tubas non habebant.

113. *Quantum, &c.*] Mars cum plagatus est à Diomede.

115. *Vel, &c.*] Cujus statua vel marmorea, vel ænea sit.

117. *Albaque, &c.*] Ut quid sacrificamus, si vocem non reddittis?

VARIORUM.

111. *Urbani Catulli.*] Secundum Domitium, est Catulli cognomen. *Idem.* Sic quidem Lubinus, sed longe aliter & recte dicit Scaliger ad Catull. Quia, inquit, Scenarici homines, quos βωμολόχους vocant Græci, dicteria fundiitabant, ad risum spectatoribus movendum, propterea factum, ut Mimi, scurræ & Urbani vocarentur.

112. *Tu, &c.*] Id est, Tu ex altera parte, qui a perjuro & scelerato innocens traheris & vexaris, conscius malitiæ & fraudis adversarii, Deos inclamas voce Stentorea. Homer. Iliad. 5. *Exclamas.*] Et adversum Deos indignaris, quod talem sceleratum non puniant. *Stentora.*] Hic in exercitu Græcorum ad Trojam, tantum vocis altitudinem habuit, ut solus tantum clamaret, quantum alii quinquaginta. Hinc Proverb. *Stentore clamosior.* Idem.

113. *Vel, &c.*] Imo vero quantum Mars exclamat apud eundem Homerum à Pallade, vel à Diomede vulneratus, qui tantum clamabat, quantum decem millia virorum, quando pugnam committunt. *Audis.*] Tu exclamans sic Jovem compellas, vides & audis hæc & non punis? Audis tam manifesto falsa & perjura? *Lubinus.*

114. *Nec, &c.*] Nec indignaris & iram tuam ostendis movendo labra vel inflando buccas: nam ferunt Jovem, cum hominibus irascitur, prorumpere in maximos clamores, & buccas inflando mittere fulmina, Jovem ipsum increpat, ut socordem: & hominum stuporem arguit, qui simulacris æneis & marmoreis numen inesse aliquod sibi persuaserant. *Regalt.* *Cum, &c.*] Id est, licet marmor vel æs stupidum & surdum sit, tua statua ex quo facta est, tamen vocem deberet emittere. *Lubinus.*

115. *Aut cur.*] Id est, si perjuria non vis punire, & nos non audire, non certam dignus es cui nos sacrificemus. *Idem.*

116. *In, &c.*] In thuribulo vel acerra, in qua igniti carbones. *Tuo.*] Tibi dedicato, in honorem tuum. *Pia, &c.*] In usum pium & rem divinam, *tura* tuis manibus accendenda, exempta papyro, cui inclusa erant. *Charta, &c.*] In qua thura involuta fuerunt, id est, cucullo chartaceo, soluto. Jan. Rutgersius lib. 5. Var. lect. cap. 5. vel intelligit de ea charta, in qua vota obsignata fuerant, jam soluta. *Idem.*

117. *Sectum, &c.*] Id est, dissectum, & sectione divisum in sacrificiis. Id est, exta alicujus vituli, in quibus jecur primum locum obtineret. *Albaque, &c.*] Pingwia. Id est, pinguem membranam, quæ à medio ventre dependet. Hic ponitur pro intestinis. *Idem.* Vel *alba*, albi porci, per Hypallag. *Farnab.*

118. *Ut video, &c.*] Recte hæc, (quamvis alio sensu) in fictitios illos Deunculos Ethnicorum dicuntur. *Idem.* Sensus est, tam negli-

Effigies inter vestras, statuamque Vagelli.
Accipe quæ contra valeat solatia ferre,
Et qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata legit
A Cynicis tunica distantia; non Epicurum
Suspicit exigui lætum plantaribus horti.
Curentur dubii medicis majoribus ægri:

Tu

VET. SCHOLIAST.

119. *Statuamque*, *&c.*] Ut video, inquit, inter vos & Vagellium, qui ut vos stultissimus accepit statuam.

120. *Accipe*, *&c.*] Quæ valeat adferre solata Juvenalis tibi.

121. *Et*, *&c.*] Dicit Cynicorum & Stoicorum dogma convenire, tantum veste distare. Nam Cynica hæresis mater Stoicæ. Cynici absque tunica & pallio exerto brachio.

123. *Exigui*, *&c.*] Qui in hortis de otio & voluptate disputat.

124. *Curentur*, *&c.*] Per Allegoriam sufficere se dicit in solatium amico damnum merenti.

VARIORUM.

negligenter vos Dii res humanas curatis, & tam stupidi estis, ut nullum putem discrimen habendum inter statuas vestras & Bathylli.

119. *Vagelli.*] Hominis stultissimi. *Lub.* Alii legunt *Bathylli*, qui Citharœdus & Pantomimus, statuam in Samo, in Junonis templo habuisse dicitur, à Polycrate tyranno ipsi dedicatam.

120. *Accipe quæ.*] Jam Juvenalis contra dolorem remedia adfert, non ex Philosophorum Stoicorum monumentis depromta, sed unicuique parabilia in promtu & facili. Quasi dicat, unusquisque vel rudis potest te & se ipsum in ista pecuniæ amissione consolari. *Contra.*] Dolorem scilicet & indignationem adversus homines peccantes, & Deos non punientes. *Solatia*, *&c.*] Id est, remedia fortunæ adversæ sibi comparare, consequi, reportare. *Lubin.*

121. *Qui*, *&c.* Cynicorum & Stoicorum sectam gravissimus ille Antisthenes, Socratis discipulus incepit; Diogenes & Crates Thebanus absolvit. Porro Cynici cum Stoicis opes contemnebant, dicentes Virtutem nulla re indigere, & sibi sufficere ad beatam vitam. *Lubinus.* *Dogmata.*] Sententias & opiniones Stoicorum. *Et qui nec Cynicos, nec Stoica*, *&c.*] Non quod Stoici simplici pallio uterentur, Cynici duplici, ut vult Interpres: sed quod hi sine tunica essent, quam illi gestabant, in doctrina convenirent. Ergo idem pallium utriusque sectæ, hoc est Tribonium. Stoicos ergo à Cynicis sola tunica distinctos tradit Juvenalis. *Ferrar.*

122. *A Cynicis*, *&c.*] Cynici enim duplex pallium gestabant, Stoici vero tantum tenue & simplex. Cæterum in doctrina nihil erat discriminis. *Lubinus.* Stoici ergo tunicas, ut reliqui Philosophi & Græci omnes, gestabant, quibus carebant Cynici. Hi tamen sub pallio nudi non erant, ne quis id censeat; nec pallium ἐπὶ γυμνῷ gerebant, sed interulas sive lineas tuniculas induti habebant. *Salmas.* *Non*, *&c.*] Non veneratur, & per hoc non legit Epicurum in voluptate & tranquillitate summum bonum ponentem.

123. *Exigui*, *&c.*] Paucis contentum; fuit autem Epicurus, teste Seneca, sobrius admodum, parvo horto & oleribus contentus: ejusque schola fuit in horto. *Lætum.*] Non sine voluptate contentum. *Plantaribus.*] Olusculis *Lubin.*

124. *Curentur*, *&c.*] Gravibus afflicti ærumnis gravem poscunt philosophum, qui consoletur & curet. *Farnab.* Per Allegoriam à medicis desumtam demonstrat Calvino damnum suum adeo magnum non esse. *Dubii*, *&c.*] De quorum valetudine recuperanda dubitatur. Intelligit ipsos, qui magna damna sunt perpessi. *Medicis*, *&c.*] Intelligit præstantes

Philo-

Tu venam vel discipulo committe Philippi.
Si nullum in terris tam detestabile factum
Ostendis, taceo, nec pugnis cædere pectus
Te veto, nec plana faciem contundere palma:
Quandoquidem accepto claudenda est janua damno,
Et majore domus gemitu, majore tumultu
Planguntur nummi, quam funera: nemo dolorem
Fingit in hoc casu, vestem diducere summam

Con-

VET. SCHOLIAST.

129. *Claudenda, &c.*] Quasi lugentes januas claudunt, cum damnum pertulerunt.

131. *Nemo, &c.*] Sed vere plangunt damna.

VARIORUM.

Philosophos Stoicos, medicos animorum. Quasi dicat, in tam exigua jactura te non consolabor rationibus Philosophicis. *Idem.*

125. *Tu, &c.*] Id est, tu venam incidendam, teque curandum trade etiam rudi medico, ut discipulo Philippi Id est, ego etiam rudis & plebeius, non animi medicus aut Philosophus te consolabor Id est, tu cujus damnum levius est, non ita gravi consolatore opus habes *Idem.*

126. *Si nullum, &c.*] Id est, si demonstrares alium non similia, imo graviora esse perpessum, caussam non dico, quin ægerrime damna tua feras *Tam, &c.*] Quale ejus est factum, qui te decepit, cum tamen longe detestabiliora passim inveniantur *Idem.*

127 *Taceo.*] Te consolari desino, non prohibeo te plorare, & muliebri more plangere. *Nec, &c.* In signum animi gravissime dolentis & perturbati, quod & in maximis doloribus fieri solitum. *Idem.*

128. *Nec plana*] Id est, aperta manu faciem contundere & percutere, id est, plangere & lamentari. *Idem.*

129. *Quandoquidem, &c.*] Non vetat inquam te dolere, quandoquidem janua ex claudenda: id est, quandoquidem libet addere dolorem damno, vel quandoquidem nulla tibi amplius est habendi spes, illud domum redituum, quod amisisti. Videturque sumtum ex vulgato Proverbio, quod solet dici in eos, qui pecoris sui diligentes non fuere custodes, quibus per densum imperatur, ut accepto damno stabulum claudant, per hoc sciant, sibi ereptam esse spem recuperandi, quod amiserunt. *Britannicus.* *Claudenda janua* Lugentes enim in luctus signum solebant & adhuc solent, januas & fenestras claudere. *Lubin.*

130. *Majore, &c.*] Imo vero morte amicorum plurimorum, plurimi lætantur, jactura vero externorum bonorum omnes lamentantur.

131 *Nummi.* Et ratio est:
Χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι.
Et plerique nummos magis amant, quam homines. *Lubin.*

132. *Fingit, &c.*] Est autem ordo. Nemo, ut in funere fieri aliquando solet, contentus est in hoc casu cum pecunia amissa est, vestem summam deducere, & oculos lacrymis invitis, vi extortis & expressis vexare & torquere, nemo fingit dolorem Alii legunt, *Fingit Schegkius* procem. 5. *In hoc casu*] In amissione bonorum *Diducere.* Distrahere, & conari dilacerare, summam vestem, vel fimbriam vestimenti, in signum luctus vel mœroris magni. *Idem.* Vel aperire, ut pectus appareat.

133.

Effigies inter vestras, statuamque Vagelli.
Accipe quæ contra valeat solatia ferre,
Et qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata legit
A Cynicis tunica distantia; non Epicurum
Suspicit exigui lætum plantaribus horti.
Curentur dubii medicis majoribus ægri:

Tu

VET. SCHOLIAST.

119. *Statuamque, &c.*] Ut video, in-[...], inter vos & Vagellium, qui ut vos stultissimus accepit statuam.

120. *Accipe, &c.*] Quæ valeat adferre solata Juvenalis tibi.

121. *Et, &c.*] Dicit Cynicorum & Stoicorum dogma convenire, tantum [...]e distare. Nam Cynica hæresis mater Stoicæ. Cynici absque tunica & pallio [...]erto brachio.

123. *Exigui, &c.*] Qui in hortis de [...]o & voluptate disputat.

124. *Curentur, &c.*] Per Allegoriam sufficere se dicit in solatium amico damnum inferenti.

VARIORUM.

[N]egligenter vos Dii res humanas curatis, & tam stupidi estis, ut nullum putem discrimen habendum inter statuas vestras & Bathylli.

119. *Vagelli*] Hominis stultissimi. *Lub.* Alii legunt *Bathylli*, qui Citharœdus & Pantomimus, statuam in Samo, in Junonis templo habuisse dicitur, à Polycrate tyranno ipsi dedicatam.

120. *Accipe quæ.*] Jam Juvenalis contra dolorem remedia adfert, non ex Philosophorum Stoicorum monumentis deprompta, sed unicuique parabilia in promtu & facili. Quasi dicat, unusquisque vel rudis potest se & se ipsum in ista pecuniæ amissione consolari. *Contra.*] Dolorem scilicet & indignationem adversus homines peccantes, & Deos non punientes. *Solatia, &c.*] Id est, remedia fortunæ adversæ sibi comparare, consequi, reportare. *Lubin.*

121. *Qui, &c.* Cynicorum & Stoicorum sectam gravissimus ille Antisthenes, Socratis discipulus incepit; Diogenes & Crates Thebanus absolvit. Porro Cynici cum Stoicis opes contemnebant, dicentes Virtutem nulla re indigere, & sibi sufficere ad beatam vitam. *Lubinus.* *Dogmata.*] Sententias & opiniones Stoicorum. *Et qui nec Cynicos, nec Stoica, &c.*] Non quod Stoici simplici pallio uterentur, Cynici duplici, ut vult Interpres: sed quod hi sine tunica essent, quam illi gestabant, in doctrina convenirent. Ergo idem pallium utriusque sectæ, hoc est Tribonium. Stoicos ergo à Cynicis sola tunica distinctos tradit Juvenalis. *Ferrar.*

122. *A Cynicis, &c.*] Cynici enim duplex pallium gestabant, Stoici vero tantum tenue & simplex. Cæterum in doctrina nihil erat discriminis. *Lubinus.* Stoici ergo tunicas, ut reliqui Philosophi & Græci omnes, gestabant, quibus carebant Cynici. Hi tamen sub pallio nudi non erant, ne quis id censeat, nec pallium ἐπὶ χρωτὸς gerebant, sed interulas sive lineas tuniculas induti habebant. *Salmas.* *Non, &c.*] Non veneratur, & per hoc non legit Epicurum in voluptate & tranquillitate summum bonum ponentem.

123. *Exigui, &c.*] Paucis contentum; fuit autem Epicurus, teste Seneca, sobrius admodum, parvo horto & oleribus contentus: ejusque Schola fuit in horto. *Lætum*] Non sine voluptate contentum. *Plantaribus.*] Olusculis *Lubin.*

124. *Curentur, &c.*] Gravibus afflicti ærumnis graverm poscunt philolophum, qui consoletur & curet. *Farnab.* Per Allegoriam à medicis desumtam demonstrat Calvino damnum suum adeo magnum non esse. *Dubii, &c.*] De quorum valetudine recuperanda dubitatur. Intelligit ipsos, qui magna damna sunt perpessi. *Medicis, &c.*] Intelligit præstantes Philo-

Tu venam vel discipulo committe Philippi.
Si nullum in terris tam detestabile factum
Ostendis, taceo, nec pugnis cædere pectus
Te veto, nec plana faciem contundere palma:
Quandoquidem accepto claudenda est janua damno,
Et majore domus gemitu, majore tumultu
Planguntur nummi, quam funera: nemo dolorem
Fingit in hoc casu, vestem diducere summam

Con-

VET. SCHOLIAST.

129. *Claudenda, &c.*] Quasi lugentes januas claudunt, cum damnum pertulerunt.

131. *Nemo, &c.*] Sed vere plangunt damna.

VARIORUM.

Philosophos Stoicos, medicos animorum. Quasi dicat, in tam exigua jactura te non consolabor rationibus Philosophicis. *Idem.*

125. *Tu, &c.*] Id est, tu venam incidendam, teque curandam trade etiam rudi medico, ut discipulo Philippi. Id est, ego etiam rudis & plebeius, non animi medicus aut Philosophus te consolabor. Id est, tu cujus damnum levius est, non ita gravi consolatore opus habes. *Idem.*

126. *Si nullum, &c.*] Id est, si demonstrares alium non similia, imo graviora esse perpessum, caussam non dico, quin ægerrime damna tua feras. *Tam, &c.*] Quale ejus est factum, qui te decepit, cum tamen longe detestabiliora passim inveniantur. *Idem.*

127. *Taceo.*] Te consolari desino, non prohibeo te plorare, & muliebri more plangere. *Nec, &c.*] In signum animi gravissime dolentis & perturbati, quod & in maximis doloribus fieri solitum. *Idem.*

128. *Nec plana.*] Id est, aperta manu faciem contundere & percutere, id est, plangere & lamentari. *Idem.*

129. *Quandoquidem, &c.*] Non vetat, inquam te dolere, quandoquidem janua est claudenda, id est, quandoquidem lubet addere dolorem damno, vel quandoquidem nulla tibi amplius est habendi spes, aliud domum rediturum, quod amisisti. Videturque sumtum ex vulgato Proverbio, quod solet dici in eos, qui pecoris sui diligentes non fuere custodes, quibus per derisum imperatur, ut accepto damno stabulum claudant, per hoc sciant, sibi ereptam esse spem recuperandi, quod amiserunt. *Britannicus.* *Claudenda janua.*] Lugentes enim in luctus signum solebant & adhuc solent, januas & fenestras claudere. *Lubin.*

130. *Majore, &c.*] Imo vero morte amicorum plurimorum, plurimi lætantur, jactura vero externorum bonorum omnes lamentantur.

131. *Nummi.*] Et ratio est:

Χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι.

Et plerique nummos magis amant, quam homines. *Lubin.*

132. *Fingit, &c.*] Est autem ordo. Nemo, ut in funere fieri aliquando solet, contentus est in hoc casu, cum pecunia amissa est, vestem summam deducere, & oculos humoribus invitis, vi extortis & expressis vexare & torquere, nemo fingit dolorem. Alii legunt, *Fugit.* Sebergius procem. 5. *In hoc casu.*] In amissione bonorum. *Diducere.*] Distrahere, & conari dilacerare, summam vestem, vel fimbriam vestimenti, in signum luctus vel mœroris magni. *Idem.* Vel aperire, ut pectus appareat.

133.

Hæc ibi si non sunt, minor exstat sacrilegus, qui
Radat inaurati femur Herculis, & faciem ipsam
Neptuni, qui bracteolam de Castore ducat.
An dubitet solitus totum conflare Tonantem?
Confer & artifices, mercatoremque veneni,
Et deducendum corio bovis in mare, cum quo
Clauditur adversis innoxia simia fatis.
Hæc quota pars scelerum, quæ custos Gallicus urbis
Usque

VET. SCHOLIAST.

151. *Radat*, *&c.*] * Dropacistæ dicit, qui cera de inauratis statuis aurum tollunt.

153. *An*, *&c.*] Id est, qui non dubitet etiam ipsius Jovis statuam conflare.

154. *Mercatoremque*, *&c.*] Dubium, venditorem an emptorem dicit.

155. *Et deducendum*, *&c.*] Culleo nam insui consueverant, qui hæc scelera tentarent, id est, parricidæ cum simia & serpente, & in mare mitti. Innoxia, pro innocens.

157. *Quæ*, *&c.*] Nomen Præfecti vigilum, qui institutus est postquam Galli Capitolium ceperunt.

VARIORUM.

Diis consecrata. *Positæ*, *&c.*] Utpote à Romulo cæterisque regibus, quorum coronæ in eorum memoriam templis Deorum affigebantur. *Britann.*

150. *Hæc*, *&c.*] Si ibi in templis tam magna donaria, quæ sacrilegio auferat non inveniuntur, non deest minor sacrilegus, qui saltem aliquid auri abradit & divellit à femore inaurato statuæ Herculis. *Idem.*

151. *Faciem*, *&c.*] Qui Neptunus, vel cujus statua auream habebat barbam, quam illi sacrilegi interdum petebant. *Idem.*

152. *Qui*, *&c.*] Tenuem aliquam laminam de statua Castoris aurea vel argentea. *Idem.*

153. *An*, *&c.*] Tam tenues bracteas deradere, scilicet, minor sacrilegus esse, qui maximus esse non dubitat, quum ausus sit totam Jovis statuam furto auferre & liquefacere.

154. *Confer*, *&c.*] Subjungit jam alia graviora, quorum collatione dolorem suum facile possit lenire & sublevare. Id est, compara cum perjuro tuo veneficos, qui venena parant, & aliis vendunt. Porro hominem è medio tollere longe gravius scelus est, quam ejus bona fraude occupare. *Mercatorem.*] Venditorem simul & emtorem. *Lubinus.*

155. *Et*, *&c.*] Parricidam intelligit, de cujus supplicio dictum superius Sat. 8. vers. 214. *Corio*, *&c.*] Culleo includendum cum gallo, cane, simia, & serpente. *Politianus* Miscell. c. 20. Culleus enim est saccus factus e coriis. *in mare.*] Quod si abesset longius, in proximum amnem. *Magius* 4. cap. 8. *Cum quo.*] Parricida clauditur, & una culleo insuitur.

156. *Adversis*, *&c.*] Ingeniose dictum. Quæ quidem simia adverso & infesto fato in pœnam genita, quæ cum tam scelerato homine mori cogatur innocens. *Rhodiginus* lib. 6. cap. 13. *Innoxia.*] In sociam pœnam destinata, cum ipsa non occiderit parentem. *Farnab.*

157. *Hæc*, *&c.*] Id est, hæc quæ tu pateris, si cum illis conferantur, quæ custos Gallicus per totum diem audire cogitur, videbis adhuc particulam esse omnium minimam. *Quota*, *&c.*] Minima scilicet. *Custos*, *&c.*] Rutilium Gallicum intelligit, qui apud Domitianum primas dignitatis partes obtinebat, ad eumque totius urbis jura ab aliis magistratibus deferebantur. Ob id *custos*, ait *Lubin.*

Usque à Lucifero, donec lux occidat, audit?
Humani generis mores tibi nosse volenti
Sufficit una domus. paucos consume dies, &
Dicere te miserum, postquam illinc veneris, aude.
Quis tumidum guttur miratur in Alpibus? aut quis
In Meroë crasso majorem infante mamillam?
Cærula quis stupuit Germani lumina? flavam
Cæsariem, & madido torquentem cornua cirro?
Nempe quod hæc illis natura est omnibus una.

Ad

VET. SCHOLIAST.

160. *Sufficit, &c.*] Gallici scilicet domus, ubi hæc omnia audiuntur quotidie.

162. *Quis, &c.*] Quis potest, inquit, talia scelera suis in locis, ubi omnes tales sunt, mirari tanquam si in Alpibus gutturosos homines admireris, ubi tales sunt plurimi scilicet: nam lata & inflata colla habent.

164. *Cærula, &c.*] Glaucos oculos, & capillos rubeos.

166. *Nempe, &c.*] Ideo non est mirum.

VARIORUM.

158. *Usque, &c.*] A summo mane ad vesperam cogitur judicare & audire scelera hominum *Idem.*

159 *Humani, &c.*] Si scelera & flagitia hominum cognoscere desideras, non opus est ut totam urbem Romam introspicias, unica Gallici Rutilii domus, ubi hæc omnia audiuntur quotidie, tibi sufficit, in qua si paucos dies consumseris, & commoraveris, ibi audies alios longe graviora & pejora pati *Idem.*

161 *Aude.*] Si potes Quasi diceret, non audebis te miserum dicere, quum alii longe te sint calamitosiores.

162. *Quis, &c.* Probat aliquem absurdissime facere, qui scelera hominum eo in loco demiretur, ubi sceleribus nihil sit frequentius, non secus ac si quis in Alpibus homines strumosos demiretur, qui ibi sint frequentissimi, ab aquarum quæ potantur plerumque vitio. &c. *Tumidum, &c.*] Ex struma. *Brodæus* Miscell. cap 17 *Plinius* lib. xi cap 37

163 *In Meroe.* In insula vel civitate Ægypti ad Nilum in Æthiopia, distat à Syene quinque millibus stadiorum: cujus incola dimidio plus aliis vivunt, & fœminæ sæpe etiam majores infante crasso & corpulento mamillas habent. *Pomponius Mela.* Solinus, cap. 35. *Sat.* 6. vers 527.

164. *Cærula.* Glaucos & cæruleos oculos, & rufam aut flavam cæsariem Germani præ aliis populis habent. *Stupuit, &c.* Cum stupore demiratur tanquam insolitum. *Lubin. Flavam, &c*] Ubi cæsaries complicatur & torquetur instar cornu, idque cirro vel capillo crispante & madido. *Lubin.*

165 *Et, &c.*] Torquent cornua, madido cirro, qui comam obliquant, ut in circum ac nodum eam cogant. *Cornua* vocat longas crinium settas, quæ torquentur, ut in nodum mitti possint. Græci & κέρατα appellant. inde & *cornua* & *crines* in fluminibus, τὸ πολυκέρατον, & rami Madidus autem cirros Germanorum, quia crebro comas lavabant saponibus Qui nodos dant crinibus Germanorum, iisdem & cirros tribuunt, & eorum proprios faciunt. *Salmasius. Plin. Madido.*] Unguentis delibuto. *Grang.*

166. *Nempe quod*] Eo nemo illos demiratur, quod omnibus una sit natura; ita nobis Romanis una est omnibus natura, sceleratos esse. *Lubin.*

167. Ad,

Hæc ibi si non sunt, minor exstat sacrilegus, qui
Radat inaurati femur Herculis, & faciem ipsam
Neptuni, qui bracteolam de Castore ducat.
An dubitet solitus totum conflare Tonantem?
Confer & artifices, mercatoremque veneni,
Et deducendum corio bovis in mare, cum quo
Clauditur adversis innoxia simia fatis.
Hæc quota pars scelerum, quæ custos Gallicus urbis
Usque

VET. SCHOLIAST.

151. *Radat*, &c.] * Dropacistæ dicuntur, qui cera de inauratis statuis aurum tollunt.

153. *An*, &c.] Id est, qui non dubitat etiam ipsius Jovis statuam conflare.

154. *Mercatoremque*, &c] Dubium, venditorem an emptorem dicit.

155. *Et deducendum*, &c.] Culleo eum insui consueverant, qui hæc scelera patrarent, id est, parricidæ cum simia & serpente, & in mare mitti. Innoxia, pro innocens.

157. *Quæ*, &c.] Nomen Præfecti vigilum, qui institutus est postquam Galli Capitolium ceperunt.

VARIORUM.

Diis consecrata. *Positam*, &c.] Utpote à Romulo cæterisque regibus, quorum coronæ in eorum memoriam templis Deorum affigebantur. *Britann.*

150 *Hæc*, &c.] Si ibi in templis jam magna donaria, quæ sacrilegio auferat non inveniuntur, non deest minor sacrilegus, qui saltem aliquid auri abradit & divellit à femore inaurato statuæ Herculis. *Idem.*

151. *Faciem*, &c.] Qui Neptunus, vel cujus statua auream habebat barbam, quam illi sacrilegi interdum petebant. *Idem.*

152. *Qui*, &c.] Tenuem aliquam laminam de statua Castoris aurea vel argentea. *Idem.*

153. *An*, &c.] Tam tenues bracteas tollendere. scilicet, minor sacrilegus ille, qui maximus esse non dubitat, quum ausus sit totam Jovis statuam furto auferre & liquefacere

154. *Confer*, &c.] Subjungit jam alia graviora, quorum collatione dolorem suum facile possit lenire & sublevare. Id est, compara cum perjurio tuo veneficos, qui venena parant, & aliis vendunt. Porro hominem è medio tollere longe gravius scelus est, quam ejus bona fraude occupare. *Mercatorem.*] Venditorem simul & emtorem. *Lubinus.*

155. *Et*, &c.] Parricidam intelligit, de cujus supplicio dictum superius Sat. 8. vers. 214 *Corio*, &c.] Culleo includendum cum gallo, cane, simia, & serpente. *Politianus* Miscell. c 20 Culleus enim est saccus factus e coriis. *in mare*] Quod si abesset longius, in proximum amnem. *Magius* 4. cap 8. *Cum quo* Parricida clauditur, & una culleo insuitur

156. *Adversis*, &c.] Ingeniose dictum. Quæ quidem simia adverso & infesto fato in pœnam gestita, quæ cum tam scelerato homine mori cogatur innocens. *Rhodiginus* lib. 6 cap. 13. *Innoxia* In sociam pœnam destinata, cum ipsa non occiderit parentem. *Farnab.*

157. *Hæc*, &c.] Id est, hæc quæ tu pateris, si cum illis conferantur, quæ custos Gallicus per totum diem audire cogitur, videbis adhuc particulam esse omnium minimam. *Quota*, &c Minima scilicet *Custos*, &c.] Rutilium Gallicum intelligit, qui apud Domitianum primas dignitatis partes obtinebat, ad eumque totius urbis jura ab aliis magistratibus deferebantur. Ob id *custos*, ait *Lubin.*

Arbitrio. manet illa tamen jactura, nec unquam
Depositum tibi sospes erit: sed corpore trunco
Invidiosa dabit minimus solatia sanguis.
At vindicta, bonum vita jucundius ipsa.
Nempe hoc indocti, quorum præcordia nullis
Interdum, aut levibus videas flagrantia caussis.
Quantulacunque adeo est, occasio, sufficit iræ.
Chrysippus non dicit idem, nec mite Thaletis
Ingenium, dulcique senex vicinus Hymetto,
Qui

VET. SCHOLIAST.

178. *Sed, &c.*] Id est, etiam si decollerur, nihil inde lucri habebis, nisi invidiosam defensionem. Sed dicis, Bona res est vindicari.

181 *Nempe, &c.*] Imperiti, qui nullis caussis pœnas exposcunt, Sapientis est damnum qualecunque usque ad iracundiam ut procedat non etiam ad vindictam debere reddi pœnam.

184 *Chrysippus, &c.*] Non hoc præcipit Philosophia, ut rependantur malis vices.

VARIORUM.

grum incepit. *Nostro, &c.*] Quasi dicat, Imo vero ille plura patitur, quam nos vellemus. Ille vero, anima & conscientia illa tormenta experitur, cum quibus nullum corporis tormentum conferendum. *Quid, &c.*] scilicet *nostra*, quam ut puniatur ita ut volumus.

177. *Manet, &c.*] Est objectio secunda Calvini, quod tamen interea damnum illud sibi manet pecuniæ depositæ, quam perdidit, nec hoc modo resarciri: Ut vel maxime ille puniatur à conscientiæ tormentis. *Idem.*

178. *Sospes.*] Integrum & salvum, ut tibi restituatur. *Sed, &c.*] Rogat Juvenalis increpans ejus sævitiam: Si videres eum corporis pœnam subire, & mutilato corpore, vel decollatum jacere, an tum haberes damni tui solatia? *invidiosa solatia*, i. e. invidenda, solatia amplissima, quæ merito aliquis mihi posset invidere, Vel, quæ mihi invidiam & odium contrahent. *Idem.*

179 *Minimus, &c.*] Quantumlibet paucus, tamen potior tibi foret omnibus illis animi tormentis.

180. *At, &c.*] Et hæc per objectionem. Id est, vindicta quæ in oculos incurrit, vel per carnificem, vel per nosmetipsos exercetur. *Idem.*

181. *Nempe, &c.*] Respondet Poëta ad has objectiones, & dicit, homines stultos ac indoctos imbecilles iræ esse ac vindictæ cupidos, non viros sapientes. *Indocti*, Rudes, imperiti, qui sæpe etiam ob nullas caussas irascuntur, & pœnas exigunt. *Quorum, &c.*] Id est, quorum cor sæpe præter rem, ob nullam caussam videas incandescere, & ira flagrare. *Idem.* Ex opinione Stoicorum, qui volunt iram in pectore moveri effervescente circa cor sanguine. Senec. l. II. de ira, cap. 19

182 *Levibus, &c.*] Verissime dictum, quo quisque animo imbecillior, hoc citius irascitur. *Idem*

183. *Quantulacunque.*] Quibus etiam quævis occasio, quamvis minima & nullius momenti ad iram provocandam sufficit. *Sufficit.*] Ad iram & indignationem animo concipiendam, vel materiam irascendi præbet. *Idem.*

184 *Chrysippus.*] Hic acutissimi ingenii Stoicus, omnes adfectus improbabat. Fuit dialecticus subtilissimus, Cleanthis & Zenonis discipulus, adeo ut de illo dictum sit, Si Dii Dialectica

præten-

Qui partem acceptæ sæva inter vincla cicutæ
Accusatori nollet dare. plurima felix
Paulatim vitia, atque errores exuit omnes,
Prima docens rectum sapientia: quippe minuti
Semper, & infirmi est animi, exiguique voluptas
Ultio. continuo sic collige, Quod vindicta
Nemo magis gaudet, quam fœmina. cur tamen hos tu
Eva-

VET. SCHOLIAST.

186. *Qui, &c.*] Socrates philosophus Atheniensis cum argueretur proditionis, receptus est in carcere cum accusatore, qui cum sibi daret venenum, accusatori petenti noluit dare.

187. *Plurima, &c.*] Generaliter, pro Quicunque felix, id est, doctus & sapiens Potior ergo est sapientia, quam felicitas. Si quidem illa paulatim amittit, hæc statim purgat.

188. *Atque, &c.*] Sapientia.

189. *Quippe minuti, &c.*] Feminei dicit.

192. *Nemo, &c.*] Quia vincitur animus sexus iracundia.

VARIORUM.

uterentur, præceptis Chrysippi usuros. Hic risu effuso exspiravit. *Non dicit idem.*] Sc. Vindictam esse bonum jucundius vita. *Mite, &c.*] Sapientes idem non sentiunt, qui injuriam contemnendam esse dicunt. Thales autem non facile ad iram ulla injuria commovebatur, qui fuit unus è septem sapientibus Græciæ *Idem.*

156. *Dulcique, &c.*] Id est, Socrates Atheniensis, qui sub falso crimine, quasi de Diis male sentiret, capitis damnatus, datam à ministro publico cicutam, intrepidus hausit. *Farn. Vicinus.*] Prope illum natus. Est autem *Hymettus mons* in Attica prope Athenas, mella producens, & marmore nobilis. De eo Laërtius. *Idem.*

186. *Qui, &c.*] Qui Socrates quamvis injuste condemnatus, mori non recusavit, & cum à Lysia oratore defendi potuerit, noluit: nec voluisset par pari referre, quamvis potuisset. Nullius enim injuria commovebatur, & semper eodem vultu apparuit, quem ne quidem cum cicutam biberet, mutavit. Semper contendens miseriorem esse qui facit, quam qui afficitur injuria.

187. *Accusatori.*] Pro accusatoribus suis: nam tres fuerunt, Anytus, Lycon & Melitus. *Britannicus. Plurima, &c.*] Commendat sapientiam & Philosophiam, quæ prima omnium recta docet, quæ plurima vitia paulatim animis hominum eximit, & paulo post omnes errores, & animi perturbationes. *Felix.*] Felices & fortunatos faciens *Idem.*

188. *Paulatim.*] Pedetentim, & successive *Errores.*] Perturbationes. *Idem.*

189. *Docens, &c.*] Al. *docet* Justum, & naturæ rationique conveniens. *Sapientia.*] Philosophia de moribus, quæ imprimis iræ, & reliquis adfectibus frena injicit, & vindictam docet committere. *Lubin. Quippe, &c.*] Illa *voluptas, ultio,* est fœminei & exigui animi, qui scilicet non potest præ impotentia moderari vehementiæ iræ: Contrà alti & sublimis animi, injurias & contumelias contemnere, ut recte à Mantuano dictum sit,

Fortior est, qui se quam qui fortissima vincit
Mœnia, nec virtus altius ire potest. Id.

191. *Continuo, &c.*] Ergo statim, breviter hoc puta. Probat quod dixit, vindictæ cupiditatem esse animorum imbecillium, ut sunt mulieres. Quo enim minor est animus, eo adfectibus magis percellitur & superatur. *Lubin.*
Collige.] Argue, conclude.

192. *Quam, &c.*] Fœminæ maxime gau-

Evasisse putes, quos diri conscia facti
Mens habet attonitos, & surdo verbere cædit
Occultum quatiente animo tortore flagellum?
Pœna autem vehemens, ac multo sævior illis,
Quas & Cæditius gravis invenit, & Rhadamanthus,
Nocte, dieque suum gestare in pectore testem.
Spartano cuidam respondit Pythia vates;

Haud

VET. SCHOLIAST.

194. *Mens*, &c.] Id est conscientia sua pœnis & verberibus adficit.

197. *Quas*, &c.] Cædicium aulicum Neronis crudelissimum fuisse vult intelligi satellitem.

199. *Spartano.*] Glaucum dicit genere Spartanum, qui creditum fidei suæ thesaurum, à Milesio quodam, & repetentibus hanc pecuniam heredibus filiis ejusdem Milesii, reddere dubitavit. cum Apollinem consuluisset quid sibi suaderet, fraudaretne perjurio quod ad sacramentum vocaretur, an sine sacramento fidei commissum redderet: cui Deus respondit, pœnas soluturum hoc ipso quod dubitavit creditum restituere. Quo responso Glaucus territus, paravit se citra sacramentum reddere. Hæc narratio in VII. historia Herodoti est. Reddidit ergo Glaucus quia timuit, non quia voluit: unde pœnas dignas sceleris non effugit. Hoc est apud Herodotum, [illegible] αὐτόν.

VARIORUM.

gaudent vindicta. Sed fœminæ sunt infirmi animi. Ergo &c. *Farnab. Cur*, &c.] Non est, inquit, quod putes hos perjuros effugere supplicium & non torqueri. Britann.

193 *Quos*, &c.] Nam, ut gravissime Seneca ait, maxima peccantium pœna est, peccasse. *Idem*

194 *Attonitos*] Id est, quos conscientia de diris sceleribus & flagitiis perpetratis semper pavidos, anxios, & perturbatos habet formidine pœnæ, quam conscientia semper ante oculos ponit. *Surdo*, &c.] Id est, tacito & latenti tormento, ab aliis non intellecto, animum & interiora adfligente, quod nominat *occultum flagellum*. Hæ sunt illæ Furiæ infernales, quibus Orestes, Alcmæon & alii fuerunt agitati. *Idem.*

195 *Animo*, &c.] Præstante officium tortoris: Quo nullum tormentum truculentius. Unde Democritus dixit, neminem usque adeo fortem & magnanimum esse, quem non mala conscientia redderent timidissimum.

196 *Pœna*, &c.] Ad sequentia refer. Nocte & die suum testem in pectore gestare, est pœna vehemens. *Vehemens.*] Gravis & intolerabilis, qua quis in universo mundo angustias patitur. *Lubin.*

197 *Cæditius.*] Judex illius temporis apud Vitellium crudelissimus, qui semper gravioribus suppliciis delectabatur. *Rhadamanthus*] Inferorum judex justissimus, & maxime severus, Jovis ex Europa filius, rex Lyciæ fuit. *Lubin.*

198. *Nocte*, &c] Testem scilicet, qui nunquam cessat accusare, reum convincere, & de illo supplicium sumere, quo nulla pœna, nullus cruciatus, nullum tormentum gravius & truculentius excogitari potest, & quod ipsum, severi pœna infernalis. *Idem* Conscientiam carnificem. Unde egregie Ausonii illud

Turpe quid ausurus te sine teste time.

Idem. Ex illo Quintiliani, *Conscientia mille testes*

199 *Spartano*, &c.] Glauco. Per historiam ostendit fieri non posse, ut qui depositum abnegarit, pœnam effugiat. Cum Glaucus Spartanus cum tota domo interierit, non solum quia depositum non reddiderit, sed quod cogitaverit

Haud impunitum quondam fore, quod dubitaret
Depositum retinere, & fraudem jure tueri
Jurando: quærebat enim quæ Numinis esset
Mens, & an hoc illi facinus suaderet Apollo.
Reddidit ergo metu, non moribus, & tamen omnem
Vocem adyti dignam templo, veramque probavit;
Exstinctus tota pariter cum prole domoque,
Et quamvis longa deductis gente propinquis.
Has patitur pœnas peccandi sola voluntas.

Nam

VET SCHOLIAST.

201. *Depositum*, &c.] Non reddere fidei commissum, sed pejerare.

204. *Reddidit*, &c.] Timens pœnam, non pro voluntate.

205. *Vocem*, &c.] Quæ illi Apollo fuerat minitatus.

206. *Cum*, &c.] Cum omnibus suis vel propinquis eradicatus est.

208. *Has patitur*, &c.] Qui, inquit, animo scelus cogitat, tanquam commiserit, sic eum conscientia sua torquet.

VARIORUM.

taverit tantum de eo non reddendo. Hanc historiam recitat Herodotus lib. 6. *Pythia.*] Apollinis sacerdos fatidica, qui Pythius dictus à serpente Pythone occiso. *Idem.*

200. *Haud*, &c.] Non inultam tandem aliquando illam malam voluntatem fore & quod Deum tentaret. *Quod dubitaret.*] Nam consuluisse dicitur oraculum, an reddere deberet; deinde etiam repetentibus regessisse, quod non meminisset de accepto, sed melius tamen se consideraturum.

201. *Depositum*, &c.] Fidei commissum non reddere. *Fraudem*, &c.] Id est, suum scelus ac dolum juramento palliare & excusare. *Idem. Jure.*] Tmesis, pro jurejurando.

202. *Quærebat.*] Explorabat & tentabat, ecquid etiam Deus hanc fraudem esset approbaturus. *Lubin.*

203 *Suaderet.*] Summum facinus erat, tentare Deum, an etiam injustitiam approbaret, qui ipsius justitiæ idea videri volebat. *Idem.*

204. *Metu*, &c.] Metu pœnarum quas oraculum minitabatur, juxta illud,

Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Non, &c.] Non amore virtutis & justitiæ, quia timuit, non quia sponte voluit. Secundum illud,

Oderunt peccare boni virtutis amore.

Et, &c.] Quamvis reddiderit. *Idem.*

205. *Vocem*, &c.] Id est, totum oraculum verum fuisse demonstravit. *Adyti.*] Vatis ex adyto, id est, ex loco templi intimo, inaccesso, ab α & δύω. *Dignam*, &c.] Quia Deo & illo templo dignum erat malitiam odisse, & vera prædicere. *Veramque.*] Id est, sensit verum esse, quod ex oraculo audiverat: ipse cum tota familia paulo post extinctus est. *Lubin.*

206. *Exstinctus tota.*] Ut apud Herodianum, Leotychidas recitat l. 6. *Idem.*

207. *Et quamvis.*] Id est, licet illi propinqui longa serie propagati essent. *Idem.*

208. *Has*, &c.] Ex Oraculo hoc dicit. Nam illud iterum responderat, vel ob id ipsum pœnas soluturum, quod voluisset fraudulenter agere, Deumque tentasset. *Sola voluntas.*] Hinc Jctorum illud: *Pari sorte scelus & sceleris voluntatem.*

Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat ullum,
Facti crimen habet. cedo, ſi conata peregit?
Perpetua anxietas, nec menſæ tempore ceſſat,
Faucibus ut morbo ſiccis, interque molares
Difficili creſcente cibo: ſed vina miſellus
Exſpuit: Albani veteris pretioſa ſenectus
Diſplicet. oſtendas melius, denſiſſima ruga
Cogitur in frontem, velut acri ducta Falerno.
Nocte brevem ſi forte indulſit cura ſoporem,
Et toto verſata toro jam membra quieſcunt,

Con-

VET. SCHOLIAST.

209. *Nam*, &c.] Id eſt, qui cogitaverit ſcelus admittere, reus eſt tanquam ſi cogitata perpetraverit.

211. *Nec*, &c.] Nec edendi tempora concedit.

213. *Sed*, &c.] Cum apud conſcientiam ſuam cogitat de admiſſo ſcelere.

216. *Velut*, &c.] Aceto Falerno.

VARIORUM.

tem. *Voluntas habetur pro facto.* Nedum ipſum factum vel peccatum. *Idem.*

209. *Nam ſcelus*, &c. Egregia ſententia, cum ſacris literis conſpirans. non quidem ſecundum humanas leges, ſed ex jure divino. Id eſt, qui cogitavit & deliberavit apud ſe ſcelus committere, reus eſt æque, atque ſi cogitata perpetraſſet. *Idem.*

210. *Facti*, &c.] Apud Deum revera, qui animum reſpicit, reus habetur. Nam ſcelera vel mala facta, non ex ſe vel per ſe adeo mala ſunt, quam quod ex malo animo proficiſcuntur. *Cedo*, &c. Quid tum ſuppliciti credis illum manere, qui re ipſa ſe turpi opere commaculavit? *Conata*. Res cogitatas. Paſſive.

211. *Perpetua*, &c. Redit jam ad demonſtranda conſcientiæ tormenta, quæ ait eſſe continua & perpetua, & demonſtrat, quænam illi tormenta perſentiſcant, qui crimina admiſerunt. *Nec menſæ*, &c.] Inter epulandum, cum genio voluptatique indulgendum erit. Imo tantum abeſt, ut edendi tempus alicui impune indulgeat, ut quoſdam vix reſpirare permittat. *Lubin.*

212. *Faucibus*, &c.] Id eſt, non aliter ac ſi gravi febri correptus eſſet, & ſiccis faucibus nihil deglutire queat, ut cibus ei inter maxillares dentes creſcat, ſic omnia faſtidit. Nam fraudum conſcientia omnia ipſi contaminat, etiam pulcherrima & optima. *Ut*, &c.] Præ attonita trepidatione, & continuo cordis æſtu ſemper ſitiunt & comedere non poſſunt. *Idem.*

213. *Sed*, &c. Vinum pretioſum tanquam inſipidum exſpuit. Ob animi cruciatus etiam corpus paulatim abſumitur & atteritur, nec ſuas facultates integras retinet. Unde etiam ſuaviſſima illis amara. *Lubin.*

214. *Albani*, &c.] Vina vetuſtate ſua commendata. Quod vinum Albanum vetuſtiſſimum & optimum omnibus placet, huic ſoli diſplicet. Plin. lib. 14. cap. 2. & 6.

215. *Oſtendas*, &c.] Id eſt, ſi ipſi melius vinum porrigas, tum indignationis & faſtidii ſignum, rugas in frontem contrahit. *Idem.*

216. *Velut*, &c.] Non ſecus ac ſi acetum ex Falerno vino acerrimum bibiſſet. *Idem.* Sic quidem Lubinus, ſed aliter Grangæus. Duo, inquit, genera Falerni, alterum auſterum, dulce alterum, auſterum melle linire & mitigare ſolebant, ex eoque mulſum conficere, non tamen ita poterat miſceri, quin aliquid auſteritatis retineret.

217. *Nocte*, &c.] Id eſt, ſi ſollicitudo

Continuo templum, & violati Numinis aras;
Et quod præcipuis mentem sudoribus urget,
Te videt in somnis. tua sacra & major imago
Humana turbat pavidum, cogitque fateri.
Hi sunt qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent,
Cum tonat: exanimes primo quoque murmure cœli:
Non quasi fortuitus, nec ventorum rabie, sed
Iratus

VET. SCHOLIAST.

219. *Et, &c.*] Ubi pejeravit.

220. *Sudoribus, &c.*] Ex perturbatione somnii.

221. *Tua, &c.*] Tu illi es pro sacris, cui fraudem fecit.

222. *Cogitque, &c.*] Quod debetur reddat.

225. *Hi sunt, &c.*] Physici nam adserunt ex conflictu ventorum vel nubium, tonitrua vel fulgura fieri: nam ex nimio flatu vel certamine ventorum nubes inter se conlisæ tonitrua & coruscas faciunt, veluti saxa inter se conlisa ignem excutiunt. refer ad vers. 25.

226. *Iratus, &c.*] Propter sua commissa.

VARIORUM.

tudo cor urens ex mala conscientia, postquam diu multumque in lecto se versavit, forte brevem somnum ipsi indulsit, paulo post conscientia scelerum excitatus, rursus evigilat. *Si, &c.*] Quod certum non est, vel saltem rarissimum. *Idem.*

219. *Continuo.*] Somniare incipit de templo in quo pejeravit. Quasi dicat: Etiam sua scelera in somnio & quiete ipsi quietem non indulgent. *Violati, &c.*] Quæ in falsum testimonium citavit. *Idem.*

220. *Et, &c.*] Imprimis te, quem defraudavit, videt. *Quod, &c.*] Parenthesi include. *Præcipuis.*] Præ aliis anxietatibus sudorem excutientibus. *Sudoribus.*] Nam æstuantis animi indicium permaximum sudor. Hic autem *sudores* pro anxietatibus; vel *mens* pro præcordiis, seu ipso corde. Cum
tacita sudant præcordia culpa.
Urget.] Angit, & persequitur. Forte legendum *urit*. Idem.

221. *Te, &c.*] Quem fefellit, & cui depositum denegavit. *Sacra.*] Exsecrabilis, terribilis, tanquam cujusdam infernalis furiæ. Illorum enim facies quibus injuriam fecerunt, semper illis ob oculos versantur. Hinc Orestes furiosus, censet suam matrem semper sibi à tergo esse. *Lubin.* Ordo est, tua imago sacra & major humana, turbat pavidum. Nam existimat se videre imaginem amici circumventi, sacra quadam & venerabili specie, & majore humana effigie, quales solent apparere umbræ. *Britann.*

222. *Fateri.*] Se scelus summum admisisse, & summa etiam pœna dignum esse. *Lubin.*

223. *Hi, &c.*] Mali nimirum nunquam sunt quieti, semper sunt pavidi & meticulosi. Aureum profecto illud Isidori: VIS NUNQUAM TRISTIS ESSE, RECTE VIVE. *Ad, &c.*] Quoties fulgura audiunt, quæ mitti à Jove putant, sceleratis puniendis: quod & de Caligula refertur. *Lubin.*

224. *Exanimes, &c.*] Scilicet sunt, vel concidunt, cumprimum tonitru murmurare inceperit Omne enim peccatum meticulosum & pavidum. Contra bonam conscientia nihil securius, quæ murus aheneus. *Idem.*

225. *Non, &c.*] Ordo est & sensus: exanimes sunt, quasi ignis cadat non fortuitus, nec rabie ventorum, sed iratus, ut vindicet. Dicendo autem *fortuitus* vel *fortuitu* sequitur Epicureos, qui divinam providentiam tollentes omnia casu moveri

Iratus cadat in terras, & judicet ignis.
Illa nihil nocuit, cura graviore timetur
Proxima tempestas: velut hoc dilata sereno.
Præterea, lateris vigili cum febre dolorem
Si cœpere pati, missum ad sua corpora morbum
Infesto credunt à numine: saxa Deorum
Hæc, & tela putant. pecudem spondere sacello
Balantem, & Laribus cristam promittere galli
Non audent. Quid enim sperare nocentibus ægris
Concessum? vel quæ non dignior hostia vita?
Mobilis, & varia est ferme natura malorum.

Cum

VET. SCHOLIAST.

230. *Si*, *&c*] Si cœperit ægrotare.

231 *Infesto*, *&c.*] Irato, læso numine.

232 *Pecudem*, *&c*] Sacrificia promittere pro sanitate recuperanda, non audet tanquam reus.

VARIORUM.

moveri putabant *Britannic.* *Ventorum*, *&c*] Cum illi violenter inter se confligunt. Physici scribunt, quod ex collisione ventorum & nubium, non secus ac lapidum, ignis elicitur *Idem.*

226. *Iratus.*] Sceleribus hominum, tanquam vindex eorundem. *Ut*, *&c.* Ut supplicium de sceleratis sumat *Idem.* *Judicet*] Alii *vindicet.* *Ignis.*] Fulmen, quod est vis ignea quædam.

227. *Illa*, *&c*] Si prima tempestas vel fulgur nihil nocuit, proxima quæ sequitur sollicitudine majori timetur. velut illa tempestas, quæ ipsi pœnam adferet, in diem præsentem sit dilata. *Cura*, *&c.* Majori anxietate. Hujus exemplum habuimus in Caligula. *Lubin.*

228. *Velut hoc*, *&c*] Quasi ex composito in hunc serenum diem, & propterea alias minus metuendum, dilata esset Pro *hoc* ergo mallem legere *huc.*

229. *Præterea*, *&c.* Præterea si in morbum incidant, censent illum vindictæ loco à Deo immissum. *Lateris*, *&c.*] Pleuritida. *Vigili*, *&c*] Utpote in acuto morbo, quæ febris dormire non sinit. *Idem.*

231. *Infesto.*] Irato, læso, & graviter sceleribus offenso. Nihil autem miserius quam Deum sibi offensum credere. *Saxa*, *&c.*] quæ irati in homines sceleratos conjiciant. quibus nocentes percutiant & puniant *Idem.*

232 *Pecudem*, *&c.* Non audent votum facere Nam Deum sibi infestum credunt, & desperant de Dei misericordia, quo nihil esse potest miserius. *Idem*

233. *Balantem*] Non audet ovem, vel agnum sacrificio offerre, tanquam reus. *Cristam*, *&c.* Gallorum fibræ Diis gratissimæ credebantur, quibus Lares & Penates præcipue placari credebantur. Plin. 10. cap. 19. Gallum & Æsculapio solvebat, qui convaluerat.

234. *Quid*, *&c.*] Nihil enim illi sperare possunt Miserrimi sane quibus id negatum, quod omnibus hominibus relictum credebatur *Spes* enim *sola remansit homo.* *Nocentibus*, *&c.*] Ægrotis & scelerati *Lubin*

235. *Vel*, *&c.*] Quam ipsi nocentes: Quæ hostia tam vilis est, quæ pro sceleratorum vita mactari debeat, quæ non potius vivere debeat, quam homines impii & scelerati? *Lubin*

236 *Mobilis.* Nulla constantia est in malis. Illi enim ante facinus & in ipso

fac-

Cum scelus admittunt, superest constantia: quid fas,
Atque nefas, tandem incipiunt sentire peractis
Criminibus. Tamen ad mores natura recurrit
Damnatos, fixa, & mutari nescia. nam quis
Peccandi finem posuit sibi? quando recepit
Ejectum semel attrita de fronte ruborem?
Quisnam hominum est, quem tu contentum videris uno
Flagitio? dabit in laqueum vestigia noster
Perfidus, & nigri patietur carceris uncum,

Aut

VET. SCHOLIAST.

237. *Cum, &c.*] Cum ad perpetrandum scelus venerint, in eadem constantia perstant, ut sperent etiam illicita debere omni modo fieri. peracto facinore, ex ipsa conscientia animi eorum ab illa dejiciuntur constantia.

239. *Tamen, &c.*] Sentiunt se malefacere, & tamen faciunt. Nam ipsam consuetudinem verterunt in naturam.

243. *Quisnam, &c.*] Quis est hominum, qui cum semel peccaverit, non hoc frequenter desideret?

244. *Dabit, &c.*] Ligabitur in carcerem.

245. *Carceris, &c.*] Unco nam ferreo trahebantur à populo, qui merebantur sic puniri.

VARIORUM.

facinore sunt constantes & confidentes, post perpetratum scelus pavidi, meticulosi, & sibi sceleris malè conscii resipiscere volunt; non tamen possunt, ipsi ad vitia proni, dulcedine jam & consuetudine præpediti, atque abjecto pudore in vitiis confirmati. *Nullum enim vitium desinit ubi incipit.* Senec. *Farnab. Malorum.*] Sceleratorum & nocentium hominum.

237. *Superest, &c.*] In scelere perpetrando sunt constantissimi: abundat in illis confidentia. *Idem. Quid, &c.*] Gravissime Seneca: *Quid egeris, tum patebit cum animum ages.* Id est, quantam sceleris magnitudinem admiserint, demum apud se reputare incipiunt, peracto scelere. *Idem.*

239. *Tamen, &c.*] Id est, licet scelerum suorum tormenta sentiant, à scelere tamen abstinere nequeunt, & semper flagitiosos suos mores natura repetit, quia habitum malitiæ contraxerunt, ad vitia redeunt, tanquam sus lauta ad volutabrum, & canis ad vomitum. *Natura, &c.*] i. e. ipsi scelerati, quasi depravatæ naturæ imperio. *Mores.*] Sceleratos, & damnandos, quibus adsuerunt. *Idem.*

240. *Fixa.*] In prava consuetudine & malitia confirmata. *Lubinus. Nam, &c.*] In malo enim & immoderato finis & modus non est. Et ratio est, quia recte agere tantum uno modo possumus, male infinitis. Nam *bonum simplex, malum multiplex.*

241. *Quando, &c.*] Ille tuus perfidus, qui semel verecundiæ, matris virtutum, limites præteriit, nunquam pudorem recipiet, quem semel de perfricta fronte dejecit. *Lubin.*

242. *Ejectum.*] Qui semel transversim ad vitia abreptus est, nunquam ad bonam frugem revertetur. *Attrita, &c.*]. Perfricta: Martialis,

Aut cum perfricuit frontem, posuitque pudorem. Idem.

243. *Quisnam, &c.*] Id eo dicit, nam cum quis semel peccavit impune, sæpius & frequentius peccare desiderat. *Lubin. Uno, &c.*] Ut unum scelus semel admittat, & non idem frequentius repetat.

244. *Dabit, &c.*] Pedibus vincietur olim, & ligabitur qui te decepit. Hoc ergo in consolationem Calvini. *Vestigia, &c.*] Pedes suos in carcerem diriget. *Lubin. Noster perfidus.*] Fraudulentus ille & perjurus, de quo nobis sermo fuit.

245. *Et, &c.*]. Id est, in tenebricoso

carcere

Aut maris Ægæi rupem, ſcopuloſque frequentes
Exſulibus magnis. pœna gaudebis amara
Nominis inviſi: tandemque fatebere lætus
Nec ſurdum, nec Tireſiam quenquam eſſe Deorum.

VET. SCHOLIAST.

247. *Exſulibus, &c.*] *Κατὰ κοινοῦ.* Id eſt, patietur exilium: in inſulam exilio deportabitur.

249. *Nec, &c.*] Dicturus es & potentes & exaudibiles eſſe Deos.

VARIORUM.

carcere unco ferreo conſtringeret. vide Sat. 10. verſ. 66. *Idem.*

246. *Aut, &c.*] In inſulam ejus maris exſilio deportabitur. In illis inſulis rupes & ſcopuli erant. *Scopuloſque, &c.*] Quæ inſulæ frequentatæ ſunt a magnis civibus exulantibus. Gyaram & vicinas Cycladas intelligit. *Grangæus.* Notat tempora ſua, quibus multi & magni cives relegabantur.

247. *Pœna, &c.*] Crudeli & horrendo ſupplicio, quo ſceleratus ille punietur, tu te delectare poteris & recreare, conſiderans Deum eſſe juſtum malorum vindicem.

248. *Nominis, &c.*] Hominis ſcelerati, & tibi inviſi, cujus nomen non niſi ingenti ſtomacho, & indignatione audire queas. *Tandemque, &c.*] Deinum libens & lætus Dei juſtitiam prædicabis, & reſciſces Deum non eſſe ſurdum nec cæcum.

249. *Nec, &c.*] Omnino audire & non negligere perjuria & ſcelera hominum, & preces vindictam contra malos implorantium. *Teireſiam, &c.*] Id eſt, aliquem cæcum, ut Teireſias, qui res hominum introſpicere nequeat. De Teireſia vide Metamorphoſin Ovidii. Hic à Junone viſu privatus fingitur. Hygin. Fab. 75.

SATYRA XIV.

ARGUM. Parentes reprehendit, qui minus pie ac caſte coram liberis viventes, malis exemplis & inſtitutione iis autores ſunt aleæ, gulæ, crudelitatis, libidinis, luxus in ædificiis exſtruendis, ſuperſtitionis & portentoſæ avaritiæ.

PLURIMA ſunt, Fuſcine, & fama digna ſiniſtra,
Et nitidis maculam ac rugam figentia rebus,

Quæ

VET. SCHOLIAST.

1 PLurima ſunt] Contraria mala inſtitutio in naturam vertit. Horatius

——Utcunque defecere mores,
Dedecorant bene nata culpæ.

VARIORUM.

1 PLurima] Hac antepenult. Satyra, quæ *ἠθικωτάτη*, ſanctiſſima & pulcherrima eſt, reddit cauſſam Juvenalis quare tot paſſim flagitioſi & ſcelerati exſtant. Initio hic ſenſus eſt: Plurima ſunt mala facinora, & famoſa ſcelera, ſiniſtra fama digna, quæ ipſi parentes pueris a ſe natis monſtrant, & tanquam hæreditaria tradunt. *Fuſcine.*] Ad hunc Satyra hæc ſcripta, quis vero ille fuerit, non legi. *Fama, &c.*] Infamia, turpia, famoſa, vel quæ malam famam adferunt, & maculam ſiniſtræ famæ alicui adſpergunt. *Lubin.*

2. Et,

Quæ monstrant ipsi pueris, traduntque parentes.
Si damnosa senem juvat alea, ludit & heres
Bullatus, parvoque eadem movet arma fritillo.
Nec melius de se cuiquam sperare propinquo
Concedet juvenis, qui radere tubera terræ,
Boletum condire, & eodem jure natantes
Mergere ficedulas didicit nebulone parente,

Et

VET. SCHOLIAST.

3. *Pueris, &c.*] Filiis. ut Virgilius: *Tuque puerque tuus.*

5. *Bullatus.*] Adhuc parvulus. *Parvoque, &c.*] Fritillus pyxis cornea, qui fimus dicitur Græce. Fritinnire aves dicuntur strepere, aut sonare. Apud antiquos in cornu mittebant tesseras, moventesque fundebant, aut fritillum, pyrgum dixit.

9. *Mergere, &c.*] Id est, à patre didicit luxuriosus, & gulosus.

VARIORUM.

2. *Et, &c.*] Quæ rebus bonis & candidis aliquam turpitudinis maculam inurunt, quæ rebus politis rugam & inæqualitatem aliquam addunt. *Maculam, &c.*] Alii legunt *maculam hæsuram*, id est, non facile eluendam. In quibusdam exemplaribus post primum aut secundum versum ex MSS Canterus & Pulmanus hunc inseri volunt:

Et quod majorum vitio, sequiturque minores.

Quem jure Lipsius removet, ineptum dicens & sententiæ turbatorem. Epist. 15. lib. 4. Fuit enim hic versus pro argumento Satyræ. *Idem.*

3. *Quæ, &c.*] Qui sane plus exemplo, quam peccato nocent. *Idem.*

4. *Si damnosa.*] Primum facinus & scelus alea est. Si pater senex aleæ lusu delectetur, tum puer ejus adhuc bulla, insigni ingenuorum puerorum ornatus, eodem lusu delectatur. *Damnosa.*] Qua integra patrimonia sæpe perdebant. *Heres, &c.*] Nobilis puer adhuc admodum parvulus, & bulla ornatus, quæ cordis effigiem habebat. *Beroald.* Annot. cap. 22.

5. *Parvoque, &c.*] Id est, eadem arma, talos, & ludendi instrumenta, parvo alveolo vel tabula (postea cum adoleverit majori usurus) in qua tesseræ discurrunt, movet, & exercet. *Lubin.* *Parvoque, &c.*] Arma aleatorum sunt tesseræ, tali, aleæ, quæ fritillo moventur & agitantur priusquam jaciantur in abacum, vel alveum. *Fritillum* ergo instrumentum est, vel vasculum, in quo tesseræ fritinniunt, & cum sono subsiliunt, concussæque agitantur. Nam fritillum, juxta vocabuli veriloquium, est διάσειστρον *Fritinnus* vetus vox est, quæ motitationem & subsultationem cum sono significat; à fritinnus igitur diminutivum fritillus: inde *fritinnire* Nonio, *subsilire cum sono.* Salmasius in Fl. Vopiscum.

6. *Nec, &c.*] Filius patre suo melior & frugalior non erit, qui incontinentiam à patre didicit. *Lubinus.* *De se.*] Quam de patre.

7. *Radere, &c.*] Id est, qui tubera terræ radere, & in cibum præparare ad excitandum appetitum. Alii *rodere* legunt, id est, vorare cum aviditate. *Tubera.*] De his dictum Sat 5. Hæc enim habebantur in maximis deliciis. *Lubin.*

8. *Boletum.*] Delicatissimum luxuriosorum ferculum. Est autem boletus genus fungi inter omnes optimi. De hoc etiam Sat. 5.

Vilibus ancipitis fungi ponentur amicis,
Boletus domino. --

Eodem jure, &c.] Delicatissimo condimento, quo boletum condiit. *Natantes, &c.*] Hoc pertinet ad abundantiam & nimium luxum.

9. *Ficedulas.*] In summis deliciis habi-

Aut maris Ægæi rupem, scopulosque frequentes
Exsulibus magnis. pœna gaudebis amara
Nominis invisi: tandemque fatebere lætus
Nec surdum, nec Tiresiam quenquam esse Deorum

VET. SCHOLIAST.

247. *Exsulibus*, &c.] *Κατὰ κοινοῦ.* Id est, potentes exsulum: in insulam exsulio deportaberis.

249. *Nec*, &c.] Dicturus es & potentes & exaudibiles esse Deos.

VARIORUM.

carcere unco ferreo constringemus. vide Sat. 10. vers. 66. *Idem.*

246. *Aut*, &c.] In insulam ejus maris exsilio deportaberis. In illis insulis rupes & scopuli erant. *Scopulosque*, &c.] Quæ insulæ frequentatæ sunt a magnis civibus exsulantibus Gyaram & vicinas Cycladas intelligit. *Grangæus.* Notæ tempora sua, quibus multi & magni cives relegabantur.

247. *Pœna*, &c.] Crudeli do supplicio, quo sceleratus ill tur, tu te delectare poteris & recre sideraus Deum esse justum malor dicem.

248. *Nominis*, &c.] Homin rati, & tibi invisi, cujus nomen ingenti stomacho, & indignatio dire queas. *Tandemque*, &c.] D libens & lætus Dei justitiam præd & fatearis Deum non esse surd cæcum.

249. *Nec*, &c.] Omnino audir negligere perjuria & scelera homi preces vindictam contra malos in tium. *Tiresiam*, &c.] Id est, cæcum, ut Teiresias, qui res ho introspicere nequeat De Teire Metamorphosin Ovidii. Hic à visu privatus fingitur. Hygin. Fab

SATYRA XIV.

ARGUM. Parentes reprehendit, qui minus pie ac caste coram liberis vi malis exemplis & institutione iis autores sunt aleæ, gulæ, crudelitatis, lib luxus in ædificiis exstruendis, superstitionis & portentosæ avaritiæ.

PLURIMA sunt, Fuscine, & fama digna sinistra,
Et nitidis maculam ac rugam figentia rebus,

VET. SCHOLIAST.

1 PLurima sunt.] Contraria mala institutio in naturam vertit. Horatius

——— *Utcunque defecere mores,*
Dedecorant bene nata culpæ

VARIORUM.

1 PLurima.] Hac antepenult. Satyra, quæ *ἠθικωτάτη*, sanctissima & pulcherrima est, reddit caussa malis, quare tot passim flagitiosi tam exsistant. Initio hic sensus e rima sunt mala facinora, & tam fera, sinistra fama digna, quæ ip tes pueris a se natis monstrant, quam hæreditaria tradunt. *Fuscin* hunc Satyra hæc scripta, quis fuerit, non legi. *Fama*, &c.] Infam pia, famosa, vel quæ malam fam ferunt, & maculam nostræ famæ adspergunt. *Lubin.*

sævire docet Rutilus, qui gaudet acerbo
garum strepitu, & nullam Sirena flagellis
mparat, Antiphates trepidi Laris, ac Polyphemus?
m felix, quoties aliquis tortore vocato
itur ardenti duo propter lintea ferro.
id suadet juveni lætus stridore catenæ,
em mire afficiunt inscripta ergastula, carcer

Ru-

VET. SCHOLIAST.

. *Et*, *&c.*] Dulciorem esse flagellostrepitum, quam cantum Sirena-

. *Antiphates*, *&c.*] Carnifex potius, tro domus suæ, quam dominus. rygonum rex Antiphates, & Polyus Cyclops, qui homines comede-

. *Duo*, *&c.*] Id est, sic servus cru t propter duo sabana.

. *Quid*, *&c.*] Paterna crudelitate. *pta*, *&c.*] Quanquam ibi includun inscripti sunt.

.. *Adficiunt.*] Lætum faciunt, dent.

VARIORUM.

ipiis, quæ sunt ab elementis; imo m illis quatuor, terra, aqua, aere &

. *An sævire &c.*] Vel, an potius cruatem docet pater sævus? ut supra m: procul dubio crudelitatem. *Rutil*. Notissimus illa ætate, quem obiet t, & pro quocunque crudeli parente t.

. *Et*, *&c.*] Qui dulciorem esse cenlagarum strepitum, quam Sirenum um. Notat animum immitem & elem. *Sirena.*] Accusativus pro Sire-. De Sirenum numero, quod tres int, & quæ porro fabulantur Poetæ, sunt. Sensus Auctoris est, quod voces rum nihili faciat præ sono & streb, quem edunt flagella, dum servi lant.

. *Antiphates.*] Domus suæ carni- Antiphate Læstrygonum rege non mitior. Qui carnifex & latro potius est domus & familiæ suæ ob sævitiam trementis & trepidantis, quam dominus. Porro Antiphates Læstrygonum rex & Polyphemus Cyclops, crudelissimi, humanis carnibus vescebantur. De Polyphemo Virgil. 3. Æneid.

Visceribus miserorum, & sanguine vescitur atro.

Hygin. 111. Fab. 125. *Trepidi*, *&c.*] Domesticorum & familiarium ob crudelitatem domini trepidantium & contremiscentium. *Lubin*.

21. *Tum*, *&c.*] Tum suo judicio felix & beatus sibi videtur, quoties servi ad supplicium rapiuntur; quoties carnifice vocato, servo cuidam nequam stigma inuri curat. *Idem*. Lipsius etiam hæc ad frontis inscriptionem seu stigma refert; sed Passeratius ad quæstionem; nam antiquos adhibito igne usos in quæstionibus constat.

22. *Duo*, *&c.*] Furto abducta, vel amissa. *Farnab.*

23. *Quid*, *&c.*] Sensus est, Pater qui lætus est tormentis suorum servorum, quam viam vivendi aliam ostendit juveni, nisi quam ipse tenet? *Catena.*] i. e. Compedum, quibus continetur servus in ergastulis.

24. *Quem*, *&c.*] Sc. juvenem mirifice delectant. *Inscripta*, *&c.*] quorum frontibus notæ stigmate inscriptæ vel inustæ sunt. *Ergastula.*] Hoc loco pro mancipiis ipsis, & servis qui sunt in ergastulo, ut Sat. 8. 180. *Carcer*, *&c.*] Nam ruri servi catenis vincti opus exercebant. *Idem*. Vel, quia ergastulum locus in villis subterraneus erat ad carceris formam, ut vult Lipsius 2. elect. c. 15.

25. Ru-

Rusticus? exspectas, ut non sit adultera Largæ
Filia: quæ nunquam maternos dicere mœchos
Tam cito, nec tanto poterit contexere cursu,
Ut non ter decies respiret? conscia matri
Virgo fuit; ceras nunc hac dictante pusillas
Implet, & ad mœchum dat eisdem ferre cinædis.
Sic natura jubet: velocius, & citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis
Cum subeunt animos auctoribus. unus, & alter
Forsitan hæc spernant juvenes, quibus arte benigna,

E me-

VET. SCHOLIAST.

25. *Exspectas*, &c.] Speras quod filia meretricis casta possit esse, quæ non potest nomina mœchorum matris suæ continuo ac uno spiritu dicere.

29. *Ceras*, &c.] Dictante ut hæc disceret jucunde, pro ætate.

30. *Ferre*, &c] Internunciis ministris, qui matris suæ fuerunt.

33 *Unus*, &c.] Pater & avus.

34. *Hæc*, &c.] Id est, turpia.

VARIORUM.

25. *Exspectas.*] Idem fere iisdem verbis dixit Satyr. 7. vers. 240. Subjungit autem quartum scelus, quod matres filiabus scortationis & adulterii exemplum essent. *Largæ*, &c.] Illius famosissimæ mœchæ suo tempore, quam obiter notat.

27. *Tam*, &c.] Cujus mater tot mœchos habet, quorum nomina filia recitare non poterit, tam cito, vel tam veloci cursu, quin ter decies respirare cogatur. *Contexere*, &c] Velocitate linguæ properanter enumerare. *Idem.*

28. *Ter*, &c.] Hyperbolice, quasi uno spiritu omnes percensere nequeat. *Conscia*, &c.] Id est, filia adulteriorum matris conscia fuit, cum adhuc parvula & virgo esset, ut mirum non sit hanc matris exemplo esse corruptam. *Idem.*

29. *Virgo*] Olim, jam vero ipsa matris exemplo adultera. *Ceras*, &c.] Id est, eadem filia, jam matre dictante, ceras vel tabellas ad amatores suos scribit. *Hac*, &c.] Matre suo exemplo præmonstrante, vel simpliciter *dictante*. Farnab. *Pusillas.*] Decore, pro ætate respectu matris dixit, quæ major est. *Lubin.*

30. *Ad*, &c.] Quos illa, licet pusilla adhuc, jam habet. *Eisdem*, &c.] Quibus mater olim dedit, ut perferant ad amatores. *Cinædis.*] Spadonibus & ministris impuris. Hi enim mulieribus inserviebant. *Lubin.*

31. *Sic*, &c] Id est, naturale est, ut liberi parentum mores imitentur, ut vitiorum exempla patris, matris velocius & citius liberos corrumpant. Cicero: *Plus homines exemplo quam peccato nocent.* Parentes imprimis, quos liberi tanquam vitæ exemplar intuentur. *Idem.*

32. *Magnis*, &c] Parentibus & majoribus, à quibus proficiscuntur. Quis autem major virtutis aut vitii auctor, quam parens?

33. *Subeunt*, &c.] Se animis latenter insinuant. *Unus*, &c.] Occurrit quasi objectioni, quod non omnes malis exemplis æque corrumpantur, quos respondet esse paucissimos, non nisi Dei providentia ad virtutem informatos, qui singulari Dei dono illam animi firmitudinem obtineant. *Lubin.*

34. *Hæc*, &c.] Turpia parentum vitia; & meliores parentibus evadunt, quod quidem est rarissimum. *Spernant.*] Declinent parentum vitia. *Quibus*, &c.] Quibus conditor Prometheus peculiare aliquod pectus finxit, quod omnes vitæ fluctus, omnes errorum & vitiorum in-

fultus

E meliore luto finxit præcordia Titan :
Sed reliquos fugienda patrum vestigia ducunt,
Et monstrata diu veteris trahit orbita culpæ.
Abstineas igitur damnandis. hujus enim vel
Una potens ratio est, ne crimina nostra sequantur
Ex nobis geniti: quoniam dociles imitandis
Turpibus, ac pravis omnes sumus, & Catilinam
Quocunque in populo videas, quocunque sub axe;
Sed nec Brutus erit, Bruti nec avunculus usquam.

N. 11.

VET. SCHOLIAST.

35. *Præcordia*, &c.] Prometheus filius Japeti, qui fuit unus è Titanibus.

36. *Fugienda*, &c.] Juvenibus scilicet. id est, multi filii inviti facta parentum sequuntur.

40. *Quoniam*, &c.] Id est, ad mala imitanda faciles sumus. ut Terentius:

Namque ut est hominum ingenium procline ad libidinem,
Dehinc quæstum accepit.

42. *Et*, &c.] Malum hominem ubique invenias.

43. *Bruti*, &c.] Bonus, ut Cato Uticensis Philosophus.

VARIORUM.

fultus tanquam scopulus marinus immotus frangat & contemnat. *Arte*, &c.] Ex singulari gratia. *Idem.*

35. *E meliore.*] Non è communi vel vulgari. Sic *è meliore luto* factos dicimus, quibus melior indoles contigerit. *Idem.* Alii pro E legunt Et. *Titan.*] Titanis nepos Prometheus, primus hominem è gleba terræ finxisse perhibetur. Fuit autem Prometheus filius Japeti, qui unus fuit ex Titanibus. Vide Ovid. lib. 1. Metamorph.

36. *Sed*, &c.] Ex natura ignava, prava & vulgari. Sensus est, Posse fieri benignitate naturæ, ut unus aut alter sit, qui à vestigiis paternis declinantes recte vivant, sed reliqui per omnia paternos mores sequantur. *Fugienda*, &c.] mala exempla, Peccata & vitia parentum. *Lubinus.*

37. *Monstrata*, &c.] Ampla & spatiosa via veteris & consuetæ parentum culpæ, diu filiis à parentibus monstrata, à recta via abstrahit & abducit. *Diu*, ab ineunte ætate. *Orbita.*] Est proprie vestigium decurrentis rotæ. Hoc loco Metaphorice vitæ institutionem significat. *Idem.*

38. *Abstineas*, &c.] Admonitio præclara ad parentes, ut vel eo uno nomine à vitiis abstineant, ne liberos suos corrumpant & seducant. *Damnandis.*] Alii leg. *Damnis.* Sceleribus & flagitiis, quæ vere sunt damna non corporis, sed animorum. *Hujus.*] Alii, *Hujusce.* Id est, hujusce rei, ut quis scilicet abstineat à sceleribus & flagitiis, omnium potissima, & potentissima caussa, ne illi, qui è nobis geniti sunt, scelera nostra imitentur. *Lubin.*

40. *Quoniam*, &c.] Ob corruptam naturam, ad vitia, quam ad virtutem sumus procliviores.

41. *Et*, &c.] Mala exempla ubique nobis occurrunt, & homines mali, seditiosi, Rerumpubl. eversores, qualis Catilina erat, ubivis locorum, in quacunque mundi parte inveniuntur. Sed viros bonos, & patriæ liberatores, qualis Brutus erat, aut raro, aut nunquam, vel nusquam invenias. Sic Seneca Epist. 97: *Omne tempus Clodios, non omne Catones feret. Lubin. Sub axe.*] Sub quacunque cœli parte.

43. *Brutus.*] Brutum hic virum optimum & patriæ liberatorem Catilinæ op-

Nil dictu fœdum, visuque hæc limina tangat,
Intra quæ puer est. procul hinc, procul inde puellæ
Lenonum, & cantus pernoctantis parasiti.
Maxima debetur puero reverentia. si quid
Turpe paras, nec tu pueri contempseris annos:
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans.
Nam si quid dignum Censoris feceris ira,
Quandoque, & similem tibi se non corpore tantum,
Nec vultu dederit, morum quoque filius, & qui
Omnia deterius tua per vestigia peccet,

Cor-

VET. SCHOLIAST.

45. *Intra, &c.*] Ubi filios habes.

46 *Puella Lenonum.*] Meretrices.

49. *Sed peccaturo.*] Impediat te, ne cum viderit hæc, imitetur.

50. *Censoris, &c.*] Ut à Censore corrigi mereatur aut damnari. tamen filius patri non solum corpore, sed & moribus similabit.

53. *Omnia, &c.*] Deterius quam tu, aut eo deterius quum te magistro.

VARIORUM.

ponit, *Bruti, &c.*] Id est, Cato Uticensis, ex cujus sorore Servilia, natus Brutus. *Idem.*

44 *Nil, &c.*] Sanctissimam professio, & divinum præceptum, omnibus cubiculis & conclavibus inscribendum, ne teneros puerorum animos, & castas aures aliquo scandalo verbisve, operis offendamus. *Dictu, &c.* De verbis intellige *Visu.*] De factis turpibus. *Limina*] Conclavia, loca. *Lubin.*

45. *Procul hinc.*] Subaud. *sint*, vel *facessant.* Utitur cum singulari decoro solenni illa formula, qua e sacris profanos arcere solebant. Quasi etiam ad sacrum illum locum, ubi pueri sunt, profani accedere non debeant. *Brisson. Form. 1. Puella, &c.*] Meretrices, ne turpe aliquid videant, vel audiant à bestiis illis.

46. *Cantus, &c.*] Scurræ & nebulonis, qui totam noctem commessando consumunt, & turpia atque obscœna ebrius canit. *Lubin.*

47. *Maxima, &c.*] Hoc est, quod supra dixit, potissimam rationem esse, ut quis à scelere abstineat, ne malum exemplum sint suis liberis. *Puero.*] Qui semper patris exemplum producit, inquiens: Tamen pater hoc facit. *Idem.*

48. *Turpe, &c.*] Puer te impediat, ne cum videat hæc imitetur. *Nec tu, &c.*] Quod parvulus admodum sit. *Idem.*

49 *Sed, &c.*] Id est, si vel infans tibi turpe aliquid ausuro adsit, à peccato ejus præsentia te revocare debet, ne illa videns olim te imitetur. Scribit Plutarch. *Catonem seniorem a verborum turpitudine præsente filio sic temperasse, quasi Vestalibus virginibus arbitris acturus esset, nec cum filio unquam lavisse.* Idem.

50 *Nam, &c.*] Subjungit aliam caussam, ob quam quis vitio debeat abstinere. Nimirum ut liberos suos male agentes libere possit reprehendere. *Si quid.*] Si peccaverit filius tuus, ut a Censore puniri & damnari mereatur, tu ipsum objurgare, & exheredare non poteris, quia tuus est filius, teque imitatur. *Ira.*] Judicio & pœna seu nota Censoris. *Idem.*

51. *Quandoque.*] Hos tres versus quidam Parenthesi includunt. Quasi diceret: Quid mirum est, si peccet, inque Censoris pœnam incurrat, quandoquidem patrem suum imitatur: teque parentem non corpore solum & vultu præstat, verum etiam animo & moribus. *Idem.*

53. *Omnia, &c.*] Id est, cum non solum

Corripies nimirum, & castigabis acerbo
Clamore, ac post hæc tabulas mutare parabis.
Unde tibi frontem, libertatemque parentis,
Cum facias pejora senex, vacuumque cerebro
Jampridem caput hoc ventosa cucurbita quærat?
Hospite venturo, cessabit nemo tuorum:
Verre pavimentum: nitidas ostende columnas:
Arida cum tota descendat aranea tela:

Hic

VET. SCHOLIAST.

54. *Corripies.*] Filium turpiter agentem.

56. *Unde, &c.*] Terentius: *Quo ore illum objurgabit, dic mihi.*

58. *Jampridem, &c.*] A medicis qui sanus non est. Cucurbita, σικύα.

60. *Verre, &c.*] Hoc dicis tuis.

61. *Arida, &c.*] Mundentur parietes, vel camaræ.

VARIORUM.

solum tua vestigia strenue ingreditur, sed etiam pecando superat. *Idem.* *Tua per, &c.*] Imitando tuos mores, tanquam vestigia.

54. *Corripies, &c.*] Hæc cum superioribus conjungenda, quæ scoptice & ironice legenda sunt. Tanquam absurdum sit patrem nequam, filium suum peccantem velle reprehendere. *Acerbo, &c.*] Vehementi objurgatione & increpatione. *Lubinus.*

55. *Post hæc.*] Ubi nimirum peccando usque progreditur. Vel, ubi desieris clamare, pro insuper. *Tabulas, &c.*] Filium ob delicta exheredaturus.

56. *Unde, &c.*] Id est, unde castigandi severitatem, & objurgandi audaciam tibi sumes, quo ore & fronte filium tuum objurgabis, cum tu ipse pessimus, & insanus sis. *Frontem.*] Ut non erubescas filium tuum objurgare. *Libertatem,*] Parentes enim liberrime filios suos castigant. Jam vero carere debet omni vitio, qui in alterum dicere paratus est. *Idem.*

57. *Vacuumque, &c.*] Id est, cum tu jamdudum peccato insanus sis, & opus habeas cui medicis per cucurbitam ex occipitio sanguis educatur. *Cerebro.*] Ratione sana destitutum. *Idem.*

58. *Ventosa, &c.*] Sicut qui parum sanæ mentis helleboro indigere dicitur: ita stultum & insanum cucurbitam quærere jubet Juvenalis. Cucurbita enim huic morbo remedio esse potest: sive per *cucurbitam* κολοκύνθην intelligas, quæ sumta, humores, cerebri actionem impedientes, potenter educit; sive τὴν σικύαν, quam ventosam dicimus, qua sanguis leni scarificatione educitur: Celsus enim libro 3. cap. 18 docet, *Phreniticis, occipitio inciso cucurbitam admovendam esse.* H. Junius. Ordo est, & cum ventosa cucurbita jampridem quærat hoc caput vacuum cerebro.

59. *Hospite, &c.*] Invehitur rursus in parentes. Qui hospite venturo in domo per familiares omnia expurgarent, & exornarent, non autem curarent ut illam domum sanctam sanctus & sine labe filius inhabitet. *Hospite.*] Qui a te forte invitatus. Pulchre Seneca Epist. 5. qui domum intraverit, nos potius miretur, quam supellectilem nostram. *Cessabit, &c.*] Nemo otiosus, omnes occupati erunt in labore aliquo atque opere. *Idem.*

60. *Verre, &c.*] Ordo est: Vox tua fremit: Virgis vel scopis purga aream domus. *Lubin.* *Nitidas, &c.*] Id est, fac nitidas. Sic in Test. Viros ostendere Christos, id est, χρίειν. In veteribus glossis, *Mollificare*, molles ostendere. *Salmasius.*

61. *Arida.*] Quod aridis locis gaudeat, vel potius mortua. [illegible] succo.

 i. 64

Hic lavet argentum; vasa aspera tergeat alter:
Vox domini furit instantis, virgamque tenentis.
Ergo miser trepidas, ne stercore fœda canino
Atria displiceant oculis venientis amici,
Ne perfusa luto sit porticus; & tamen uno
Semodio scobis hæc emendat servulus unus:
Illud non agitas, ut sanctam filius omni
Adspiciat sine labe domum, vitioque carentem?
Gratum est, quod patriæ civem, populoque dedisti,
Si facis, ut patriæ sit idoneus, utilis agris,
Utilis & bellorum, & pacis rebus agendis.
Plurimum enim intererit, quibus artibus, & quibus hunc tu
Mori-

VET. SCHOLIAST.

62. *Hic, &c.*] Anaglypha sigillis. Virgilius:
-- *& vasa aspera signis.*
63. *Vox, &c.*] Virgilius,
-- *Urget præsentia Turni.*
67 *Semodio scobis.*] Non περιεργῶς.
68. *Illud, &c.*] Illud non respicis, quemadmodum filio castam domum exhibeas.
71. *Si, &c.*] Civem bonum, si eum ita instituens, ut sit utilis patriæ.

VARIORUM.

i. e. aridas & exsiccatas araneas una cum universa sua tela fac descendere, & purga e fenestris. *Lubin.*

62. *Hic lavet, &c.*] Meliora exemplaria habent, *Lave argentum*, id est, politum, & sine ulla cælatura. *Vasa, &c.* Anaglypha & figuris cælata, in asperitatem sculpta. Sic Persius dixit. *Asper nummus*, id est, recens excusus signis & literis asper & inæqualis. *Lubin.*

63. *Vox, &c.*] Cum fremitu talia imperiose pronunciat, & servis suis imperat *Virgamque, &c.*] Qua & minetur & verberet. Præfecti in officii signum, virgam tenebant, qua cessatores percutiebant. *Idem.*

64. *Trepidas.*] Curiose prohibes, ne quid fœdum aut deforme in domo tua venturum hospitem possit offendere, ejusque nauseam movere. *Idem.*

66. *Et, &c.*] Quasi dicat: De his adeo solicitaris, quæ tamen facile emendari possunt. *Idem.*

67. *Semodio, &c.*] Dimidio modio ramentorum è serra decidentium. Dicitur autem *scobs* non solum quod è ligno serra deteritur, verum etiam quod ex attritione laterum habetur, & quod deraditur de metallis. Tali autem scobe vel pulvere immunditiæ in domibus solent tegi. *Lubin.* *Semodio scobis hæc emendat, &c.*] Puto legendum, *emundat*. Schoppius.

68 *Illud, &c.*] Hoc est, quod Crates Thebanus, si in aliquam populosam civitatem veniret, se proclamaturum dicebat. *Ut, &c.*, Ut filius tuus sine labe domum sanctam, & vitio carentem inhabitet, in qua neque pater peccet, neque filius à patre ad peccandum invitetur. *Idem*

70. *Gratum est.*] Commendat institutio studium propagandæ sobolis utile atque salutare Reipub. si modo filii recte educati utibiles sunt Reip *Idem.*

71. *Si, &c*] Si eum accurate instituens, civem bonum reddas, qui opera & consilio patriæ possit prodesse. *Agris.*] Agriculturæ, quæ potissima & maxime necessaria pars vitæ humanæ. *Idem.*

73. *Plurimum, &c*] Repetit locum communem superius tractatum. Quod prima institutio maximum momentum habeat

Moribus instituas, serpente ciconia pullos
Nutrit, & inventa per devia rura lacerta:
Illi eadem sumtis quærunt animalia pinnis.
Vultur jumento, & canibus, crucibusque relictis,
Ad fœtus properat, partemque cadaveris affert.
Hic est ergo cibus magni quoque vulturis, & se
Pascentis, propria cum jam facit arbore nidos.
Sed leporem, aut capream famulæ Jovis, & generosæ
In saltu venantur aves: hinc præda cubili
Ponitur: inde autem, cum se matura levaret
Progenies, stimulante fame, festinat ad illam,

Quam

VET. SCHOLIAST.

76. *Illi, &c.*] Quæ à parentibus didicerunt.

77. *Vultur, &c.*] Exemplis docet hoc servare filios, quod à parentibus acceperunt.

78. *Partemque, &c.*] Hominum. Nam antiqui crucibus figebant.

79. *Hic, &c.*] Quem parentes tradiderunt.

80. *Cum, &c.*] Cum cœperit volare.

84. *Festinat, &c.*] Id est, ad venationem; unde nutrita est.

VARIORUM.

habeat in vita humana. Id est, multum interest, quibus artibus & moribus filium tuum à teneris instituas. *Idem.*

74. *Moribus.*] Malisne, exemplo Ciconiæ & Vulturis; an Bonis, exemplo Aquilæ & accipitrum? *Serpente, &c.*] Probat exemplis aliorum animalium, à teneris adsuescere multum esse. Est autem primum exemplum à ciconiis. Porro *Plin.* lib. 10. de ciconia ait: *quod illis in Thessalia tantus honos serpentium exitio habitus sit, ut ciconiam occidere capitale fuerit, eadem legibus pœna, quæ in homicidas.*

75. *Devia, &c.*] A via & turba hominum remota.

76. *Sumtis, &c.*] Jam adultiores & pennati, *Animalia.*] Serpentes, lacertas, ranas, anguillas, &c. *Idem.*

77. *Vultur, &c.*] Secundum exemplum de vulture. *Jumento.*] Mortuo, cadavere jumenti. *Crucibus.*] Cadavere hominis in crucem acti. Porro vultur tanta sagacitate cadavera insectatur, ut triduo ante illum locum ubi cadaver futurum est, circumvolet. *Idem.*

78. *Ad, &c.*] Ad pullos in nido relictos. *Idem.*

79. *Magni, &c.*] Qui è pullo jam adoleverit. *Idem. Se, &c.*] Se ipsum sine adminiculo parentum, jam grandior.

80. *Nidos, &c.*] Si Plinio standum, non in arbore, sed in excelsissimis rupibus nidificant. *Lubin.*

81. *Sed, &c.*] Tertium exemplum, ad aquilis, quæ viva animalia venari solent. *Famulæ, &c.*] Jovis enim armigeræ: fulmina illi ministrare fingebantur. *Plin.* lib. 2. cap. 55. & x. cap. 3. Sed & in aliis Jovi inserviunt, ut in raptu Ganymedis. *Generosæ, &c.*] Accipitres, falcones. *Idem.*

82. *In, &c.*] In loco ubi saltant hujusmodi feræ. *Cubili.*] In nido pullis apponitur comedenda. *Idem.*

83. *Inde, &c.*] Cum jam maturiores & grandiores pulli aquilæ, inde è nido se levant, & avolant, & jam ad volandum apti, volando se in altum sublevant, tum cibos consuetos, quibus nutriti sunt, quærunt. *Idem.*

84. *Festinat, &c.*] Ad lepores, capreas, & alias minores feras. *Idem.*

Quam primum prædam rupto gustaverat ovo.
Ædificator erat Cetronius, &, modo curvo
Litore Cajetæ, summa nunc Tiburis arce,
Nunc Prænestinis in montibus, alta parabat
Culmina villarum, Græcis, longeque petitis
Marmoribus, vincens Fortunæ, atque Herculis ædem:
Ut spado vincebat Capitolia nostra Posides.
Dum sic ergo habitat Cetronius, imminuit rem,
Fregit opes, nec parva tamen mensura relictæ

Partis

VET. SCHOLIAST.

86. *Ædificator, &c.*] Cupidus fabricæ.

87. *Litore, &c.*] In Campania Cajeta.

90. *Vincens, &c.*] Apud Præneste & Fortunæ, & Herculis habent ædes. aut certe quod in Capitolio, post ædem Dianæ & Jovis secundam de miraculo operis habent gloriam, Fortunæ atque Herculis ædes. Fortunæ apud Præneste ædem pulcherrimam ferunt fuisse, Herculis enim ædem Tiburis dicit.

91. *Ut, &c.*] Hic Posides spado, libertus Claudii Imperatoris, tantæ gratiæ & potentiæ fuit, ut cum Claudius in Britannico triumpho inter militares viros hasta pura donaverit, cohortibus quoque & aliis provinciis Judææ præposuerit, & lecticæ per urbem vectandi, spectacula quoque publice edendi jus tribuerit. Legitur in Suetonio.

92. *Imminuit rem.*] Minuit patrimonium fabricando. Secutus patrem scilicet: & quod remanserat de patrimonio, filius omne in ædificiis impendit.

VARIORUM.

85. *Rupto, &c*] Ex quo aquilæ pullus natus, & unde exclusus. *Idem*

86. *Ædificator, &c.*] Quintum vitium quod luxuriosa ædificia exstruere filii patris exemplo discant. *Cetronius.*] Alii, *Centronius.* Hic villis & domibus ædificandis delectatus, suas ingentes opes attrivit, quas ad nihilum postea prorsus redegit filius, iisdem studiis de-lectatus. *Lubin.* *Modo.*] Paulo ante.

87. *Cajetæ.*] Hic portus erat à nutrice Æneæ ita dictus, ut quidam volunt, in sinu Bajano, ubi illa Cajeta fuit sepulta. Alii dicunt Cajetam in Campania fuisse ita dictam, teste Strabone, quod curva sit. Nam Lacones omnia curva *Cajetas* appellarunt. *Tiburis, &c.*] Civitas in Sabinis 16 ab urbe lapidibus in monte Tivoli sita. *Idem.*

88. *Prænestinis.*] Non procul à Præneste, urbe Latii, ita dicta à Præneste Ulyssis nepote, & Latini regis filio. In Romæ con[illegible] Tybur, Præneste, Tusculum, Sat. 3 vers. 190. [illegible]

89. *Longeque petitis.*] Ex Ægypto, Numidia &c.

90. *Vincens, &c.*] Superans & excedens [illegible] impensos in tam pretiosa ædificia. *Fortunæ, &c.* Quæ ædes fuere nobilissimæ, Præneste Fortunæ, Herculis Tibure, utrisque etiam Romæ erant ædes. *Fortunæ.*] Quam Nero ex marmore Phengite sumtuosissime exstruxit. *Herculis.* Quam Martius Philippus, Augusti vitricus exstruxit. *Idem.*

91. *Ut, &c.* Sic Centronius suis ædificiis Herculis & Fortunæ ædem exstruxit, ut Spado Posides Capitolium. *Nostra.*] Vel Romana, vel nostri temporis. *Idem.*

92. *Dum sic.*] Ædificat continuo, vel in multis locis habitat. *Habitat.*] Exstruxit ædificia, quæ habitet. Sed *Agitat* mallem legere. *Imminuit, &c.*] Divitias suas, quamvis amplissimas. *Lubin.*

93. *Fregit.*] Absumsit, dilapidavit.

Nec

Partis erat; totam hanc turbavit filius amens,
Dum meliore novas attollit marmore villas.
Quidem sortiti metuentem sabbata patrem,
Nil præter nubes, & cœli numen adorant;
Nec distare putant humana carne suillam;
Qua pater abstinuit, mox & præputia ponunt.
Romanas autem soliti contemnere leges,
Judaïcum ediscunt, & servant, ac metuunt jus,
Tradidit

VET. SCHOLIAST.

97. *Cœli*, *&c.*] Nuda contemplatione colentes.

98. *Nec*, *&c.*] Tanquam humanam, porcinam putant.

99. *Præputia ponunt.*] Id est, ἀκροτομία.

102. *Tradidit*, *&c.*] Sacerdos: vel Rex ejus gentis, aut ipsius quidem religionis inventor: cujus Cornelius etiam Tacitus meminit.

VARIORUM.

Nec parva, *&c.*] Erat adhuc aliquid reliquum.

94. *Turbavit.*] Dissipavit, absumsit. *Amens.*] Insanus ædificandi studio. *Lubin.*

95. *Dum*, *&c.*] Non contentus paternis. Sumtuosiora adhuc & magis excelsa domicilia in villis ædificat.

96. *Quidam*, *&c.*] Sextum vitium, quod liberi à parentibus superstitionem discant, & exteras religiones, id est, quidam liberi patrem Judaica superstitione imbutum sortiti, qui Judaicas ceremonias, Sabbata, & septimum quemque in hebdomade diem colunt. *Metuentem.*] Superstitiose colentem. Sicque Poëta per transitum religionem Judæorum & ejus cultores irridet atque subsannat. *Sabbata.*] Judæorum festa: hinc Judæi Sabbatarii. *Idem.*

97. *Nil*, *&c.*] Quippe inter precandum cœlum suspicientes; unum tantum Deum agnoscunt Judæi. & Tacit. lib. 5. *Judæi sola mente unumque numen intelligunt.* Porro quod ait Judæos nubes adorare, calumniose dicit, ut & Aristophanes Scurra, Socratem νεφέλας adorare mentitur. *Lubin.* Aut revera ad id respexit, quod Deus apparuit Mosi in nebula, totum montem Sinai tegente; ubi à Deo accepit tabulas lapideas, legem & mandata quæ scripsit Deus, ut doceret filios Israël. Judæi ergo nubes adorare dicuntur, quia Deus in nubibus semper iis apparebat: unde illud Mosis in Numeris. *Nubes tua proteget illos, & in columna nubis precedes eos per diem, & in columna ignis per noctem.* Britannicus. Legendum autem videtur *Cœli lumen*, id est, cœlum, ἀπερίφρασις. *Canterus* Nov. var. lect. 4. cap. 2.

98. *Nec*, *&c.*] Exemplo parentum Judaizantium à suilla carne tam religiose abstinent, non secus atque si humana esset; quasi inter suillam & humanam carnem nihil sit discriminis. Sat. 6. 161. *Lubin.*

99. *Qua*, *&c.*] Qui religionem Judaicam tanquam hæreditariam filio legavit. *Tacitus* de Judæis lib. xxi. *Mox*, *&c.*] Postquam in religione Judaica confirmati sunt, circumcisionem adhibent & priorem virilium cuticulam deponunt. *Idem.*

100. *Romanas.*] Duodecim tabularum. Indignatur Romanos, patriis ritibus & sacrificiis contemtis, & legibus majorum suorum, externam aliorum populorum religionem capessere. *Idem.*

101. *Judaicum.*] Divisit diphthongum, ut dicimus Hebraicum, Achaicum, pro Hebræo, Achæo. *Idem.*

102. *At-*

Tradidit arcano quodcunque volumine Moyses.
Non monstrare vias, eadem nisi sacra colenti:
Quæsitum ad fontem solos deducere verpos.
Sed pater in caussa: cui septima quæque fuit lux
Ignava, & partem vitæ non attigit ullam.
Sponte tamen juvenes imitantur cætera: solam
Inviti quoque avaritiam exercere jubentur.
Fallit enim vitium specie virtutis, & umbra,
Cum sit triste habitu, vultuque, & veste severum,

Nec

VET. SCHOLIAST.

103. *Non, &c.*] Id est, non confiteri religionis secreta.

104 *Quæsitum, &c.*] Ubi baptizantur. *Deducere, &c.*] Judæos, qui sine pellicula sunt.

105. *Sed, &c.*] Caussa hujus metus, pater est. *Cui, &c.*] Qui semper sabbatis nihil faciunt.

109. *Fallit, &c.*] Sæpius sub specie virtutis, avaritia tegitur. Multi enim avaros tanquam frugi laudant, sperantes quod frugalitate faciente, patrimonia sua custodiunt: & non sentiunt eos caussa avaritiæ facere. Frugalitas quippe avaritiam contemnit, & mediocritatem amat.

VARIORUM.

102. *Arcano volumine*] Pantateucho, vix ulli ethnicorum viso, Judæis sacro & sancto: vel multa mysteria continente. *Moyses*] Propheta ex sacra pagina notus.

103. *Non, &c.*] Nullis nisi suæ religioni addictis, officium præstant. nec viam vel fontem, vel aliud quid, monstrant. *Lubin.*

104. *Quæsitum, &c.*] Respicit ad Judæam, ubi aquarum penuria, quod viatori sitienti fontem quæsitum non monstrent, nisi verpus vel apella recutitus & circumcisus sit. Quod vetus Scholiastes *baptizari eos* dicit, de lotione & purgatione intelligit. *Verpos.* Id est, Judæos. Verpus alias significat mentulam. Hic idem est quod apella sine pelle, vel mentulam habens cute denudatam. *Turnebus.* lib. XXVIII. *Advers.* cap. 21. Scalig. libro 1. de caussis L. L. 28.

105. *Cui, &c.*] Pater in caussa est, quod filii aliena religione imbuantur, qui septimo die ab omni opere feriatus est, vel qui die Sabbati nihil egit. *Lubinus.*

106. *Ignava.*] Sine opere. *Et partem vitæ &c.*] i. e. nihil fecit, quo vita humana indigeat, uti quidem diebus profestis.

107 *Sponte, &c*] Subjungit jam septimum vitium, quod parentes suis liberis avaritiæ auctores sint. Id est, reliqua omnia vitia supra dicta sponte & ultro imitantur hi, ad prava enim omnes procliviores, unam avaritiam inviti exercere coguntur, quæ juvenibus natura liberalibus, est contra naturam. Illa enim senum vitium: qui, quo minus viæ restat, hoc plus viatici congerunt. *Idem*

108. *Jubentur*] A parentibus instituuntur.

109. *Fallit, &c*] Ratio, quare patres avaritiam filiis suis inculcent, quod illam illis commendent tanquam parsimoniam & frugalitatem. Id est, sub specie & umbra frugalitatis & virtutis, avaritia imponit hominibus. Multi enim avaros tanquam frugi homines laudant, putantes quod frugalitate patrimonia sua conservent. Decipimur ergo specie recti. *Umbra.*] Nam obscuram imaginem virtutis habet. *Idem.*

110. *Triste, &c.*] Avaritia externo habi-

Nec dubie tanquam frugi laudetur avarus,
Tanquam parcus homo, & rerum tutela suarum
Certa magis, quam si fortunas servet easdem
Hesperidum serpens, aut Ponticus. adde quod hunc, de
Quo loquor, egregium populus putat atque verendum
Artificem: quippe his crescunt patrimonia fabris.
Sed crescunt quocunque modo, majoraque fiunt
Incude assidua, semperque ardente camino.
Et pater ergò animi felices credit avaros,
Qui miratur opes, qui nulla exempla beati

Pau-

VET. SCHOLIAST.

113. *Certa*, *&c.*] Tanquam ille qui aut mala, aut pellem auream servabat.

116. *Quippe*, *&c.*] Fabris patrimoniorum, dum auram popularem captant, & patrimonii opinione delectantur.

118. *Incude*, *&c.*] Metaphora à fabris ferrariis, quocunque casu. *Ardente*, *&c.*] Avaritia operante.

120. *Qui*, *&c.*] Qui patrimonio & divitiis gaudet. *Sibi*, *&c.*] Qualis Apollinis oraculo declaratus est felicissimus Aglaus Arcas, qui nunquam patrium agellum excesserat, cum à Deo quæreretur, quis fidem veræ felicitatis implesset.

VARIORUM.

habitu valde sæpe honesta apparet, ut quæ luxuriam condemnet, & frugalitatem & parsimoniam commendet. Avari enim ptæ se ferunt tristem, gravem, & severum habitum. *Lubin.*

111. *Nec*, *&c.*] Quasi nemo dubitet de virtute ejus, quod sit frugi & diligens homo. *Tanquam*, *&c.*] A parsimonia commendandus. *Idem.*

112. *Rerum*, *&c.*] Avari enim accuratissime res suas custodiunt, & quidem tantis curis, quibus pervigiles dracones poma aurea Hesperidum, vel aureum vellus in ponto, ut supra dictum est Sat. 1. & 4. *Idem.*

113. *Certa*, *&c.*] Quas res longe diligentius custodiunt. Pulchre autem hoc loco avaros cum pervigilibus Draconibus comparat auctor, qui revera bonis suis invigilant. *Idem.*

114. *Hesperidum.*] Pervigil draco custos aureorum malorum in horto Hesperidum filiarum Atlantis. *Ponticus.*] Draco apud Colchos in Ponto aurei velleris à Phryxo suspensi custos. *Farnab.*

115. *Egregium.*] Quis populus divitias, ut summum bonum demiratur. *Verendum.*] Honorandum & venerandum, qui tantum pecuniæ coacervare possit. Alii non male legunt: *Acquirendi artificem.* Idem.

116. *Quippe*, *&c.*] Id est, census, opes & divitiæ crescunt per hos artifices. Metaph. à fabrili arte. *Idem.*

117. *Quocunque*, *&c.*] Per fas & nefas, juste & injuste, juxta illud: *mea nihil refert, dum potiar modo.* Idem.

118. *Incude*, *&c.*] Quia superius fabros dixit, perstat in eadem Metaphora, quasi avari assidue numos fabricent. Id est, assiduo studio, cura, labore, opera, vigilia. *Ardente*, *&c.*] In eadem Metaphora perseverat, animi cupidine flagrante, operante, vel cupido & avido pectore, numos congerente. *Idem.*

119. *Et*, *&c.*] Ille pater ergo credit avaros & sordidos, animi felices & fortunatos scilicet esse, qui opes admirantur, & nullum pauperem credunt esse felicem. *Animi*, *&c.*] Ita legendum. Est enim Græcismus, Græci enim dicunt, μακάριος τῷ θυμῷ, scilicet ἕνεκα. *Idem.* Al. legunt *felicis.*

120. *Qui.*] Sc. Pater. *Nulla*, *&c.*] Qui Pauperes non judicat beatos: qui

Tradidit arcano quodcunque volumine Moyses.
Non monstrare vias, eadem nisi sacra colenti:
Quæsitum ad fontem solos deducere verpos.
Sed pater in caussa: cui septima quæque fuit lux
Ignava, & partem vitæ non attigit ullam.
Sponte tamen juvenes imitantur cætera: solam
Inviti quoque avaritiam exercere jubentur.
Fallit enim vitium specie virtutis, & umbra,
Cum sit triste habitu, vultuque, & veste severum,

Nec

VET. SCHOLIAST.

103. *Non, &c.*] Id est, non confiteri religionis secreta.

104. *Quæsitum, &c.*] Ubi baptizantur. *Deducere, &c.*] Judæos, qui sine pellicula sunt.

105. *Sed, &c.*] Caussa hujus metus, pater est. *Cui, &c.*] Qui semper sabbatis nihil faciunt.

109. *Fallit, &c.*] Sæpius sub specie virtutis, avaritia tegitur. Multi enim avaros tanquam frugi laudant, sperantes quod frugalitate faciente, patrimonia sua custodiunt: & non sentiunt eos caussa avaritiæ facere. Frugalitas quippe avaritiam contemnit, & mediocritatem amat.

VARIORUM.

102. *Arcano volumine*] Pentateucho, vix ulli ethnicorum viso, Judæis sacro & sancto, vel multa mysteria continente. *Moyses.*] Propheta ex sacra pagina notus.

103. *Non, &c.*] Nullis nisi suæ religioni addictis, officium præstant nec viam vel fontem, vel aliud quid, monstrant. *Lubin.*

104. *Quæsitum, &c.*] Respicit ad Judæam, ubi aquarum penuria, quod viatori sitienti fontem quæsitum non monstrent, nisi verpus vel apella recutitus & circumcisus sit. Quod vetus Scholiastes *baptizari* dicit, de lotione & purgatione intelligit. *Verpos*, Id est, Judæos. Verpus alias significat mentulam. Hic idem est quod apella sine pelle, vel mentulam habens cute denudatam. *Turnebus.* lib. XXVIII. Advers. cap. 21. Scalig. libro I. de caussis L. L. 28.

105. *Cui, &c.*] Pater in caussa est, quod filii aliena religione imbuantur, qui septimo die ab omni opere feriatus est, vel qui die Sabbati nihil egit. *Lubinus.*

106. *Ignava.*] Sine opere. *Et partem vitæ &c.*] i. e. nihil fecit, quo vita humana indigeat, uti quidem diebus profestis.

107. *Sponte, &c.*] Subjungit jam septimum vitium, quod parentes suis liberis avaritiæ auctores sint. Id est, reliqua omnia vitia supra dicta sponte & ultro imitantur filii, ad prava enim omnes procliviores, unam avaritiam inviti exercere coguntur, quæ juvenibus natura liberalibus, est contra naturam. Illa enim senum vitium: qui, quo minus viæ restat, hoc plus viatici congerunt. *Idem.*

108. *Jubentur*] A parentibus instituuntur

109. *Fallit, &c.*] Ratio, quare patres avaritiam filiis suis inculcent, quod illam illis commendent tanquam parsimoniam & frugalitatem. Id est, sub specie & umbra frugalitatis & virtutis, avaritia imponit hominibus. Multi enim avaros tanquam frugi homines laudant, putantes quod frugalitate patrimonia sua contineant. Decipimur ergo specie recti. *Umbra.*] Nam obscuram imaginem virtutis habet. *Idem.*

110. *Triste, &c.*] Avaritia externo habi-

Alterius concham æstivam cum parte lacerti
Signatam, vel dimidio, putrique siluro,
Filaque sectivi numerata includere porri.
Invitatus ad hæc aliquis de ponte, negabit.
Sed quo divitias hæc per tormenta coactas,
Cum furor haud dubius, cum sit manifesta phrenesis,
Ut locuples moriaris, egenti vivere fato?

In-

VET. SCHOLIAST.

131. *Alterius, &c.*] Id est, fabam coctam, quæ illi remansit, in alium diem cum sardina servat. *Cum parte, &c.*] Genus piscis salsi.

134. *Filaque, &c.*] Bene, sectivi; quia quando ponitur cultoribus hortorum, tunc secatur. *Aliquis, &c.*] Quia mendici in pontis itinere sedent.

135. *Sed, &c.*] Id est, ubi sunt divitiæ, si non ipsis uteris?

137. *Ut, &c.*] Id est, cum egestate vitam tolerant, ut divites moriantur.

VARIORUM.

ex una cœna in aliam servare solet. *Idem.*

131. *Concham.*] Fabam coctam cum cortice elixam, vilissimam. Hinc Sat. 3. vers 293. dixit:

Cujus conchæ tumes, quis tecum sectile porrum, &c.

Magius 2. cap. 10. Alii legunt *Concham*, & piscem esse dicunt de genere testaceorum. *Birtannicus.* *Æstivam.*] Alii leg. *Æstivi, &c.* Piscis illius vilis, æstatis calore putrescentis & corrupti. *Lubinus.*

132. *Signatam.*] Ad ulteriorem avaritiam refer. Id est, sigillo custoditam & observatam, ne tales deliciæ possint imminui. *Idem.* *Cum parte lacerti, &c. putrique siluro.*] Silurum pro piscis genere vulgaris, atque non magni, videtur posuisse in characterismo hominis deparci. Hoc enim facit ad exaggerandas sordes hominis ultra modum parci, qui dimidiatos pisciculos minutos in alterum diem servat, ac mensæ reponit, cum æstiva conchæ, qui vilis est cibus pauperculorum hominum. Nam Silurus ipse qui Sturio est, vel Glanis, non videtur admodum familiaris hujusmodi mensis, quales ibi describit Satyricus à nec magnæ hoc parsimoniæ indicium esset, ingentem piscem, qualis est Sturio, dimidium servare in alteram cœnam. *Salmas.*

133. *Filaque, &c.*] Id est, non capitati sed sectivi, parce apposita. *Numerata.*] Mirè amplificat descriptionem sordidissimi Euclionis, quasi etiam fila capitati porri numerarit. *Includere.*] Aliquo promtuario, ut in alteram cœnam reservetur. *Idem.*

134. *Invitatus, &c.*] Si ad tales epulas etiam mendici de ponte invitentur, se venturos negabunt, & recusabunt. *Ad, &c.*] Ad sordidum adeo convivium, ad epulas fœdas & corruptas. *De ponte.*] In hoc mendicabaris, ut dictum Sat. 4. vers. 116. & 5.

---- Dirusque à ponte satelles.

Idem.

135. *Sed, &c.*] Dixit quibus sordidissimis & turpissimis artibus acquirant divitias; subtexit jam stultitiam divitum, qui inter tot opes inopes viverent. *Quo, &c.*] i. e. Ad quid, & in quem finem divitias per tot labores coactas vis habere, si iis uti non vis? *Valer.* Avaritiâ nec habendi fructu felix, & cupiditate quærendi. *Tormenta.*] Servorum & tui ipsius inediam, famem, & miseriam. *Coactas.*] Accumulatas, coacervatas tot cruciatibus. *Idem.*

136. *Cum, &c.*] Egregii versus. Cum manifeste arguat hominem insaniæ, certissimo & manifestissimo furore miserrime & famelice vivere, ut dives atque splendidus moriaris. *Manifesta, &c.*] Furor & amentia, alias Phrenitis dicta. *Lubin.*

137. *Ut, &c.*] Vitam in summa angustia, & egestate transigere, ut dives mo-

Interea pleno cum turget sacculus ore,
CRESCIT amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit,
Et minus hanc optat, qui non habet. ergo paratur
Altera villa tibi, cum rus non sufficit unum,
Et proferre libet fines, majorque videtur
Et melior vicina seges. mercaris & hanc, &
Arbusta, & densa montem qui canet oliva:
Quorum si pretio dominus non vincitur ullo,
Nocte boves macri, lassoque famelica collo

Ju-

VET. SCHOLIAST.

139. *Crescit, &c.*] Id est, quanto plus adduntur divitiæ, tanto plus crescit avaritia.

140. *Ergo, &c.*] Coëmuntur plures possessiones, quia una non sufficit.

142. *Et, &c.*] Producere, protendere.

143. *Et, &c.*] Semper avaris res alienæ meliores & ampliores videntur

144. *Et, &c.*] Hyperbole, id est, integrum montem Oliveti comparas.

145. *Si, &c.*] Non consentit ad distrahendum. id est, cum vicinum agrum non potent pretio elicere, ita agit, ut cogatur vicinus vendere, non patiens importunitatem animalium, quæ ille dimittit ut segetes ipsius depascantur.

VARIORUM.

moriaris. *Egentis fato*] Sorte & statu fatali, ut egeas. Alii, *egentis* Idem.

137 *Interea pleno.*] Subjungit aliud genus stultitiæ in avaris, quod cum opibus illis crescat. Id est, licet sacculus & loculus nummis adeo plenus sit, ut os vel summitas ejus colligari, & claudi nequeat, tamen pecuniæ sitis nondum expleta est. *Turget.*] Tumidus & distentus est. *Idem.*

139 *Crescit, &c.*] Alii, *crevit.* Id est, quanto plus additur divitiis, hoc etiam cupiditatis avaritiæ. Horat.

Crescentem sequitur cura pecuniam,
Majorumque fames Lubin.

140. *Et minus, &c.*] Hoc ex præcedenti consequitur. Seneca: *Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit.*
Nam:
Semper avarus eget.

Ergo.] Quia insatiabilis es, plures possessiones tibi coëmis, cum una possessio tibi non sufficiat. *Idem.* *Altera.*] Adhuc una & plures.

142. *Proferre*] Agrorum & ruris tui limites prolongare & extendere. Horat.
O si angulus ille Proximus accedat.
Majorque] Si vicini ager fertilior tibi videatur, & illum coëmis *Idem.*

143. *Vicina seges*] Ex natura hominum, & cum primis avarorum, hoc inquit, quibus res alienæ semper ampliores videntur. Idem

144. *Arbusta.*] Loca amœnitatis & utilitatis gratia arboribus consita. *Et, &c.*] Integrum oliveti montem: *densa*, id est, frequenti olea. *Canet*] i. e. Albicat Eo dicit, quia flores oleæ candidi, & quasi cani *Idem.*

145. *Quorum, &c*] Exprimuntur sceleratæ artes, quibus vicinorum agros, si vendere illos nolint, ad se transferant, illosque vendere cogant. Si nullo pretio potest pellere vicinum, saltem injuria pellet, immittendo voraces & damnosos boves & jumenta in sata vicini, & id quidem clandestine. *Dominus.*] Possessor montium & arbustorum, si nullo pretio induci potest, ut illa vendat. *Lubinus.*

146. *Nocte, &c.*] Ita agit, ut cogatur vicinus vendere *Macri.*] Et ob id voraciores *Lasso, &c.*] Aratro aut jugo priori die fatigata armenta, ut famelica

sint.

Jumenta ad virides hujus mittentur ariſtas,
Nec prius inde domum, quam tota novalia ſævos
In ventres abeant, ut credas falcibus actum.
Dicere vix poſſis, quam multi talia plorent,
Et quot venales injuria fecerit agros.
Sed qui ſermones? quam fœdæ buccina famæ?
Quid nocet hæc, inquit. tunicam mihi malo lupinæ,
Quam ſi me toto laudet vicinia pago
Exigui ruris pauciſſima farra ſecantem.
Scilicet & morbis, & debilitate carebis,

Et

VET. SCHOLIAST.

148. *Quam tota, &c.*] Agros ſeminatos.

149. *Falcibus, &c.*] Metitum.

151. *Et quot, &c.*] Moleſtia confinii potentis.

152. *Quam, &c.*] Quam mala fama eſt avaris potentibus.

153. *Quid, &c.*] Mala fama, quæ de me loquitur. avaritiam dicit.

154. *Quam, &c.*] Sine quæſtu aliquo vilis eſt conlaudatio.

156. *Scilicet, &c.*] Id eſt, ſi mediocriter poſſideas quod tibi ad vitam ſufficiat, omnibus rebus malis carebis, & quietus eris. *Debilitate carebis:*] Σχῆμα ὑπαλλαγῆς.

VARIORUM.

ſint, nam per laborem contrahitur fames.

147. *Jumenta.*] Alii leg. *Armenta.* *Ad, &c.*] Id eſt, nondum maturas ſegetes, ut devaſtatis illis cum nullum fructum capiat, vendere cogatur. *Idem.*

148. *Nec, &c.*] Abeunt. *Tota, &c.*] Id eſt, agri ſeminati ſegetes & fructus. *Novale*, proprie ager, qui alternis annis ſeritur. *Sævos, &c.*] Fame exaſperatos: Sic ſupra dixit: *Rabidam crucis.*

149. *in ventres abeant.*] non niſi depaſtis & devoratis omnibus fructibus & tota ſegete univerſi agri.

Falcibus, &c.] Non aliter atque ſi ager falcibus ſit ſucciſus. *Lubin.*

150. *Talia, &c.*] Damna & injurias à malis vicinis ſibi illatas. *Idem.*

151. *Venales.*] Qui alias nunquam venderentur. *Injuria.*] Vicini avari & potentis qui dolo malo cogit pauperem vendere agros. *Idem.*

152. *Sed qui.*] Eſt inſultatio in avarum, quod peſſimi ſermones de illo ſpargantur, omnes homines de illo male loquantur, quum tot divitias per multas injurias paravit. *Fœda buccina fama.*] Tuba quaſi turpis & fœdæ diffamationis. Hinc fama cum tuba pingi ſolet.

153. *Quid, &c.*] Reſpondet avarus, vulgi de ſe ſermones contemnere. Sic Horatius:

--populus me ſibilat, at mihi plaudo
Ipſe domi ſimul ac nummos contemplor in arca.

Tunicam, &c.] Id eſt, ego pluris facio viliſſimum leguminis putamen, quam laudes totius viciniæ, ſi pauper eſſe cogar. Quaſi dicat: *Laus ſine quæſtu eſt viliſſima.* Alii, *lupini* leg. *Idem.*

155. *Exigui, &c.*] Id eſt, parvi agelli pauciſſimum frumentum demetientem. *Idem.*

156. *Scilicet, &c.*] Reſpondet Poëta avaro, per amaram & ironicam indignationem. Quaſi dicat: Nimirum ubi dives fueris, eris beatiſſimus, tutus à morbis, infirmitate, luctu, cura, & longiſſime vives. Quaſi dicat: Divitias non eſſe eas, quæ hominem à corporis & mentis ægritudine poſſint vindicare; ſed divitem etiam majores curas comitari.

157. Et,

Et luctum, & curam effugies, & tempora vitæ
Longa tibi posthæc fato meliore dabuntur:
Si tantum culti solus possederis agri,
Quantum sub Tatio populus Romanus arabat.
Mox etiam fractis ætate, ac Punica passis
Prælia, vel Pyrrhum immanem gladiosque Molossos,
Tandem pro multis vix jugera bina dabantur
Vulneribus. merces hæc sanguinis, atque laboris.
Nullis visa unquam meritis minor, aut ingratæ
Curta fides patriæ. saturabat glebula talis

Patrem

VET. SCHOLIAST.

157. *Et, &c.*] Mala vitiosa.

160. *Quantum, &c.*] Si tantum possides solus, quantum populus Rom. possedit, Campum Martium.

161. *Prælia, &c.*] Epirotarum regem Pyrrhum dicit. Gladios Molossos, Epiroticos.

164. *Merces, &c.*] Deductis in coloniam viris.

165. *Nullis, &c.*] Id est, nunquam visa sunt dona minora meritis, in duobus jugeribus. id est, par merces laboribus visa est illis quibus dabatur.

VARIORUM.

157. *Et, &c.*] Peritoriam. Nam divitiæ hæc omnia inducunt. *Tempora, &c.*] Quæ avaris pœna sunt, quo enim diutius vivunt, hoc diutius excruciantur.

158. *Meliore.*] Id est, prosperiore, quia dives es, imo vero fato iniquissimo. *Lub.*

159. *Si, &c.*] Id est, Si etiam amplissimas divitias comparaveris, & adeo magnum agrum solus possideas, quantum olim universus populus Romanus arabat sub Romulo, cum Tatius Sabinorum rex ejus imperii socius, & in urbis partem a Romulo acciperetur. *Lubin.*

161. *Mox, &c.*] Jam obiter commendat frugalitatem majorum suorum, qui paucissimis contenti beatissime vixerunt. *Mox.*] Post tempora Romuli & Tatii. *Fractis, &c.*] Militibus Romanis ætate debilitatis, & militia consumtis, & Annibalem, Pyrrhumque, eorumque prælia passis. *Punica.*] Primum, secundum, & tertium, quo Carthago diruta, urbs esse desiit. *Lubin.*

162. *Pyrrhum, &c.*] Imperatorem laudatissimum, qui bello Romanos subegit, cum quo Dentatus Consul ad Asculum in Piceno bis conflixit, & sexaginta millia militum Romanorum perdidit. *Moloss.*] Chaones & Molossi, Epirotarum gentes: Molossia enim pars Epiri. *Idem.*

163. *Tandem, &c.*] Finitis bellis post maxima pericula, vix singulis militibus in coloniam deductis, dabantur duo jugera. Est autem *jugerum* tantum agri, quantum duo boves, vel jugum boum uno die [illegible] potest invertere. *Lubin.* *Sanguinis.*] In præliis effusi.

164. *Merces, &c.*] Sed [illegible] & æqualis, quam pro [illegible] laboribus satis superque satisfactum sit. Id est, [illegible] merces pro laboribus visa est illis, quibus dabatur. *Aut, &c.*] Id est, merces illa non fuit impar, neque [illegible] habita fuit fides curta & imminuta [illegible] patriæ. *Lubin.* Vel, neque ingrata aut parca meritis videbatur patria, quæ tam bene meritis tantulam rependeret mercedem. *Farnabius.*

166. *Curta, &c.*] Qualis est ingratorum, quibus beneficium præstatur spe & fiducia gratitudinis. Quæ gratitudo ubi deficit, merito fides beneficium recipientis accusatur. *Glebula.*] Exigua terra, possessiuncula duorum jugerum. Sufficie-

Patrem ipſum, turbamque caſæ: qua fœta jacebat
Uxor, & infantes ludebant quatuor, unus
Vernula, tres domini: ſed magnis fratribus horum
A ſcrobe, vel ſulco redeuntibus, altera cœna
Amplior, & grandes fumabant pultibus ollæ.
Nunc modus hic agri noſtro non ſufficit horto.
Inde fere ſcelerum cauſſæ, nec plura venena
Miſcuit, aut ferro graſſatur ſæpius ullum
Humanæ mentis vitium, quam ſæva cupido
Immodici cenſus. nam dives qui fieri vult,

Et

VET. SCHOLIAST.

168. *Unus, &c.*] Ante nam unum ſervum plures domini habebant, qui erant parvuli.

170. *A ſcrobe, &c.*] Qui colebant terram. Hoc nam dicit alios in bello * alios terram colere.

171. *Amplior.*] Parabatur ſcilicet.

172. *Nunc, &c.*] Bene dixit plus nunc poſſidere in horto, quam tunc in agro.

173. *Inde, &c.*] Ex inſtitutione avaritiæ, quæ interficit veneno, aut ferro.

175. *Sæva, &c.*] Avaritia.

VARIORUM.

ficiebat multis hominibus, marito cum uxore gravida, &c. Plin. lib. 18. cap. 2. *Idem.*

167. *Turbamque, &c.*] Totam familiam in domo ruſticana, *Idem. Qua fœta, &c.*] in qua caſa pera cum partu jacebat. inconcinne itaque Lubinus fœta gravidam intellexit.

168. *Unus, &c.*] Commendatur majorum continentia & frugalitas. Id eſt, inter quos quatuor pueros, unus verna erat ex ſerva natus, reliqui tres erant filiifamilias. *Idem.*

169. *Tres domini.*] Filiifamilias ingenue nati. *Sed, &c.*] Id eſt, trium dominorum fratribus natu majoribus à laboribus ruſticis redeuntibus, puls in cibum dabatur.

170. *A ſcrobe, &c.*] Id eſt, à fodiendo vel aratione revertentibus domum. Eſt autem ſcrobs foſſula, in qua panguntur plantæ vel vites. *Altera, &c.*] Nam prior parvulis data, minor erat & exigua. *Idem.*

171. *Et grandes, &c.*] Et grandiores cacabi repleti calentibus pultibus apponuntur eis. *Pultibus.*] Emphatice. Nam ante uſum panis, trecentis annis pulte victitabant. Plin. lib. 18. c. 8. Val. Max. lib. 2. cap. 5. *Idem.*

172. *Nunc, &c.*] Adeo crevit luxuria, ut ampliores nunc habeamus hortos, quam antiqui habuerunt agros. *Modus* pro menſura. *Agri.*] Priſcorum fundi, id eſt, duorum jugerum.

173. *Inde, &c.*] Ex tanta cupiditate. *Cauſſæ.*] Supp. Sunt, unde latrocinia, furta, veneficia, homicidia, &c. *Nec plura, &c.*] Ordo & ſenſus eſt, nec ullum vitium humanæ mentis miſcuit plura venena, aut ſæpius graſſatur ferro, quam avaritia, & immoderate habendi cupiditas. *Venena.*] Quæ fere miſcebantur ob acquirendas opes. *Lubin.*

175. *Sæva cupido.*] Immanis, atrox, truculentaque avaritia. Virg.

— *quid non mortalia pectora cogis*
Auri ſacra fames? Idem.

176. *Immodici.*] Alii, *Indomiti*, qui ſedari & expleri non poteſt. *Nam, &c.*] Hoc ait ex natura avaritiæ. Nam avari non paulatim aut pedetentim divitias exoptant acquirere, ſed ſubito per fas & nefas. *Idem.*

177. *Sed,*

Et cito vult fieri. sed quæ reverentia legum,
Quis metus, aut pudor est unquam properantis avari?
Vivite contenti casulis, & collibus istis
O pueri, Marsus dicebat & Hernicus olim,
Vestinusque senex: panem quæramus aratro,
Qui satis est mensis: laudant hoc numina ruris,
Quorum ope & auxilio, gratæ post munus aristæ,
Contingunt homini veteris fastidia quercus.
Nil vetitum fecisse volet, quem non pudet alto
Per

VET. SCHOLIAST.

177. *Et cito, &c.*] Per scelera scilicet. *Sed, &c.*] Exclamatio.

180. *Et Hernicus olim.*] Virgilius:
Hernica saxa colunt.

181. *Vestinusque.*] Oppidum est Italiæ. *Panem, &c.*] Id est, hoc persuadebant: Hoc tantum ex labore quæramus, quod nobis ad victum sufficiat. hoc enim & Diis placet.

184. *Contingunt, &c.*] Quia ante fruga & glandem homines comedebant.

185. *Nil, &c.*] Is nam non vult ea quæ illicita sunt admittere, sed sua paupertate contentus esse.

VARIORUM.

177. *Sed, &c.*] Exclamatio, Avaritia nullas leges curat, omnes leges atque jura violat. *Idem.*

178. *Quis, &c.*] Nimirum avari neque Deos, neque homines curant, & modo opes acquirant, nihil pensi habent. *Idem. Properantis.*] Qui cito vult ditescere.

179. *Vivite, &c.*] Laudat rursus priscorum parsimoniam, qui paucis contenti beatissime vixerunt, damnatque contra sui temporis inexplebilem in plerisque avaritiam. *Casulis.*] Domunculis rusticanis, & parvis agellis. *Idem.*

180. *Pueri.*] Pro filiis, Græca consuetudine. *Marsus.*] Quilibet paterfamilias in illis Italiæ locis. Erant autem Marsi prope Albam. Hernici etiam Lavinio & Albæ vicini erant. Sabinis vero & Marsis Vestini. *Lubin.*

181. *Panem, &c.*] Sic Seneca, *Panem & aquam natura desiderat, nemo ad hæc pauper est. Aratro.*] Optima & justissima ratione. Nullum autem vitæ genus agricultura est præstantius. *Idem.*

182. *Qui satis &c.*] Qui sufficit ad victum. *Laudant, &c.*] Id est, ipsis Diis hoc vitæ genus placet. *Hoc.*] Aratro panem quærere. *Numina, &c.*] An Liber & Ceres. ut Virg. Geor.

Liber & alma Ceres, vestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutavit arista. An vero Seja, Segesta & Tutilina? *Grang*

183. *Quorum ope*] Quorum ductu & auspicio homines usum frumenti, & panem didicerunt, & cum fastidio reliquerunt glandes, quibus victitabant ante. *Munus, &c.*] Post munus & donum inventi frumenti & panis. *Lubin.*

184. *Contingunt, &c.*] Id est, accidit illi fastidium & nausea. *Veteris, &c.*] Dicit hoc, quia ante hæc, quæ notat, tempora, rudes adhuc erant, & arborum herbarumque fructibus vivebant. *Lubinus.*

185. *Nil, &c.*] Qui laborum patiens & paucis contentus est, & mavult mediocria, quam nimia, ille nihil illicitum volet admittere per avaritiam, quod naturæ atque legibus sit contrarium. *Quem, &c.*] Qui tener, mollis, & superbus non est, & quem non pudet rustico calceo contra nives, imbres, & frigus muniri. *Alto.*] Alte super genua subducto, ut apud nos piscatores. *Idem.*

186. Per

Per glaciem perone tegi, qui summovet Euros
Pellibus inversis. peregrina, ignotaque nobis
Ad scelus, atque nefas, quæcunque est, purpura ducit.
Hæc illi veteres præcepta minoribus: at nunc
Post finem autumni media de nocte supinum
Clamosus juvenem pater excitat: accipe ceras,
Scribe puer, vigila, caussas age, perlege rubras
Majorum leges, aut vitem posce libello.

Sed

VET. SCHOLIAST.

186. *Per, &c.*] Virgilius:
--*Crurum tegit altera pero.*

187. *Ignotaque, &c.*] Quæ à nobis ignota, alios inducit ad scelus.

189. *Hæc, &c.*] Posteris suis dabant.

190. *Supinum.*] Dormientem.

192. *Perlege, &c.*] Rubricas Juris.

193. *Aut, &c.*] Ut Centurio fias, da libellos: id est, milita. vitis nam insigne Centurionum est, à Libero patre inventum, qui primus triumphavit, & inventor vitis est.

VARIORUM.

186. *Per, &c.*] Dum glaciem penetrat, & dura opera tractat. *Perone.*] Pero calceus rusticus è crudo corio supra genua se extendens. Virg.
— *Crudus tegit altera pero.*

Qui, &c.] Qui arcet, avertit & à se depellit frigidum & impetuosum ventum Eurum. *Idem.*

187. *Pellibus, &c.*] Ut sit incultus quidem, sed à frigore tutus. Id est, ovium pellibus, lanam, villos, vel pilos interius habentibus. *Peregrina.*] Jam vero purpureæ vestes, peregrinæ, Tyriæ, Africanæ, & Laconicæ omnia scelera invexerunt. *Ignotaque.*] Utpote quæ Romæ non conficitur. *Idem.*

188. *Quæcunque, &c.*] Dicit eo, nam dixit supra, *peregrina & ignota*, ob id ait, quæcunque illa est parum nobis nota. Melius forte legitur: *quodcunque*, id est, ad omne vitium & scelus. *Idem.*

189. *Hæc, &c.*] Demonstravit superius majores suis liberis continentiæ & frugalitatis auctores fuisse. Jam è contrario demonstrat sua ætate parentes longe alia liberis suis præcipere. *Lubin.*

190. *Post, &c.*] Antelucanam enim lucubrationem incipiebant sub finem autumni, quamvis de more fuisset, ut de mense Augusto Vulcanalibus lucubrare inciperent: sed ἀφορμήσεως χάριν plerique faciebant. *Muret.* ipsa ergo hyeme, ubi frigus urget, & intempesta nocte filios excitat & ad avaritiam impellit.

191. *Accipe, &c.*] Verba avari, quibus filium suum ad opes accumulandas exhortatur. Accipe ceratas tabulas, teque exerce scribendo & computando. *Lubin.*

192. *Caussas age.*] Litiga, caussas defendendas in foro conduc, ut lucrum facias. nam ut ait Mart. *Illic æra sonant.* *Rubras.*] Tituli & principia legum, imo omnium quæ scribebant veteres, rubrica notata erant. Hinc plerumque rubricæ pro ipsis legibus.

193. *Majorum, &c.*] A majoribus latas. *Vitem, &c.*] Libello supplice, vel carmine in laudem Imperatoris conscripto, posce tibi centurionatum. *Centurionis insignis vitis erat*, qua milites puniret; Unde noster Satyr. 8. vers. 247.

Nodosam post hæc frangebat vertice vitem.

Liv. lib. 57. Plin. lib. 14. cap. 1. *Idem.*

194. *Sed*

Sed caput intactum buxo, naresque pilosas
Adnotet, & grandes miretur Lælius alas.
Dirue Maurorum attegias, castella Brigantum,
Ut locupletem aquilam tibi sexagesimus annus
Afferat. aut, longos castrorum ferre labores
Si piget, & trepidum solvunt tibi cornua ventrem
Cum lituis audita, pares, quod vendere possis
Pluris dimidio, nec te fastidia mercis

Ullius

VET. SCHOLIAST.

194. *Sed, &c.*] Sensus hic est: Sic age ut te sordidum pueri mirentur, & virtutem tuam imitentur, si vis Centurio militare.

195. *Miretur, &c.*] Comes Lælius Centurio, sub quo militabis, ut evertas casas & attegias Maurorum.

196. *Brigantum.*] Gallorum.

197. *Ut, &c.*] Ut signifer sis stipendiis emeritus anno sexagesimo, quo stipendia deponebant sua.

199. *Cornua, &c.*] Si pavore cornuum, aut lituorum, venter tibi solvitur.

200. *Vendere, &c.*] Esto negotiator.

201. *Pluris, &c.*] Plus media parte.

VARIORUM.

194. *Sed, &c.*] Id est, ita te gere, ut Imperator Lælius, à quo Centurio scribendus es, in te annotet neglectum corporis cultum. Ita enim te fortem & militiæ idoneum existimabit. *Intactum buxo.*] Impexum. Pecten enim ex buxo. *Nares pilosas.*] Pilosi homines majoris roboris existimantur. *Idem.*

195 *Lælius*] Imperator. Qui te fortem militem existimabat. *Et grandes &c.*] i. e. grandibus pilis hirsutas. Lubinus de ipsis scapulis & axillis grandibus intelligit.

196. *Dirue, &c.*] Id est, milita, & Maurorum mapalia, tabernacula, & humiles casas prosterne & everte. Id est, fortissimum militem & centurionem age. *Attegias.*] Mapalia. *Castella.*] Arces & opida Anglorum & Britannorum expugna. *Lubin. Brigantum.*] Britannorum, in Septentrionali parte Albionis insulæ qui aliis *Eboracenses* sunt, aliis *Gauat.* Farnab. Vet. Schol qui de Gallis intelligit, longe fallitur, nisi per Gallos Phrygas intelligit. *Grang.*

197. *Ut, &c.*] Id est, ut anno ætatis sexagesimo primipilatum obtineas stipendiis emeritus. Primipili Centurio aquilam servabat: tarde & gradatim isti ordines conferebantur: *Sexagesimus* autem annus hyperbolice; nam post quinquagesimum militia vacabant *Grang.* Vel ut sexagesimo anno signifer fias, & opes atque pecuniam consequaris. vide Martial. Ep. 58. l. 6. *Lubin.*

198. *Aut, &c.*] Id est, si militiam exercere tædet, mercaturam exerce. *Idem.*

199. *Et, &c.*] Ut formidolosus & trepidus sis, de vita metuens, cornuum tubarumque clangorem audire nequeas. *Solvunt, &c.*] Ex ratione naturali dicit. Nam metuentibus alvus solvitur. Musculi enim qui excrementorum meatus claudunt, animæ per timorem intro fugiente calore & virture destituti, laxant vincula Vide Probl. Aristotelis. Camerarius 3 Dec 4 Macrob. Saturn. 7. c. 11. Alii leg. *trepido.*

200 *Lituis.*] Quibus viri ad bellum accenduntur. Est autem lituus incurva buccina exili sono. *Pares, &c.*] Compara tibi hoc, quod vendas postea pluris dimidio, quam revera valet, aut quam tu illud emisti.

201. *Nec, &c.*] Id est, non nauseas, si fetore

Jllius ſubeant ablegandæ Tiberim ultra,
Ieu credas ponendum aliquid diſcriminis inter
Jnguenta, & corium. LUCRI bonus eſt odor ex re
Qualibet. illa tuo ſententia ſemper in ore
'erſetur, Diis, atque ipſo Jove digna, Poëtæ:
JNDE habeas quærit nemo, ſed oportet habere.
Ioc monſtrant vetulæ pueris poſcentibus aſſem:
Ioc diſcunt omnes ante alpha & beta puellæ.
Talibus inſtantem monitis, quemcunque parentem
ic poſſem adfari: dic, ô vaniſſime, quis te
eſtinare jubet? meliorem præſto magiſtro

Diſci-

VET. SCHOLIAST.

202. *Ablegandæ.*] Transportandæ ul- Tiberim.
203. *Neu, &c.*] Ne contemnas vi- rem mercem, aut quæ puteat, id eſt, aria.
206. *Atque, &c.*] Id eſt, Jovis di- um eſt.
208. *Vetulæ, &c.*] Aſſa nutrix dici- , quæ lac non præſtat infantibus, ſed um diligentiam & munditiam adhi- . nutricula ſicca, vetuſta infantibus onſtrat.
209. *Ante, &c.*] Ante ætatem di- ndi,

VARIORUM.

orte fœtidæ merces tibi ſint diſtra- ndæ, quæ ut adornentur ultra Ti- im ablegandæ ſint: trans Tiberim m fœtida opera, ut ſulphurata, & coriationes exercebantur. Martial. Ep. . l. 1. b. Turneb. lib. 24. cap. 43.
204. *Corium.*] Pelles male olentes, & e fragrans unguentum. *Lucri, &c.*] illud Titi Veſpaſiani apud Suetonium . 23. alluſit: *Qui reprehenſus à Tito filio urina vectigalia commentus eſſet, pecu- ex prima penſione ejus naribus admovit, rens, nunquid odore offenderetur. Illo ntes: Atqui, inquit, è lotio eſt.* I- n.
05. *Illa tuo.*] Laudat illum ſequen- tem Ennii verſum, tanquam Deo di- gnum & oraculum. *Idem.*

206. *Poëtæ.*] Ennii. Supp. quæ eſt.

207. *Unde, &c.*] Unde habeas divi- tias, ex fœdis an male olentibus merci- bus, juſte & injuſte, nemo ſolicitus ſit. Dixit autem hoc Ennius ironice avari- tiam perſtringens. *Idem.*

208. *Hoc, &c.*] Id eſt, non ſo- lum patres, ſed etiam matronæ ve- tulæ inculcant hoc pueris ſuis parvulis, aſſem petentibus ad nuculas, pyra, po- ma, & alia emenda. Satyr. 3. verſ. 143. Rectius vero Probus legit, *Pueris repon- tibus Aſſa. Aſſa* autem nutrix eſt, quæ lac infantibus non præſtat, ſed ſicca eſt nutricula, tantum curam puerorum ha- bens. Ita dicta, quod adſit iis quos nutrit, nec vel exiguo tempore ab iis divellatur. Lud. Carrio Emendat. libro 2. capite 9. *Lubin.*

209. *Ante, &c.*] Antequam funda- menta & elementa linguæ & literarum addiſcunt, fundamenta avaritiæ & o- mnium malorum jam poſuerunt. *Lu- binus. Puellæ.*] Ergo non tantum fi- liolos, ſed & filiolas docent avaritiam: niſi forte ſit *puelli* legendum.

210. *Inſtantem, &c.*] Avaritiæ præce- pta ſæpius inculcantem.

212. *Feſtinare.*] Filium ad avaritiam urgere & inſtigare, vel ante tempus fi- lium avarum reddere, cum ſponte & ul- tro maturiori ætate illam ſit addiſciturus. *Meliorem, &c.*] Præſtabo & exhibebo

 filium

Discipulum. securus abi: vincêris, ut Ajax
Præteriit Telamonem, ut Pelea vicit Achilles.
Parcendum est teneris: nondum implevere medullas
Nativæ mala nequitiæ, cum pectere barbam
Cœperit, & longi mucronem admittere cultri,
Falsus erit testis, vendet perjuria summa
Exigua, & Cereris tangens aramque pedemque.
Elatam jam crede nurum, si limina vestra
Mortifera cum dote subit. quibus illa premetur

Per

VET. SCHOLIAST.

213. *Vinceris, &c.*] Id est, ut illi in virtute parentes suos superaverunt, sic & iste te in avaritia.

217. *Admittere, &c.*] Id est, tondere barbam.

218. *Summa, &c.*] Ut in minima mercede avaritia exprimatur.

219. *Cereris, &c.*] Ut perjurus erit.

220. *Elatam, &c.*] Mortuam, quæ cum dote sibi adferat mortem.

VARIORUM.

filium tuum in avaritia te longe superiorem. *Magistra.*] Te patre, qui docuisti. *Idem.*

213. *Securus, &c.*] Discede tantum & desiste ab institutione ampliore filii tui. Vel, ne sis solicitus, quasi filius tuus frugi non sit futurus, & probe opes comparaturus. *Vincêris, &c.*] Ut Ajax patrem suum Telamonem, & Achilles Pelea, virtute & fortitudine superavit: ita etiam filius tuus te superabit sed avaritia, nequitia, & omni scelere. *Idem.*

215. *Parcendum, &c.*] Condonandum est o Pater puerulis, si forte tam tenella ætate avaritia te non vincunt. *Nondum, &c.*] Id est, malitia & nequitia ipsis innata, nondum ad cor ipsis penetravit, ipsorumque medullas nondum occupavit, quod ubi maturiori ætate fiet, sua sponte & ultro satis scelerati erunt. *Idem.*

216. *Nativa.*] Per naturam depravatam. Alii legunt, *Natura mala. nequitia est. Cum, &c.*] Ubi grandior ætate fuerit, & cum habuerit barbam tam prolixam ut pecti possit. *Idem.*

217. *Longi, &c.*] Novaculæ vel cultri rasorii ad barbam radendam, qui oblongioris figuræ illis erat. Id est, ubi adoleverit. *Idem.*

218. *Falsus, &c.*] Id est, tunc sponte sua malis artibus ad avaritiam utetur, ad quæ ipsam exstimulas. *Vendet, &c.*] Mercede pejerabit. *Summa exigua*] Pro tenui lucello.

219. *Cereris, &c.*] Ubi juramentum sanctissimum habebatur, quippe ubi castis & puris tantum locus erat. Unde dixit Sat 9.

Pauca adeo Cereris vittas contingere digna.

Aramque.] Respicit ad morem & habitum jurantium: mos enim erat jurantibus, aram tangere. *Lubin.*

220. *Elatam, &c.*] Id est, tam certe credo, quod filius tuus uxorem suam, nurum tuam veneno occisurus sit, quam si illa jam occisa & ad sepulturam elata esset. Innuit filium ob opes propriam conjugem sublaturum. *Si, &c.*] Si maxime dotata filio tuo nupserit. Hæc referenda ad antiquum morem nuptiarum, de quo Brisson. de ritu nuptiar. Subire enim est ita ingredi ut ne limen tangatur. *Lubin.*

221 *Mortifera.*] Ipsi nurui. Nam propter dotem occupandam, venena ipsi dabit filius tuus. *Quibus, &c.*] Intellige, vel

Per somnum digitis! nam quæ terraque marique
Acquirenda putas, brevior via conferet illi.
NULLUS enim magni sceleris labor. hæc ego nunquam
Mandavi, dices olim, nec talia suasi:
Mentis caussa malæ tamen est, & origo penes te.
Nam quisquis magni census præcepit amorem,
Et lævo monitu pueros producit avaros:
Et qui per fraudes patrimonia conduplicare

Dat

VET. SCHOLIAST.

222. *Per*, *&c.*] Id est, quæ per somnum effocabitur propter dotem.

223. *Brevior*, *&c.*] Id est, homicidium.

224. *Nullus*, *&c.*] Id est, in perpetrando scelere nunquam difficultas est.

226. *Mentis*, *&c.*] Exordium sceleratæ mentis tuæ, quæ jubes ei avaritiam sequi.

228. *Et*, *&c.*] Subtili monitu. *Producit*, *&c.*] Sceleratos.

VARIORUM.

vel quod digitis violenter ejus fauces occlusurus sit; vel quod digitis veneno cicutæ infectis, ejus dormientis membra muliebria sit contrectaturus: hinc præsentanea mors. hoc Calpurnio Bestiæ objecit M. Cæcilius.

222. *Per somnum.*] Alii leg. *Per noctem.* *Nam*, *&c.*] Quæ tu pater sperasti filium tuum consecuturum longis laboribus, & negotiationibus terra & mari, illud filius tuus acquiret longe breviore & compendiosiore via, nimirum, furtis, homicidiis, latrociniis, perjuriis, aliisque malis artibus. *Lubin.*

224. *Nullus*, *&c.*] Id est, in scelere perpetrando non magna difficultas est, præceps est ad scelus via. *Hæc*, *&c.*] Sequitur patris excusatio. Quasi dicat Poëta: cum audieris filium tuum adeo scelerata perpetrantem, dices: Ego nunquam auctor fui filio, ut veneficia, furta, & latrocinia perpetraret. *Idem.*

225. *Olim.*] i. e. Aliquando dices: Vel dices *nec suasi olim*, i. e. antehac ullo tempore.

226. *Mentis*, *&c.*] Respondet Poëta: Quamvis homicidia & veneficia filio tuo non commendaveris, tamen avaritiam ipsi imperasti, unde omnia hac necessario oriuntur. Et hac ratione exordium sceleratæ mentis filii tui, penes te est, *Idem.*

227. *Nam*, *&c.*] Probat quod avari parentes omnium scelerum auctores sint ipsis liberis. Id est, quicunque avaritiam filio suo imperat, eique summas opes commendat, præcipit etiam ei & aperta rationes quibus illæ acquirantur.

228. *Et lævo monitu &c.*] ille ipse etiam sinistra & prava doctrina paulatim filios suos avaros efficit.

229. *Per*, *&c.*] Per malas artes, malis mercibus. Hunc versum liber collegii Catharinæ non habet. *Idem.*

230. *Totas*, *&c.*] Id est, ille idem facit quod aurigæ, qui equis cum curriculo currentibus frena & habenas laxant. Nam si currum velocissime currentem inhibere velis, non potes: ita si filium tuum jam pleno gradu per scelera ad divitias properantem revocare velis, non potes. Tum enim, ut Poëta ait: *Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.*

Deleo vero hoc loco Et, quod in vulgatis plerisque inseritur. *Lubin.*

232. Et,

Dat libertatem, & totas effundit habenas
Curriculo: quem si revoces, subsistere nescit,
Et te contemto rapitur, metisque relictis.
Nemo satis credit tantum delinquere, quantum
Permittas: adeo indulgent sibi latius ipsi.
Cum dicis juveni, stultum, qui donet amico,
Qui paupertatem levet, attollatque propinqui;
Et spoliare doces, & circumscribere, & omni
Crimine divitias acquirere, quarum amor in te est,
Quantus erat patriæ Deciorum in pectore, quantum
Dilexit Thebas, si Græcia vera, Menœceus:

In

VET. SCHOLIAST.

230. *Dat*, &c.] Authoritatem & nequitiam permittit.

231. *Quem*, &c.] Virgilius:

Fertur equis auriga. ———

232. *Et*, &c.] Patre vel rectore. Qui jam fuerit dedicus avaritiæ, revocari non potest.

233 *Nemo*, &c.] Nemo se putat satisfecisse, nisi amplius delinquant, quam non permittas, adeo plus peccare cupiunt.

235 *Cum*, &c.] Si reprehendas eum benefacientem, quid illi suadeas nisi ut criminosus sit.

238. *Quarum*, &c.] Divitiarum & avaritiæ tantum amoris habes, quam Decii habuerunt civitatis suæ.

240. *Menœceus.*] Qui pro civibus suis mortem elegerunt.

VARIORUM.

232. *Et*, &c.] Quemadmodum invito auriga, currus ex præcipiti deorsum latus rapitur cum impetu. *Metisque*, &c.] Ultra terminos à te sibi præscriptos. *Idem.* Emphasis videtur in *que*, ut sit, ipsis etiam metis relictis.

233. *Nemo*, &c.] Id est, nemo existimat, se satis tutum peccasse, cum tantum solum peccat, quantum tu permisisti. Existimat enim sese, licet ulterius peccet, non peccaturum. *Idem.*

234. *Adeo*, &c] Id est, usque adeo omnes homines semper plus peccare gaudent: & etiam ultra patris præcepta peccandi licentiam sibi arrogabunt. Et ratio est: Nam in immoderato modus non est. *Idem.*

235. *Cum*, &c.] Id est, cum puero tuo dicis stultum esse, qui aliis benefaciat, vel si proximo suo benefacientem reprehendas, ille non solum non benefaciet, verum insuper etiam malefaciet, & crudelis erit, atque fraudulentus. *Idem.* *Circumscribere*] Decipere. *Idem.*

238. *Quarum*, &c.] Tantus in te divitiarum amor est, quantus patriæ amor erat in Deciis, patre & filio, qui pro patriæ salute sese devoverunt, ut tu te pro pecunia devoves. Sat. 8. vers. 258. *Lubin.*

239 *Deciorum.*] De his dictum est Sat. 8. ad illa verba:

Plebeiæ Deciorum animæ.

Lubin.

240. *Si*, &c.] Obiter perstringit vanitatem Græcorum, eorumque frigida commenta, quorum tamen, teste Plinio, nullum mendacium, quod teste careat. Unde & superius Sat. 10. vers. 174. dixit:

——— *& quicquid Græcia mendax*
Audet in historia. ———

Menœceus.] Creontis filius, cum Thebarum civitas obsessa ab Argivis esset,

Idem

In quarum ſulcis legiones dentibus anguis
Cum clypeis naſcuntur, & horrida bella capeſſunt
Continuo, tanquam & tubicen ſurrexerit una.
Ergo ignem, cujus ſcintillas ipſe dediſti,
Flagrantem late, & rapientem cuncta videbis.
Nec tibi parcetur miſero, trepidumque magiſtrum
In cavea magno fremitu leo tollet alumnus.
Nota Mathematicis geneſis tua; ſed grave tardas

Ex-

VET. SCHOLIAST.

241. *Legiones, &c.*] Virgilius:
——*Satis immanis dentibus hydri,*
Nec galeis, denſisque. ——

243. *Tanquam, &c.*] Qui eos exciet ad prælium. Irridet Græcorum audaciam paratam in omni mendacio.

247. *Tollet, &c.*] Filius, allegoricos, hoc eſt, & in te malitiam cum ſcelere exercebit.

249. *Expectare, &c.*] Calatos.

VARIORUM.

reſpondit oraculum, ſalvam illam fore ſi ultimus ex Cadmi familia ſponte ſua ſeſe interemiſſet. Quod cum ad ſe pertinere videret Menœceus, ſuo ſe transfixit gladio. Papin. libro x. Thebaid. *Idem.*

141. *In quarum.*] Alii, *In quorum.* Ordo & ſenſus eſt, *In quarum (Thebarum) ſulcis legiones cum clypeis naſcuntur è dentibus anguis.* Hoc jam refer ad illud, quod ſuperius dixit: Si Græcia vera. Græci enim innumerabiles fabulas hiſtoriis ſuis inſeruerunt, ut & hæc de Cadmo. Cadmus enim cum Draconem interemiſſet, ejus dentes excuſſos ſeminavit, ex quibus armati milites prodierunt: qui mox inter ſe confligentes mutuis vulneribus ceciderunt. Vide Ovidium 3. Metamorphoſ. *Idem.*

243. *Continuo.*] Statim ut natæ ſunt. *Tanquam, &c.*] Qui illos ad bella & mutua vulnera excitaret & accenderet. *Idem.*

244. *Ergo ignem.*] Avaritiæ flammam. Prior allegoria à curru fuit; ſequitur altera ab igne. Ut aliquis ignem excitatum exſtinguere nequit, ita neque divitiarum amorem in pueris excitatum, & quaſi inflammatum. Ille enim amor omnia per fas & nefas ad ſe rapiet, etiam bona tua, te prius ſublato. *Scintillas.*] Fomenta. Filio enim tuo ſemina avaritiæ dediſti quaſi ſcintillas, unde inexſtinguibilis ille avaritiæ ignis omnia depaſcens & rapiens. *Idem.*

246. *Nec, &c.*] Id eſt, non ſolum decipiet omnes alienos, quos poterit: verum te etiam, qui illum docuiſti, educaſti, informaſti. Non ſecus atque leo alumnus, magiſtrum ſuum in caveam abripit & devorat. Martial. lib. Spect. Ep. 10. *Idem.*

247. *Alumnus.*] Allegorice filium notat, qui parem malitiam in patrem ſuum ſit exerciturus. *Lubin.*

248. *Nota, &c.*] Id eſt, vitæ tuæ longitudo & duratio, ex hora nativitatis vel geneſi, Mathematicis nota eſt: & Mathematici ex illa tibi longam vitam promittunt. Verum filius tuus illum aſtrorum curſum interpellabit, & Parcas fila vitæ tuæ ſecare morantes & tardantes, præveniet. *Sed, &c.*] Filio tuo avaro moleſtum eſt, prolixius Parcarum colos exſpectare. *Lubinus.*

249. *Morieris.*] Nondum à Parcis præfecto, id eſt, non naturali morte morieris, ſed à filio tuo veneno, vel alio ſcelere extinctus. *Idem.*

250. *Jam, &c.*] Filio tuo tua longa vita moleſtus es. *Vita, &c.*] Opum & facultatum; vel vitæ filii, qui te jam du-

Hh 4 dum

Exspectare colos. morieris stamine nondum
Abrupto. jam nunc obitas, & vota moraris:
Jam torquet juvenem longa, & cervina senectus.
Ocyus Archigenem quære, atque eme, quod Mithridates
Composuit, si vis aliam decerpere ficum,
Atque alias tractare rosas. medicamen habendum est,
Sorbere ante cibum quod debeat, & pater, & Rex.
Monstro voluptatem egregiam; cui nulla theatra,
Nulla æquare queas Prætoris pulpita lauti,
Si spectes quanto capitis discrimine constent

In,

VET. SCHOLIAST.

251. *Jam, &c.*] Odiosus est filio *Cervina, &c.*] Quos usque ad nongentos annos vivere dicunt. Longævitas.

252 *Ocyus, &c.*] Medicum. Nam pater qui perniciosum filium habet, atque debet timere saluti suæ, sicut Rex.

253. *Si vis, &c.*] Id est, antidotum, quod veneno obstet.

256. *Monstro, &c.*] Nulla theatra tibi talem voluptatem dabunt, nulla promotio dabit cuiquam, quod accipiet hic de sua pecunia.

258. *Discrimine:*] Periculo.

VARIORUM.

dum exstinctum cupit. Ovid.

Filius ante diem patrios inquirit in annos. Idem.

251. *Jam, &c.*] Excruciat eum longæva tua vita, & senectam tuam, cervinam appellat. Cervi enim ad nongentos annos vivere dicuntur. Forte & legi potest *corvina.* Vide proverbia Junii, *Idem.*

252. *Ocyus, &c.*] Id est, si volueris diutius adhuc vivere, Antidoton Mithridaticum tibi contra venena compara, quæ filius tuus tuis bonis inhians tibi parabit. *Archigenem.*] Hujus præstantis medici jam ter meminit. *Mithridates*] De hoc rege Ponti, ejusque medicamento adversus venena, diximus in calce Sat. 6. *Idem.*

253. *Si, &c.*] Si vis adhuc per annum vivere, vel alium autumnum videre, ut novas ficus decerpas. *Idem.*

254 *Alias, &c.*] Usque ad proximum ver vivere, quod rosas & flores præbet. *Medicamen.*] Antidoton in promtu tibi habendum. *Idem.*

255. *Ante cibum.*] Ut remedium adversus venenum, antequam quicquam ex apposito cibo capiat. *Et pater, &c.*] Alii leg. *Aut pater, &c.* Id est, pater qui avarum filium habet, æque venenum timeat, ut rex Mithridates. *Lubin.* Nam eadem terme est ratio, patrisfamilias in gubernatione domus suæ, quæ regis in regni administratione, nisi quod hic plures, ille regit pauciores, ideoque utrumque possunt, ac si di eret, non esse patri minus metuendum a liberis male institutis aut servis, quam regi a civibus aut domesticis, aliisque qui ejus invident potentiæ. *Et tamen.*

256 *Monstro, &c.*] Id est, avarorum pericula, labores, curas, sollicitudines si animadvertas, majori voluptate afficieris, quam in theatris ludos spectans. *Monstro*] Quando hujusmodi avarum demonstro. *Voluptatem.*] In consideranda stultitia avarorum. *Lubin.*

257. *Pulpita.*] Scenicos ludos, mimos aut pantomimos. *Lauti.*] Magnifici, celsi, lupini, ob magnas impensas, quas in iis conducendis faciebat. *Farnab.*

258 *Si spectes.*] Quantis periculis & laboribus opes sint corradendæ. *Idem.*

259. *Incrementa.*] Augmenta opum

At

Incrementa domus, ærata multus in arca
Fiſcus, & ad vigilem ponendi Caſtora nummi,
Ex quo Mars ultor galeam quoque perdidit, & res
Non potuit ſervare ſuas. ergo omnia Floræ,
Et Cereris licet, & Cybeles aulæa relinquas,
Tanto majores humana negotia ludi.
An magis oblectant animum jactata petauro
Cor-

VET. SCHOLIAST.

260. *Fiſcus.*] Pecunia ſacculi. *Et ad, &c.*] ad Templum Caſtoris.

261. *Ex, &c.*] Ex illo pecuniam amat, ex quo Mars à furibus ſpoliatus eſt. Antea ſolebant arcas æratas facere, & ibi mittere pecuniam ſuam Senatores, & ſic in foro Martis ponere. Verum per noctem à furibus exſpoliatæ ſunt arcæ, & cœperunt ex eo ad templum Caſtoris ponere. Ideo dicit, Mars ultor galeam perdidit.

262. *Omnia, &c.*] Ludos Theatrales, qui in honorem Dearum exhibentur.

264. *Tanto, &c.*] Negotia hominum majores ludos habent, quam votiva ſolemnitas.

VARIORUM.

in domo, quæ avarus ſtudet accumulare. *Ærata, &c.*] Multi pecuniarum ſacculi in arca incluſi. Ferrata autem arca, opes ſuas ditiores cuſtodiebant. *Idem.*

260. *Et, &c.*] Ad templum Caſtoris. Solebant enim in templis veteres ſuos theſauros recondere, rati à Diis melius cuſtodiri. uti quoque fœdera, pactiones & cætera ejuſmodi. *Vigilem.*] Hic excubiæ per vigiles erant, pro cuſtodiendis rebus ibidem repoſitis. Brod. 4. Miſcellan. 17. Lipſius ad Annal. Taciti.

261. *Ex quo.*] Poſtquam, in templo Martis compilatæ fuerunt arcæ. vide Martial Epigr. 72. lib. 6. *Ex quo, &c.*] Deriſo Marte, vanitatem fabulæ perſtringit, & Romanos ignaviæ accuſat, qui nihil amplius armis quærerent; ſed & olim quæſita, ſibi eripi turpiter paterentur. *Rigaltius. Mars, &c,*] Forum enim illud ab Auguſto conſtructum, Martis ultoris appellabatur. *Galeam, &c.*] Ridicule, quæ forte ipſi per fures de capite ablata. nam cum nummos & cætera diriperent, ne ipſi quidem Marti pepercisse perhibentur, ei etiam inſignia ſua auferentes. *Res ſuas.*] Sceptice irridet Deum. Quaſi dicat: Propria ſua arma in corpore ſibi retinere non potuit. *Lubin.*

262. *Ergo, &c.*] Floralia. Id eſt, omnes ludos alios merito relinquas, præ ſtultitia redicula avarorum. Erant autem *ludi Florales* jocoſi, dulces, cum ſumma vulgi licentia, à meretricibus celebrabantur. Perſ. Satyr. 5 verſ. 178. *Idem.*

263. *Cereris.*] Ludos Cereales, quibus equorum curſus in circo celebrabantur, primuſque eos Cajus Memmius Ædilis Curulis exhibuit. Ang. Politian. Miſc. cap. 85. *Cybeles.*] Ludos Megalenſes à Junio Bruto inſtitutos, in æde magnæ Deûm matris Cybeles. quia in ludis aulæorum uſus; hinc pro ipſis ludis *aulæa. Relinquas.*] Contemnas & poſthabeas, aulæa illa, quæ in ludis hiſce extenduntur. Satyr. 6. verſ. 69.

264. *Tanto, &c.*] Negotia humana avarorum & immodici labores ad augendam omni modo rem, in tantum ſuperant omnia ludorum genera. Quomodo enim fabula, ſic vita. *Seneca.*

265. *An, &c.*] Id eſt, petauriſtæ, numquid magis aliquem delectant, quam inſani illi & ridiculi mercatores, qui ventis ſemper jactantur & undis. *Petauro.*] Petauriſtæ per ligneam circu-

lum

Corpora? quique solent rectum descendere funem?
Quam tu, Corycia semper qui puppe moraris,
Atque habitas, Coro semper tollendus, & Austro,
Perditus, ac vilis sacci mercator olentis?
Qui gaudes pingue antiquæ de litore Cretæ
Passum, & municipes Jovis advexisse lagenas?
Hic tamen ancipiti figens vestigia planta
Victum illa mercede parat, brumamque, famemque
Illa reste cavet: tu propter mille talenta,

Et

VET. SCHOLIAST.

266. *Quique, &c.*] Funambulum.

267. *Quam, &c.*] Corycus civitas Siciliæ. Id est, negotiator, qui omni tempore navigas.

269. *Ac, &c.*] Opobalsamum, aut malobatrum, fœtidæ alicuius mercis. ut est sententia tali, tu fœtide.

271. *Lagenas.*] Creticas, quia Juppiter ibi nutritus est.

272. *Hic, &c.*] Funambulus ex hac arte victum sibi comparat.

273. *Brumamque, &c.*] Horatius: *Frigus, quo duramque famem depellere possit.*

274. *Illa, &c.*] Supra quam ambulat scilicet.

VARIORUM.

Jum admodum angustum, tam magna solentia manibus & pedibus directis transvolabant, ita tamen ut vix circulum corpore tangerent, & tamen ita cadebant, ut pedibus insisterent. Alii dicunt fuisse genus ludi, quo homines rotarum pulsu, per aera jactabantur. Turnebus lib. 1. Advers. cap. 4. Sed Scalig ad Manil. explicat de rota in sublimi posita, quæ à duobus versabatur, quorum alter superne, alter inferne nitebatur, ita ut alternis agitati nunc penderent, nunc erecti sederent.

266. *Quique, &c.*] Funambulos intelligit. *Idem.*

267. *Quam tu.*] Nave Corycium petente, ad crocum asportandum. Est item *Corycium* promontorium Cretæ & portus Æthiopiæ: vel, ut alii, mons Ciliciæ in quo antrum Coryceum, ubi optimum nascitur crocum. *Farnab. Corycia, &c.*] Qui illa navi inhabites, ab illa navi nunquam discedas. *Idem.*

268. *Coro*] Argeste, ab occasu solstitiali. Intelligit quemvis ventum. *Tollendus.*] Jactandus & agitandus. *Idem.*

269. *Perditus.*] Homo stultus & ærumnosus. *Ac vilis.*] Alii legunt, *a Siculis. Sacci, &c.*] Mercium olentium, quæ saccis inferciuntur. Forte etiam intelligit aromata & opobalsama, vel crocum. *Idem.*

270. *Pingue, &c*] Passum est liquoris vel vini genus quod ex uva passa cogitur. Columell. libro. 12. cap. 39. *Antiquæ, &c.*] Utpote Jovis patriæ. *Idem.*

271. *Municipes, &c.*] Ejusdem patriæ, & ex eodem municipio & loco, ex quo olim Jupiter, qui in Creta natus est. Intelligit autem vinum Creticum in lagenis, quod jam Malvaticum dicitur. Sic Satyr. 4. vers. 33. Siluros appellavit, *Crispini municipes.* Idem.

272. *Ancipiti, &c.*] Qui dubie & periculose in fune incedit, dubius, an domum incolumis sit rediturus. *Lubin.*

273. *Victum.*] Omnia necessaria sibi comparat illa reste, & prospicit sibi de amictu & victu. *Mercede.*] Quam recipit ab spectatoribus. *Brumamque.*] Frigus brumæ. *Lubin.*

274. *Tu, &c.*] Tu longe funambulo stultior, non ob famem vel frigus vitandum labores, sed ut immodicas & su-

per-

Et centum villas temerarius. aſpice portus,
Et plenum magnis trabibus mare: plus hominum eſt jam
In pelago. veniet claſſis quocunque vocarit
Spes lucri, nec Carpathium, Getulaque tantum
Æquora tranſiliet: ſed longe Calpe relicta,
Audiet Herculeo ſtridentem gurgite Solem.
Grande operæ pretium eſt, ut tenſo folle reverti
Inde domum poſſis, tumidaque ſuperbus aluta
Oceani monſtra, & juvenes vidiſſe marinos.
Non unus mentes agitat furor; ille ſororis

In

VET. SCHOLIAST.

276. *Plus*, *&c.*] Id eſt, qui naufragium pertulerunt.

279. *Sed longe*, *&c.*] Urnæ ſimilis mons, inde Calpe in extrema Spania.

280. *Audiet*, *&c.*] Gaditano Oceano Sol mergens ſtridet, ut ſi ferrum candens in aqua tingas. ultra Herculis columnas dicit ad mare mortuum, ultra quod navigare non conceditur. Nam ſic ſubjungit,

Oceani monſtra, & juvenes vidiſſe marinos.

281. *Ut*, *&c.*] Ut pleno ſacculo revertaris.

282. *Tumidaque*, *&c.*] Manticula, id eſt, mercibus.

283. *Oceani*, *&c.*] Tritones & Nereides.

284. *Ille*, *&c.*] Furens Oreſtes. Iſigenia ſoror Oreſtis.

VARIORUM.

perfluas opes habeas, per omnia maria diſcurrens. *Mille*, *&c.*] Cum unum talentum & una villa tibi ſufficiat. *Idem.*

275. *Aſpice*, *&c.*] Probat autem, quod dixit, ob avaritiam mercatorum, portus & mare paſſim plena eſſe.

276. *Magnis*, *&c.*] Navibus, vel etiam navibus fractis. *Plus*, *&c.*] Maxima pars hominum navigationi addicta eſt.

277. *Veniet*, *&c.*] Ubicunque lucrum eſt, eo naves penetrabunt. *Idem.*

278. *Nec*, *&c.*] Hoc mare ſe extendit ultra Rhodum, Cretam, & Cyprum, ab inſula Carpatho ita dictum. *Getula*, *&c.*] Mare Libycum. *Idem.*

279. *Calpe.*] Longe poſt ſe relinquet & transnavigabit columnas Herculis, Calpen & Abilam, illam in Hiſpania, hanc in Mauritania. Miratur Priſcianus quod Juvenalis *Calpe* ablativum corripuerit. Nullus dubito, quin *Calpe*, hic ſit tertiæ declinationis, à Calpes Calpis. *Voſſius.*

280. *Audiet.*] Hoc eſt, Nautæ, qui longè poſt ſe reliquerunt Herculis columnas, audient in mari Atlantico, &c. *Farnab.* Hoc ait ex Poſſidonii & Poëtarum figmentis, qui ſolem in finitimis Oceani litoribus ingenti ſtrepitu occidere ajunt, ac ſi in illo reſtinguendo pelagus effervefcat, non aliter atque ſi ferrum candens aquæ immergas. *Cel. Rhodigin.* lib. 24. cap. 13. *Herculeo.*] Ultra Herculis columnas. *Lubin.*

281. *Grande*, *&c.*] Cenſes te mercedem labore & opere dignam conſecutum, ſi in illis locis piſces & marina monſtra videas, & inde redeas multis opibus onuſtus. *Tenſo*, *&c.*] Diſtento & pleno pecuniarum ſacculo. Follis enim Latinis eſt, quod *βαλάντιον* Græcis; Sacculus nempe quo reconduntur nummi. *Salmaſ.*

282. *Tumida*, *&c.*] Pellicula marſupii, pecunia turgenti.

283. *Oceani*, *&c.*] Ut Tritones, Nereides, balænas, & alia. *Juvenes*, *&c.*] Tritones, qui præ ſe humanam effigiem ferunt. *Plin.* lib. 9. cap. 5.

284. *Non*, *&c.*] Cum variis deliriis ho-

In manibus vultu Eumenidum terretur, & igni:
Hic bove percusso mugire Agamemnona credit,
Aut Ithacum. parcat tunicis licet, atque lacernis:
Curatoris eget, qui navem mercibus implet
Ad summum latus, & tabula distinguitur unda:
Cum sit caussa mali tanti, & discriminis hujus,
Concisum argentum in titulos, faciesque minutas.
Occurrunt nubes, & fulgura: solvite funem
Frumenti dominus clamat, piperisque coëmtor.
Nil color hic cœli, nil fascia nigra minatur:

Æstiv

VET. SCHOLIAST.

286. *Hic, &c.*] Ajax, quia & ipse insanit.

287. *Aut, &c.*] Ulixem. *Parcat, &c.*] Quamvis se non * conscidit, tamen insanit.

291. *Concisum, &c.*] In argenteolos sive nummos.

292. *Occurrunt, &c*] Ergo hoc dicit, non insanit.

294. *Nil, &c.*] Nubes ducta per cœlum.

VARIORUM.

homines passim vexentur, demonstrat avaros mercatores omnium maxime stolidissimos & insanos esse. Horatius:

Danda est ellebori multo pars maxima avaris.

Ille, &c] Respicit ad fabulam Euripidis de Oreste, quem furentem custodiebat Electra soror, hic putabat se videre furias, quæ face & flammis sese insequerentur. *Idem.*

285. *Eumenidum.*] Furiarum, quas putat se videre: & cum Orestes illas placasset, nominabat Eumenidas à benevolentia, Sophocles in Oedipode in Colono. *Idem. Igni*] Facibus. *Farnabius.*

286. *Hic, &c.*] Intelligit Ajacem, qui in judicio armorum Achillis ab Ulysse victus, sibi manus intulit: furiosus in boves & porcos sæviebat, quos putabat esse sibi invisos Ulyssem & Agamemnonem. *Idem.*

287. *Parcat, &c.*] Avarus licet non ut alii furiosi vestes suas laceret & lacernas, tamen insanus est, & curatore vel custode indiget, dum bona sua & seipsum vento & fluctibus committit. *Idem.*

288. *Curatoris.*] Ut insanus & furiosus. Hominibus vero nequam, malesanis interdicta bonis solebat, curatore dato. *Idem*

289. *Latus, &c.*] Usque ad summitatem lateris navium. *Et, &c.*] Id est, una tabula ab unda vel morte, quatuor digitis distinguitur, ut supra dictum Sat. 12. vers. 58. Alii pro *unda*, legunt, *una*. Idem.

290. *Cum sit, &c.*] Id est, cum tot labores & pericula tantum instituantur propter numos, non autem numorum usum, quem avari ignorant. *Lubinus.*

291. *Concisum, &c.*] Periphrasis numorum. *Titulos*] Rerum gestarum, dignitatum & officiorum. *Facies*] Principum, Cæsarum, Regum. *Idem.*

292. *Occurrunt, &c.*] Tanta est avari cupiditas, ut licet cuncta tempestatem impetuosam minentur, tamen imperet ut navigent. *Solvite, &c*] Sunt mercatoris, & divitis avari verba. Id est retinacula navis solvite, & vos ad navigandum accingite. *Idem*

293. *Frumenti dominus.*] Mercium, quæ in navi vehuntur, dominus. *Coëmtor.*] Qui undique piper coemit. *Lubin.* Alii *coëmtis*

294. *Nil, &c.*] Hic color niger &

tes.

Æstivum tonat. infelix, hac forsitan ipsa
Nocte cadet fractis trabibus, fluctuque premetur
Obrutus, & zonam læva morsuque tenebit.
Sed, cujus votis modo non suffecerat aurum,
Quod Tagus, & rutila volvit Pactolus arena,
Frigida sufficient velantes inguina panni,
Exiguusque cibus, mersa rate naufragus assem
Dum rogat, & picta se tempestate tuetur.
Tantis parta malis, cura majore, metuque

Servan-

VET. SCHOLIAST.

295. *Æstivum, &c.*] Naturaliter. hæc dicit negotiator.

297. *Et, &c.*] In qua fert solidos.

299. *Quod, &c.*] Fluvii, unus Spaniæ, alter Asiæ.

300. *Frigida, &c.*] Uda, aut nuda.

302. *Et, &c.*] Dum picturam naufragii sui portat in tabula, ferens casus sui historiam.

VARIORUM.

terribilis, & hæc nigra nubes quæ fasciæ instar cœlum cingit, nihil periculi vel mali nobis minatur. Per *fasciam nigram*, intelligit atrum nubis circulum. *Idem.*

295. *Æstivum, &c.*] Brevis temporis est hoc tonitru, ut tempore æstivo, cum summus calor est, fieri consuevit. Verbis hisce mercator nautas consolatur. *Infelix.*] Infelix ille & infaustus avarus mercator, forsitan illa ipsa nocte naufragium passus cadet, inque mare prolabetur.

296. *Fractis, &c.*] Id est, navi fracta, maris fluctibus obruetur & mergetur. *Idem.*

297. *Et zonam.*] Ita dicit, nam in zona vel cingulo aurum recondere, & loco viatici secum portare solebant. Cum ad terram naufragus natabit, morsu, vel læva manu zonam auro plenam tenebit, & dextra manu natabit.

298. *Sed, &c.*] Id est, cujus desiderio & cupiditati ante naufragium, ne totius quidem mundi divitiæ satis erant. *Modo.*] Paulo ante, cum navim ingrederetur. *Idem.*

299. *Tagus.*] Lusitaniæ fluvius aurifer. *Pactolus.*] Lydiæ fluvius aureis arenis fluens. *Rutila.*] Aurea, fulva. *Idem.*

300. *Frigida, &c.*] Id est, illi sufficiet tantum vilis panni, quo nuda, & ex aqua marina uda & frigida inguina possit tegere & abscondere. Nudi enim plerumque sunt naufragi, quia ut facilius natent, vestes suas abjiciunt. *Sufficient.*] Post naufragium. *Velantes.*] Tegentes & abscondentes. *Lubin.* *Inguina.*] Pudenda, quæ maxime egent tegmine, & sic reliquum corpus.

301. *Exiguusque, &c.*] Nimirum tum frugi esse discet. *Mersa, &c.*] Dum navi fracta, naufragium suum depingi curavit, & obvios quosque hac miserabili pictura ad misericordiam commovet, & assem ab illis petit. Persius Sat. 1. vers. 86.

—— *cantas cum fracta te in trabe pictum*
Ex humero portes?

Idem. Hoc faciunt, ne mendicantes deplorandam suam fortunam toties repeterent. Alias truncum ferebant fasciis involutum.

302. *Et picta, &c.*] Dum pictura naufragii, mendicando sese sustentat. Sat. 12. vers. 28. *Idem.*

303. *Tantis.*] i. e. Res partæ tantis incommodis. Demonstravit quantis ærumnis atque periculis divitiæ acquirantur. Avari enim non solum acquirendi solicitudine vexantur, verum etiam

In manibus vultu Eumenidum terretur, & igni?
Hic bove percusso mugire Agamemnona credit,
Aut Ithacum. parcat tunicis licet, atque lacernis:
Curatoris eget, qui navem mercibus implet
Ad summum latus, & tabula distinguitur unda:
Cum sit caussa mali tanti, & discriminis hujus,
Concisum argentum in titulos, faciesque minutas.
Occurrunt nubes, & fulgura: solvite funem
Frumenti dominus clamat, piperisque coëmti.
Nil color hic cœli, nil fascia nigra minatur:

Æsti-

VET. SCHOLIAST.

286. *Hic, &c.*] Ajax, quia & ipse insanit.

287. *Aut, &c.*] Ulixem. *Parcat, &c.*] Quamvis se non * conscidit, tamen insanit.

291. *Concisum, &c.*] In argenteolos sive nummos.

292. *Occurrunt, &c.*] Ergo hoc dicit, non insanit.

294. *Nil, &c.*] Nubes ducta per cœlum.

VARIORUM.

homines passim vexentur, demonstrat avaros mercatores omnium maxime stultissimos & insanos esse. Horatius

Danda est ellebori multo pars maxima avaris.

Hic, &c.] Respicit ad fabulam Euripidis de Oreste, quem furentem custodiebat Electra soror, hic putabat se videre furias, quæ face & flammis sese insequerentur. *Idem.*

285. *Eumenidum.*] Furiarum, quas putat se videre & cum Orestes illas placasset, nominabat Eumenidas à benevolentia, Sophocles in Oedipode in Colono. *Idem. Igni*] Facibus. *Farnabius.*

286. *Hic, &c.*] Intelligit Aiacem, qui in judicio armorum Achillis ab Ulysse victus, sibi manus intulit furiosus in boves & porcos sæviebat, quos putabat esse sibi invisos Ulyssem & Agamemnonem. *Idem.*

287. *Parcat, &c.*] Avarus licet non ut alii furiosi vestes suas laceret & lacernas, tamen insanus est, & curatore vel custode indiget, dum bona sua & seipsum vento & fluctibus committit. *Idem.*

288. *Curatoris.*] Ut insanus & furiosus. Hominibus vero nequam, male sanis interdici bonis solebat, curatore dato. *Idem*

289. [illegible]] Usque ad summitatem lateris navium. *Et, &c.*] Id est, una tabula ab unda vel morte, quatuor digitis distinguitur, ut supra dictum Sat. 12. vers. 58. Alii pro *unda*, legunt, *una*. Idem.

290. *Cum sit, &c.*] Id est, cum tot labores & pericula tantum instituantur propter numos, non autem numorum usum, quem avari ignorant. *Lubinus.*

291. *Concisum, &c.*] Periphrasis numorum. *Titulos*] Rerum gestarum, dignitatum & officiorum. *Facies.*] Principum, Cæsarum, Regum. *Idem.*

292. *Occurrunt, &c.*] Tanta est avari cupiditas, ut licet cuncta tempestatem impetuosam minentur, tamen imperet ut navigent. *Solvite, &c.*] Sunt mercatoris, & divitis avari verba. Id est, retinacula navis solvite, & vos ad navigandum accingite. *Idem.*

293. *Frumenti dominus.*] Mercium, quæ in navi vehuntur, dominus. *Coëmti.*] Qui undique piper coemit. *Lubin.* Alii *coemtis*

294. *Nil, &c.*] Hic color nigri [illegible]

Æstivum tonat. infelix, hac forsitan ipsa
Nocte cadet fractis trabibus, fluctuque premen
Obrutus, & zonam læva morsuque tenebit.
Sed, cujus votis modo non suffecerat aurum,
Quod Tagus, & rutila volvit Pactolus arena,
Frigida sufficient velantes inguina panni,
Exiguusque cibus, mersa rate naufragus assem
Dum rogat, & picta se tempestate tuetur.
Tantis parta malis, cura majore, metuque

VET. SCHOLIAST.

295. *Æstivum, &c.*] Naturaliter. hæc dicit negotiator.

297. *Et, &c.*] In qua fert solidos.

299. *Quod, &c.*] Fluvii, unus Spaniæ, alter Asiæ.

300. *Frigida, &c.*] Uda, aut nuda.

302. *Et, &c.*] Dum picturam naufragii sui portat in tabula, ferens casus sui historiam.

VARIORUM.

terribilis, & hæc nigra nubes quæ fasciæ instar cœlum cingit, nihil periculi vel mali nobis minatur. Per *fasciam nigram*, intelligit atrum nubis circulum. *Idem.*

295. *Æstivum, &c.*] Brevis temporis est hoc tonitru, ut tempore æstivo, cum summus calor est, fieri consuevit. Verbis hisce mercator nautas consolatur. *Infelix.*] Infelix ille & infaustus avarus mercator, forsitan illa ipsa nocte naufragium passus cadet, inque mare prolabetur.

296. *Fractis, &c.*]Id est, navi fracta, maris fluctibus obruetur & mergetur. *Idem.*

297. *Et zonam.*] Ita dicit, nam in zona vel cingulo aurum recondere, & loco viatici secum portare solebant. Cum ad terram naufragus natabit, morsu, vel læva manu zonam auro plenam tenebit, & dextra manu natabit.

298. *Sed, &c.*] Id est, cujus desiderio & cupiditati ante naufragium, ne totius quidem mundi divitiæ *Modo.*] Paulo ante, cum na deretur. *Idem.*

299. *Tagus.*] Lusitaniæ rifer. *Pactolus.*] Lydiæ flu arenis fluens. *Rutila.*] Au *Idem.*

300. *Frigida, &c.*] Id e ficiet tantum vilis panni, qu ex aqua marina uda & frig Possit tegere & abscondere. plerumque sunt naufragi, qui natent, vestes suas abjiciunt. Post naufragium. *Velantes.*] abscondentes. *Lubin. Inguina.* quæ maxime egent tegmine, quum corpus.

301. *Exiguusque, &c.*] tum frugi esse discet. *Mersa*, navi fracta, naufragium su curavit, & obvios quosque h bili pictura ad misericordian vet, & assem ab illis petit. Pe vers. 86.

—— *cantas cum fracta te i ctum*
Ex humero portas? Idem ciunt, ne mendicantes deplo am fortunam toties repeten truncum ferebant fascils [illegible]

302. *Et picta, &c.*] Dum p gii, mendicando sese suste vers. 28. *Idem.*

303. *Tantis.*] I. e. Re incommodis. Demonst ærumnis atque periculis rantur. Avari enim [illegible] rendi solicitudine [illegible]

In manibus vultu Eumenidum terretur, & igni?
Hic bove percuſſo mugire Agamemnona credit,
Aut Ithacum. parcat tunicis licet, atque lacernis:
Curatoris eget, qui navem mercibus implet
Ad ſummum latus, & tabula diſtinguitur unda:
Cum ſit cauſſa mali tanti, & diſcriminis hujus,
Conciſum argentum in titulos, faciesque minutas.
Occurrunt nubes, & fulgura: ſolvite funem
Frumenti dominus clamat, piperisque coëmti.
Nil color hic cœli, nil faſcia nigra minatur:

Æſti-

VET. SCHOLIAST.

286. *Hic, &c.*] Ajax, quia & ipſe inſanit.

287. *Aut, &c.*] Uliſſem. *Parcat, &c.*] Quamvis ſe non * conſcidit, tamen inſanit.

291. *Conciſum, &c.*] In argenteolos ſive nummos.

292. *Occurrunt, &c*] Ergo hoc dicit, non inſanit.

294. *Nil, &c.*] Nubes ducto per cœlum.

VARIORUM.

homines paſſim vexentur, demonſtrat avaros mercatores omnium maxime ſtolidiſſimos & inſanos eſſe. Horatius:

Danda eſt ellebori multo pars maxima avaris.

Ille, &c. Reſpicit ad fabulam Euripidis de Oreſte, quem furentem cuſtodiebat Electra ſoror, hic putabat ſe videre furias, quæ face & flammis ſeſe inſequerentur. *Idem.*

285. *Eumenidum.*] Furiarum, quas putat ſe videre: & cum Oreſtes illas placaſſet, nominabat Eumenidas à benevolentia, Sophocles in Oedipode in Colono. *Idem. Igni*] Facibus. *Farnabius.*

286. *Hic, &c.*] Intelligit Ajacem, qui in judicio armorum Achillis ab Ulyſſe victus, ſibi manus intulit furioſus in boves & porcos ſæviebat, quos putabat eſſe ſibi inviſos Ulyſſem & Agamemnonem. *Idem.*

287. *Parcat, &c.*] Avarus licet non ut alii furioſi veſtes ſuas laceret & lacernas, tamen inſanus eſt, & curatore vel cuſtode indiget, dum bona ſua & ſeipſum vento & fluctibus committit. *Idem.*

288. *Curatoris.*] Ut inſanus & furioſus. Hominibus vero nequam, maleſanis interdici bonis ſolebat, curatore dato. *Idem.*

289. *Ad, &c.*] Uſque ad ſummitatem lateris navium. *Et, &c.*] Id eſt, una tabula ab unda vel morte, quatuor digitis diſtinguitur, ut ſupra dictum Sat. 12. verſ. 58. Alii pro *unda*, legunt, *una*. Idem.

290. *Cum ſit, &c.*] Id eſt, cum tot labores & pericula tantum inſtituantur propter numos, non autem numorum uſum, quem avari ignorant. *Lubinus.*

291. *Conciſum, &c.*] Periphraſis numorum. *Titulos*] Rerum geſtarum, dignitatum & officiorum. *Facies*] Principum, Cæſarum, Regum. *Idem.*

292. *Occurrunt, &c.*] Tanta eſt avari cupiditas, ut licet cuncta tempeſtatem impetuoſam minentur, tamen imperet ut navigent. *Solvite, &c.*] Sunt mercatoris, & divitis avari verba. Id eſt, retinacula navis ſolvite, & vos ad navigandum accingite. *Idem.*

293. *Frumenti dominus*] Mercium, quæ in navi vehuntur, dominus. *Coemtor.* Qui undique piper coemit. *Lubin.* Alii *coemtis*

294. *Nil, &c.*] Hic color niger &c.

Æstivum tonat. infelix, hac forsitan ipsa
Nocte cadet fractis trabibus, fluctuque premetur
Obrutus, & zonam læva morsuque tenebit.
Sed, cujus votis modo non suffecerat aurum,
Quod Tagus, & rutila volvit Pactolus arena,
Frigida sufficient velantes inguina panni,
Exiguusque cibus, mersa rate naufragus assem
Dum rogat, & picta se tempestate tuetur.
Tantis parta malis, cura majore, metuque

Servan-

VET. SCHOLIAST.

295. *Æstivum*, *&c.*] Naturaliter. hæc dicit negotiator.

297. *Et*, *&c.*] In qua fert solidos.

299. *Quod*, *&c.*] Fluvii, unus Spaniæ, alter Asiæ.

300. *Frigida*, *&c.*] Uda, aut nuda.

302. *Et*, *&c.*] Dum picturam naufragii sui portat in tabula, ferens casus sui historiam.

VARIORUM.

terribilis, & hæc nigra nubes quæ fasciæ instar cœlum cingit, nihil periculi vel mali nobis minatur. Per *fasciam nigram*, intelligit atrum nubis circulum. *Idem*.

295. *Æstivum*, *&c.*] Brevis temporis est hoc tonitru, ut tempore æstivo, cum summus calor est, fieri consuevit. Verbis hisce mercator nautas consolatur. *Infelix.*] Infelix ille & infaustus avarus mercator, forsitan illa ipsa nocte naufragium passus cadet, inque mare prolabetur.

296. *Fractis*, *&c.*] Id est, navi fracta, maris fluctibus obruetur & mergetur. *Idem*.

297. *Et zonam.*] Ita dicit, nam in zona vel cingulo aurum recondere, & loco viatici secum portare solebant. Cum ad terram naufragus natabit, morsu, vel læva manu zonam auro plenam tenebit, & dextra manu natabit.

298. *Sed*, *&c.*] Id est, cujus desiderio & cupiditati ante naufragium, ne totius quidem mundi divitiæ satis erant. *Modo.*] Paulo ante, cum navim ingrederetur. *Idem*.

299. *Tagus.*] Lusitaniæ fluvius aurifer. *Pactolus.*] Lydiæ fluvius aureis arenis fluens. *Rutila.*] Aurea, fulva. *Idem*.

300. *Frigida*, *&c.*] Id est, illi sufficiet tantum vilis panni, quo nuda, & ex aqua marina uda & frigida inguina possit tegere & abscondere. Nudi enim plerumque sunt naufragi, quia ut facilius natent, vestes suas abjiciunt. *Sufficient.*] Post naufragium. *Velantes.*] Tegentes & abscondentes. *Lubin. Inguina.*] Pudenda, quæ maxime egent tegmine, & sic reliquum corpus.

301. *Exiguusque*, *&c.*] Nimirum tum frugi esse discet. *Mersa*, *&c.*] Dum navi fracta, naufragium suum depingi curavit, & obvios quosque hac miserabili pictura ad misericordiam commovet, & assem ab illis petit. Persius Sat. 1. vers. 86.

——cantas cum fracta te in trabe pictum
Ex humero portes?

Idem. Hoc faciunt, ne mendicantes deplorandam suam fortunam toties repeterent. Alias truncum ferebant fasciis involutum.

302. *Et picta*, *&c.*] Dum pictura naufragii, mendicando sese sustentat. Sat. 12. vers. 28. *Idem*.

303. *Tantis.*] i. e. Res partæ tantis incommodis. Demonstravit quantis ærumnis atque periculis divitiæ acquirantur. Avari enim non solum acquirendi solicitudine vexantur, verum etiam

Servantur. MISERA est magni custodia census.
Dispositis prædives hamis vigilare cohortem
Servorum noctu Licinus jubet, attonitus pro
Electro, signisque suis, Phrygiaque columna,
Atque ebore, & lata testudine. dolia nudi
Non ardent Cynici: si fregeris, altera fiet
Cras domus, aut eadem plumbo commissa manebit.
Sensit Alexander, testa cum vidit in illa
Magnum habitatorem, quanto felicior hic, qui

Nil

VET. SCHOLIAST.

304. *Misera, &c.*] Misera est custodia magni patrimonii.

305. *Dispositis, &c.*] Per translationem disciplinæ militaris, Sparteoli Romæ, quorum cohortes in tutelam urbis cum hamis & cum aqua vigilias consuerant curare vicibus.

306. *Servorum, &c.*] Licinus ille ex liberto Claudii, de quo superius dixit:

---Ego possideo plus,
Pallante & Licino.

307. *Phrygiaque, &c.*] Marmorea.

309. *Non, &c.*] Id est, Diogenis, qui in dolio dormiebat.

311. *Sensit, &c.*] Macedo.

VARIORUM.

jam amittendi metu. *Cura, &c.*] Quam acquisita vel parta sunt. *Lubin.*

304. *Misera, &c*] Egregia sententia: ex qua felicitas divitum, præsertim avarorum, perspicitur. *Idem.*

305. *Dispositis, &c.*] Probat quod dixit exemplo Licini, qui libertus Claudii fuit, qui non solum hamos ferreos hinc inde domi suæ disposuerat ad fures capiendos, sed servorum suorum multitudinem vigilare jubebat, ut thesaurus custodiretur: sed prima syllaba in *hamus* est longa. *Hamis.*] Ἀ᾽μαις ἤγε ἀκαίφαις, ab hama: id est, Uncinis ferreis, ut mucrones sunt sagittarum reflexi. *Turnebus* lib. 2. cap. 29. *Erodem* 10 cap. 16. & *Leopard.* lib. 9. cap 22 intelligit vasa aquaria rotundioris figuræ, & ventris globosioris, quibus ad incendia restinguenda utebantur. *Salmas.* Britannicus legit *armis.*

306. *Licinus.*] Ignem reformidans, cui non minimum obnoxia Roma.

307. *Electro.*] Vasa & phialas ex electro intelligit. *Signis.*] Statuas ex auro & argento intelligit. *Phrygia, &c.*] Marmorea, ne incendio consumantur. *Idem.*

308. *Ebore.*] Pro mensis, aliaque supellectile ebore ornata. *Lata, &c.*] Lectos ait discubitorios, testudinum putaminibus coopertos. *Berald.* Annotat. cap. 36. *Dolia, &c.*] Id est, Diogenes ille Cynicus nudus & pauper non solicitus est de opibus & dolio suo. Quomodo autem Diogenes in dolio vixerit, vide Laertium in vita Diogenis. Erant autem antiquis dolia non è ligno, sed fictilia e terra tenaci, vel ex creta. Plin. lib. 31 cap. 12. *Lubin.*

309. *Non, &c.*] Quia non magni momenti: incendiarios non metuunt. *Si, &c.*] Id est, Diogenis domus non ardebit, quia e terra: si quis fregerit, vel nova fingetur altera, vel partibus & fragmentis conjunctis, restaurabitur eadem.

310. *Plumbo.*] *Plumbo committi* intellexit plumbaturam vel ferruminationem, quam simili Græci verbo μολυβδοῦν vocant, erat ergo fictilis. *Lipsius.* Pro *Atque*, alii legunt, *Aut.*

311. *Sensit, &c.*] Sensus est; Alexander facile animadvertit, quanto felicior esset Diogenes in illa paupertate qui nihil cuperet, quam ipse esset, qui multa appeteret, unius mundi non contentus imperio. *Britann.* *Testa.*] Dolio testaceo. *Lubin.*

312. *Magnum, &c.*] Diogenem, cujus animus omnibus mortalibus major, utpote

Nil cuperet, quam qui totum ſibi poſceret orbem,
Paſſurus geſtis æquanda pericula rebus.
Nullum numen habes, ſi ſit prudentia: nos te,
Nos facimus, Fortuna, Deam. menſura tamen quæ
Sufficiat cenſus, ſi quis me conſulat, edam;
In quantum ſitis, atque fames, & frigora poſcunt,
Quantum, Epicure, tibi parvis ſuffecit in hortis,
Quantum Socratici ceperunt ante penates.
Nunquam aliud natura, aliud ſapientia dicit.
Acribus exemplis videor te cludere. miſce

Ergo

VET. SCHOLIAST.

313. *Quam, &c.*] Id eſt, Alexander.

314. *Geſtis, &c.*] Cum magnis periculis magna res efficitur.

316. *Menſura, &c.*] Si vis noſſe, patrimonii modus quantus debet eſſe.

321. *Aliud, &c.*] Poſcit philoſophia.

322. *Acribus, &c.*] Id eſt, video te nolle conſentire ad philoſophorum patrimonia.

VARIORUM.

utpote qui omnes divitias prorſus contemneret. *Lubin.* *Felicior hic.*] Sc. eſſet. Alludit ad illud: *Alexander niſi eſſem, Diogenes eſſe vellem.*

313. *Nil, &c.*] Utpote caduca omnia excelſo animo ſpernens. *Quam, &c.*] Imo flebat cum audiiſſet plures mundos eſſe, quod reliquorum etiam dominus non eſſet. Sat. 10. verſ. 168.

314. *Paſſurus.*] Qui cum res immenſas gereret, immenſa etiam pericula ſubire cogebatur, & magnis rebus exæquanda. *Lubin.*

315. *Nullum, &c.*] O Fortuna, nullam habes potentiam, ſi ſaltem nos ſimus prudentes. Hæc ſub finem Satyræ 10. fuſe explicata ſunt. Eo autem hoc dicit, & repetit, quod vir ſapiens & prudens omnia habeat, & à nullo Deorum deſtituatur, quamvis in exigua re conſtitutus, ut Diogenes. Alii leg. *abeſt.* *Nos, &c.*] Alii, *Sed te.* Nos ſtultitiam & ignorantiam noſtram tanquam Deam colimus. *Lubin.*

316. *Menſura.*] Id eſt, ſi vis ſcire, quis patrimonii modus eſſe debeat. *Idem.*

317. *Edam.*] Docebo, ediſſeram.

318. *In, &c.*] Id eſt, tantum quantum. Eſt adverbium. *Flavii* Conject. cap. 77. *Sitis, &c.*] Id eſt, quantum ad victum & amictum ſufficiat, quod famem & brumam caveat. *Lubin.*

319. *Epicure.*] Hic teſte Laërtio, aqua & cibario pane contentus vixit; & oleribus victitabat. *Idem.*

320. *Quantum, &c.*] Teſtatur Laërtius; quod cum tota urbs Athenarum peſtifera lue infecta eſſet, ſolus Socrates ob temperantiam & frugalitatem immunis fuerit. *Ceperunt.*] Tenuerunt, poſſederunt. Non enim plura poſſidere voluit, quam ipſa natura efflagitaret. *Ante.*] Nam ante Epicurum vixit Socrates. *Idem.* *Penates.*] i.e. Socratica domus, pro ipſo Socrate, & deinceps ſecta Socratica.

321. *Nunquam, &c.*] Imo ex natura Philoſophia deſumta eſt. Id eſt, quicquid Socrates & Epicurus ſapientes conſuevere, idem natura dictitat, & approbat. Sane quæ pauciſſimis contenta eſt. *Idem.*

322. *Acribus, &c.*] Id eſt, videor, quod te velim ad nimiam frugalitatem cogere, & quidem exemplis Philoſophorum, qui acerrime frugalitatem vita ſua expreſſerunt. Nimis anguſtis Socratis & Epicuri Philoſophorum terminis, exacte & acriter viventium. *Te.*] Qui nolis conſentire ad Philoſophorum tenuiſſima patrimonia. *Cludere.*] Quaſi nimis arcte intra frugalitatis terminos coërcere. *Lubin.* *Miſce, &c.*] De avaritia

Ergo aliquid nostris de moribus: effice summam
Bis septem ordinibus, quam lex dignatur Othonis.
Hæc quoque si rugam trahit, extenditque labellum:
Sume duos equites, fac tertia quadringenta.
Si nondum implevi gremium, si panditur ultra:
Nec Crœsi fortuna unquam, nec Persica regna
Sufficient animo, nec divitiæ Narcissi,
Indulsit Cæsar cui Claudius omnia, cujus

Paruit

VET. SCHOLIAST.

324. *Bis*, &c.] Id est, gradibus equitum Romanorum.

325. *Si*, &c.] Si displicet, & tristem facit, duorum equitum patrimonium fac.

328. *Nec*, &c.] Crœsus ille est cui Solon dixit, ὅρα τέλος μακροῦ βίου: cujus filius cum ipse Trallibus victus esset à Cyro rege Persarum, adulescens usque id mutus, intentum jugulo patris gladium cum vidisset, subito exclamavit, Homo Cyre parce homini.

329. *Nec*, &c.] Narcissus libertus Claudii potentissimus, idemque ditissimus Eunuchus.

VARIORUM.

tia, & opum cupidine. Liberius indulge opibus accumulandis & versificare divitiis, quod nos hodie facimus.

323. *Nostris de moribus.*] Qui immodicas divitias avide appetimus. Id est, adquire aliquid ultra illud, quo contentus vivere poteras. *Effice*, &c.] Id est, compara tibi censum equestrem, quem juxta Othonis legem equites habere debent, qui in quatuordecim gradibus theatri sedebant. Erat autem census equestris ut supra dictum 400000 H S quam summam ubi consecutus es, non plura expetas Quasi dicat Hic terminum tibi constitue, ne in infinitum cupiditas possidendi producatur. vide Sat. 3. vers. 154. *Lubin.*

324. *Othonis.*] Roscii. Hujus legislatoris superius meminit, cum dixit;

Sic libitum vano qui nos distinxit Othoni. Lubin.

325. *Hæc*, &c.] Summa scilicet census equestris. *Rugam*, &c.] Frontem tuam indignatione in rugam contrahit, te tristem facit, cum tibi nondum satis esse videatur: vel non tibi arrideat. *Lubinus.* Vel potius, metaphora est desumta à sacco, qui, quum plenus non sit, rugam trahit, & laxum est os illius. *Britannicus.* *Extenditque*, &c.] Sumtum ab iis, qui tanquam famelici labra oris extendunt, ad cibum capiendum. *Lubin.*

326. *Sume*, &c.] Indulgeo tibi, ut compares tibi octingenties sestertium: seu duorum equitum census. *Tertia*, &c.] Et cum tuo quem modo habes fac trium equitum census.

327. *Si*, &c.] Id est, si tot & tantas divitias tibi indulgens nondum cupiditati tuæ satisfeci *Si*, &c.] Si tibi major fames, quam venter Si gremium tuum adhuc panditur plurium desiderio, & quasi hiat, & quasi aperto ore divitias captat, tunc nulla unquam te satiabent, ne Crœsi quidem, aut Xerxis divitiis. *Idem.*

328. *Crœsi.*] Qui rex Lydorum ditissimus. *Persica*, &c.] Darius, Xerxes erant reges Persarum ditissimi. De quorum incredibilibus divitiis vide Justinum. *Idem.*

329. *Animo.*] Bene dicit, animus enim homines divites facit, non rerum abundantia *Divitiæ*, &c.] Hic Narcissus fuit Eunuchus & libertus Claudii Cæsaris ditissimus & potentissimus, quem per transitum notat *Plin.* libro, 33. *Hard.* subs. 3. cap 5. Suetonius Claud. cap. 28.

330 *Indulsit*, &c.] Hic enim omnia potuit apud Claudium. *Cujus*, &c.] Obiter notat Claudium, qui imperator, paruerit

Paruit imperiis uxorem occidere jussus.

VARIORUM.

merit imperio liberti sui, etiam cum juberetur uxorem occidere. Tacit. Annal. 12. *Lubin.*

331. *Jussus.*] Scoptice, quasi libertus & servus imperatorem jusserit id facere. *Idem.*

SATYRA XV.

ARGUM. In hac penultima Satyra, primum in Ægyptiorum ridiculam superstitionem invehitur, deinde in immanem eorumdem crudelitatem. Qui præpostera religione feras colunt, homines jugulant, ferinis carnibus abstinent, humanis vescuntur.

QUis nescit, Volusi Bithynice, qualia demens
Ægyptus portenta colat? crocodilon adorat
Pars hæc: illa pavet saturam serpentibus ibin.
Effigies sacri nitet aurea cercopitheci,

Dimi-

VET. SCHOLIAST.

AD Volusium scribit de Ægyptiorum sacris; odio Crispini qui Ægyptius erat, egens, & modo magister peditum atque equitum factus est.

2. *Crocodilon, &c.*] Qui ab ichneumone perit dormiens.

3. *Illa, &c.*] Ibin propterea Ægyptii colunt; quod illi naturale cum serpentibus bellum est. Nam cum Ægyptum Nilus etiam serpentibus inundaverit, illa eos omnes devorat simul & aspides. De hujuscemodi animalium genere Cicero in libro de natura Deorum primo, sic ait: Ipsi qui inridentur Ægyptii, nullam beluam, nisi ob aliquam utilitatem, quam ex ea caperent, consecraverunt: veluti Ibin. Ibes maximam vim serpentum conficiunt, quasi aves excelsæ, cruribus rigidis, corneo proceroque rostro: avertunt pestem ab Ægypto, cum volucres angues ex Libyæ vastitate vento Africano invectas interficiunt, atque consumunt: atque fit, ut illæ nec morsu nec vivæ noceant, nec odore.

VARIORUM.

1. BIthynice.] Ad hunc Satyram hanc scripsit. Est autem Bithynia Asiæ regio. Strabo lib. 12. *Demens, &c.*] Quæ quidem bruta & monstra colat, & ab iis studio se abstineat, hominem vero devoret. *Lubin.*

2. *Portenta.*] Σέβουσι γῦν κροκοδείλες, κυνας, αἰλέρες, λύκες, πρόβατα, ἴβιδας καὶ ἱέρακας· ἰχθύων, &c. Philo Jud. lib. de decalogo. *Portenta.*] Numinum; ut sunt animalium, serpentum, ferarum, ut sunt Crocodilus, Ibis, Cercopithecus. *Crocodilon, &c.*] Id eo dicit, nam Tentyritæ illum necabant, teste Plinio & Strabone. Crocodilus in aqua acutissime videt, extra quam hebetes habet oculos, sine lingua. Ab Ichneumone dum dormit aperto ore, qui in ejus intestina per gulam penetrat, & per ventrem rursus exit, occiditur. Pomp. Mela, libro 1. *Idem.*

3. *Pars hæc.*] Pars autem illa quæ Crocodilon adorat ea est, quæ circa Thebas; nam qui circa Elephantinam urbem crocodilos comedunt. *illa.*] Supp. pars. *Pavet.*] Cum pavore tanquam numen veneratur. Est autem Ibis avis fœdissima, de qua vide Ovidium in Ibin: Ciconiæ non omnino dissimilis. Hanc propterea Ægyptii colebant, quod illi naturale cum serpentibus bellum sit, quibus Ægyptus ob calorem abundat. *Plin.* libro x. cap. 28. 30. Diod. Sicul. lib. 1.

4. *Cercopitheci.*] Simiæ caudatæ. *Plin.* lib. 8. cap. 20. *Cercopithecos ait esse nigris capitibus, reliquo corpore pilo asini.* Hæc

Dimidio magicæ resonant ubi Memnone chordæ,
Atque vetus Thebæ centum jacet obruta portis.
Illic cœruleos, hic piscem fluminis, illic
Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam.
Porrum, & cepe nefas violare & frangere morsu.

O san-

VET. SCHOLIAST.

5. *Dimidio, &c.*] Memnonis ex ære statua: citharam tenens, certis horis canebat. Hanc Cambyses rex jussit aperiri, existimans mechanicum aliquod esse quod intra statuam lateret. nihilominus tamen aperta statua quæ erat magice consecrata, horis statutis sonum reddidit. Ideo *dimidio* dixit, id est, aperto & diviso.

6. *Atque vetus, &c.*] Thebas dicitur trans Ægyptum Liber condidisse.

VARIORUM.

quoque Ægyptiis sacra fuit simia. *Pierius* lib. vi.

5. *Dimidio, &c.*] Periphrasis Thebarum, ubi dimidia Memnonis saxea erat effigies, quæ radiis Solis icta vocalem sonitum edebat. Videbatur autem, ut *Plinius* lib 36 cap 7. vult, in templo Serapidis. Cur autem *dimidiam* vocet, explicat Strabo, lib.7. quia dimidia pars e jus statuæ, terræ motu corruit. Vide de hac Statua Pausaniam in Atticis. *Lucinus.* Plerique dicunt hanc statuam in Ægypto fuisse. Unus Philostratus in Iconib. eam in Æthiopia visam ait, ut & Callistratus, qui & hoc addit, statuam hanc non semel, ut Strabo, aliique volunt, sed bis in die, neque simplicem sonum crepuisse radiis Solis contactam, sed cum hilaritate quadam conjunctum, accedente eo, contra lugubrem recedente. Idem interpres Juvenalis nondum editus: *Statua Memnonis filii Auroræ ita arte quadam mechanica composita, ut humana voce Regem & Solem salutaret, postea rex Cambyses volens hanc rem cognoscere, partem statuæ abscidit, & sic postea Solem tantum, non etiam Regem salutabat: unde dimidio Memnone dixit.* Janus Douza in Catull. *Chordæ.*] Sonitus enim erat non absimilis chordæ in cithara percussæ. *Lubin.*

6. *Vetus, &c.*] Hæc urbs se antiquissimam jactabat, ut alii à Libero, alii a Busiride conditam, & à Cambyse dirutam. vide Diodorum libro 4. *Centum portis.*] In singulis 200. armati custodes fuisse perhibentur. Sic distinguitur à Thebis Bœotiæ, quæ septem habuit portas, ut auctor noster supra Sat. 13. vers. 27. dixit.

Thebarum portæ, vel divitis ostia Nili. Idem.

7. *Illic, &c.*] Pisces maris cœrulei, vel æquoreos. Notat Ægyptiorum vanitatem, qui obvia quæque numinis loco coluerunt. *Brodæus* legit: *Illic Æluros,* id est, feles, [illegible] *Ælurum* autem Ægyptiis Deum fuisse ex Herodoto liquet lib. 2. *Turneb.* lib. 7. c. 8. & lib. 8. cap. 17. *Junius* legit: *hic* & *hic,* *pro* *nunc* & *hic.*

8. *Canem.*] Anubin intellegit, quem canino capite effingebant, vel quemvis alium. Satyr. 6 vers. 533. Canem autem ideo coluerunt, quia canis dicitur invenisse Isidem, indagando Osiridis cadavere, qua de causa in sacris Isidis canes præcedebant. Sane in tanto apud eos cultu, ut tota domus, in qua canis extingueretur, toto corpore raderetur, quod maximum apud eos luctus indicium. *Lactantius* de fals. sap. lib 5. c. 20. *Nemo, &c.*] Quod ridiculum est, cum illa Venatrix, canum præses sit: in urbe tamen Bubasti coli eam tradit Herodot. lib. 2. *Lubin.*

9. *Porrum, &c.*] Ab his, eo nomine abstinuerunt, quod lunæ contraria, ea decrescente crescant, & contra. *Plinius* lib. 19. cap.6. Diod. Sicul. libro 1. Cœpas inter Deos jurejurando habent Ægyptii. *Plutarch.* lib. de Iside & Osiride. *Frangere, &c.*] Comedere. *Lubin.*

10. *O san-*

O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis
Numina! lanatis animalibus abstinet omnis
Mensa. nefas illic fœtum jugulare capellæ:
Carnibus humanis vesci licet. attonito cum
Tale super cœnam facinus narraret Ulysses
Alcinoo, bilem aut risum fortasse quibusdam
Moverat, ut mendax aretalogus. in mare nemo
Hunc abicit, sæva dignum, veraque Charybdi,
Fingentem immanes Læstrygonas, atque Cyclopas?

Nam

VET. SCHOLIAST.

13. *Carnibus*, *&c.*] Usque adeo de Ægyptiis vanum aut incredibile est ut Ulixi similia de Læstrygonibus referenti credi jam fuit in mensa Alcinoi. hæc cum exclamatione legenda sunt.

15. *Fortasse*, *&c.*] Simul discumbentibus.

16. *Ut*, *&c.*] Virgilius:

Artificis scelus. ---

In mare, *&c.*] Dicebant Phæaces.

18. *Læstrygonas atque*, *&c.*] Quos perhibent hominibus pastis extinctos.

VARIORUM.

10. *O sanctas*, *&c.*] Irridet salse & jucunde hanc ridiculam superstitionem. *Lubin.*

11. *Lanatis.*] Ovibus Diodorus lib. 2. ait Sacerdotes Ægyptios cibo maxime simplici usos, solum vitulum & anserem in deliciis habuisse; ab ovibus autem omnino abstinuisse. *Idem.*

12. *Nefas illic.*] Cum stomacho pronunciandum, hinc enim totius Satyræ indignatio assurgit, quod cum rebus vilissimis religiose abstinerent, in hominem omnium animalium nobilissimum, tam atrociter sævirent. *Fœtum capellæ.*] Hædum. *Idem.*

13. *Attonito cum.*] Cum Ulysses apud Homerum Alcinoo, Odyss. 9. tale facinus de Polyphemo & Antiphate narraret, illos homines socios suos devorasse. Ob incredibilem rei enormitatem apud quosdam risum, apud quosdam etiam indignationem forte excitavit. *Attonito*, *&c.*] Obstupefacto atrocitate facinoris. *Idem.*

15. *Alcinoo.*] Erat autem Alcinous Phæacum rex. *Bilem.*] Indignationem, tanquam qui absurdis fabulis accumbentes naso suspendere & ludificari velit. *Risum.*] Tanquam qui ridiculam fabulam recitaret. *Quibusdam.*] Simul accumbentibus Phæacibus. *Lubinus.*

16. *Aretalogus*, *&c.*] Qui ridiculis sermonibus placere studet, & risum captat. Ab ἀρετὸς dicitur, id est, gratus & placens, & λέγω, dico, qui fabellas acroamataque auribus auditorum grata loquitur: proinde & nugatores eo etiam nomine & garruli censentur. *Turnebus* lib. x. cap. 12. Casaubonus tamen ad Suet. August. cap. 74 *aretalogos* exponit, *parasitos philosophos*, & quos Seneca epistol. 29. vocavit *circulatores philosophos*, qui in conviviis lautiorum, quæ frequentabant, de virtutibus & vitiis disceptabant. qualem Antidoti refert Athenæus lib. 6. c. 9. vide etiam quæ Joseph. Scalig. ad Ausonium lib. 2. c. 5. *Farnab.* *In mare*, *&c.*] Mimesis, quasi dicat auctor: ita dicere poterant indignabundi Phæaces: Nemone hunc circulatorem mendacem in mare projecit, dignissimum naufragio illo, in quod se incidisse conqueritur, & vera Scylla atque Charybdi, quæ sese perpessum fingit, qui tam impudenter Læstrygonas & Cyclopas carnibus humanis vesci fingit. Homerus Odyss. ix. & x. *Lubin.*

17 *Veraque*, *&c.*] Non ficta vel falsa: sed vera immergendum. Hæc omnia dicuntur ad sceleris enormitatem explicandam. *Idem.*

18. *Immanes.*] Qui immanitate omnia

mnia

Nam citius Scyllam, vel concurrentia saxa
Cyanes, plenos & tempestatibus utres
Crediderim, aut tenui percussum verbere Circes,
Et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis.
Tam vacui capitis populum Phæaca putavit?
Sic aliquis merito nondum ebrius, & minimum qui
De Corcyræa temetum duxerat urna:
Solus enim hoc Ithacus nullo sub teste canebat.

Nos

VET. SCH LIAST.

19. *Vel*, &c.] Symplegadas, inter quas Argo evasit; quæ in Ponto concurrisse dicuntur, numquid & ad hæc Ulixes accessit.

21. *Et*, &c.] Unum de sociis Ulixis porcis a Circe factis.

23. *Tam*, &c.] Inani capitis, κενοκέφαλον.

25. *De*, &c.] Vinum de insula Phæacum.

26. *Nullo sub*, &c.] Qui eum redargueret mendacio. Merito ergo non credebatur illi, qui ea sine teste narrabat.

VARIORUM.

mnia superant, utpote ἀνθρωποφάγοι, quique Formiis in Italia & in Sicilia esse dicuntur.

19. *Nam*, &c.] Id est, longe facilius credam Scyllam & scopulos marinos per naufragium ejus socios devorasse, quam Polyphemum hominem, alios homines. *Scyllam.*] Scopulus est in freto Mamertino inter Siciliam & Italiam *Lubin.*

20. *Cyanes.*] Intelligit scopulos insulæ Cyanes sub Thracio Bosporo, non multum a se distantes, & ideo navigantibus concurrere videntur, dicantur & Symplegades. *Farnab Pineus* lib 4 c. 13. *Plenos*, &c.] Recitat enim Alcinoo Ulysses, quod ab Æolo utres vento plenos acceperit, ut citius ad Ithacum perveniret. & qui à sociis dormiente Ulysse emissi, tempestatem excitarunt. *Lubin.*

21. *Aut*, &c.] Elpenora, cum aliis Ulyssis sociis, à Circe tenui verbere magicæ virgæ percussum, & in porcum conversum, grunnisse. *Lubin.*

22. *Cum*, &c.] Cum reliquis remigibus Ulyssis sociis in porcos conversis. Quasi dicat: Omnia illa fabulosa adhuc volo credere. *Scheg.* procem. 5. *Grunnisse.*] Porcorum vocem edidisse. Fabula est notissima ex Homero, & Ovidio XIV. Metamorph. Hæc omnia dicuntur ad abominandam sceleris Ægyptiorum magnitudinem. *Idem.*

23. *Tam*, &c.] Quasi dicat, merito indignor, quod populum Phæaca seu Corcyræum tam stolidum putavit, quibus se absurdissima persuasurum est arbitratus. Virgilius:

Non obtusa adeo gestamus pectora Pœni.

Vacui, &c.] Κενοκέφαλοι. Erant autem Phæaces Corcyræ populi, sub ditione Alcinoi. Corcyra autem insula in mari Ionio, Venetorum ditionis, hodie Corfu. *Grangæus*

24. *Sic*, &c.] Cum indignatione merito dicere poterat, convivarum dicumbentium. *Nondum*, &c.] Ebrii enim alias facile sibi aliquid persuaderi patiuntur. *Et*, &c.] Qui minimum adhuc in convivio Alcinoi ex urna Corcyræa bibisset, id est, minimam partem optimi vini. *Idem.*

25. *Corcyræa.* Vinum de insula Phæacum, quæ Corcyra dicitur. *Duxerat.*] Bibendo exhauserat. *Idem.* *Urna.*] Fictili lagena

26. *Solus*, &c.] Quasi dicat: Ulyssi Ithacensi merito quis diffidisset, cum nemo ante tale monstrum vidisset, & testatus esset. Illa vero quæ ego profero, & ipse vidi, & toti populi sciunt vera esse. *Solus.*] Utpote solus ex naufragio evaserat. *Idem.*

27. Nos.

Nos miranda quidem, sed nuper Consule Junio
Gesta super calidæ referemus mœnia Copti,
Nos vulgi scelus, & cunctis graviora cothurnis.
Nam scelus à Pyrrha, quanquam omnia syrmata volvas,
Nullus apud tragicos populus facit. accipe nostro
Dira quod exemplum feritas produxerit ævo.
Inter finitimos vetus, atque antiqua simultas,

Immor-

VET. SCHOLIAST.

27. *Nos, &c.*] De se dicit Juvenalis, quia in Ægypto militem tenuit, & ea promittit se relaturum quæ ipse vidit.

29. *Nos, &c.*] Referimus. *Et &c.*] Non cyclopis, sed Tragœdiæ narrationis.

30. *Quanquam, &c.*] Vestes tragicas. Tragœdias.

32. *Dira, &c.*] Quod apud Ægyptum factum est à populo.

VARIORUM.

27. *Nos, &c.*] Attentionem sibi captat Poëta, quod non fabulosa, sed vera narraturus sit, quæ ipse viderit, & quæ infiniti homines testari possint. Et quæ adhuc longe atrociora, quam quæ Ulysses recitarit. *Miranda quidem.*] Mira quidem, sed vera. Et ad facti veritatem tempus etiam definit, quo hæc facta sint, & sub quo consule. *Miranda, &c.*] Vet. Scholiast. dicit Juvenalem ibi de se loqui, *quia in Ægypto militem tenuit, &c.* Dicit militem tenuisse, qui militem rexit, qui militibus præfuit. Nam, ut refert auctor vetus vitæ Juvenalis, *per honorem militiæ quanquam octogenarius urbe summotus, missusque ad præfecturam cohortis in extrema parte tendentis Ægypti.* Syenem omnino intelligit, quæ in fine imperii & extrema Ægypti parte, in qua tres cohortes prætendebant. At vir doctus legi volebat, *miles vitem tenuit*, quod verum non est. Vitis gestamen Centurionum proprium, non præfecti cohortis. Et ubi fuerit cum Satyras suas scriberet, videre est apud Salmasium in Plinianis Exercitat. pag. 449. *Junio, &c.*] Ita libri omnes, non *Vinco*, vel *Junco*: dissyllabum est *Junio*; ut *Vindemiator* tetrasyllabum Horatio, ut, *tenuia*, trisyllabum Lucretio, Virgilioque. *Q. Junium Rusticum* intelligit, qui consul fuit cum Hadriano, tertio ejus imperii anno, urbis autem conditæ DCCCLXXII. Itaque paulo post consulatum Junii illa Satyra scripta. Sunt, qui volunt Junium Sabinum cum Domitiano consulem fuisse, A. V. 836. Salmasius Plin. Exercitat.

28. *Super, &c.*] Coptus in Ægypto Arabiæ vicina. *Calidæ*, inquit, ob locum & regionem calidam, nam Tropico subjacet. *Lubin.*

29. *Nos, &c.*] *Vulgi* hoc loco Emphasin habet. Non unius hominis, ut Antiphatis & Polyphemi, sed totius civitatis scelus, & facinora cunctis Tragœdiis atrociora. Id est, pejora quam ullus Tragicorum confinxit. *Cothurnis.*] Tragœdiis cothurnatis. *Idem.*

30. *Nam, &c.*] Id est, licet omnia exempla Tragica ab illo tempore, quo genus humanum per Deucalionem & Pyrrham revocatum est, consideres, nullum facinus Tragœdia dignum universus populus facit, sed semper unus tantum. Ut cum una Medea filios suos, unus Orestes aut Alcmæon matrem suam occidit. *A Pyrrha.*] Ab exordio propemundi, scilicet à diluvio. *Syrmata.*] Vestes Tragicas posuit pro Tragœdiis. Sat. 8. vers. 229. *Idem.*

31. *Accipe, &c.*] Quid apud Ægyptum meo tempore universus populus fecerit. *Idem.*

32. *Feritas, &c.*] Immanitas plus quam belluina. *Idem.*

33. *Inter, &c.*] Initio vero recitat occasionem hujus sceleris, quod inter duos illos Ægypti vicinos populos controversia nata sit ex diversitate religionis. *Idem.*

Inter-

Immortale odium, & nunquam sanabile vulnus
Ardet adhuc, Ombos & Tentyra. summus utrinque
Inde furor vulgo, quod Numina vicinorum
Odit uterque locus, cum solos credat habendos
Esse Deos, quos ipse colit. sed tempore festo
Alterius populi rapienda occasio cunctis
Visa inimicorum primoribus, ac ducibus: ne
Lætum, hilaremque diem, ne magnæ gaudia cœnæ
Sentirent positis ad templa, & compita mensis,

Per-

VET. SCHOLIAST.

35. *Ombos*, *&c.*] Inter hos Ombos, & Tentyra, accusativus pluralis ut Mænala, civitas Ægypti.

36. *Quod*, *&c.*] Quod illi alios Deos colunt vicini.

38. *Sed*, *&c.*] Cum diem festum habeant.

VARIORUM.

Inter, *&c.*] Plinius *Tentyra* insulam vocat, quam alii urbem. Sed omnes fere urbes Ægypti ad Nilum sitæ, totidem erant insulæ, manu factis canalibus cinctæ, cum excreverat Nilus. Cæterum cum crocodilus, in plerisque Ægypti urbibus, instar numinis coleretur, Tentyritæ infensissimo animo, non tantum eos prosequebantur, sed etiam naturali quadam potentia ad eorum perniciem pollebant. Hinc ergo bellum illud inter Tentyritas & Ombitas natum. Colebant Ombitæ crocodilos, quos contra Tentyritæ insectabantur & necabant. Ex eo illud internecivum odium vicinos inter populos. Sensus enim est: Inter finitimas urbes, Ombos & Tentyra, ardet adhuc vetus simultas & nunquam sanabile odium. Salmas. Plin. Exerc.

34. *Nunquam*, *&c.*] Offensio nunquam remittenda. *Lubin.*

35. *Ombos*, *&c.*] Civitas communis Ægyptiis & Arabibus, ubi Crocodilus colebatur. *Tentyra.*] Accusativus pluralis, ut Mænala. Erat urbs Ægyptiorum & Arabum communis, ubi Isthmus in mare rubrum porrigitur, crocodilis metuendus. Strabo libro 17. *Utrinque.*] Ab utraque parte, utraque civitate, Ombis & Tentyritis: hinc simultas & odium natum est, quod alii alios Deos colerent, & unus alteri impietatem objectaret. *Lubin.*

36. *Quod*, *&c.*] Ergo vicini secundum Juvenalem, Ombitæ & Tentyritæ. Universa tamen veterum Geographorum ratio contra stat, quæ longe Ombos à Tentyris summovet. Primum non in eodem Nili latere istæ urbes: nam Ombi prope Syenem in Arabia & Orientali parte. Tentyra in Libyco latere ad occidentem fluminis. Vide latius ea de re disserentem, clarissimum D. Salmasium in Plinianis suis exercitationib. pag. 477.

38. *Sed*, *&c.*] Narrat ulterius quod Tentyritæ festo tempore occasionem aliquam invadendi & ulciscendi hostes arripuerint. Ordo est: *Cunctis primoribus* & ducibus *inimicorum* Tentyritarum, *occasio* hostes suos invadendi *rapienda* & occupanda visa est, *tempore festo alterius* populi Omborum. *Lubin.*

39. *Alterius*, *&c.*] Omborum scilicet. *Occasio.*] Aggrediendi & ulciscendi illos quibus gravissime infensi erant. *Idem.*

40. *Primoribus.*] Tentyritarum. *Ne*, *&c.*] Ex invidia & livore hoc fecerunt, ut hostibus suis gaudia, & lætitiam turbarent. *Idem.*

42. *Positis*, *&c.*] Quibus convivia agitabant, ad templa Crocodili, cujus festum celebrabant, & in locis ubi plurimæ viæ competunt, in triviis & quadriviis. *Idem.*

43. Per-

Pervigilique toro, quem nocte, ac luce jacentem
Septimus interdum Sol invenit. horrida sane
Ægyptus: sed luxuria, quantum ipse notavi,
Barbara famoso non cedit turba Canopo.
Adde quod & facilis victoria de madidis, &
Blæsis atque mero titubantibus. inde virorum
Saltatus nigro tibicine, qualiacunque
Unguenta, & flores, multæque in fronte coronæ:
Hinc jejunum odium. sed jurgia prima sonare
Incipiunt animis ardentibus, hæc tuba rixæ.

Dein

VET. SCHOLIAST.

44. *Septimus interdum.*] Festivitas sacrorum per septem dies solet celebrari.

46. *Barbara, &c.*] Alexandria. *Canopo.*] Latina ripa.

48. *Blæsis, &c.*] Ex parte ebriosum. Terent.

Namque neque pes, neque mens satis suum officium facit.

49. *Nigro, &c.*] Æthiope neque delectarent.

51. *Hinc, &c.*] Ab inimicis infesta sobrietas.

52. *Hæc, &c.*] Tuba rixæ, inquit, convitia, fiunt.

VARIORUM.

43. *Pervigili, &c.*] Lecto discubitorio tortis herbis strato, perpetuis vigiliis celebrato, in quo per integros septem dies perpetuo genio indulgebant. *Lubin.*

44. *Septimus, &c.*] Septimo die post initium festi. Obiter notat luxuriam Ægyptiorum. *Horrida, &c.*] Sensus est: Hæc Ægypti pars, in qua ego sum, & res gesta est, est inculta quidem & horrida, sed tamen non minus luxuriat, & lascivit, quam ea Ægypti pars, quæ est ad Canopum. Hic autem ad Canopum erat Serapidis templum, quo navigabatur per fossam quæ nocte & de die naviculis virorum & mulierum plena erat, luxuriosissime & turpissime viventium & canentium, ut dictum ex Strabone Sat. 6.

Prodigia & mores urbis damnante Canopo. Lubin.

46. *Canopo.*] Nequissimæ civitati, in qua Serapidis templum. vide Satyr. 1. vers. 26.

47. *Adde, &c.*] Secunda ratio, cur occasionem illam Tentyritæ usurpandam deduxerint; quod et zios, quorum neque pes, neque mens suum officium faciebat, facile superare potuerint. *Madidis.*] Ebriis & unguento delibutis Ombis. *Lubin.*

48. *Blæsis.*] Sermone titubantibus propter vinum. *Inde, &c.*] Comparat inter se hostiles hasce partes. Quod Ombi incolæ læti & hilares in festo suo fuerint: Tentyritæ contra jejuni, tristes, & infesti. *Inde.*] Ab Ombi incolis, qui festum celebrabant. *Idem. Virorum, &c.*] Tripudia, & pedum plausus.

49. *Nigro, &c.*] Æthiope & Arabe Mauro, ad cujus tibiam saltabant. *Qualiacunque.*] Qualibuscunque unguentis delibuti erant, quæ alias in Ægypto erant pretiosissima, teste Plinio. *Idem.*

50. *Flores.*] Qui in mensis & lectis sparsi. *Multæque, &c.*] Floribus enim ornati convivabantur. *Idem.*

51. *Hinc.*] A parte Tentyritarum erat infesta sobrietas. *Sed, &c.*] Principium pugnæ à jurgiis plerumque, quæ quasi tuba & incitamentum fuit rixæ vel prælii futuri. *Jurgia.*] A contemtu religionis utriusque populi. *Idem.*

52. *Ardentibus.*] Odio flagrantibus propter Deos suos contemtos. *Hæc, &c.*] Hisce jurgiis tanquam tuba ad pugnam accenduntur. Proverbium: *Classicum canere.* Idem.

 53. *Dein.*]

Dein clamore pari concurritur, & vice teli
Sævit nuda manus: paucæ sine vulnere malæ,
Vix cuiquam, aut nulli toto certamine nasus
Integer. aspiceres jam cuncta per agmina vultus
Dimidios, alias facies, & hiantia ruptis
Ossa genis, plenos oculorum sanguine pugnos.
Ludere se credunt ipsi tamen, & pueriles
Exercere acies, quod nulla cadavera calcent;
Et sane quo tot rixantis millia turbæ,
Si vivunt omnes? ergo acrior impetus, & jam
Saxa inclinatis per humum quæsita lacertis
Incipiunt torquere, domestica seditione

Tela:

VET. SCHOLIASTÆ.

54. *Sine, &c.*] Sine pugnis genæ.

55. *Aut nulli, &c.*] Subauditur, est.

57. *Alias facies, &c.*] Mutatas ex cruore.

59. *Ludere, &c.*] Cum adhuc manibus res agitur, lusum putant.

60. *Quod nulla, &c.*] Mortuorum.

61. *Rixantis, &c.*] Bene se licet credunt se ludere, ubi tot rixantibus nullus moritur.

46. *Domestica, &c.*] Competentia vicini furori. nulla nam sic sunt domestica rixantibus tela, ut saxa.

VARIORUM.

53. *Dein*] Post jurgia *Clamore, &c.*] Vociferatione infesta & hostili animo ab utraque parte. *Et, &c.*] Loco teli vel gladii manibus & pugnis inter se sæviunt. *Lubin.*

54. *Paucæ, &c.*] Paucæ certantium maxillæ unguibus non dilaceratæ. *Idem.*

55. *Vix, &c.*] Ordo est. In toto certamine vix cuiquam, imo nulli nasus erat integer. *Idem.*

56. *Integer.*] Sine vulnere, non aliqua ex parte imminutus. *Cuncta, &c.*] Utrinque populi inter se rixantis. *Idem.*

57. *Dimidios.*] Naribus & auribus violenter inde direptis & ablatis. *Alias, &c.*] Ex vulnere, tumore, & cruore, ita immutatas, ut non agnoscas easdem esse. *Et, &c.*] Id est, ipsius faciei ossa aperta & hiantia, cum genæ perforatæ & ruptæ essent. *Idem.*

58. *Oculorum, &c.*] Indicat, quod oculos sibi mutuo eruerint. *Idem.*

59. *Ludere.*] Licet tam immaniter inter se sæviant: cum manibus pugnant, & nullos interfectos vident, putant se pueriles ludos exercere & nihil agere. *Idem.*

60. *Quod nulla cadavera.*] Quamdiu neminem interfectum perspiciunt. *Farnab.*

61. *Et, &c.*] Hæc vera & perspicua lect[io]. Id est, quorsum tot millia inter se rixantur & pugnant, si omnes adhuc vivunt, & nemo trucidatus est? *Idem.*

62. *Ergo, &c.*] Belli scilicet utrinque exoritur. *Impetus*] Rixæ & pugnæ ab utraque parte instituitur. *Idem.*

63. *Inclinatis.*] Lacertis *inclinatis*, ad terram demissis, ut saxa tollant. Dum inclinant se ad terram ut saxa elevent, vel attollant. *Per, &c.*] In terra, in plateis quæruntur saxa. *Idem.*

64. *Domestica, &c.*] Id est, saxa, quæ sunt in seditione usitata, familiaria & consueta tela. Testatur hoc Virgilius:

Jamque faces & saxa volant.

Talia enim tela seditiosis sunt in promptu. *Lubin.*

65. Ne

Tela: nec hunc lapidem, qualeis & Turnus, & Ajax,
Vel quo Tydides percussit pondere coxam
Æneæ: sed quem valeant emittere dextræ
Illis dissimiles, & nostro tempore natæ.
Nam genus hoc vivo jam decrescebat Homero.
Terra malos homines nunc educat, atque pusillos.
Ergo Deus quicunque aspexit, ridet, & odit:
A diverticulo repetatur fabula. postquam
Subsidiis aucti, pars altera promere ferrum
Audet, & infestis pugnam instaurare sagittis:
Terga fugæ celeri præstantibus omnibus, instant

Qui

VET. SCHOLIAST.

65. *Nec, &c.*] Id est, non tam magna saxa jactant, qualia antiqui.

72. *A diverticulo, &c.*] Propter excessum.

74. *Pugnam, &c.*] Commoveri & à sagitta.

VARIORUM.

65. *Nec, &c.*] Id est, non tam magna saxa jactant, qualia Turnus, Ajax, aut Diomedes projecerunt in hostes suos, sed leviores pro virium ratione. *Quales, &c.*] In singulari certamine cum Ænea. Virgil. lib. 12.

Nec plura effatus, saxum circumspicit ingens.

Est autem hæc vera lectio. Id est, quales lapides torsit Turnus. *Ajax.*] In monomachia cum Hectore. Iliad. 6. & 7. *Lubin.*

66. *Tydides.*] Diomedes lib. 5. Iliad. ὁ χερμάδιον λάβε χειρὶ Τυδείδης μέγα ἔργον. Qui in Monomachia Æneam saxo prostravit, sed postmodum à matre Venere caligine fuit absconditus. *Idem.*

67. *Sed, &c.*] Qualem lapidem tenuiores & imbecilliores illi emittere valeant. *Idem.*

68. *Illis, &c.*] Non ita magnæ & validæ, ut heroum illis priscis temporibus viventium. *Nostro, &c.*] Quo homines non tam robusti & validi. *Idem.*

69. *Nam, &c.*] Ait enim Homerus libro 6. Iliad. quod tale pondus Diomedes sustulerit, quod sua ætate vix bis septem juvenes tellure moverent. Et Plinius lib. 7. cap. 17. *ostendit hominis staturam indies decrescere.* Indicium certissimum mundi onus & interitus. Florid. subsic. 2. cap. 2.

70. *Terra, &c.*] Verissima & egregia sententia. Schoppa Collect. 2. cap. 8. Quæri ergo posset, an primi homines majores, & paulatim minores facti sint. Lipsi. Philos. Stoic. lib. 3. Differt. 5.

71. *Ergo, &c.*] Hanc pugnam aspexit. Ille ridet illos pusillos homines immania & ingentia molientes, & odit illos quia mali. *Lubin.*

72. *A diverticulo.*] Dixit superius post pugnos, ipsos lapidibus certasse. Interposuit postea paucula de pugnis heroum, qui & ipsi saxis & lapidibus concertarint. *Diverticulo.*] Digressiuncula. quia paullum ab historia digressus est, ait se ad historiam velle redire. *Fabula.*] Ridicule, de vera historia. *Idem.*

73. *Subsidiis, &c.*] Postquam altera pars Tentyritæ auxiliis aucti, missis pugnis & lapidibus gladios promunt, & sagittis pugnant, Ombi victi sunt, quibus fugientibus acriter Tentyritæ instant. *Lubin.*

75. *Fuga, &c.*] Effuse fugientibus. *Instant.*] Tentyritæ, & hostes fugientes acriter urgent, & impellunt. Alii legunt: *Præstant instantibus Ombis.* Idem.

76. Qui

Qui vicina colunt umbrosæ Tentyra palmæ.
Labitur hinc quidam, nimia formidine cursum
Præcipitans, capiturque: ast illum in plurima sectum
Frusta, & particulas, ut multis mortuus unus
Sufficeret, totum corrosis ossibus edit
Victrix turba, nec ardenti decoxit aëno,
Aut verubus: longum usque adeo, tardumque putavit
Exspectare focos, contenta cadavere crudo.
Hic gaudere libet, quod non violaverit ignem,

Quem

VET. SCHOLIAST.

77. *Labitur, &c.*] Cadit fugiens.

79. *Frusta, &c.*] Cruda membra hominis caput.

81. *Nec, &c.*] Id est, tanta insania est illorum, ut nec in caccabis cocta, nec in verubus fixa coquant: sed cruda consumant.

84. *Hic, &c.*] Id est, præstitit, inquit, nobis, quod extra hominis focum commune immolarunt.

VARIORUM.

76. *Qui, &c.*] Periphrasis Tentyritarum. Palmetum enim ipsis Tentyris vicinum erat. Aliàs ibi maximus palmarum proventus. *Tentyra*, accus. plur. *Lubin.* *Terga fugæ celeri præstant instantibus Ombi, Qui vicina colunt umbrosæ Tentyra palmæ.*] Ita enim legendum vidit V. C. Jos. Mercerus ex veteri scriptura, quæ habuit, *præstant instantibus omnes.* Loci vero nomen hic proprium desideratur, cui vicina Tentyra. Nam ridiculum est *umbrosam palmam*, pro palmetis intelligere. Scriptum fuisse suspicor *Pamma* pro *Pampa*, unde *Palma* fecerunt. *Pampa* vicus vicinus Tentyris. Legendum ergo:

Qui vicina colunt umbrosæ Tentyra Pampæ.

Παμπανις vocatur Ptolemæo. Ergo Tentyra illa sunt Juvenali, quæ Pampæ vicina, longe utique ab Ombis sita, quæ tamen propinqua statuit. Quid si Poeta Oxyrynchitarum & Cynopolitanum historiam sub nominibus Ombitarum & Tentyritarum traduxit? sane & tempus convenit, nec res disconvenit, ut videre est apud Plutarchum, Juvenali contemporaneum, in lib. de Iside & Osiride. Tum denique Ombi & Tentyra versum melius & mollius ineunt, quam Cynopolis & Oxyrynchus, quæ prorsus Heroicum metrum negant intrare. Vide Salmas. Plin. Exercitat. pag. 452 b.

77. *Labitur, &c.*] Ex Ombis fugientibus, quem Tentyrita captum, & in minuta frusta dissectum (ut omnes inde aliquam particulam caperent) & calidum adhuc devoravit, nec tam diu donec coqueretur exspectare potuit. *Nimia, &c.*] Dum nimium properat formidine gladiorum & sagittarum. *Lubin.*

78. *Præcipitans.*] Quasi præceps fugiens, qua fuga nimia sese præcipitem dedit. *Capiturque.*] Ab insequentibus & instantibus Tentyritis. *Sectum.*] Gladiis minatorum & trucidantium concisum. *Idem.*

80. *Corrosis, &c.*] More canum, ut ne minima quidem particula relinqueretur. Crudelissimum revera & immane facinus. *Idem.*

81. *Aheno.*] Lebete ardenti aut bullienti. Castalio Var. cap. 5.

82. *Verubus.*] Non infixum verubus, cadaver assavit. *Lubin.*

83. *Exspectare, &c.*] Ut concoquerent hominis cadaver. *Idem.*

84. *Quod, &c.*] Id est, hominem coquendo, vel assando. Si enim concoxissent cadaver hominis, ignis violatus esset. *Idem.*

85. Quem

Quem ſumma cœli raptum de parte Prometheus
Donavit terris. elemento gratulor, & te
Exultare reor, ſed qui mordere cadaver
Suſtinuit, nil unquam hac carne libentius edit.
Nam ſcelere in tanto ne quæras, & dubites, an
Prima voluptatem gula ſenſerit: ultimus autem
Qui ſtetit abſumto jam toto corpore, ductis
Per terram digitis, aliquid de ſanguine guſtat.
Vaſcones, hæc fama eſt, alimentis talibus olim

Pro-

VET. SCHOLIAST.

86. *Elemento, &c.*] Gratulari te ipſum elemento, igni ſcilicet

90. *Ultimus, &c.*] Qui venit jam noviſſimus.

91. *Qui, &c.*] Si ulterius ſenſerit voluptatem.

93. *Vaſcones, &c.*] Obſeſſi Saguntini ab Hannibale, coacti ſunt cadaveribus ſuorum paſci. Lucanus:

Obſeſſum Pœno geſſit quæ Marte Saguntum.

Cæſis ſcilicet imbellibus. Alii nam non ab Hannibale, ſed à Metello obſeſſos dicunt.

VARIORUM.

85. *Quem, &c.*] Reſpicit ad fabulam de Jove, qui iratus mortalibus ignem ſubtraxit. Prometheus autem ignem illum concava ferula ad currum Solis admota, rurſus furto ex cœlo abſtulit, & in terram ad homines detulit. Vide Heſiodum 1. ἔργων. *Lubin.*

86. *Elemento, &c.*] Quod tam nefando ſcelere violatus non ſit, & exiſtimo te etiam, ô Voluſi, ob id exſultare, quod ignis ſaltem ſit inviolatus. Vel, te ô Voluſi, igni gratulari credo, qui tam infandi ſceleris officio non fuerit violatus, μὴ ᾗ μιαίνε Πῦρ ἐπ' ἐμοί, inquit Perſa ille in Epigr. Dioſcorid. Antholog. lib. 1. cap. 13. Perſæ autem & Chaldæi ignem venerabantur inter ſumma numina, ut & aquam; tanquam rerum principia. Ab his per Trojanos, perpetuus ille ignis Veſtæ ſacer fluxit ad Romanos. *Lubin. Farnab.*

87. *Sed qui, &c.*] Notatur crudelitas Ægyptiorum. Id eſt, homo efferatus, qui naturam in ſe violavit, & ſemel natura repugnante hoc cadaver hominis mordere ſuſtinuit, nihil unquam hac humana carne libentius comedit. *Idem.*

89. *Nam, &c.*] Et ratio eſt, quia in maximis ſceleribus, dum perpetrantur, hominibus ſceleratis maxima eſt voluptas. *Idem.*

90. *Ultimus, &c.*] Qui tardius, toto cadavere jam conſumto, ſupervenerat; ſanguinem ex terra profuſum haurit, & guſtat. Unde facile æſtimare fas eſt, quanta aviditate & voluptate priores carnem devoraverint. Poteſt autem forte legi, *qui ſitit.* Idem.

92. *Per, &c.*] Digitis per terram cruentam ductis, haurit ſanguinem & ita guſtat. *Idem.*

93. *Vaſcones, &c.*] Fatetur autem humanis carnibus veſci, alibi etiam contigiſſe, ſed non ex ſimili cauſſa, fame nimirum intolerabili urgente. Sunt autem Vaſcones Hiſpaniæ citerioris populi, ad Gallicum & Britannicum Oceanum, à Metello Romanorum duce obſeſſi, & in tantam neceſſitatem compulſi, ut carnibus humanis veſcerentur. Alii dicunt ab Hannibale fuiſſe obſeſſos. Alii quod bellis Sertorianis obſeſſi, extrema fame, ne fidem populo Romano datam violarent, in cadavera ſua ſævierint compulſi, quo tempore Q. Metellus adverſus Sertorium bellum gerebat. Plutarchus, Appianus, Florus libro 3. capite 22.

94. Pro-

Produxere animas: sed res diversa, sed illic
Fortunæ invidia est, bellorumque ultima, casus
Extremi. longæ dira obsidionis egestas.
Hujus enim, quod nunc agitur miserabile debet
Exemplum esse cibi. sicut modo dicta mihi gens
Post omnes herbas, post cuncta animalia quidquid
Cogebat vacui ventris furor, hostibus ipsis
Pallorem, ac maciem, ac tenueis miserantibus artus,
Membra aliena fame lacerabant; esse parati
Et sua. quisnam hominum veniam dare, quisve Deorum
Viribus abnuerit dira, atque immania passis.
Et quibus illorum poterant ignoscere Manes,

Quorum

VET. SCHOLIAST.

95. *Fortuna, &c.*] Quæ ad hoc eos deduxit. *Bellorumque, &c.*] Cum obsiderentur à Metello.

97. *Hujus, &c.*] De quo loquebar modo.

98. *Sicut, &c.*] Vascones Saguntini quorum dictum sic ut si * major invidia facti exemplum, quod soleas non quod horreas.

100. *Ventris furor.*] Famis inopia.

104. *Dira, &c.*] Saguntinis.

VARIORUM.

94. *Produxere.*] Vitam suam prolongarunt. *Sed, &c.*] Hos enim intolerabilis fames, Ægyptios vero animi feritas, & hostilis crudelitas compulit. *Lubin.*

95. *Fortunæ, &c.*] Odium & inclementia fortunæ, quæ illos ad tantam calamitatem perduxit. *Bellorumque, &c.* Ut sunt egestatis & famis angustiæ. Quid enim amplius in bello, quam compelli ad humana cadavera devoranda. *Casus extremi.*] Quibus nihil addi potest miserius. *Idem.*

96. *Obsidionis.*] Vel à Metello, vel potius ab Annibale. *Idem.*

97. *Hujus, &c.*] Exemplum hujus cibi, quem Vascones fame compulsi comederunt: debet merito esse miserabile & venia dignum. *Miserabile*] Hi enim sua fortitudine in tantas calamitates & ærumnas inciderunt. *Idem.*

98. *Sicut, &c.*] Vasconum & Saguntinorum, quibus in dira obsidione omnia depasta erant. *Idem.*

99. *Cuncta, &c.*] Etiam impura, ut canes, glires, feles, mures, &c. *Idem.*

100. *Vacui, &c.*] Rabiosa fames. Nihil autem fame atrocius, ut exempla non desint, propria brachia & lacertos devorantium. *Hostibus, &c.*] Ut ipsi obsidentes hostes miseriam & calamitatem obsessorum miserarentur. *Idem.*

101. *Tenues, &c.*] Fame & inedia absumtos. *Idem.*

102. *Membra, &c.*] Cadaverum & hominum, vel a se, vel ab hostibus interfectorum. *Fame*] Cogente, instigante. *Esse, &c.*] Edere. Fame instigante & jam prompti erant propria sua membra comesse. *Idem.*

103. *Quisnam, &c.*] Quis unquam hominum aut Deorum tam crudelis sit, ut veniam illis urbibus indulgere nequeat, si carnem humanam comedant, qui dira atque immania sint perpessi. Videtur melius legi, *Urbibus* alias, *viribus*, pro viris tam fortibus. *Idem.*

104. *Dira, &c.*] Idque propter constantiam suam & animi fortitudinem. *Idem.*

105. *Et, &c.*] Illorum umbræ & defunctorum animæ, quorum corporibus vescebantur, his ignoscere poterant, nedum Dii & homines. *Idem.*

106. *Mutui,*

Quorum corporibus vescebantur? melius nos
Zenonis præcepta monent. nec enim omnia, quædam
Pro vita facienda putat. sed Cantaber unde
Stoicus, antiqui præsertim ætate Metelli?
Nunc totus Grajas, nostrasque habet orbis Athenas.
Gallia caussidicos docuit facunda Britannos,
De conducendo loquitur jam rhetore Thule.
Nobilis ille tamen populus, quem diximus, & par
Virtute,

VET. SCHOLIAST.

107. *Zenonis, &c.*] Zeno Stoicæ sectæ * ab eorum qui quod honestum esset, id summum & solum bonum esse dicebat.

108. *Pro, &c.*] Sed per honestatem, sicut Stoici dicunt, melius erat mori, quam cadaveribus pasci.

109. *Stoicus, &c.*] Unde poterat tantum sapere quantum Zeno, ut cadaveribus abstineret, scelus putando committere pro vitæ cupiditate?

110. *Grajas, &c.*] Romanas litteras, & Græcas.

112. *De, &c.*] De adhibendo negotiis suis oratore. *Thule, &c.*] Civitas in Oceano, insula in qua brumæ tempore dies nulli, perinde solstitiali æstivo nox nulla.

VARIORUM.

106. *Melius, &c.*] Quasi dicat: Nos Romani illis Cantabris & Vasconibus sumus sapientiores, qui ex Zenonis aliorumque Philosophorum doctrina scimus, longe satius esse mori, quam immanissime cadavera amicorum devorare. Sed unde Vascones illam sapientiam habere poterant, qui prisco illo tempore rudes erant barbari. *Lubinus.*

107. *Zenonis.*] Optimi Philosophi, qui existimabat satius esse mori, quam naturæ leges in se violare. Egregie Virgilius:

Usque adeone mori miserum est?

Neque, &c.] Non omnia, sed quædam tantum, quæ contra humanitatem, & naturam non pugnent. *Idem.*

108. *Pro, &c.*] Ut malum pœnæ effugiatur, non est admittendum malum culpæ. Sic Seneca: *Non omni pretio vita emenda est.* *Sed, &c.*] Unde Vasco, vel Cantaber, vel Saguntinus, Stoicam hanc disciplinam didicerit, scilicet moriendum potius esse, quam tam immani scelere & piaculo vitam protrahere. *Idem. Cantaber.*] Hodie *Gascons.*

109. *Antiqui, &c.*] His verbis satis indicat Saguntum à Metello fuisse obsessam: qui à Sulla dictatore contra Sertorium in Lusitaniam & Celtiberiam missus, cui postea additus à senatu fuit Pompejus. Florus lib. 3. cap. 22. *Lubin. Farnab.*

110. *Nunc, &c.*] Quasi dicat: Nostra ætate scire potuit Cantaber Philosophiæ præceptis imbutus, à carne humana abstinendum esse. Quasi dicat: Hoc tempore homines longe doctiores & cultiores sunt. *Nostras, &c.*] Romanorum sapientiam & literas. *Lubin.*

111. *Gallia, &c.*] Gallia facunda & oratoria, docuit Britannos vicinos caussas agere & oratoriam exercere. Quod autem Lugduni declamaverint, dictum Satyr. 1. vers. 45. deinde dixit Sat. 7.

—— *Accipiat te*
Gallia, vel potius nutricula Caussidicorum
Africa, ——

Idem.

112. *De, &c.*] De adhibendo negotiis tuis oratore. Hyperbolice hæc dicit. Est autem *Thule* illa regio quæ jam *Norwegia* dicitur. Vel Oceani septentrionalis insula supra Orcadas, nonnullis *Schetland.* Idem.

113. *Nobilis, &c.*] Post digressionem revertitur ad Vascones & Saguntinos excusandos. Id est, licet Vascones vel Saguntini fame compulsi sint ad carnes hominum

Virtute, atque fide: sed major clade Saguntus?
Tale quid excusat, Mæotide sævior ara
Ægyptus: quippe illa nefandi Taurica sacri
Inventrix, homines, (ut jam quæ carmina tradunt
Digna fide credas,) tantum immolat: ulterius nil,
Aut gravius cultro timet hostia. quis modo casus
Impulit hos? quæ tanta fames, infestaque vallo
Arma coëgerunt, tam detestabile monstrum
Audere? anne aliam terra Memphitide sicca

Invi-

VET. SCHOLIAST.

115. *Tale, &c.*] Juxta Mœotim paludem Taurici sunt, quorum rex Thoas advenas immolare consuerat, usque in adventum Orestis & Pyladis: quibus agnitis Ifigenia, quæ erat templi sacerdos, ablato inde Dianæ signo, aufugit, idque Ariciæ consecravit. Et Salustius: Namque omnium ferocissimi ad hoc tempus Achæi atque Tauri sunt: quod quantum conjicio locorum egestate, rapto vivere coacti.

120. *Quæ, &c.*] Id est, quomodo Saguntinos coëgit obsessio.

122. *Anne, &c.*] Quam, inquit, invidiam facerent Nilo cessanti definere aliam, quam hanc, quam fecerunt, cadavera devorantes tanquam fame coacti?

VARIORUM.

hominum comedendas, tamen ille populus nobilis est, & nobis Romanis virtute & fide par, sed clade nobis major. Quia illorum civitas ab Annibale prorsus deleta est, quod nobis Romanis nondum contigit. Hæc exacte Livius describit. Florus libro 2. cap. 2. Valerius Maximus lib. 6. cap. 6.

114. *Saguntus.*] Civitas ultra Iberum in Hispania, Rom. socia, ab Hannibale expugnata. *Morvedre.* Farnab.

115. *Tale, &c.*] Tale immane facinus, quodnam excusare potest. Quippe cujus cives si humanis vescerentur carnibus excusandi sunt: hi, obsidione, constantia, fide adducti, sed Ægypt. &c. *Farnab.*

Mæotide.] Sævior est quam ara Dianæ Tauricæ ad Mæotidem paludem. Fuit autem juxta Mæotidem Ponti paludem Taurica ara, Dianæ sacra, ad quam homines, hospites advenas immolabant vivos. Diod. Sicul. libro 4. cap. 3. *Lubinus.*

116. *Quippe.*] Probat Ægyptios atrociores esse ipsis Tauricis. Id est, Diana Taurica inventrix infandi illius Sacrificii, homines tantum immolat, non autem devorat. *Idem.*

117. *Ut jam*] Nisi forte illa fabulosa & Poetica sint. Vel illa à Poetis decantata posse vera esse, cum multa videamus immaniora fieri in Ægypto. *Farnabius.* *Carmina, &c.*] De ara Taurica. *Lubin.*

118 *Homines tantum, &c.*] Non autem devorat. *Ulterius, &c.*] Homo immolandus ibi nihil ulterius vel gravius timet, quam cultrum quo immoletur. Hoc est, non veretur, ut insuper etiam devoretur. *Lubin.*

119. *Quis, &c*] Indicat Ægyptios nullam sui sceleris causam habuisse, ut Vascones. Nimirum Ægyptii nihil ad sui excusationem possunt producere. id est, quod infortunium, quæ adversa calamitas. *Idem.*

120 *Quæ, &c.*] Fuit Ægyptiorum, qua compulsi, homines devorarent, ut Vascones & Saguntini? *Infestaque, &c*] Arma hostilia vallo & obsidione urbem undique cingentia. Nihil horum Ægyptios impulit. *Idem.*

121. *Tam, &c.*] Facinus tam crudele atque immane, ut homines comedant. *Britann.*

122. *Anne, &c.*] Si Nilus terram

Memphi-

Invidiam facerent nolenti surgere Nilo?
Qua nec terribiles Cimbri, nec Britones unquam,
Sauromatæque truces, aut immanes Agathyrsi,
Hac sævit rabie imbelle & inutile vulgus,
Parvula fictilibus solitum dare vela phaselis,
Et brevibus pictæ remis incumbere testæ,
Nec pœnam sceleri invenies, nec digna parabis
Supplicia his populis, in quorum mente pares sunt
Et

VET. SCHOLIAST.

123. *Surgere, &c.*] Inrigare Ægyptum.

124. *Cimbri, &c.*] Gentes diversæ barbarorum.

125. *Sauromatæ.*] Sarmatæ.

126. *Imbelle, &c.*] Ægyptiorum.

127. *Dare vela, &c.*] Testeis navigiis. talibus enim navigiis in Nilo utuntur.

VARIORUM.

Memphitidem vel Ægyptiacam inundare nollet, illique suam fertilitatem invideret, vel ob hoc unum scelus, satis causæ haberet. Potuissentne enim aliam graviorem offensionem, invidiam, & simultatem Nilo creare, quam cum hominem devorarint? Quasi dicat: Merito Ægyptii ob hoc ipsum scelus fame & annonæ caritate premerentur. *Terra, &c.*] Est autem Memphis secunda urbs post Alexandriam nobilis Ægypti civitas, *Gran Cairo.* Idem.

123. *Invidiam.*] Ut suam fertilitatem ipsi inviderent. Vel possentne facinore crudeliori irritare Nilum non inundantem siccam Ægyptum quam hoc quod suasit Busiridi Thrasius? *Farnab.* *Nolenti, &c.*] Inundare & fertilem reddere, & sterilitate punire ipsam Ægyptum. *Idem.*

124. *Qua, &c.*] Ordo est: Vulgus Ægyptiorum & Tentyritarum imbelle, inutile atque ignavum, dum tantum scelus perpetravit, hac immanitate & rabiosa feritate sævit, qua nulli unquam Cimbri, nulli Sarmatæ in hostes suos sævierunt. Satyr. 8. vers. 249. *Terribiles, &c*] Qui metum & terrorem Romanis incusserunt, utpote quos ter vicerunt. Illi jam Holsati atque Dani, Gallica lingua *latrones* olim dicebantur. *Lub.* *Britones.*] Germaniæ populi, quos nunc Britannos appellamus, à Britone terræ filio, cujus filius erat Mannus. Populus Galliæ Celticæ: Armorici, *Britons.* Tacitus.

125. *Sauromatæ.*] Sarmatæ, & Scythæ, ubi jam Moscovii, Moldavii, Transilvani, & pars quædam Poloniæ. Sat. 2. vs. 1. *Immanes Agathyrsi.*] Populi Scythiæ juxta Sarmatas, ita dicti ab Agathyrso Herculis & Echidnæ filio. Virg. *pictique Agathyrsi.* Lubin.

126. *Hac, &c.*] Ægyptus, quæ vilissima est respectu aliorum populorum. *Vulgus.*] Tentyritarum, Ægyptiorum. *Idem.*

127. *Parvula, &c.*] Testatur hoc Strabo libro 17. quod in Insula Della, quæ à mari & duobus Nili fluentis circumdatur, tanta facilitate navigetur, ut nonnulli testaceas scaphas habeant. Notat mollitiem & imbecillitatem Ægyptiorum, qui tamen usque adeo immanes sint. *Idem.*

128. *Et, &c.*] Fossæ aliæ in Ægypto erant tam facile navigabiles, ut scaphas testaceas & fictiles haberent. *Picta, &c.*] Navis testaceæ, variis coloribus distinctæ. *Brevibus, &c.*] Hoc pertinet ad parvitatem & imbecillitatem Ægyptiorum denotandam. *Idem.*

129. *Nec pœnam, &c.*] Concludit immanitatem Ægyptiorum omnem pœnam excedere, & superare. Quibus satis magna pœna imponi nequeat. *Idem.*

130. *In, &c.*] Illi enim per istam fecerunt, quod Vascones & Saguntini per incredibilem & furiosam famem. *Lubinus.*

131. *Ira*]

Et similes, ira, atque fames. mollissima corda
Humano generi dare se natura fatetur,
Quæ lacrymas dedit. hæc nostri pars optima sensus.
Plorare ergo jubet causam dicentis amici,
Squaloremque rei, pupillum ad jura vocantem
Circumscriptorem, cujus manantia fletu
Ora puellares faciunt incerta capilli.
Naturæ imperio gemimus, cum funus adultæ
Virginis occurrit, vel terra clauditur infans,
Et minor igne rogi. quis enim bonus & face dignus
Arcana,

VET. SCHOLIAST.

131. *Ira, &c.*] Eorum scilicet qui hoc compulsi fecerunt, Id est, Vascones & Saguntini. *Mollissima, &c.*] Humanitatem & misericordiam natura hominibus non negavit.

133. *Hæc, &c.*] Pars optima est naturæ vel mentis nostræ, miserum flere.

136. *Circumscriptorem.*] Curatorem suum.

137. *Ora, &c.*] Puellares capilli, tristitia & squalore longiores. Cum enim rei tenemur. & capillos dimittimus, qui faciunt nos interdum vultum habere tanquam puellæ.

138. *Cum, &c.*] Ὥραίας Viro maturæ.

139. *Vel, &c.*] Sepelitur.

140. *Et, &c.*] * Infans mortis.

VARIORUM.

131. *Ira, &c.*] Nam ira illis famem suppeditavit ad devorandos homines *Mollissima, &c*] Dum hominem lacrymari jussit natura, dedit ipsi clementiam, humanitatem, misericordiam Lacrymæ autem sunt indicio, homines ad misericordiam, condolentiam, & συμπαθεῖν esse natos *Lubin.*

133. *Hæc, &c.* Misericordia Naturæ vel mentis nostræ optima pars, quod homines miserabiles deflemus & miseramus. *Nostri, &c.*] Animi nostri. Hinc recte ille dixit:

---Ἀγαθοὶ ἀριδάκρυες ἄνδρες
Idem.

134. *Plorare, &c.*] Ipsa natura, ipsa humanitas. *Causam lugentis.*] Qui calamitatem & ærumnas suas deflet. *Lubin.*

135. *Squaloremque rei.*] Cum reum, ad judicis subsellia protractum extrema fortuna stare videmus, cum ipsum metu supplicii, & judicii attonitum videmus, & miserando habitu deformem & squalidum. *Pupillum, &c.*] Id est, miseramur illum qui parentibus orbus est, qui ad judicium vocat tutorem suum, qui misere illum decepit & circumscripsit. *Idem.*

136. *Circumscriptorem.*] Tutorem, qui decepit pupillum *Cujus, &c.*] Cujus pupilli longiores & puellares capilli, ora ejus fletu & lacrymis manantia, incerta faciunt, sitne juvenis, an vero puellæ. *Idem.*

137. *Incerta.*] Ambiguum vultum, puer ne sit an puella. Propter capillum passum & in faciem protensum. *Capilli.*] Hosce solebant illi qui tristes erant, dimittere. *Idem.*

138. *Natura, &c.*] Natura cogente & imperante gemitum edimus, cum virgo quædam nubilis moritur *Idem.*

139 *Terra, &c.* Cum sepelitur infans, qui minor est, quam ut comburatur. Pueri enim quibus dentes nondum nati, non solemniter comburebantur. Beroald. Annotat. cap. 29. Plin. libro 7. cap. 17.

140. *Et minor.*] Hoc est, neque sepelitur, sed reconditur in suggrundario Sed an commune nomen sepulchri, illis competit? negat Rutilius. cur autem? opinor, quod hujusmodi non sub
pulvere

Arcana, qualem Cereris vult esse sacerdos,
Ulla aliena sibi credat mala? separat hoc nos
A grege mutorum, atque ideo venerabile soli
Sortiti ingenium, divinorumque capaces,
Atque exercendis, capiendisque artibus apti
Sensum à cœlesti demissum traximus arce;
Cujus egent prona, & terram spectantia. mundi
Principio indulsit communis conditor illis

Tantum

VET. SCHOLIAST.

141. *Arcana, &c.*] Face arcana dignus sacerdotii, ac per hoc justus. Arcana, imbutum sacris dicit Pontificem: aut arcana, dicit mystica, cum in templo Cereris sibi invicem facem cursores tradunt.

143. *A grege, &c.*] Animalium pecorum.

145. *Atque, &c.*] Discendi artificii faciles.

146. *Sensum à, &c.*] Quem animum esse dicunt partem cœlicæ divinitatis.

147. *Prona, &c.*] Animalia.

148. *Conditor, &c.*] Deus.

VARIORUM.

pulvere aut terra humabantur; sed in urnulis vel similibus vasculis, & in ipsis locabantur suggrundiis Tum. Plin. l. 7. Nat. hist. docet, nefas fuisse homines, quibus nondum dentes enati, cremare. *Delrio.* *Quis, &c.*] Sensus est: Quis vir bonus, alterius incommodo non moveatur? & qui non cogitat sibi accidere posse, quod alteri accidit. *Lubin.*

141. *Qualem, &c.*] Qualem se vel suum maritum, vel quemvis alium hominem vult esse sacerdos Cereris. Porro in sacris Cereris matronarum pudicitia requirebatur, ut etiam virorum integritas. Qui enim currentes facem tenebant, castissimi & integerrimi eligebantur: Satyr. 6. vers. 50. qualem se vel suos esse vult Cereris sacerdos. *Lubinus.* *Cereris, &c.*] Ut epopta fiat. Duplicia enim Cereris mysteria, minuscula, quæ quotannis instaurabantur: & majuscula, quæ quinto quoque anno, mense Boedromione. Initiandi autem per totum quadriennium dicebantur mystæ. Ad ipsa autem sacra admissi epoptæ, ab eo scilicet, quo illis sacra inspicere permitteretur. Scaliger ad Tibull.

142. *Ulla, &c.*] Nullus vir bonus humani aliquid à se alienum putat. Dicit ergo nullum esse bonum, qui idem non sit pius & misericors. *Separat, &c.*] Naturalis pietas, humanitas, misericordia commendatur. Hæc humanitas & misericordia distinguit nos à brutis. *Lubin.*

143. *Venerabile, &c.*] Divinum & excellens ingenium, ut alter alterius ope subleveiur. Id est, ut misericordiam & humanitatem exerceamus, rationem adepti sumus. *Lubin.*

144. *Divinorum, &c.*] Rerum divinarum intelligentes. Nullum enim animal præter hominem, Dei notitiam habet.

145. *Atque, &c.*] Miræ hominum artes, quæ quotidie inveniuntur, indicant, hominem, nobilius quid esse, quam qui e figmi, crassa, & terrestri materia constitutus sit. Hæc omnia propter humanitatem exercendam hominibus attributa. *Idem.*

146. *Sensum, &c.*] Non enim anima nostra è traduce, sed ex mente divina. Virgilius:

Igneus est ollis vigor & cœlestis origo.

Idem.

147. *Cujus.*] Sensus vel animæ rationalis. *Prona.*] Bruta intellige. *Mundi, &c.*] Deus initio mundi, illis brutis animalibus tantum dedit animas, vegetativam & sensitivam nimirum, quas potentias, bruta nobiscum communes habent. *Idem.*

Tantum animas, nobis animum quoque, mutuus ut nos
Adfectus petere auxilium, & præstare juberet,
Dispersos trahere in populum, migrare vetusto
De nemore, & proavis habitatas linquere silvas:
Ædificare domos, Laribus conjungere nostris
Tectum aliud, tutos vicino limite somnos
Ut collata daret fiducia: protegere armis
Lapsum, aut ingenti nutantem vulnere civem.
Communi dare signa, tuba, defendier iisdem
Turribus, atque una portarum clave teneri.
Sed jam serpentum major concordia: parcit

Cogna-

VET. SCHOLIAST.

150. *Et, &c.*] Homines.

151. *Dispersos, &c.*] In unum colligere in civitate.

154. *Tutos, &c.*] Securos, vicinitate aliorum confidentes.

155. *Protegere, &c.*] Defendere bello.

156. *Vulnere civem.*] Pro, cives.

158. *Portarum, &c.*] Custodia portarum.

159. *Sed, &c.*] Id est, nec serpens serpentem comedit, nec fera sui generis feram. Varro: Canis caninam non est.

VARIORUM.

149. *Nobis, &c.*] Mentem, intellectum, rationem, quam soli homines Dei beneficio consecuti sumus. *Lubin.* Anima ergo est qua vivimus & sentimus. animus autem, quo intelligimus sapimusque. *Britan.* *Mutuus, &c.*] Eo nomine anima rationali a Deo donati sumus, ut mutuus benevolentiæ & amoris adfectus, nos tempore necessitatis ab aliis auxilium petere, & auxilium vicissim aliis præstare juberet. Et hic dicitur, χεὶρ χεῖρα νίπτει. *Lubin.*

151. *Dispersos, &c.*] Ut mutuus amoris adfectus, homines in silvis dispersos, & hinc inde vagantes in unum populum trahi & colligi juberet, in civitatem concedere, & ad civilem societatem convenire. *Migrare, &c.*] Respicit ad prisca secula. Cicero; *Fuit quondam tempus, cum in agris passim homines bestiarum more vagabantur, & sibi victu ferino vitam propagabant.* Vide & Athenæum lib. 14. cap. 23.

152. *Et, &c.*] Illas silvas relinquere, & deserere, quas proavi inhabitarunt. *Lubin.*

153. *Ædificare, &c.*] Ut non amplius in curribus & mapalibus viverent. *Laribus, &c.*] Id est, urbes & civilem societatem condere. *Idem.*

154. *Tutos, &c.*] Id est, ut fiducia propter limen & domum vicinam collata & adaucta, tutos & securos somnos præstarent. *Idem.*

155. *Fiducia.*] Vicinitate aliorum confisa. Ut multi una societate conjungerentur, & unus alteri, confideret. *Protegere, &c.*] Jussit scilicet mutuus amoris adfectus. Hinc civica corona. Valer. lib. 2 cap. 8.

156 *Nutantem.*] Gravi vulnere in bello accepto nutantem & cadentem. *Lubin.*

157. *Communi, &c.*] Sub communi vexillo tubæ concentu excitari ad pugnam, sub uno imperatore bellum gerere. *Defendi, &c.*] Eo dicit, nam ex turribus civitatum mutuo in hostes depugnabant. *Idem.*

158. *Una, &c.*] In una communis civitatis custodia & tutela conservari. *Idem.*

159. *Sed, &c.*] Id est, horribilibus etiam Draconibus major inter se concordia

Cognatis maculis similis fera. quando leoni
Fortior eripuit vitam leo? quo nemore unquam
Expiravit aper majoris dentibus apri?
Indica tigris agit rapida cum tigride pacem
Perpetuam: sævis inter se convenit ursis.
Ast homini ferrum lethale incude nefanda
Produxisse parum est, cum rastra, & sarcula tantum
Adsueti coquere, & marris, ac vomere lassi
Nescierint primi gladios extendere fabri.
Aspicimus populos, quorum non sufficit iræ
Occidisse aliquem; sed pectora, brachia, vultum
Cre-

VET. SCHOLIAST.

162. *Majoris dentibus apri.*] A sua gente.

163. *Indica, &c.*] De India. Ut Terentius:

Elephantis quem Indicis præfecerat.

166. *Produxisse, &c.*] Nam invicem & se absumunt dentibus. non tantum ferro.

168. *Nescierint, &c.*] Primo tempore, qui fuerunt regnante Saturno.

169. *Aspicimus, &c.*] Ægyptios.

VARIORUM.

cordia est, quam hominibus. Adeo ut concordia & mutuus amor in brutis reliquus adhuc esse videatur, ab hominibus vero prorsus exulet. Hisce satis indicatur quod cum reliqua omnia animalia in sua perfectione & officio perstent, solus homo à suo officio exorbitarit, & lapsus sit. Et Cicero: *Nulla est tam detestabilis pestis quæ homini ab homine non nascatur.* Lubin. *Parcit, &c.*] Id est, similis & ejusdem speciei fera, parcit cognatis ejusdem speciei feris, easdem maculas, eandem formam & colorem habentibus. Brodæus Miscellan. lib. 3, cap 28.

160. *Cognatis maculis.*] Ut pardus & lynx parcit pardis & lyncibus. *Quando, &c.*] Hoc enim nunquam factum est. *Lubin.*

162. *Exspiravit.*] Mortuus, comestus & devoratus est. *Idem.*

163. *Indica, &c.*] Et hæc tamen animalia ferocissima sunt, & tamen concordia inter se, & mutuos amoris & benevolentiæ adfectus retinent. *Solus homo est homini lupus* Idem.

165. *Ast, &c.*] Jam dissimili demonstrat, solum hominem de recta discedere. Id est, homini non satis est hominem interemisse, sed insuper etiam devorat. Id est, parum est homini gladios fabricasse, in alterius hominis perniciem. *Nefanda.*] Super scelerata incude, *Idem.*

166. *Produxisse.*] Fabricasse. *Sarcula.*] Id est, cum primi fabri proavorum nostrorum temporibus nescierint gladios fabricare, nimirum qui solummodo instrumenta ad agriculturam necessaria fabricare potuerunt. *Sarculum* alii explicant ferramentem bicorne, quo commoveatur terra, à *sarriendo*, id est, fodiendo ita dictam. *Idem.*

167. *Marris.*] Instrumentis ferreis excidendis inutilibus herbis comparatis. *Lubin. Vomere lassi.*] Id est, lassii cudendo marras & vomeres. *Britan.*

168. *Nescierint primi.*] Nondum enim sævitia erat inter homines. *Extendere.*] Alii, *excudere.* Idem.

169. *Aspicimus, &c.*] Quales Tentyritæ, de quibus dictum, & quales nostro tempore, sunt Caribes, Cannibales, ἀνθρωποφάγοι. *Idem.*

171. *Quid, &c.*] Quibus diris hos homines devoveret, quantum illos detestaretur, si jam viveret Pythagoras: nimirum

Crediderint genus esse cibi. quid diceret ergo,
Vel quo non fugeret, si nunc hæc monstra videret
Pythagoras? cunctis animalibus abstinuit qui
Tanquam homine, & ventri indulsit non omne legumen.

VET. SCHOLIAST.

173 *Pythagoras, &c.*] * Samius philosophus propter cognationem *inter se mundi, omnibus abstinuit animalibus, aversatus & fabam, quæ ex sanguine humano orta esset. * Nam flores ejus in sanguinem vertuntur si sic ponatur.

174. *Et ventri, &c.*] Qui & legumina timeret edere. Antistrophe, qui abstinuit.

VARIORUM.

nimirum ille indagando, cœlum & terram commoveret. *Idem.*

172. *Vel, &c.*] Vel ultra Sauromatas, ne videret hominum scelera, & talia scelerum monstra portenta prodigia *Idem*

173. *Cunctis, &c.*] Id est, qui religione & reverentia hominum, etiam à brutis animalibus abstinuit, neque ab illis solum, verum etiam à quibusdam leguminibus, nimirum a fabis. Cum autem ille sentiret animas hominum post mortem migrare in nova corpora, quod ille μετεμψύχωσιν appellavit, brutorum etiam carnibus abstinuit, ne forte edendo in animos hominum, qui forte in illorum corpora migrassent, sæviret. Opinio vel pueris ridicula; tanto certe Philosopho indigna, Lips. Manuduct. 1. Dissert. 6. Laërt. in ejus vita. Gellius lib. IV. cap. 11.

174. *Non, &c.*] Refertur inter Symbola ejus, *A fabis abstineto.* Quoniam, ut ait Cicero, inflationem adferrent, & animum perturbarent. Vide proverbium, *A fabis abstineto.*

SATYRA XVI.

ARG M. Militiæ commoda & privilegia dum Ironice laudat, nimiam militum insolentiam taxat *Satyram hanc plerique Juvenali abjudicant.*

QUis numerare queat felicis præmia, Galle,
Militiæ? nam si subeuntur prospera castra,

Me

VET. SCHOLIAST.

ISta à plerisque expoditur, & dicitur non esse Juvenalis.

1. *Felicis, &c.*] Quanta in se habeat bona, militia.

2. *Nam, &c.*] Ut nihil periculi patiatur in bello, vel non intersit prœliis; vel si sint pericula, quamvis timidus sim, tamen eo ad militandum.

VARIORUM.

JUVENALIS *quod Paridem illum histrionem Sat. 8. versibus illis:*

Quod non dant proceres dabit histrio, &c.

offendisset, per honorem militiæ, quanquam octogenarius, urbe summotus missusque ad præfecturam cohortis in extremam Ægypti partem tendentis. Id supplicii genus placuit, ut levi & joculari delicto par. Hinc ex Ægypto præcedentem Satyram, & hanc scripsisse existimatur

1. *Quis, &c.*] Quasi illa militiæ commoda, præmia, utilitates, & emolumenta sint infinita & innumerabilia. *Lubin*

2. *Nam, &c.*] Id est, cum quis prospera castra & felicem militiam subit, licet tyro pavidus essem, tamen cuperem in illam militiam excipi, & transcribi. Vel, Si mihi militiæ stipendia auspi-

Me pavidum excipiat tironem porta secundo
Sidere: plus etenim fati valet hora benigni,
Quam si nos Veneris commendet epistola Marti,
Et Samia genitrix, quæ delectatur arena.
Commoda tractemus primum communia, quorum
Haud minimum illud erit, ne te pulsare togatus
Audeat; immo & si pulsetur, dissimulet, nec
Audeat excussos Prætori ostendere denteis,
Et nigram in facie tumidis livoribus offam,
Atque oculos medico nil promittente relictos.

Bardaï-

VET. SCHOLIAST.

6. *Et, &c.*] Id est, Juno.
11. *Et, &c.*] Panis.
12. *Medico nil, &c.*] Desperante:

VARIORUM.

auspicanti benigna affulserit constellatio, non dubitem etiam à puero omnem in castris ætatem degere. *Farnab.* *Prospera, &c.* Qualia hæc sunt, quæ jam intravi. *Idem.*

3. *Excipiat.*] Optantis est. Quasi dicat: Causam non dico quin excipiar. *Porta.*] Introitus castrorum. Duæ autem erant castrorum portæ, quarum altera decima dicebatur. De portis castrorum consule Lipsii Comment. ad Tacit. de milit. Rom. Dial. 5. *Secundo, &c.*] Diis faventibus, qui adversi si sint, militia est miserrima. *Lubin.*

4. *Plus, &c.* Nihil magis in militia requiritur, quam ut felici sidere & benigno fato militiam capessamus, quod plus valet, quam si vel ipsum Martem belli Deum nobis habeamus vel maxime propitium, & faventissimum intercessione Veneris. *Fati benigni.*] Benigni sideris, & secundæ constellationis. *Idem.*

5. *Quam, &c.*] Quæ Marti carissima, & cui libenter gratificatur. Cum enim amica ejus sit, ejus commendatio merito multum ponderis apud ipsum habet. *Idem.*

6. *Samia, &c.*] Juno Martem ex Jove, vel, ut alii, ex nullo viro peperit. Colebatur autem Juno in Samo insula. Virg. 1. Æneid. *Lubin.*

7. *Commoda, &c.*] Sigillatim jam militiæ commoda recitat, & primo quidem communia. Quorum primum est quod maximam habeant nocendi licentiam & impunitatem. *Idem.*

Ne, &c.] Id est, ne togatus aliquis militiam non exercens, te militem pulsare audeat, & si à te milite ipse verberetur, te coram prætore non accusare audeat. Qui non militabant, toga utebantur. Contra milites utebantur sago militari. *Idem.*

9. *Et, &c.*] Id est, si à te vapulet, aut verberetur. *Dissimulet, &c.*] Se pulsatum esse, vel vapulasse. Quid enim agat: Satius enim est dissimulare, quam nihil proficere. *Idem.*

10. *Excussos.*] Dentes à te milite sibi per rixam excussos. *Prætori.*] Judici militum. *Idem.*

11. *Et, &c.*] Indicat in atrocissimis injuriis militem non accusari. *Nigram.*] Lividum carnis tumorem obductum vibicosum, id est, maculis plumbei coloris. *Offam.*] Frustum carnis nigrum, vibicosum, & tumidum, quales nigræ offæ fiunt, cum ad partem percussam sanguis defluit. *Idem.*

12. *Atque, &c.*] Id est, oculos ictu exstinctos, medico, de recuperando visu, nihil promittente. *Nihil promittente.*] Nil salutis aut remedii. *Relictos.*] Metaph. Deperditos. *Lubin.* Alii legunt *Oculum relictum.*

13. Bardai-

Bardaïcus judex datur hæc punire volenti
Calceus, & grandes magna ad subsellia suræ,
Legibus antiquis castrorum, & more Camilli
Servato, miles ne vallum litiget extra,
Et procul à signis. justissima centurionum
Cognitio est igitur de milite, nec mihi deerit
Ultio;

VET. SCOLIAST.

13. *Bardaïcus, &c.*] Centurio. Qui quasi inter illos milites militavit habentibus stationem apud Bardos. Est autem gens Galliæ vel qualis fuit Bardas.

14. *Calceus, &c.*] * Dat ipsis militibus calciamenta dixit.

15. *Legibus, &c.*] Castra intra urbem erant militum, quæ Tiberius fecit.

VARIORUM.

13. *Bardaïcus, &c.*] Quasi dicat: Miles de milite erit judex, & ideirco militi favebit. *Lubin.* *Bardaïcus, &c.*] Sensus est: Quiriti seu Togato à milite offenso, non datur potestas vocandi militem coram Prætore seu judice urbano, sed coram militum Tribuno vel Centurione, quem jocose describit à statura procera & grandi, a calceis & veste [illegible] Bardaicus judex [illegible] sagulo et bardocucullo ind[illegible], quo vestis genere hyberno tempore ut plurimum utebantur milites potissimum Galli. Nec interest *barda[illegible]*, an *barda[illegible]* legas. *Grang.* Hæc ergo punire volenti datur [illegible] *calceus Bardaicus & grandes suræ* [illegible] militarem judicem inte[illegible] centurionem aut tribunum, cui [illegible] calceus Bardaicus, Bar[illegible] [illegible] A[illegible] [illegible] id est, [illegible] sago [illegible] T[illegible] *Bardaicus [illegible] punire volenti Calceus.*] Veteres interpretes calceum Bardaicum intelligunt. Sed verior Britannica interpretatio de sago, sive cucullo Bardaico, idque ex sententia poetæ. Datur judex Bardaicus grandisque calceus, id est, caliga vel compagus, & grandes suræ, per quæ omnia describitur Tribunus vel Centurio. Simplicior sententia est, *Bardaicus judex*, id est, birro aut al[illegible] vestitus, sive ille ex crassiore lana, sive ex caprarum pilis & cilicio confectus. Qualem propterea Centurionem fortasse *hirsutum capitam* audacter appellat, idem poëta alibi non tam quod capillis, ac barba promissa, sed quod sago hirsuto atque villoso induereiur. *Farnab.* *Bardaicus judex.*] *Centurio, qui quasi inter*. Lego. Centurio, qui Quasi inter illos milites militavit, habens ibi, &c. *Rutg.* *Punire volenti.*] Illi togato.

14. *Calceus, &c.*] Ut veste, sic calceo distincti milites a Quiritibus, Turneb. libro 23. cap. 24. Vetus Scholiast. Juvenalis ad vers. 14. Sat. ult. *Dat ipsis militibus calceamenta dixit.* Corrigendum censuit Pet. Pythæus: *Pro ipsis militibus calceamenta dixit.* *Grandes suræ.*] Id est, magnæ staturæ centurio nam centuriones [illegible], qui & proceri, & [illegible] *Britannos in subsellia* [illegible] Hoc dicit, quia caus[illegible] judicabantur in ipsis castris, in centurionis tentorio Sat. 3. vers. 322. *Lubin.*

15. *Legibus, &c.*] Id est, ut ex antiquis castrorum legibus constitutum est. *More, &c.*] Camil[illegible] obsidione Vejorum [illegible], ne milites extra vallum litigarent, [illegible] ex mandato consulis contra hostes pugnaturi, præsto essent. *Idem.*

1[illegible]. *[illegible]*] A vexillis militaribus [illegible] Id est, centurio castrorum judex, cum maxima æquitate & moderatione causam togati cum milite disceptat & dijudicat: sed tamen ita, ut cum milite non per omnia stricto jure procedat. *Idem.*

18. *Nec, &c.*] Id est, si ego miles possim vicissim justæ querelæ causam adversus togatum proferre, quod me violarit, non deerit mihi centurio judex, qui ipsum togatum probe est ultturus. *Id.*
19. 32

ltio, ſi juſtæ defertur cauſa querelæ.
ota cohors tamen eſt inimica, omneſque manipli
onſenſu magno efficiunt, curabilis ut ſit
indicta, & gravior quam injuria: dignum erit ergo
eclamatoris mulino corde Vagellî,
um duo cruro habeas, offendere tot caligas, tot
lillia clavorum. quis tam procul abſit ab urbe?
ræterea quis tam Pylades, molem aggeris ultra
t veniat? lacrymæ ſiccentur protinus, & ſe

Ex-

VET. SCHOLIAST.

19. *Si, &c.*] Si juſtam cauſſam haberis.

21. *Curabilis ut ſit Vindicta.*] Ut ſatis res quemadmodum effugias illos.

23. *Mulino, &c.*] In alio, Mutinen-. Rhetor aliquis de Mutina. ignavus * mulino.

VARIORUM.

19. *Si juſta, &c.*] Etiamſi juſta cauſſa edeferat. *Farnab.*

20. *Tota, &c.*] Id eſt, licet centurio quiſſimam ſententiam contra militem onunciarit: ægerrime tamen ferunt mnes commilitiones, quod aliquid cona militem ſit pronunciatum. *Manipli.*] Milites manipulares, qui idem ſignum equuntur. *Idem.*

21. *Conſenſu, &c.*] Unanimi conenſu, ſummo niſu & conatu. Quidam ic legunt, *efficiunt*, ſcilicet querelam eferenti. *Curabilis, &c.*] Sunt verba ilitum increpantium togatum, qui lium militem velit accuſare. Quaſi diat: Injuria militis parvula eſt, pro qua os magnam & gravem vindictam poſ ltis. Vel poſſunt eſſe verba Poëtæ, dientis: Vos efficietis ut damnoſius voiis ſit, cum vindictam petitis, quam rius accepta injuria. Vel ut miles quem accuſatis, dum vos ulciſcetur, majorem obis injuriam inferat, quam eſt prior. Alii legendum eſſe cenſent, *curabitis*, c. 6 togati. *Lubin.*

22. *Vindicta.*] Petita. *Injuria.*] Jam accepta. *Dignum, &c.*] Opus & audacia Vagellii e Mutina cujuſdam temerarii cauſidici. *Farnab.*

24. *Cum, &c.*] Quæ clavis caligaribus pungi à militibus poſſint. Vel cum tu ſolus tantum ſis, & velis accuſare militem, offendere tot milites commilitones, qui clavos in tibialibus habent, & togato militem accuſanti, obſtabunt. *Offendere.*] Irritare, ſibi infenſos & iratos reddere. Dum enim cogebatur per illos tranſire, illum talibus clavis pingebant. Hinc ſuperius dixit Sat. 3. vers. 248.

Et in digito clavus mihi militis hæret. Lubin.

Tot, &c] Id eſt, tot milites, qui caligas ferunt, in quibus clavi. Turnebus libro 4. capite 7. *Caligati* autem proprie milites gregarii ſunt, à caliga, militum vulgari calceamento. Caligæ autem illæ clavis diſperſæ: ſed in clavis differentia: alii enim ferreos, argenteos, aureos geſtabant in caligis, ut quiſque dignitate antecellebat. *Grang.*

25. *Quis, &c.*] Id eſt, quis adeo ſtolidus, & tantum abſit à prudentia urbana, ut hoc ſibi faciendum judicet. Vel quis jam civium inter milites injurias neſcit? Eſt proverbialiter dictum. Sunt qui legunt, *abſit.* Lubin.

26. *Præterea, &c.*] Aliud togatorum contra militem incommodum, quod nullum amicorum tam fidelem habeant, qui officii gratia ipſos in caſtra comitari velit. *Pylades.*] Id eſt, tam fidelis amicus, qualis Pylades Oreſti fuit, qui pro amico periculum velit ſubire, ut Pylades fecit pro Oreſte. *Molem, &c.*] Ut veniat intra caſtra, teſtis contra militem, ultra aggerem, & vallum. Lipſius 5. de milit. Rom. Dialog. 5.

27. *Lacrumæ.*] Id eſt, rogati ſi læſi

ami

Excusaturos non sollicitemus amicos.
Da testem, judex cum dixerit: audeat ille
Nescio quis, pugnos qui vidit, dicere, vidi,
Et credam dignum barba, dignumque capillis
Majorum. citius falsum producere testem
Contra paganum possis, quam vera loquentem
Contra fortunam armati, contraque pudorem.
Præmia nunc alia, atque alia emolumenta notemus
Sacramentorum. convallem ruris aviti
Improbus, aut campum mihi si vicinus ademit,
Et sacrum effodit medio de limite saxum,
Quod

VET. SCHOLIAST.

29. *Da, &c.*] Fo stesse dicis, Habeo testes.

31. *Et, &c.*] Si audebit dicere: Dico illum ex illis esse antiquis* si testimonium tibi præbeat.

36. *Sacramentorum.*] Id est, militiæ: quia jurabant.

37. *Improbus.*] Militaris. *Campum.*] Terminum, id est, si egeris contra aliquem quod terminos effoderit, & transtulerit.

VARIORUM.

à milite sint, dissimulent, amoveantque lacrymas, utpote nihil profuturas. nec cum lachrymis amicos sollicitent, ut officii gratia in castra se comitentur. *Lubin.* *Se, &c.*] Propter periculi magnitudinem.

28. *Sollicitemus.*] Ut officii gratia nobis præsto sint. *Idem.*

29. *Da, &c.*] Id est, si tu togatus testem a judice dare jussum produxeris, & ille liquido testetur & audeat sincere testimonium proferre & dicere, ego vidi, & testor hoc esse verum, ego credam eum testem esse hominem antiquæ fidei. *Quem, &c.*] Jusserit te producere. *Audeat, &c.*] Si quis unquam tantæ magnanimitatis & confidentiæ est. *Idem.*

30. *Nescio, &c.* Nimirum talis nullus & nusquam erit. *Idem.*

31. *Et, &c.*] Ego illum esse severitate & gravitate antiquorum præditum, & incorruptæ gravitatis fidei esse, & qui pro justitia & veritate, capitis periculum adire non dubitaret. *Idem.*

32. *Citius, &c.* E contrario demonstrat, longe facilius esse falsum testem invenire contra paganum & togatum, quam verum contra militem. *Producere.*] Ad testimonium dicendum. *Idem.*

33. *Paganum.* Togatum, Quiritem a militia remotum, vel rusticum, militiæ non adscriptum. *Vera, &c.*] Verum testem. *Idem.*

34. *Contra, &c.* Res, opes, & facultates armati militis. *Pudorem.*] Famam, existimationem, honestatem. *Lubin.* Contra id quod potest esse pudori & dedecori pii militis. *Britan.*

35. *Præmia, &c.* Progreditur ulterius ad alia militiæ commoda. Quod milites litigantes brevissimo temporis spatio causam ad finem possint perducere, quæ togatis in multos sæpe annos protrahatur. *Lubin.*

36. *Sacramentorum.*] Militum, qui sacramento obligati sunt summo Belli duci, Jurabant autem milites se pro Republica facturos, nec prius discessuros, nisi finitis stipendiis. *Convallem.*] Rus, campum, vel agrum in valle positum, quem avi mei possederunt in bona pace multis annis. *Idem.*

37. *Improbus.* Avarus, alieni cupidus, vicinus. *Mihi.* Togato, vel a militia remoto. *Lubin.*

38. *Aut, &c.* Id est, si saxum quod terminis,

Quod mea cum vetulo coluit puls annua libo,
Debitor aut ſumtos pergit non reddere nummos,
Vana ſupervacui dicens chirographa ligni:
Exſpectandus erit: qui lites inchoat, annus
Totius populi: ſed tunc quoque mille ferenda
Tædia, mille moræ toties ſubſellia tantum
Sternuntur, jam facundo ponente lacernas
Cædicio, & Fuſco jam micturiente, parati
Digredimur, lentaque fori pugnamus arena.
Aſt illis, quos arma tegunt, & balteus ambit,

Quod

VET SCHOLIAST.

43. *Mille, &c.*] Odia.

44. *Subſellia, &c.*] Subſternuntur, ponuntur aut parantur.

VARIORUM.

termini, vel limitis loco erat poſitum inter meum & vicini agrum, ſi illum effoderit & in meum agrum tranſtulerit, ita ab agro meo aliquid abradens. *Sacrum.* Hoſce limites Jovi terminali ſolebant ſacrificare, iiſque quotannis liba & pultes in ſacrificio offerre. Illum autem terminum violare vel movere loco, ſceleratiſſimum habebatur. Nam fabula eſt, *Terminum* ne ipſi Jovi quidem voluiſſe cedere. *Medio, &c.*] Ubi infoſſus erat. *Lubin.*

39. *Quod mea cum.*] Quod ſaxum ego quotannis pulte mea & libis colui. *Vetulo*] A multis annis uſitato. *Lubin.* Alii legunt, *patulo.*

40. *Debitor, &c.*] Si debitor ſe mihi quidquam debere neget.

41. *Vana ſupervacui,*] Sat. 13. verſ. 137. idem verſus.

42. *Exſpectandus, &c.*] Tum lente mea cauſſa dijudicanda ſuſcipitur & finitur. *Lubinus.* Anni certum tempus quo conveniant judices, & totius populi cauſæ agi incipiant. vide Pithœi Adverſar. cap. 22. *Farnab. Exſpectandus erit.*] Tantam ſcilicet Romæ forenſium rerum copiam dicit, tantamque litigantium multitudinem, quorum lites ſingulæ, ordine dirimuntur, ut eo anno, quo quis nomen alicujus ad Prætorem retulerit, in ordinem venire non poſſit, ita ut ad annum ſequentem, cum res redeunt, illi exſpectandum ſit, quod tempus Servius vocat, *litium annum.* Grangæus.

43. *Totius, &c.* Certo enim anni tempore univerſi populi Romani cauſſæ incipiebant agitari. *Sed, &c.*] Innumeræ moleſtiæ interim ſunt devorandæ. *Lubin.*

44. *Mille, &c.*] Juxta illud noſtrorum, Peto dilationem in ſequentem. *Toties, &c.*] A miniſtris tanquam actio futura ſit, cum interea nihil agatur, & milites non compareant. *Idem.*

45. *Jam facundo.*] Qui æſtu defatigatus, lacernas & veſtes tanquam laſſus deponit, vel agendo vel exſpectando defatigatus. *Idem.*

46. *Fuſco, &c.*] Hic apud Martialem ebrioſus notatur. Dictus Aurelius Fuſcus, qui mictum exiret, ut veſicam diſtentam exoneret, & tardius redit. Macrob. 3. Saturn. 16. *Parati, &c.*] Qui alias ad agendas cauſſas accincti & parati eramus, digredimur ab invicem, propter judices impeditos. *Idem.*

47. *Lenta, &c.*] Lite lente procedente, & ſæpe dilata. Vel ita actio, ut prælium, nocte interveniente dirimitur. Eſt Metaph. à gladiatoribus ſumpta. *Lubin.*

48. *Aſt illis, &c.*] Militibus. Jam diſſimili demonſtrat, longe meliorem eſſe conditionem militum, quibus quodcunque tempus tandem placeat, ad agendas cauſſas præſtetur. Militum enim cauſſæ

Quod placitum est, ipsis præstatur tempus agendi,
Nec res atteritur longo sufflamine litis.
Solis præterea testandi militibus jus
Vivo patre datur: nam quæ sunt parta labore
Militiæ, placuit non esse in corpore census,
Omne tenet cujus regimen pater. ergo Coranum
Signorum comitem, castrorumque æra merentem,
Quamvis jam tremulus, captat pater: hunc labor æquus
Provehit, & pulcro reddit sua dona labori.
Ipsius certe ducis hoc referre videtur,
Ut qui fortis erit, sit felicissimus idem,
Ut læti phaleris omnes, & torquibus omnes,

VET. SCHOLIAST.

52. *Nam, &c.*] Castrense peculium liberum habent.

VARIORUM.

caussæ non diu differebantur. *Balteus*] Militare cingulum. *Lubin.*

49. *Præstatur.*] Indulgetur. *Idem.*

50. *Nec, &c.*] Id est, opes illorum non consumuntur prolixis litium disceptationibus. Dum enim rota circumire non potest impedita sufflamine, inferior ejus pars quæ in terra trahitur, atteritur. Est ergo *sufflamen* hoc loco idem quod impedimentum litis finiendæ. *Sufflamine.*] Litis mora & oppositione. Sat 4. *Idem.*

51. *Solis, &c.*] Subjungit jam aliud commodum, quod milites vivo patre testamentum possit condere de peculio castrensi, quod aliis integrum non est. *Idem.*

52. *Nam, &c.*] Peculia enim castrensia erant libera. *Idem.*

53. *Non, &c.*] Non esse in essentia patrimonii, vel in censu illarum opum, quarum dominium pater habet. Cujus totius arbitrium est. *Census.*] Id est, illorum quæ censentur, vel ad patrimonium spectant. *Idem.*

54. *Ergo, &c.*] Explicat exemplo Corani, quod dixit, qui illo tempore satis notus fuit miles. *Idem.*

55. *Signorum, &c.*] Qui vexilla ducis & imperatoris sectatur. *Castrorum, &c.*] Peculium, vel stipendium.

56. *Captat, &c.*] Blanditiis & muneribus filium captat pater, licet ætate tremulus, ut filius si forte moriatur, ejus hereditatem pater adire possit; cum jure ejus bona obtinere nequeat. *Hunc, &c.*] Id est, militiæ laudatus labor, hunc Coranum ad opes & dignitates evehit. Vel ex æquo & merito reddit honos labori. *Idem.*

57. *Et pulcro.*] Retribuit sua dona promerita egregio labori.


58. *Ipsius certe, &c.*] Id est, hoc certe spectat ad dignitatem & majestatem ipsius Imperatoris, ut unusquisque miles pro ratione virtutis & fortitudinis condigna præmia accipiat, quibus exemplis alii milites & ad præmia & virtutes eadem [illegible]. *Lucinus.*

59. *Ut, &c.*] Ut quo quis majori virtute & fortitudine præditus est, hoc etiam majora præmia & honores adeat. *Idem.*

60. *Ut, &c.*] Ut qui pro Rep. corpus suum toties periculis objectant, iis mentis etiam eminentioribus apud Imperatorem excellant, & excellentissimis muneribus cluceant. *Phaleris.*] Ornamentis equorum. *Torquibus.*] Catenis vel circulis aureis ex collo in pectus dependentibus. *Idem.*

FINIS.

[redacted]



SULPICIÆ SATYRA,

DE

Statu Reipubl. temporibus Domitiani, cum edicto Philosophos urbe exegisset.

MUsa, quibus numeris heroas & arma frequentas
Fabellam permitte mihi detexere paucis.
Nam tibi secessi, tecum penetrale retractans
Consilium. quare nec carmine curro Phaleuco,
Nec trimetro Jambo, nec qui pede fractus eodem
Fortiter irasci didicit duce Clazomenio.
Cetera quinetiam, quot denique millia lusi,
Primaque Romanas docui contendere Grajis,
Et salibus variare novis constanter omitto:
Teque, quibus princeps & facundissima calles,
Aggredior. precibus descende clientis, & audi.
  Dic mihi Calliope, quidnam pater ille Deorum
Cogitat? an terras, & patria secula mutat?
Quasque dedit quondam, morientibus eripit artes?
Nosque jubet tacitos, & jam rationis egenos,

Non

4. *Phaleuco.*] Scribe *Phalæco*, quanquam in hujus nominis scriptura apud Athenæum, Hephæstionem, Victorinum, Diomedem, Terentianum, Ausonium magna est varietas.

10. *Teque, &c.*] Sic distinguendum. Carmina Calliope libris heroica mandat. Cæterum & ante Sulpiciam, sub Augusto Cornificia versus scripserat, sed non Phalæcos, jam Scazontas Hipponactios, & alios Lyricos, quibus prima Sulpitia Poëtriæ nomen inter Latinos meruit.

19. Rerum.

Non aliter, primo quam cum surreximus ævo
Glandibus, & puræ rursus procumbere lymphæ?
An reliquas terras conservat amicus, & urbes,
Sed genus Ausonium, Remulique exturbat alumnos?
Quid reputemus enim? Duo sunt quibus extulit ingens
Roma caput, virtus belli, & sapientia pacis.
Sed virtus agitata domi, & socialibus armis,
In freta Sicaniæ, & Carthaginis exiit arces.
Ceteraque imperia, & totum simul abstulit orbem.
Deinde, velut stadio victor qui solus Achæo.
Languet, & immota secum virtute fatiscit:
Sic itidem Romana manus, contendere postquam
Destitit, & pacem longis frenavit habenis.
Ipsa domi leges & Graja inventa retractans,
Omnia bellorum terra quæsita marique
Præmia consilio, & molli ratione regebat.
Stabat in his, neque enim poterat constare sine ipsis:
Aut frustra uxori, mendaxque Diespiter olim,
Imperium sine fine dedi, dixisse probatur.
Nunc igitur qui res Romanas imperat inter,
Non trabe, sed tergo prolapsus: & ingluvie albus,
Et studia, & sapiens hominum nomenque genusque
Omnia abire foras, atque urbe excedere jussit.
Quid facimus Grajos, hominumque reliquimus urbes,
Ut Romana foret magis his instructa magistris
Nunc Capitolino veluti turbante Camillo
Ensibus & trutina Galli fugêre relicta,
Sic nostri palare senes dicuntur, & ipsi
Ut ferale suos onus exstirpare libellos.
Ergo Numantinus, Libycusque erravit in isto
Scipio, qui Rudio crevit formante magistro,

Cetera

19. *Remulique*, &c.] Vulgo, *Remque*, unde malim, *Romique* quod & Vineto, nostro placuit.

33. *Aut frustra*, &c.] Est hoc vitium memoriæ, majorum etiam gentium scriptoribus eo usque frequens, ut nonnunquam affectasse videri possint.

46. *Rudio*] Scribe *Rodio*, ut de Panætio, cujus minore quam de Rhodio intelligatur.

47. *Fr*...

Cetera & illa manus bello fecunda secundo,
Quos inter prisci sententia dia Catonis
Scire adeo magni fecisset, utrumne secundis,
An magis adversis staret Romana propago.
Scilicet adversis, nam quum defendier armis
Suadet amor patriæ, & captiva penatibus uxor,
Convenit ut vespis, quarum domus arce Monetæ,
Turba rigens strictis per lutea corpora telis.
Ast ubi apes secura rediit, oblita favorum
Plebs, materque una somno moriuntur obeso.
Romulidarum igitur longa & gravis exitium pax.
  Hoc fabella modo pausam facit. optima posthac
Musa, velim moneas, sine qua mihi nulla voluptas
Vivere, uti quondam Lydus dum Smyrna peribat,
Nunc itidem migrare velint. vel denique quidvis,
Ut Dea, quære aliud. tantum Romana Caleno
Mœnia, jucundos pariterque averte Sabinos:
Hæc ego, tum paucis Dea me dignatur, & infit,
Pone metus æquos, cultrix mea. summa tyranno
Hæc instant odia, & nostro periturus honore est.
Nam laureta Numæ, fontesque habitamus eosdem,
Et comite Egeria ridemus inania cœpta.
Vive, vale. manet hunc pulchrum sua fama dolorem.
Musarum spondet chorus, & Romanus Apollo.

47. *Bello fecunda, &c.*] Sic malo, quam *secunda*. Vide *Aulum Gellium*. lib. 19. cap. 21.

56. *Materque.*] Vulg. *fraterque*. Plinus crabronum duo genera facit, plebem, opifices, & matres, quod an vespis quoque conveniat, videndum est.

FINIS.



I N D E X
ABSOLUTISSIMUS
OMNIUM VOCABULORUM
QUÆ IN D. JUNII JUVENALIS
Satyris, reperiuntur.

Numerus in hoc Indice prior isto charactere i.ij.v.x. &c. Satyram, posterior verò arithmeticus 1.2.3.4.5.6.&c. numerum versuum cujusque Satyræ, designat.

Achil-

INDEX.

INDEX.

Agmine,

INDEX.

annis

INDEX.

INDEX.

aucup-

INDEX.

pudic.

INDEX.

plenæ,

claustra

INDEX.

INDEX.

Chaldæis,

claustra

INDEX.

comitum,

Cor-

INDEX.

crissantis

INDEX.

cu-

D.

de-

I N D E X.

diversio;

INDEX.

ejectum,

INDEX.

exsp[illegible]

ferunt,

flagelli

INDEX.

foto

INDEX.

funera,

genitalia

gravitas

hæredem

I N D E X.

jecur,

I N D E X.

infernis,

I N D E X.

INDEX.

Julia

laudabile

INDEX.

loto.

marin-

migra,

INDEX.

mors

INDEX.

Oo Myr-

INDEX.

N.

nempe,

I N D E X.

Op-

P.

INDEX.

par-

INDEX.

perfundit.

INDEX.

pignerat.

poena,

I N D E X.

præco-

INDEX.

urbi,

Q.

INDEX.

INDEX.

INDEX.

INDEX.

secti

INDEX.

INDEX.

somnum

INDEX.

ſe

T.

INDEX.

tegit,

INDEX.


Vole-

INDEX.

INDEX.

FINIS.





AULI PERSII FLACCI

SATYRARUM

LIBER I.

CUM

NOTIS

VARIORUM.

SCRIPTORUM VETERUM

DE

PERSIO

TESTIMONIA.

M. Fab. Quintilianus ex lib. x. Institut. Orator.

Multum & veræ gloriæ quamvis uno lib. Persius meruit.

M. Valer. Martialis ex lib. I. Epigrammatum.

Sæpius in libro memoratur Persius uno,
Quam levis in tota Marsus Amazonide.

Hieronymus in Chronicis.

Anno Imper. Titi XXXII. *Olympiade* CCIII *Persius Flaccus Poëta Volaterris nascitur, & Olymp.* CCX. *moritur: cujus præceptor Cornutus Philosophus à Nerone postea in exilium pulsus est.*

AUL

AULI PERSII
VITA.

AULUS PERSIUS FLACCUS *natus est pridie Nonas Decembris, Fabio Persico, L. Vitellio COSS. decessit* VIII. *Kalendas Decemb. Rubrio Mario, Asinio Gallo Coss. Natus in Etruria Volaterris, Eques Romanus sanguine & affinitate primi ordinis viris conjunctus. Decessit ad octavum miliarium via Appia, in prædiis suis. Pater ejus Flaccus pupillum reliquit moriens, annorum ferè sex. Fulvia Sisennia mater nupsit postea Fusio, Equiti Romano: & eum quoque extulit intra paucos annos. Studuit Flaccus usque ad annum* XII. *Volaterris: inde Romæ apud Grammaticum Remmium Palæmonem, & apud Rhetorem Verginium Flaccum. Cum esset annorum* XVI. *amicitia cœpit uti Annæi Cornuti, ita ut ab eo nusquam discederet: à quo introductus aliquatenus in Philosophia est. Amicos habuit à prima adolescentia Cæsium Bassum, & Calpurnium Staturam, qui eo vivo juvenis decessit. Coluit ut patrem Servilium Numanum. Per Cornutum cognovit Annæum etiam Lucanum, æquævum auditorem Cornuti. Nam Cornutus illo tempore Tragicus fuit, secta Stoica, qui libros Philosophiæ reliquit. Sed Lucanus adeo mirabatur scripta Flacci, ut vix retineret se illo recitante à clamore, quin illa esse vera Poëmata diceret. Sero cognovit Senecam, sed non ut caperetur ejus ingenio. Usus est apud Cornutum duorum convictu doctissimorum, & sanctissimorum virorum, acriter tum philosophantium, Claudii Agaterni medici Lacedæmonii, & Petronii Aristocratis Magnetis, quos unice miratus est & æmulatus, cum æquales essent, & Cornuto minores. Ipse etiam decem fere annis summe dilectus apud Traseam est, ita ut peregrinaretur quoque cum eo aliquando, cognatam ejus*

Arriam uxorem habente. Fuit morum leniſſimorum, verecundiæ virginalis, forma pulcra, pietatis erga matrem & ſororem & amitam exemplo ſufficientis. Fuit frugi & pudicus. Reliquit circa H-S xx matri & ſorori: ſcriptis tantum ad matrem codicillis, rogavit eam ut daret Cornuto ſeſtertia, ut quidam dicunt, centies: ut alii volunt, argenti facti pondera viginti, & libros circa ſeptingentos, ſive bibliothecam ſuam omnem. Verum Cornutus ſublatis libris, pecuniam ſororibus, quas frater hæredes fecerat, reliquit. Et raro, & tarde ſcripſit: Hunc ipſum librum imperfectum reliquit. verſus aliqui dempti ſunt in ultimo libri, & quaſi finitus eſſet, leviter recitavit Cornuto: & Caſio Baſſo petenti ut ipſe ederet, tradidit edendum. Scripſerat etiam in pueritia Flaccus Prætextam, & Ὁδοιπορικῶν librum unum, & paucos ſororum Traſea in Arriam matrem verſus, quæ ſe ante virum occiderat. Omnia autem Cornutus auctor fuit matri ejus, ut aboleret. Editum librum continuo mirari homines, & deripere cœperunt. Deceſſit autem vitio ſtomachi, anno ætatis xxx. Sed mox ut à ſchola & magiſtris deverterat, lecto libro Lucillii decimo, vehementer Satyras componere ſtuduit, cujus libri principium imitatus eſt ſibi primo mox omnibus detrectaturus, cum tanta recentium Poëtarum & Oratorum inſectatione, ut etiam Neronem culpaverit. cujus verſus in Neronem cum ita ſe haberet,

Auriculas Aſini Mida rex habet.

in hunc modum à Cornuto ipſo tantummodo eſt emendatus,

Auriculas Aſini quis non habet?

ne hoc Nero in ſe dictum arbitraretur.

AULI PERSII FLACCI
PROLOGUS.

ARGUM. Scribunt epica, dramatica, lyrica, & id genus poëmata; alii ex *αὐτομάτου* opinione, gloriolæ fumo, victus egestate, lucri spe Poëtæ facti: ego autem Satyras, non tam ad poësin ingenio natus, quam temporum corruptione huc adductus.

NEC fonte labra prolui caballino:
Nec in bicipiti somniasse Parnasso
Memi-

VARIORUM.

EST *vero hoc carmen duplicis argumenti, ut & partes illius sunt duæ, versuum ambæ septenorum. Primi septem versus mixtum habent argumentum: de se enim agit Poëta περιηγηματικῶς, obiter vero de aqualibus sibi Poëtis, quos traducit: posteriores septem meram continent aliorum Poëtarum irrisionem. Singularis modestia est, quod negat se Poëtam: quodque se ad tantam gloriam ne aspirare quidem fatetur: & præmia Poëtis debita aliis æquo animo relinquere.* Casaub.

1. *Nec fonte labra, &c.*] Sic enim sua extenuat, ut simul ineptorum hominum fastum retundat & urbane castiget. Nota Horati non falsa querimonia:

Scribimus indocti doctique Poëmata passim.

Tulere hoc indigne legitimi *Musarum* mystæ: qui illarum sacra adeo fœde pollui non poterant non dolere. Quod igitur ait Persius:

Nec fonte labra prolui Caballino:

non negat præcise modico se haustu fontis sacri Musarum fuisse potatum; vixdum fonti Pegaseo labra admovisse: sed eos irridet, qui videri volebant totum illum exhausisse. Et fortasse privatim quendam tangit, qui tale quid de se *κατακαύχησιν*, seculi vitio usus, jactaverat. Aliud est, modice de fonte bibere, aliud de fonte proluere. *Casaubonus.* *Nec, &c.*] Id est, ego Persius nullum prorsus cum Musis commercium habeo, nec unus illorum sum, qui egregii Musarum sunt amici, qualis fuit Hesiodus, & Ennius, ut qui labra mea fontis Pirenes, Pegasei, vel caballini aqua, bibendo nunquam madefeci vel irrigavi. *Fonte, &c.*] Periphrasis est fontis, qui Græcis *ἱπποκρήνη*, quasi dicas equi fons dicitur, & alias *Pegaseus* appellatur, eo quod equus alatus Pegasus, cum in montem Heliconem evolasset, ungula saxum feriens, eum aperuisse creditus sit. Vide Ovid. 3. Fast. 5. Metam. *Plin.* lib. 4. c. 7. *Hyginum.* Erat ergo hic fons in Helicone Bœotiæ monte Phocidi vicinus juxta Thebas, non procul à Parnasso, Apollini, & Musis sacer. *Lubin.* *Prolui.*] Non aurium tenus ingurgitando immersi, non plane hausi Musarum fontes, imo vix primis quidem labris fontem Pegaseum leviter attigi. *Bond. Farn.* *Caballino.*] Dicit non equino, quia contemnenti & subsannanti ea vox erat aptior. *Casaub. Turnebus* lib. 2. cap. 13.

2. *Nec in, &c.*] Secunda Protaseos probatio, quod Persius Poëta non sit. Nempe quod nunquam dormierit in Parnasso, monte Phocidos, duos vertices habente, Musis sacros: Tithorea scilicet & Hyampeum. *Parnasso, &c.*] Quemadmodum illi fontes de quibus modo dicebamus, poti, credebantur facere Poëtas: sic vicini montes Helicon, Citheron, & Parnassus, eos qui conscenderent, aut inibi versarentur: & præsertim qui in illis montibus somniassent, repente Poëtas existere, ut de Ennio refertur, qui Homeri animam in se migrasse somnavit. *Farnab. Casaubon.* *Parnasso.*] Fuit autem Apollini, Baccho, Musis, aliisque numinibus consecratus, in quo

Memini, ut repente sic Poëta prodirem,
Heliconiadasque, pallidamque Pirenem
Illis remitto, quorum imagines lambunt
Hederæ sequaces: ipse semipaganus
Ad sacra vatum, carmen affero nostrum.

Quis

VARIORUM.

in quo & Corycium Musarum antrum. Unde & Musæ Corycides ab Ovidio in Metamorphosi dictæ. *Lubin.*

3. *Repente.*] Per unicum tantum potum & somnium, sine ullo labore. Ut illico & statim uno momento Poëta fierem, quod divinis illis Poetis contigit, Hesiodo & Ennio. *Prodirem.*] Id est, statim ex improviso hominibus Poeta apparerem, quem omnes nossent Poeticen nunquam didicisse antea. *Lubin.* *Prodire.*] Verbum, duplicem notionem habet: modo simpliciter [illegible], dare se in conspectum: modo idem est quod existere, & subito emergere, ut Sol [illegible], vel aliquis è machina Deus Comicus. *Casaub.*

4. *Heliconiadasque.*] Id est, Musarum sodalitium, familiaritatem, & commercium nunquam habui, sed aliis illas cogor relinquere. Recte meliores omnes libri *Heliconiadas*, non, ut in nonnullis, *Heliconides.* Dicuntur autem Musæ Heliconiades à monte Phocidis Helicone in Bœotia, Musis sacro. *Lubin. Casaub.* *Pallidamque, &c.*] Quod igitur pallidam Pirenem vocat Satyricus, vel ad fabulam referendum, & luctum Pirenæ matris Cenchriæ, ex cujus lachrymis fontem hunc manasse fabulantur auctore Pausania. vel ad pallorem, quem sibi etiam studio & arte interdum conciliabant, isti famæ negotiatores Poetæ. Hic *Pirene*, fons est non Heliconis, ut censet falso Cornutus; sed Acrocorinthi, ubi erat Corinthiorum arx, Musis, Nymphisque sacer. *Lubin. Casaub.*

5. *Illis, &c.*] Poëtis priscis, Hesiodo, Ennio, & cæteris. *Lubinus.* *Remittoque.*] Meliores libri & Puteani membranæ, *remitto:* alii codices *relinquo.* Signatum verbum apud optimos scriptores hac notione, cum aliquid [illegible] & rejicimus vel oblatum. *Casaub.*

Quorum, &c.] Id est, qui ob egregia sua carmina statuas & imagines hedera coronatas in æde Camœnarum erectas promeriti sunt, & æterna quasi hominum memoria digni sunt. *Lambunt.*] Metaphora ab animalibus, id est, cingunt, ambiunt, circumfusæ attingunt. Respicit autem ad folia hederæ, quæ instar linguæ trifidæ, id est, linguas quasi tergunt & ambiunt. *Lubin.*

6. *Hederæ.*] Hæ Baccho sacræ, & in Bacchi tutela erant Poëtæ, ergo jure illis coronabantur.

Me doctarum hederæ præmia frontium
Dîs miscent superis.

Coronabantur autem Poëtæ hedera, lauro, quercu, apio. *Sequaces.*] Ita dictæ quod se spargendo dilatent, & crescendo, muros & arbores, quas semel comprehendendo implicuerint, tenaciter persequantur. Qua ratione à Virgilio serpentes, errantes, & adhærentes dictæ. *Ipse, &c.*] Sequitur Apodosis dissimilitudinis: *Tamen carmen scribo, & licet semipaganus sim, ineptias & vanitates meas insulsas cum divinis Poëtarum carminibus conjungo.* Incusat ergo se pertinacis cujusdam & insignis impudentiæ, ut sub sua persona alios exagitet. *Semipaganus.*] Id est, Semipoeta. Id est, ego paganus sum, nullum habens cum Musis commercium, & meo profano Poëmate aliorum sacra contamino; cum sacris initiatus non sim. *Lubinus.* Notissimum est paganus & miles esse [illegible]. *Casaub.*

7. *Ad, &c.*] Id est, ad sacra & divina Poëtarum carmina, quæ asservabantur in Bibliotheca Apollinis Palatini. Horat.

Scripta Palatinus quæcunque recepit Apollo.

Huc enim Poetæ opera sua deferebant. Vel quod Poëtæ sese sacros & [illegible] dicant. Ovid. 3. Amor.

At sacri

Quis expedivit psittaco suum ΧΑΙΡΕ,
Picasque docuit verba nostra conari?
Magister artis, ingeniique largitor
Venter,

VET. SCHOLIAST.

9. *Verba conari.*] Et *blandiri*, legitur.

VARIORUM.

Ad sacri vates, & Divûm cura vocamur. Lubin.

Afferre carmen ad sacra vatum, generaliter exponi potest, de omnibus qui Poëmata sua recitabant veterum more, aut aliter publicabant: quod φέρειν εἰς μέσον dicit Plutarchus. Sic qui accenseri numero poëtarum volebant, Poëtis carmina sua communicabant, & judicia illorum experiebantur: hæc erat illorum ὑποχρεῶν μοι ἐγκρίσεως. Commune est omnium artium ut sacra habeant sibi propria. *Casaub.* *Carmen, &c.*] Id est, versus hodie rusticos, & Satyricos, profanos & plebeios. *Affero.*] Quasi dicat, Adporto, ut mea profana cum sacris conjungam. *Lubinus. Turnebus* lib. 21. cap. 6.

8. *Quis, &c.*] Est Anthypophora, quasi quis dicat: Quomodo carmen scribis cum sis semipaganus? Rationem & causam efficientem Ponit, adjunctam suam famem, famelicum ventrem & inopiam. Quasi dicat: Quis psittacum vocem humanam χαῖρε, pronunciare jussit? Nimirum fames & venter. Quis me docuit carmen scribere? Nimirum famelicus venter. Vexat & hic sub sua persona alios. Dicuntur ergo hæc miro artificio in assentatores quosdam, & Parasitastros Poëtas, qui famelici ventris explendi gratia, molliculo aliquo carmine divitibus patronis suis adblandiebantur. Quod auctor noster nec voluit, nec opus habuit; ut qui eques Romanus ditissimus fuit, & post mortem præceptori suo 250000. (Id est, *Ducenta & quinquaginta millia Coron. Gallicorum*) relinquere potuit. *Quis, &c.*] Id est, quis perfecit, absolvit, & expedite pronunciare demonstravit, illud suum χαῖρε, salve vel ave. Possunt hæc dupliciter intelligi, vel quod tenuiores, paupertate coacti cogantur, tales aves humanas voces expedite proferre, docere, ut illas aves postea carius possint vendere, & ita famem, & inopiam suam consolari. Vel, quod ipsæ aves, cum jam voces humanas didicerunt, quando fame exstimulantur, illas voces proferre & alios salutare doceantur, ut cibum accipiant. *Psittaco.*] Psittacus avis est ex India, vocem humanam miro artificio exprimens. De quo vide Apulejum lib. 2. & Plinium libro 10. cap. 42. Hinc Statius:

Humanæ solers imitator psittace linguæ.

Suum.] Id est, ita expedite, & perfecte pronunciare, ut suum, proprium & naturale, non arte acquisitum esse videatur. *Lubin.* Post hunc versum, quidam sequentem inserunt: *Corvos quis olim concavum salutare.* Id est, salutationem quasi ex concava spelunca proficiscentem. *Bond.*

9. *Picasque, &c.*] Id est, quisnam docuit picas, ut nitantur, vel studeant nostra hominum verba exprimere? *Conari.*] Imitari: vel, magno conatu proferre.

10. *Magister, &c.*] Respondet ad interrogationem, & dicit famem esse causam efficientem humanarum vocum in avibus, & carminum in hominibus indoctis & insulsis. *Magister, &c.*] Id est, venter & fames illud potest, quæ aves voces contra naturam potest docere, & me carmina docet, & Poëticum ingenium mihi largitur: non autem Apollo, aut Musarum Poëticus furor. *Ingenii, &c.*] Id est, quæ ventris fames, ingenium & acumen multis largitur, quæ à natura non habent. Novorum enim artificiorum magistra & inventrix inopia. *Paupertas impulit audax ut versus facerem.* Horat. 2. Epist. libro 1. *Farnabius.* *Ingeniique.*] Ingenii nomine docilitatem, memoriam & cæteras intellectus virtutes appellari, docet Cic. v. de Finib. *Casaub.*

Venter, negatas artifex sequi voces.
Quod si dolosi spes refulserit nummi,
Corvos Poëtas, & poëtridas picas
Cantare credas Pegaseium melos.

VET. SCHOLIAST.

14. *Pegaseium, &c.*] In aliis est, *nectar.*

VARIORUM.

11. *Venter.*] Venter esuriens. *Artifex.*] Id est, qui venter ut insignis artifex est in aviculis illis, in assequendis humanis vocibus à natura negatis. Vel artifex & ingeniosus ad sequendum: sic etiam in hominibus. *Lubinus.* *Sequi.*] Hic valet facere sequi: est enim unum verbum loco duorum positum; significat enim *exprimere*, *dicere.* Casaub. *Negatas voces.*] A natura. Vox enim humana avibus est à natura negata, sed arte, stimulante ventre, acquiritur.

12. *Quod, &c.*] Si mendicabula hæc Poëtarum Mæcenatem nanciscantur, adeo sibi boni videntur Poetæ, adeoque insolescunt, ut cum Bavii sint aut Mævii, pro germanis tamen Virgiliis haberi postulent. *Casaub.* *Dolosi, &c.*] Quod ejus cupiditate in dolos & fraudes homines agantur, cui, in ipsam etiam naturam imperium est. Nam:

— Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames? Lubin.

Refulserit.] Liber Puteani, *refulgeat.* Ita loquitur Persius, velut de re, quæ repente existat, & casu quodam. Quæ enim non ex merito ipsorum, sed ex aliorum stultitia, malis Poëtis commoda hæc eveniunt, optare quidem illa semper potuerunt, at sperare non item. *Casaub.* *Refulserit.*] Respicit ad metalli & numorum splendorem. Id est, resplenduerit, & apparuerit. *Lubin.*

13. *Corvos, &c.*] Hyperbolica amplificatio, Quasi dicat: Corvi & picæ non solum humanas voces lucri spe discent exprimere; sed perfectum etiam carmen absolvent & cantabunt, & egregii Poëtæ evadent. Notat figurate sua tempora, quibus Poëtæ lucri spe nihil non moliebantur. *Corvos, &c.*] Id est, corvos tanquam Poëtas, & picas tanquam Poëtrias. *Idem.*

14. *Cantare, &c.*] Cantare posse, dulcissimum cantum, & carmen, ad Pegasi fontem elaboratum & omnibus numeris absolutum. *Credas.*] Certo credas & statuere debeas. *Melos.*] Hic primam lege versus producit. Politianus dicit se reperisse *nectar*, in codice antiquissimo. *Idem.* Vide Aug. Politian. Miscell. capite 14. Et Scoppæ collectan. 34. ubi ex autoritate Homeri & Martiani Capellæ, asseritur priorem τῶ *melos* produci posse. *Farnab.*

AULI PERSII FLACCI
SATYRÆ SEX.

ARGUM. Reprehendit in nobilibus, ipſoque in primis Nerone, ambitioſam in poëmatis ſcribendis vanitatem; in quibus ut & in cauſſis forenſibus ad voluptatem & oſtentationem, neglecto vero & honeſto, obſoleta verba, figurarum pigmenta & rhythmicos numeros affectabant. Perſtrictis itaque tum auditorum, tum recitantium mollitie, qualem ſuarum Satyrarum lectorem velit, docet.

P. O Curas hominum! ô quantum eſt in rebus inane!
M. Quis leget hæc? P. min' tu iſtud ais? M. nemo Hercule. P. nemo?
M. Vel duo, vel nemo. turpe & miſerabile. P. quare?
Ne

VET. SCHOLIAST.

1. *Quantum, &c.*] Græcum eſt, ὅσον τὸ κενόν.

2. *Quis, &c.*] Hunc verſum de Lucilii primo tranſtulit.

VARIORUM.

1. *O Curas.*] Pronunciatur hic verſus à Perſio, cum defixus in contemplatione rerum mundi hujus, & eorum omnium quæ mortales agimus. illas vanitati obnoxias, hæc pluſquam vana eſſe animadvertens, Satyram ſcribere inſtituit. *Per curas hominum* intelligit τὰ πραττόμενα & actiones ac ſtudia cuncta mortalium. Rerum appellationem refert ad τὰ ὄντα. Res dico, non ab hominibus factas, ſed à natura creatas, cujuſmodi ſunt gemmæ, aurum, argentum, & ſimilia his alia, in quibus ſtupent plerorumque animi. *O quantum, &c.*] Id eſt, quanta vanitas, ſtultitia & cæcitas eſt in rebus humanis. Eſt autem plane Græcum ὅσον τὸ κενόν. Verum per *inane* hoc loco intelligit, vanos, ſtultos & ambitioſos & κενοδόξους, id eſt, inanis gloriæ cupidos. Vel hoc eo ſpectat, quia homines res illas ſectantur, ſine inani. *Caſaub.*

2. *Quis, &c.*] Hæc ergo verba: *Quis leget hæc?* ſunt amici ſeu monitoris cujuſdam Perſio prædicentis, quod paucos Lectores ſit habiturus. Quaſi dicat monitor: Quiſnam *hæc* tua, hanc tuam Satyram ſupercilii & cenſuræ plenam, hoc auſterum tuum Poëma, quo tu vitia Romanorum taxas, leget? *Min', &c.*] Verba ſunt Perſii, amici monitoris voce quaſi attoniti & obſtupefacti. Ironice autem ſe ob id perturbari ſimulat, quod lectores non ſit habiturus, ex more vanorum reliquorum Poëtarum. *Nemo, &c.*] Reſpondet amicus monitor, & quod ſuperius dixerat, neminem Perſii Satyras lecturum, jam juramento ulterius confirmat. Quaſi dicat: Ita Hercule futurum eſt Perſi, nemo hæc tua ſcripta tetrica, magnopere curabit. *Lubin.*

3. *Vel, &c.*] Quoniam amicus monitor Perſium tantopere perturbari videt, quod neminem ſe lectorem inventurum dixerit, jam in conſolationem quaſi duos aut ad ſummum tres ei indulget. Sed auctor ex indignatione Satyrica ſimulata, hoc interrumpit, ut monitor illud verbum (tres) eloqui non potuerit. *Nemo.*] Hoc tertium, *Nemo*, Perſii eſt, quo monitoris verba maxima animi commotione perturbatus, quaſi interrumpit. Poſt *vel* igitur punctum inſerendum eſſe vult Lubinus. In membranis Caſauboni, totus quidem verſus monitori tribuitur, ultima voce excepta. *Turpe, &c.*] Non Perſio adſcribenda hæc ſunt cum vulgo interpretum, ſed

ejus

Ne mihi Polydamas, & Troiades Labeonem
Prætulerint, nugæ. non, si quid turbida Roma
Elevet, accedas: examenve improbum in illa
Castiges trutina: nec te quæsiveris extra.

Nam

VET. SCHOLIAST.

4. *Labeonem.*] Labeo transtulit Iliada & Odysseam verbum ex verbo, ridicule satis, quod verba potius quam sensum secutus sit. Ejus est ille versus:

Crudum manducat Priamum, Priamique Pisinnos.

6. *Examenve, &c.*] Examen est lingua, vel linum, quod mediam hastam ad pondera adæquanda tenet. Castigare autem est digito libram percutere, ut temperetur, & pro agitatione post æquum conquiescat. Trutina vero est foramen, intra quod est lingula, de qua examinatio est.

VARIORUM.

ejus familiari, seu monitori, mentem suam plenius explicanti. *Turpe, &c.*] Ideo, non quia nemini sit profuturus Persii labor, verum quia nu lam auctori gratiam aut gloriam sit allaturus. Illud prius sapientem poterat movere hoc posterius jure exploditur à Persio *Quare?*] Quid est, inquit, Persius, cur turpe & miserabile pronuncies, si Satyras scribamque quas nemo sit lecturus? nempe ita judicas, de existimatione mea actum esse & fortunis, si pessimus audiam Poetarum, & libellos meos, vel Poëmatis Labeonis, quem legit nemo, postponant Nero & alii proceres. *Casaub. Quare?*] Lubinus vult hoc esse verbum amici monitoris, Persium quasi consolaturi. Quasi dicat: Nam hoc, ô Persi, turpe & miserabile esse dicis, & tantopere indignaris.

4 *Ne mihi.*] Hoccine adeo miserum est, si ut Hector quondam verebatur, ne Polydamas, fil. Antenoris, Troes & Trojanæ mulieres ἑλκεσιπέπλους, (Homer. Iliad. χ.) ipsum Achille inferiorem censerent, si se reciperet intra muros cum cæteris Trojanis; ego itidem vererer, ne Nero & molles atque adeo effœminati Trojugenæ prætulerint mihi Attium Labeonem, qui Iliadas Homeri ineptè transtulit. *Farnab. Polydamas.*] Erat filius Antenoris imbellis & ignavus. Per hunc rectè & allegorice Neronem intelligit. *Lubin. Trojades.*] Sunt mulieres Trojanæ, Satyrice pro Trojanis. Homerus simpliciter Τρῶας καὶ Τρῳάδας, sexus uterque: sed mollitiem Romanorum obiter carpit Persius. *Casaub.*

5. *Nugæ.*] Rejicit Persius dictum, sibi consilium, & causam subjungit. Erras, inquit, si in æstimatione bonorum aut malorum Poëmatum, judicio standum putas magnatum Romanorum; idonei enim talium judices non sunt. *Casaubon.* Lubinus autem dicit esse verbum amici monitoris, Persium contingentis, quod ob judicium Romanorum perturbari non debeat. *Turbida Roma*] Præcipitis & corrupti sensus. *Farnab.*

6. *Elevet.*] Ἐξευτελίζει, floccifaciat, parvipendat, vel ad sydera tollat. *Accedas.*] Assentiaris, nec te iniquo Romanorum judicio censendum subjicias. *Farnab. Examenve, &c.*] Alia ratio. Quod malum de aliquo judicium non æstimari debeat ex sententia populi Romani Eo quod ejus trutina, hoc est, examinatio & ratio in judicando admodum prava sit *Examenve, &c*] Ponitur pro inquisitione, æstimatione, & judicio Est enim *Examen* stilus vel lingula libræ in medio scapo, unde binæ lances suspensæ ad pondera coæquanda. *Trutina* autem est oblongum illud foramen, intra quod vergit lingula, & in quo foramine æqua examinatio cognoscitur. Ponitur autem *trutina* pro veritate & ratione Insigni ergo metaphora *judicium* significat. *In illa, &c*] In sermone & æstimatione & censura populi Romani, tanquam in trutina. *Idem.*

7. *Castiges.*] Emendes, corrigas Est enim *castigare*, digito libram percutere, ut temperetur, & post agitationem conquiescat, ut postea æqualitas innotescat. Id est,

Nam Romæ est quis non? at, si fas dicere: sed fas
Tunc, cum ad caniciem, & nostrum istud vivere triste
Aspexi, & nucibus facimus quæcunque relictis,
Cum sapimus patruos: tunc, tunc. ignoscite. Nolo.

Quid

VET. SCHOLIAST.

9. *Nostrum, &c.*] Figura Græca est, pro nostram vitam tristem.

11. *Cum, &c.*] Sic Cicero: objurgavit Cælium, ut quidam patruus Censor.

VARIORUM.

Id est, judicium nostri non metiendum ex opinione vulgi. *Nec te, &c.*] Est autem ultima ratio Apodoseos. Quod nostri judicium non in aliis, sed in nobis, quærendum sit. Id est, noli judicium de te extrinsecus quærere. *Atque aliis de te, quam tu tibi credere noli*, ut cum Horatio loquar. *Lubinus.* *Nec te quæsiveris.*] Judicia populi Rom. rejicienti Persio, objici poterat, quis erit igitur cui te placere studeas? Respondet his verbis: tunc inquit me vis ex aliorum judiciis pendere? ego vero de me & meis, alios non consulo, verum ipsum me: quod & tu, si me audias, facies. Proprium est eorum qui gloriam sectantur, facta sua non ad rectæ rationis obrussam exigere: sed ad gustum illorum à quibus laudari cupiunt. *Casaub.* Inculcatur ergo hac sententia illud de cœlo delapsum Γνῶθι σεαυτόν. *Lubin.*

8. *Nam Romæ est quis non?*] Quis non se extra quærit. vel, quis non est corrupti judicii: & indignus cujus rationem habeas: quippe delitiis & luxu perditi, omnes virtutis osores & honestarum omnium artium, de quibus tunc merentur pessime, cum illas suo contactu fœdant. *Casaub.* *Ac si fas.*] Quam ægrè se contineret, hæc indicio sunt. alii libri, *ab si fas dicere*, & sic exoptat sibi licentiam illud dicendi, quod supra per Aposiopesin obticuerat. Quasi dicat: Utinam mihi liceat illud impune dicere, quod alii impune faciunt. *Lubinus.* *Sed fas.*] Significans se in proposito perseverare scribendi satyras.

9. *Tunc cum ad canitiem.*] Quicquid isti judicaturi sint, inquit, ego tamen scribendas mihi satyras judico, quoties ob oculos mihi pono, quibus in studiis isti se occupent, jam inde ab eo tempore cum excesserunt ex ephebis ad ultimam usque senectutem; cum tamen graves & severi velint videri. Græcum est, *nostrum istud vivere*, τὸ ζῆν ἡμῶν. vita hæc quam Romæ vivimus plerique omnes. Sic *vivere triste*, ὁ σκυθρωπὸς βίος, qualis est eorum maxime, *Qui Curios simulant & Bacchanalia vivunt*, qui in litteris sacris dicuntur ἀφανίζειν τὰ πρόσωπα. *Casaubon.* *Ad caniciem, &c.*] Senes describit à Signo, id est, canitie, & Effectu; id est, tristi & severa vita. *Lubin.*

10. *Et nucibus, &c.*] Non contentus poëta simpliciter dicere, vitam male ab ipsis collocari: amplius addit, totam à carceribus ad metam. quod ipse designat extrema illius ponens, adolescentiam & senectutem. Virilia ergo studia & transitum à puerilibus nugis ad virorum curas, hac periphrasi expressit. *Nuces* itaque *relinquere* dixit, pro vir fieri, & virilia negotia capessere. *Casaub.* *Nucibus facimus.*] Cum videam eos improbè agere, qui nucibus & puerilibus nugis relictis virilem sumserint togam: & quos jam canos existentes sapuisse oportuit, nec carminibus, quæ juvenum lusus sunt, immorari. *Farnab.*

11. *Cum, &c.*] Quarta senum nota ab adjuncta severitate. Cum sumus censores & castigatores minorum, cum honesti, tetrici & severi morum censores sumus, & viri severi existimari volumus. Cum illa jam ætate sumus, & in aliorum juniorum vitam & mores accuratius deberemus inquirere. *Sapimus.*] Tantum sapimus quantum patrui, vel cum repræsentamus & quasi redolemus patruos, id est, censores, objurgatores. Horatius: *Ne sis patruus mihi.* *Sapimus.*] Subtumida est reprehensio in

prima

Quid faciam? sed sum petulanti splene cachinno.
Scribimus inclusi, numeros ille, hic pede liber,
Grande aliquid, quod pulmo animæ prælargus anhelet:
Scilicet

VET. SCHOLIAST.

12. *Petulanti, &c.*] Cachinno nomen est, & declinatur per omnes casus, hic Cachinno, hujus Cachinnonis. Cachinnus est cum voce risus lascivior, quem Græci * *μωρογέλωτα* dicunt. Et secundum Physicos dixit, qui tradunt homines splene ridere, felle irasci, jecore amare, corde sapere, pulmone jactari.

14. *Animæ, &c.*] Animæ prælargus dixit, vento abundans.

VARIORUM.

prima persona. Videntur hæc omnia, ab usque (*Sed fas tunc*) non inepte dici posse ex persona Monitoris, poetam monentis, ne sibi juvenis censoriam arripiat virgam, majoris fore auctoritatis & ponderis, si quando canorum & annorum gravitate spectabilis & verendus, in vitia inveheretur. *Farnab. Tunc, tunc.* Est quasi conclusio syllogismi superioris. Quasi dicat: Tunc demum video fas esse, tunc video æquum esse, ut Satyram scribam: Ergo Satyram scribam. *Lubin. Tunc, cum.*] Tunc fas esse judico, urbem Romam satyrico sale defricare. orationem abrumpit, quasi præ stomacho plura non posset. *Casaub. Ignoscite, nolo.*] Excusat ergo se & orat, ut sibi nolenti quidem, sed coacto Satyram conscribere ignoscant. Id est, ignoscite mihi, ô Romani, ego nolo quidem sed cogor. *Lubin.* Vel veniam facti petit, quod alter verbo negat.

12. *Quid faciam, &c.*] Quasi dicat: Ego nolo quidem, sed cogor: probat id. Quid enim faciam, quomodo me continebo & temperabo, si in risum tam lascivior, si tam ut sum, ad risum Satyricum profusior. *Petulanti splene.*] Improbo, incontinenti, procaci, lascivo, & quasi cum voluptate aliorum vitia irridente splene. *Splene.*] Quasi diceret,

Naturam expellas furca, tamen usque recurret.

Sic enim ait; factum se à natura cachinnonem, itaque velit nolit oblata re ridicula, risum sibi necessario oboriri. *petulans splen*, qui justo majus spatium petat & occupet. *Casaub. Cachinno.*] Nominandi casu. Homo irrisor & in risum profusior. Et huc usque in genere vanitatem omnium Romanorum arguit. *Lubinus.*

13. *Scribimus, &c.*] Jam in specie partitione facta reprehendit Poëtas & Oratores, eorumque auditores; & initio quidem Poëtas, argumento sumto à fine, quod scriberent ad populi applausus aucupandos. Id est, nos Poëtæ & oratores Romani passim scribimus & prorsa, & vorsa facundia, ingenii nervos exercemus. Loquitur autem in prima persona tanquam etiam de se loqueretur, ut alii minus ægre ad ferrent, & liberius vexari possent. *Inclusi.*] Musæis nostris integros dies abditi, in otio & recessu, remoti a strepitu populari. Nam ut Ovid.

Carmina secessum scribentis & otia quærunt.

Numeros ille.] Poëta versus scribit, qui certis numeris & mensuris constant. *Hic, &c.*] Id est, Orator hic vel Declamator orationes pangit, à versuum pedibus liber & nullis versuum vel numerorum legibus inclusus, adstrictus. Perstringit ergo Causidicos populi applausum captantes *Idem*

14. *Grande aliquid.*] Id est, aliquid tumidum, turgidum, inflatum. Petronius quoque in studiosis eloquentiæ reprehendit *rerum tumores & sententiarum vanissimum strepitum.* Quo nihil aliud quærebant, quam vulgi applausum, & inanem ostentationem. *Quod, &c.*] Illustrat illam grandiloquentiam. Id est, in quo recitando pulmo animæ prælargus & vento abundans, & spiritu plenus, turgidus & distentus anhelet & defatigetur, ac pæne rumpatur. *An. me.*] Ventis vel spiritu plenus. *Lubin. Animam* pro spiritu posuit, quod Hebræis familiarissimum: Orationemque longis periodis

Scilicet hæc populo, pexuſque togaque recenti,
Et natalitia tandem cum ſardonyche albus,
Sede legens celſa, liquido cum plaſmate guttur
Mobile

VET. SCHOLIAST.

16. *Et*, *&c.*] Ambiguitas in *natalitia*, utrum eam natali ſuo munere acceperit, ut tantum eo die gerere ſoleat: quia quidam habent anulos, quos die tantum natali gerunt, &, *albus*, aut feſtiva veſte indutus, aut recitandi pavore ac meditandi & ſcribendi tædio perfunctus: vel veſte candida nondum purpureum adeptus veſtimentum, quod laticlavium dicitur.

VARIORUM.

periodis contextam ita exprimit, quæ recitari non poſſit abſque vexatione pulmonis & anhelitu. *Caſaub. Prælargus.*] Id eſt, diſtentus, plenus, abundans. *Anhelet.*] Anhelando & præ defatigatione crebro exſpirando proferat. Pulcre hic decorum obſervat Poëta, qui ut aliorum ampulloſam vanitatem ob oculos ponat, ipſe utitur dicendi genere turgido & inflato. *Lubin.*

15. *Scilicet*, *&c.*] Reprehenſio Poëtarum, quod magno apparatu, loti, uncti, pexi, nitidi, novis veſtibus induti, gemma annuloque ornati, illa recitent. Hinc dependet omnis Poëtæ indignatio, quod carmina ad laudem populi aucupandam ſcriberent. *Scilicet.*] Ironia. Terent.

Id populus curat ſcilicet.

Hæc.] Tam grandia & turgida. *Populo.*] Emphatice. Romano ſcilicet, qui nec ſapit, nec recte judicat. *Pexuſque togaque*, *&c.*] Deſcriptio recitaturi Poëtæ ex Adjunctis. Vexat autem illum ob id, quod corporis potius habitu, quam Carminis dignitate ſe commendare vellet. *Toga recenti.*] Nova veſte indutus. *Lubin.* Togam enim recentem & à fullone candentem Romani aſſumebant die quovis feſto, ſive publica ſive privata ſolennitate. Vide Martial. Ep. 58. lib. 2. *Caſaub.*

16. *Et natalitia*, *&c.*] Tertium adjunctum, quod annulis & gemmis ſeſe exornarent, & recitaturi ſuggeſtum ambitioſe ornati adſcenderent, ut ita in ſe populi ora converterent, illique placerent. *Natalitia.*] Vel quod alias die natali illam tantum geſſet, vel quod die natali ſibi ab amico donata ſit. *Sardonyche.*] Pro annulo cui includitur Sardonyx. Eſt gemma candida. Hujuſmodi gemmam Polycrates fortunam adverſam experturus in mare projecit. *Tandem.*] Id eſt, denique vel poſtremo. *Albus.*] Abjunctum quartum. Id eſt, feſtiva veſte & candida indutus conſpicuus, quali alias die natali, aut feſto incedere ſolebant. *Lubin.* Vel *albus*, id eſt, pallidus & de eventu recitationis anxius. *Caſaubonus.*

17. *Sede*, *&c.*] 5. Adjunctum. Leget hoc tumidum & vegrande carmen in loco magis conſpicuo, in ſublimiore aliquo ſuggeſto, ut ita omnium ora oculoſque in ſe convertat. *Lubin.* Scribendum hic *leges*, etſi aliter antiquæ membranæ: dicimus enim quotiens, totiens, pro quoties, &c. Ergo hic tuorum ſtudiorum & ſcriptorum eſt finis, ut recites, & ex recitatione gloriam reportes inanem. *Caſaub. Liquido cum*, *&c.*] Hæc ſede legens celſa cum liquida voce & bene flexibili pronuntiaveris, patrantibus oculis, heic videas ingentes Titos trepidare: Πλάσμα hic ſumitur pro hujuſmodi voce, quæ ſic eliquata & mollis eſſet, ut per omnes ſonos intentioneſque variari poſſet. Quod *liquido plaſmate guttur colluere*, heic dicit, paulo infra, *eliquare & tenero palato verba ſupplantare* dixit. at male vir eruditiſſimus *plaſma* ibi accepit, pro medicamenti genere leniendis faucibus facto. *Salmaſius Plin. Exercit. Turneb.* lib. 28. cap. 26. Etiam Syneſius docet, quantam curam adhiberent recitatores, ut ſua vox auditoribus placeret: quoſdam refert ſolitos tragacanthum edere: quæ herba arteriæ aſperitates tollit, alii alia. *Caſaub.*

18. *Gut-*

Mobile conlueris, patranti fractus ocello,
Heic neque more probo videas, neque voce serena
Ingentes trepidare Titos, cum carmina lumbum
Intrant, & tremulo scalpuntur ubi intima versu.

Tun'

VET. SCHOLIAST.

18. *Patranti.*] Patratio est rei venereæ perfectio vel consummatio. unde & patres dicti, eo quod patratione filios procreant. *Ocello.*] Per ὑποκορισμὸν quia illum contrahendo minorem facit. Juvenalis:

—— *Oculosque in fine trementes.*

21. *Et, &c.*] In libidinem excitantur. Juvenalis:

—— *Quod turtur non auctus sequens. Vox blanda, & nequam? digitos habet.*

VARIORUM.

18. *Guttur mobile.*] In varias pronunciationes flexibile. *Lubin.* Vel per quod vox facile transmittitur, Græce λαιμὸς. *Casaub.* *Patranti, &c.*] Septimum Adjunctum, à petulanti & lascivo recitantium gestu. Id est, ocello nimis pæto, lascivo, trementi, petulanter, & libidinose circumlato. *Lubinus.* *Frangere.*] Latinis idem est ac effœminare, robur virile in muliebrem mollitiem corrumpere. *Casaub.* *Patranti.*] A patrare, quod est πραξιτελεῖν, Veneri & liberis operam dare, unde patres dicti sunt, quod patratione filios procreent. Ponitur hoc loco pro lascivo, impudico, molli & protervo. *Ocello.*] Per diminutionem ita dicit. Quia dum oculos lascive & petulanter torquent, & limis oculis auditores proterve intuentur, oculos quasi contrahendo minores faciunt. Ex oculis enim animi intima perspicimus, & sunt quasi mentis indices. *Lubin.*

19. *Hic neque, &c.*] Id est, ubi hæc carmina tanto apparatu recitata sunt: ibi vero videas nobiles nostros Romanos præ libidine obscœno corporis motu, subsilire. *Hic.*] Id est, hoc loco vel tunc. *Videas.*] Quasi fructum & effectum libidinosi carminis libidinose recitati. *Neque, &c.*] Perstringit obscœnos corporis motus, contra bonos mores, & severitatem majorum. *Neque voce, &c.*] Sed voce tremula, fœminea, impudica, viro honesto & Romano indigna. De acclamatione intellige. *Lubinus.*

20. *Ingentes, &c.*] Id est, principes & nobiles Romanos magnæ auctoritatis & honoris, illos videas libidine trepidare, & obscœnos motus edere. *Trepidare.*] Venere inflammari, libidine irritari, turpissimo corporis gestu præ libidinis ardore subsilire. *Lubinus.* *Trepidare* hic de his, qui lætitia elati gestiunt, & subsiliunt. *Trepudium* pro tripudio quoque dixere. hinc *Trepidarii equi* Vegetio, qui trepidant vel tripodiant. *Salmasius.* *Titos.*] Nobiles Romanos. *Cum carmina, &c.*] Id est, cum lasciva illa carmina & fœdæ voces interiores eorum recessus ingrediuntur, ad intima libidinis adita penetrant, & illos incendunt. hæc enim vis est carminis. *Carmina.*] Lasciva & obscœna. *Lumbum.*] Renes qui in lumbis, qui libidinis & Veneris sedes, & officina σπερματικός. *Lubin.*

21. *Et tremulo, &c.*] Ubi versu tremulo, molli & lascivo, vel versu tremula voce recitato, intima membra venereo libidinis prurito, titillantur & scalpuntur. *Scalpuntur.*] Metaph. à scabiosis. Id est, ita ut eorum viscera pruriant, tanquam in amplexu. *Lubin.* Et recte *tremulum* dicitur, ex quo nascitur in audientium animis voluptas quædam titillans, contraria gravitati, & constantiæ, ut ait Cicero. *Intima sunt ei optima*, & pars animi qua concupiscimus, & quæ, ut loquitur M. Tullius, voluptate alitur, vel corporis partes quæ concupiscentiæ illi serviunt. *Casaub.*

22. *Tun', &c.*] Jam per Apostrophen progreditur ad specialiora, reprehenditque Poetas ab Adjuncto ætatis senilis. *Tun', &c.*] Hoc gestu irati & indignantis pronunciandum est. Respice autem ad superius illud: *tunc cum ad canitiem, &c.* Quasi dicat: Tunc

capilli

Tun' vetule auriculis alienis colligis escas?
Auriculis quibus & dicas cute perditus ohe!
Quo didicisse, nisi hoc fermentum, & quæ semel intus
Innata

VARIORUM.

capuli decus delirum, silicernium vetus, & veternose senex, aliorum delicatas & lascivas aures obscœnis carminibus studes pascere? *Vetule.*] Est nomen convitii, & semper in pejorem partem rapitur. Quasi dicat: Senex delire, decrepite. *Auriculis alienis.*] Scilicet Auditorum tuorum, qui hac ætate, non aliena, sed propria, & ad te pertinentia spectare debebas, & cujus ætas longe aliam vitam, alios mores postulabat. *Colligis*, *&c.*] Componis carmina lascivis auribus grata, lasciva & obscœna, quibus lasciviæ & libidinis fomentis, tanquam cibo vel esca pascatur. Id est, aliorum lascivas & omni turpitudini patentes aures, turpi, salaci, impudico, & te tuaque ætate indigno carmine delinis, suaviter afficis & quasi pascis. *Lubin.* *Auricularum esca* sunt οἱ λόγοι, Poëmata vel orationes. tritissimum est apud Græcos ἑστιᾶν λόγοις & ἑστιάσαι ἰσίδεως κοινῶν. At animi pabulum, literæ & eruditio. Porro vis hujus reprehensionis maxime in voce *alienis* posita. quippe alienissimum est à sapiente, facere aliquid propter alienam voluptatem. verum hæc propria est miseria gloriam sectantium, quod felicitatem suam in aliena operatione ponunt: hoc est, in voluptate, quam capiunt alii ex ipsorum labore. *Casaub.*

23. *Auriculis*, *&c.*] Tantum laboras ut placeas aliorum auribus? at quibus auribus? nempe eorum qui adeo sine judicio laudant quos laudant, ut cogaris vel invitus id agnoscere: qui sæpe sis expertus, illos tua scripta ita magnifice extollere, ut te licet vanissimum suppuderet, adeo ut diceres illis, ohe: satis est. *Casaubon.* *Quibus*, *&c.*] Molestissimum acroama in os laudari. Ideo Persius de avidissimo gloriæ, & vanissimo loquens, ait: *quibus dicas & tu cute perditus.* Proprie vitium corporis hæc verba designant, *cute perditus*: quæ vel de scabioso possumus interpretari, vel de eo qui aqua intercute laboret. sed convitium corpori dictum, ad animum referri debet: quod in omnibus linguis familiarissimum est. Convenientissimum erit si de hydrope accipias. Itaque opinio sui & οἴησις vocatur hydrops. *Casaub.* *Cute perditus.*] Perfrictus frontem: impudens: vel studio aut etiam senio cutem contractus. *Ohe!*] Vox senis juveniliter exultantis, & sibi in obscœno teneroque carmine applaudentis. & inducit quæ sequuntur. *Farnab.*

24. *Quo*, *&c.* Verba sunt Persii, senem Poëtam scoptice vexantis, & senis caussam Satyrice & Ironice defendentis, quem dum videri vult excusare & defendere, vehementius ipsum exagitat, omnibus deridendum propinat. Quasi diceret: Quis igitur fructus erit studiorum, si is non est, ut per illa ad famam & nomen perveniamus. *Quo?*] Id est, εἰς τί, ad quid, in quem usum. Quasi diceret: Studium suum Poëtices nullum est, & nihili, nisi vana tua scientia, qua tu tanquam fermento turges, & quæ tanquam caprificus prodire, seque omnibus ostentare gestit, ab aliis cognoscatur. *Nisi*, *&c.*] Per *fermentum* Allegorice intelligit vanam doctrinam & scientiam in vano sene Poëta, possessorem suum inflantem & turgidum, superbumque reddentem. *Lubin.* *Nisi*, *&c.*] Quia ut fermentum in massa contineri non potest, quin det significationem sui, eamque fervefaciat, attollat, ac tandem rumpat: item caprificus in saxorum commissuris enata impediri nequit, quo minus saxa disjiciat: ita eruditio in animo levi & inanem gloriam ambiente habitare non potest, quin ut fermentum attollat illum atque inflet, & ut caprificus, foras prodire & agnosci laudarique ab omnibus cupiat. *Et quæ*, *&c.*] Non displicet *semel*. nam cum doctrina, simul ingeneratur ac crescit in hominum animis gloriæ titillatio. *Casaubonus*. *Quæ*, *&c.*] Id est, quæ inutilis & sterilis do

Innata eſt, rupto jecore exierit caprificus?
En pallor, ſeniumque. ô mores! uſque adeone
Scire tuum, nihil eſt, niſi te ſcire hoc, ſciat alter?
At pulchrum eſt digito monſtrari, & dicier, hic eſt:
Ten' cirratorum centum dictata fuiſſe

Pro

VET. SCHOLIAST.

26. *Uſque, &c.*] Hæc periodus apud Lucilium poſita eſt * ut me ſcire volo mi conſcius ſum, ne damnum faciam. Scire hoc ſe neſcit: niſi alios id ſcire ſcierit.

28. *At, &c.*] Hic requiritur hiſtoria Demoſthenis, qui cum tranſiret, & à mercenario tabernæ digito demonſtraretur, fertur lætatus eſſe, quod ab ignobilibus ſciretur. Et Horatius libro quarto Carminum ſic poſuit:

Totum muneris hoc tui eſt,
Quod monſtror digito prætereuntium.

29. *Ten', &c.*] Occulte tangit Neronem, cujus carmina, quia imperabat, per ſcholas celebrabantur.

VARIORUM.

lis doctrina tanquam caprificus. Altera Allegoria. Ut enim caprificus ſterilis eſt, & nunquam maturos fructus producit, ut etiam ſaxis & muris in quibus ſemel radices fixit, contineri non poteſt, quin muros, ſaxa & monumenta perrumpens, frangat & foras promineat: ita etiam vana ſtultorum ſcientia eſt inutilis, nec cohiberi poteſt, quin prorumpat, & ſe aliis oſtentet.

25. *Exierit.*] Proruperit, prodierit, divulgata fuerit vana tua ſcientia. *Jecore.*] Ita dixit, quod in eo etiam ſenſus & affectus animi collocatos eſſe crederent. Utitur autem hic auctor duabus Allegoriis, decorum obſervans, ut abſurdam illam ſenum levitatem & vanitatem, qui in carminibus ſuis ita loquebantur, eo magis ob oculos poneret. *Lubin.* Vel, *E jecore*, id eſt, è ſede ſcientiæ prodierit tandem in aliorum uſum, in meam laudem? *Caprificus.*] Gloriæ cupiditas. *Farnab.*

26. *En pallor, &c.*] Cum indignatione conjuncta Exclamatio, quaſi per commiſerationem. Ergone, ait, inter tempora devenimus, ut non in aliam finem literis inſudetur, quam ad oſtentationem ingenii, *Caſaub.* Quaſi dicat: Vide quæſo, ô Poëta, quanta tua ſeveritas! Quæ enim & quanta tua eſt ætas, quale ſenium tuum, quantus pallor. Hæccine laſciva & juvenilia à te tanto ſene fieri? *Pallor, &c.*] Forte ἐν διὰ δυοῖν. En, quam pallidus ſenecta ſis. Palloris hujus duas cauſas affert Philo: laboris aſſiduitatem & ſpem incertam, finem optatum conſequendi. *Caſaub.* *O mores!*] Exclamatio ex ira & indignatione profecta. Quaſi dicat; O mores neque antiquos, neque probos, ſed perditos, deploratos. *Lubin.*

27. *Uſque, &c.*] Alio argumento et Diſſimilibus hanc ſenum vanitatem perſtringit. Quod quamvis noſtra ſcientia & doctrina aliis non innoteſcat, idcirco illa pro nihilo tamen habenda ſit. Quaſi dicat: Ergone tua ſcientia vana, imo nulla tibi eſſe videtur, niſi aliis illam carminum tuorum recitatione oſtentes, aliique te illa præditum eſſe ſciant: & propterea laudent & attollant? *Scire.*] Græciſmus, id eſt, ſcientia. Et eſt Hyponodos. *Nihil eſt.*] Nihil juvat, nihil valet. *Idem.*

28. *At, &c.*] Acerba Ironia auctoris noſtri, qua irridet vanos inanis gloriæ captatores. Quaſi dicat: Attamen etiam a vulgo cognoſci, digito monſtrari, & dici: *Hic eſt eximius ille Poeta qui nuper dulciſſimum illud carmen recitabat.* Quaſi diceret, dulcis eſt fama, & populi præconium ubi prætereuntium digito monſtror, atque puerorum manibus in ſcholis teror. *Farnab.*

29. *Ten' cirratorum, &c.*] Alii, *Tene.* Quaſi immenſa ſit gloria carmina ſua in ſcholis à tot nobilibus pueris deſcribi, & ediſci. Tangit autem Neronem, qui ſua carmina publice in ſcholis prælegi imperabat. Id eſt, tunc teipſum pro

nihilo

Pro nihilo pendes? ecce inter pocula quærunt
Romulidæ saturi, quid dia Poëmata narrent.
Hic aliquis, cui circum humeros hyacinthina læna est,
Rancidulum quiddam balba de nare locutus
Phyllidas, Hypsipylas, vatum & plorabile si quid
Eliquat,

VARIORUM.

nihilo pendes & reputabis? & nonne tu potius aliquid magnificum de te senties? cum videas carmina tua Romæ in tanto honore esse, ut etiam centum cirratorum puerorum, vel nobilium discipulorum lectiones & dictata fuerint, quæ à magistris, ut edilcant, ipsis sint injuncta. *Dictata.*] Sunt lectiones ediscendæ & recitandæ. *Cirratorum.*] Id est, calamistratorum, vel cincinnos, cirros aut intonsos capillos habentium. Porro pueri nobilium cincinnos vel cirros, id est, capillos contortos & crispatos alebant, qui grandioribus detondebantur, & Veneri dedicabantur. Turneb. lib. 28. c. 26. *Centum.*] Synecdoche numeri certi, pro incerto. *Lubin.*

30. *Ecce, &c.*] Tanquam rem novam & inauditam incepturus. Dixit antea de publicis recitationibus quæ fiebant in basilicis, exedris: jam reprehendit privatam recitationem inter pocula & convivia. *Inter pocula.*] Emphatice. Hinc enim ardor & indignatio Poëtæ. Quasi dicat, Potestne fieri ut ebrii & vinolenti aliquid laude dignum approbent. *Lubin.* *Inter.*] Vetus hic mos & à Græcis acceptus: sed hoc oblectandi sui causa, non ut accuratius quicquam tractarent. *Casaub.*

31. *Romulidæ, &c.*] Ponuntur quasi duo contraria. Quasi Romani Romulo minime similes, sobrii illius Romuli, vinolenti & saturi posteri. *Saturi.*] Dapibus & vino distenti. Dicuntur & hæc in Neronem. *Dia, &c.*] Id est, sacra illa vatum, & divina illa Poëmata inter pocula in profano loco non agitanda, non profananda. *Narrent.*] Id est, quid sentiendum sit de Poëmatibus.

32. *Hic aliquis, &c.*] Erat moris ut in missuum intervallis, aut remotis mensis, aliquis convivarum vel memoriter, vel de scripto *suum* alicujus Poëtæ recitaret: unde mox convivis ansa fabulandi nascebatur. Hoc nunc facit iste inter delicatos delicatulus. *cui circum humeros hyacinthina læna est.* Casaubon. *Hic.*] Hoc in loco, vel tum, ubi Poëmatum facta mentio. *Aliquid.*] Forte, ut dixi, Nero, præcipuum enim quendam notari indicant sequentia. *Circum humeros.*] Sic Virgilius 4. Æneid.

-- *Tyrioque ardebat murice læna*
Demissa ex humeris.

Hyacinthina.] Fuit vestis magni precii, ob colorem potissimum, violæ vernæ, quæ ex obscura & purpurea, id est, subrubra, & Hyacinthi colori persimilis. Alii legunt *Ianthina.* *Læna.*] Vestis quæ supra alia vestimenta superindui solebat, villosa palla, qua in convivio & triclinio uti licebat, non in foro. Vel paludamentum. *Idem.*

33. *Rancidulum, &c.*] Reprehensio, quod recitaret rancida, auribus ingrata, insuavia, & putida. Quæ tamen convivæ adulatores laudabant. *Lubinus.* *Rancor* est certarum rerum diutius asservatarum corruptus odor: veteres Magistri vertunt ταγὸν, quod oleo vitiato proprium. *Balba, &c.*] Id est, quod versus ita putide referrent, ut vox per nares emitti videretur, hoc autem ex mollicie & lascivia faciebant. *Nare balba.*] Et est χατάχρησις. Linguæ enim proprium est balbutire, & balbus ille dicitur, qui vitio linguæ voces male exprimit. *Lubin.* *Balba.*] Hoc enim solum voluit significare, naturalem vocis modum ab istis effœminari. *De nare* loqui dicuntur, quibus spiritus qui per nares exit non libere fluit, ob angustiam tramitis. *Casaubon.* *Turneb.* lib. 28. cap. 26.

34. *Phyllidas, &c.*] Id est, miserabiles Tragicorum materias, ut Phyllidem à Demophonte, Hypsipylem à Jasone desertam, & alia balba de nare eliquat, id est, imperfecte & blæse quadam

Eliquat, & tenero supplantat verba palato.
Assensere viri. nunc non cinis ille Poëtæ
Felix? non levior cippus nunc imprimit ossa?
Laudant convivæ nunc non è manibus illis,

Nunc

VARIORUM.

dam quasi linguæ hæsitatione balbutiendo quasi percolat. Turneb. lib. 28. cap. 40. *Phyllidas.*] Carmen de Phyllide. Et ita est Metonym. Subjecti pro Adjuncto. Et Synecdoche pluralis pro singulari. *Vatum*, *&c.*] Id est, si quid præterea Poëtæ Tragicum scripserunt, & miserabile, & si quid præterea lacrimabile, à Tragicis scriptum est. Elegias Casaubonus interpretatur.

35. *Eliquat*, *&c.*] Est hic translatio à sacco & colo vinario, quo vinum transmissum defæcatur & liquidum redditur. Vult enim hoc, quod non aperta voce verba efferat, sed voce quasi strangulata pronunciet, ut eo suavior reddeterur pronunciatio. vel ut Farnab. vult, liquida voce pronunciat. *Lubinus.* *Et*, *&c.*] *Eliquat* translatam à metallis & id genus rebus, quæ natura sua compactæ sunt & duræ: cum liquantur, mollescunt & corrumpuntur. sic illi vocem quam à natura acceperant virilem, delicatam reddunt ac fœmineam *Casaub.* *Et tenero*, *&c.*] Id est, molliuscule & blandiuscule pronunciat palato tenero, voce molli, & ita verba enervata quasi, pronunciatione frangit, subvertit, & quasi mutatis accentibus decurtat. Est ergo mira hic metaphora in *supplantat*, ducta à lucta, in qua fortior imbecilliorem supposito pede supplantat, hoc est, dejicit *Lub.* *Supplantat*, *&c.*] Vocem naturalem ac robustam arte frangit ac corrumpit. Palestræ verba sunt *supplantare*, *subnervare*, *ὑποσκελίζειν*, *πτερνίζειν* quæ venuste ad ea significanda transferuntur, quæ non ex vera virtute fiunt *Verba supplantare palato*, est, non bene nec plene pronuntiare, sed molliter palato illidere & infringere, ut blæse & dulcius sonent, non viriliter. *Casaubonus.* Turneb. libro 28. cap. 26.

36. *Adsensere.*] Dicit autem hoc loco *viri*, Emphatice & Ironice, Id est, molles auditores adclamarunt. Vide Mart. Ep. 4 lib. 1. th. 1. Exprimitur autem magna vanitas adulantium convivarum & simul eorundem ebrietas. *Nunc non.*] Post illorum assentationes, an non illi mortuo ossa molliter quiescunt sub tenui & sine pondere terra? Ironice. *Farnab.* *Nunc non*, *&c.* Possunt enim verba sequentia dupliciter intelligi: Primo quasi sint auctoris nostri indecoras illas acclamationes adulantium convivarum salse irridentis. Quasi dicat: An non Poëta beatus futurus sit tot convivarum laude & applausu Deinde ut potius sint convivarum, inepte & ridicule mortuum Poëtam, cujus versus recitati sunt à nobili Romano, laudantium. *Cinis.*] Reliquiæ & ossa quæ in urnis solebant servari. *Poëta*] De Poëta veteri intelligendi sunt, cujus versus ille ineptus declamator recitavit *Lubin.*

37 *Non levior*, *&c*] Ex Ethnicorum vana superstitione dictum, qui levem humum, terram & lapidem sepulcralem mortuorum amicorum, quibus bene volent, reliquiis & cineribus, precabantur. Sic dixit Martialis:

Sit tibi terra levis, mollique tegaris arena,

Contra autem cui male imprecabantur, terram ponderosam optabant. *Lubinus.* *Levior*] Ridere libet veterum stultitiam qui amicorum defunctorum urnis cippos & columnas graves & marmoreas cum imponerent, optabant tamen iisdem terram levem. *Casaubonus.* *Cippus.*] Proprie lapis, qui in defunctis monumentis erigebatur, in quo interdum voluntas testatoris incidebatur. *Imprimit.*] Aggravat, deprimit. *Idem.*

38 *Laudant*, *&c.*] Exaggerat jam & amplificat ulterius vanas illas acclamationes convivarum Quasi dicat: Non assensere solum, sed etiam ipsum Poëtam laudant, eique defuncto precantur Nonne jam merito e tumulo Poëtæ sepulcro viola & flores enascentur? *Nunc*, *&c.*]

unc non è tumulo, fortunataque favilla,
ascentur violæ? rides, ait, & nimis uncis
aribus indulges. an erit, qui velle recuset
s populi meruisse: & cedro digna locutus,
inquere nec scombros metuentia carmina, nec thus?

Quis.

VET. SCHOLIAST.

9. *Nunc, &c.*] Tumulus dicitur terraggestio, ubi nulla est memoria.

3. *Nec, &c.*] Quæ carmina nullum culum habeant apud salsamentarios tarios. Per scombros significat salentarios; per tus pigmentarios.

VARIORUM.

nes posuit pro sepulcro per figuram unctи pro Subjecto. Quod veteres tuorum animas vel manes, manere lerent in sepulcro. Hinc qui sepulcra violiebantur, Deos manes violare centur. *Idem.*

9. *Nunc, &c.*] Id est, nonne jure è ulo & sepulcro ejus violæ enascun-? *Tumulus* autem proprie est terræ stio. *Fortunataque, &c.*] Id est, ex ulis cinerum felicibus & fortunatis, quidem tam sacratissimi vatis sint uiæ. *Lubin.* *Favilla.*] Proprie est s calidus fovens ignem, &, ut Poëtæ unt, ... *Casaub.*

o. *Nascuntur violæ.*] Id est, rosæ & es. Hoc ergo tanquam summæ felicis loco habendum, optabant amicis unctis. Juvenalis Sat. 7.

ii majorum umbris tenuem & sine pondere terram,
pirantesque crocos, & in urna perpetuum ver.

s è sepulcro natos pacatæ & felicis ditionis defunctorum argumentum. *s, ait, &c.*] Est ... vani s Poëtæ, quem irrisit auctor noster. st, si nimis rides & perstringis & lannas nos Romanos nobilium Poëum scriptores & admiratores. verba vani recitatoris cantam suam defenis. *Et nimis, &c.*] Id est, nimium indulges, ô Persi, protervo tuo risui. Notum est proverbium, *Naso adunco suspendere.* quod est vafre & subdole aliquem irridere. Græcis μυκτηρίζειν. *Uncis* autem eo dicit: nam nares, dum illas soluto risu contrahimus, in rugas contrahuntur & incurvantur. *Lubin.*

41. *An erit, &c.*] Id est, anne homo adeo bardus atque stupidus invenietur, qui ab aliis ob ingenii sui monumenta laudari nolit? qui aliorum de se famam & existimationem contemnat? Nempe trahimur omnes laudis studio, & optimus quisque maxime gloria ducitur. *Velle, &c.*] Id est, qui nolit & respuat. *Lubin.*

42. *Os.*] Favorem, laudem, acclamationem, quæ ore fit, vel ab ore procedit. *Meruisse.*] Sibi devinxisse & conciliasse. *Cedro, &c.*] Id est, carmina perpetua hominum memoria digna post se relinquere & posteritati consecrare. *Cedro.*] Sumptum hoc est ab arboris illius natura, quæ cariem non sentit. Ejus autem arboris succo quæcunque illita sunt, à carie & tineis immunia sunt. Hinc diverbium, *Cedro dignum.* Hoc autem Hemistichio usus est Virgilius Æneid.

-- *Et cedro digna locuti.*

Idem.

43. *Nec scombros, &c.*] Id est, quæ nullum periculum habent ob insigne artificium & venustatem, ne chartæ, quibus inscriptæ sunt, inutiles & projectæ ad salsamentarios, pharmacopolas, deferantur, ut inde tunicæ, involucra, vel cuculli fiant, quibus scombros, thus, piper & consimilia amiciant & involvant. *Scombros.*] Pisciculos, *anchovas*, dictos; unde laudatissimum fit garum, cujus singuli congii millibus nummûm permutabantur, teste Plinio. *Idem.*

44. Quis.

Quisquis es ô, modo quem ex adverso dicere feci,
Non ego, cum scribo, si forte, quid aptius exit,
Quando hoc rara avis est, si quid tamen aptius exit,
Laudari metuam: neque enim mihi cornea fibra est:
Sed recti, finemque extremumque, esse recuso
Euge tuum, & *belle*. nam belle hoc, excute totum.

Quid

VET. SCHOLIAST.

44. *Quisquis*, &c.] Mimica & comica exclamatio: quoniam Poëtæ non nunquam omisso recto sermone, extra scenam soli loquuntur, sustinentes personam suam, aut aliquorum hominum verba interponunt.

VARIORUM.

44. *Quisquis*, &c.] Jam Poeta Persius adversario superius inducto respondet per concessionem dissimilitudine illustratam. Quasi dicat: Concedo tibi laudem respuendam non esse, ita tamen, quod, quamvis, si quid boni scribo, laudem mihi decerni non moleste feram, tamen ad laudem & gloriam non scribo; Vel eo non scribo ut laudem consequar. *Quisquis es.* Contemtim dicit, quasi ad ignotum, id est, quicunque es, inquit Poeta, quem induxi modo me monentem & mihi objicientem, cape jam animi mei sententiam manifestam. *Farnab.* *Modo*] Paulo ante cum dixit adversarius, *Rides & nimis uncis naribus indulges.* *Ex*, &c.] Mea reprehensione mihi feci è contrario & adversus me dicere, mihi contradicere & resistere *Lubin.*

45. *Non*, &c.] Est protasis dissimilitudinis, modesta virium suarum extenuatione illustrata. Quasi dicat: Laus quidem si obiter ad me veniat, non est recusanda *Si*, &c.] Modeste vires suas extenuat. Si quid forte aptius, concinnius, elegantius à me edatur. *Exire* enim hic est, ad finem, ac metam pervenire. *Casaub.*

46. *Quando*, &c.] Singularis Persii modestia, sua extenuantis. Quasi dicat: Forte merito dico, quando *hæc avis*, ut aptius aliquid scribam rara admodum apud me est, id est, rarum nimirum & inusitatum est, ut aliquid laude dignum à me scribatur. Vel, licet concinnum poëma, rara avis sit, & Phoenix alter. *Farn.* *Si quis*, &c] Quasi dicat: Si tamen fieri possit, ut concinnius aliquid à me scriberetur. *Lubin.*

47. *Laudari*, &c.] Id est, nolim vel recusem laudari. Interea vanam illam populi auram non ambitiose consector. *Neque*, &c.] Non habeo animum adeo durum & ab omni humano adfectu aversum, ut nullo honore commovear. *Cornea*, &c.] Proverbium in illos qui nullo affectu humano tanguntur. Id est, animus insensibilis & stupidus, adamantinus, Cornu enim non sentit. *Idem.* *Cornea fibra.*] Etsi ἀπαθεῖς audimus nos Stoici, amorem tamen non exuimus bonæ famæ: sed tangit & nos ea cura. *Fibra* heic est cor: *cornea* heic pro valde dura. *Casaubonus.*

48. *Sed*, &c.] Id est, interea tamen, licet laudes omnino non respuam, omnia propter populi laudem tanquam finem extremum & summum bonum faciendum non censeo. Id est, recuso, non admitto, non concedo illud tuum *euge* & tuum *belle*, id est, illas adulantium acclamationes, recti finem & extremum esse. *Recti*, &c.] Pulcri & honesti finem, ob quem reliqua omnia expetuntur. *Extremum*] Scilicet finem, & summum bonum. *Lubin.*

49. *Euge*] Hæ enim voces erant acclamantium auditorum, & adsentatorum adulantium. Est enim interjectio adsentientis & congratulantis. Sic Horatius:

—*Clamabit enim pulcre, bene, recte.*

Tuum.] Hoc enim fine scribis, id unicum tuum est propositum, cum scribis. *Nam*, &c.] Hoc autem *belle* ingeniose & ambigue repetit. Potest & τεχνικῶς & adverbialiter intelligi, id est, universa

Quid non intus habet? Non hic est Ilias Attî
Ebria veratro: non si qua elegidia crudi
Dictarunt proceres: non quidquid denique lectis
Scribitur in citreis. calidum scis ponere sumen:
Scis

VET. SCHOLIAST.

50. *Non*, *&c.*] Accius Labeo Iliadem Homeri versibus fœdissime composuit.

VARIORUM.

sas illas acclamationes, & totum illud *Euge* & *belle*, quod ab auditoribus tibi acclamari tantopere expetis, accuratius perpende & considera. Nam quid illud vanitatis,adulationis & irrisionis non intus in se habet? *Excute.*] 'Ex πινάσσειν, hic pro singula seorsim considerare. *Casaub.*

50. *Quid*, *&c.*] 'Απεψήματα, scilicet ineptiarum, vanitatis, adulationis, sycophantiarum, fraudis. *Non*, *&c.*] Quasi dicat: Non ut Attius Labeo, & reliqui Romani nobiles: Sic ego quoque ad populi applausus captandos carmina scribo & recito. Ac si diceret: Hic nihil simile insanis scriptis Attii Labeonis reperies. *Hic.*] In meis Carminibus & Satyris. *Ilias*, *&c.*] De Insulso hoc versuum compilatore, superius dictum est. *Lubin.*

51. *Ebria*, *&c.*] Id est, mea carmina nullam laudem captant, ut insana illa & elleboro digna Ilias Attii Labeonis. Per insanum illud Poëma Satyrice denotat, quod multum Ellebori ad ebrietatem usque potarit. Solent autem furiosis & insanis elleborum, Latinis veratrum, propinare, ad melancholiam expurgandam, quo phrenetici sanitati restituebantur. Turnebus lib. XXVIII. cap. 26. Vel, *Ilias veratro ebria* dicitur, ad quam scribendam multa potione ellebori Attio fuerit opus. *Casaub.* *Non*, *&c.*] Id est, non mea carmina sunt lasciva, fœda & obscæna, qualia vilissima illa poëmata, quæ nobiles Romani cibo & potu distenti, crudi & tumidi in conviviis consuêrunt dictare & recitare. *Elegidia.*] Scoptice dictum per diminutionem, significans elegias lascivas, molles. *Crudi.*] Pro cruditate laborantes, vel crudum adhuc in stomacho cibum gerentes. Quasi dicat: Gulæ proceres, compotationibus assueti, & quorum venter cruditate laborans subtilia carmina non poterat gignere. *To Crudi* etiam ad studia potest referri vix bene adhuc inchoata istis, nedum perfecta: sic accipit Petronius. *Casaub.*

52. *Dictarunt.*] Dum inter mensas & pocula nugas effutiunt. mallem legere, *Ructarunt cum essent crudi. Proceres.*] Intelligit principes & nobiles Romanos. Hos supra vocavit *Romulidas saturos*, & *Ingentes Titos*. *Non*, *&c.*] Id est, vana assentatoria carmina, quæ Romani in tanto habebant precio, ut citreis lectis discubitoriis illa inscriberent. Vide Juvenalis Satyr. 7. vers. 104. Alii lectos thalami intelligunt & eorum citreas tabulas cera inductas, in quibus noctis tempore, quidquid in animum veniret, statim notarent, ne vis ingenii periret. Erat autem arbor *Citrus* lignum magni precii, materiam lautis mensarum orbibus suppeditans. Quæ in tanto precio Romæ fuit, ut eodem auri pondere rependeretur. *Lubin.*

53. *Calidum*, *&c.*] Reprehendit illos, & quod magnificis cœnis, largitionibus & muneribus auditores convivas tanquam adulatores & parasitos conducerent, eorumque applausum quasi emerent. *Lubin.* Divitum omnes nugas, qualescunque tandem essent, laudari solitas indignatur Persius. *Lecti citrei*, opulentorum proprii. *Casaubonus.* *Scis ponere.*] Dare cœnam lautam. Id est, novisti apponere, novisti alios ad cœnam vocare, & lautissimis impensis liberaliter tractare, & postea quæris ex illis, quid de te tuisque carminibus sentiant. *Calidum.*] Quia cibos quam ferventissimos mensis inferre moris erat. *Casaubon.* *Sumen.*] A sugendo dictum, quasi *Sugimen*, suis mammam significans, & quidem suis primiparæ post primum partum,

Et similes, ira,
Humano generi d
Quæ lacrymas de
Plorare ergo jube
Squaloremque re
Circumscriptorem
Ora puellares faci
Naturæ imperio g
Virginis occurrit,
Et minor igne rogi.

VET. SCHOLIA

131. *Ira, &c.*] Eorum
compulsi fecerunt, id est,
Saguntini. *Mollissima, &c.*
tem & misericordiam
non negavit.

133. *Hac, &c.*] Pars
m vel mentis nostræ,

136. *Circumscriptorem.*]
suum.

137. *Ora, &c.*] Puellare
stitia & squalore longiores.
rei teremur. & capillos dim
faciunt nos interdum vul
tanquam puellæ.

138. *Cum, &c.*] Ω'pal
turæ.

139. *Vel, &c.*] Sepelitu

140. *Et, &c.*] * Infans

VARIORUM

131. *Ira, &c.*] Nam ira il
suppeditavit ad devorando
Mollissima, &c. Dum hom
mani jussit natura, dedit ipsi
humanitatem, misericordiam
autem sunt indicio, homin
cordiam, condolentiam, &
effectatos *Lu* *in*.

133. *Hac, &c.* Misericor
vel mentis nostræ optima pa
mines miserabiles deflemu
mus. *Nostri, &c.*] Ammi
recte hic dixit:

---*A'γαθοὶ ἀριδάκρυες ἄν*
δρες,

Nec manus auriculas imitata est mobilis albas,
Nec linguæ, quantum sitiat canis Apula, tantæ,
Vos ô patricius sanguis, quos vivere jus est
Occipiti cæco, posticæ occurrite sannæ.
Quis populi sermo est? quis enim? nisi carmina molli
Nunc

VARIORUM.

[illegible] istorum & stuporem admiratur. *Casaub.* *O Iane.*] Est autem Ellipsis, & subintelligendum: Quam tu fœlix & prudens es, qui vides [illegible], ô te beatum. Fuit autem Janus antiquissimus Italiæ Deus, & Latii rex, à quo *Janiculum* dictum. Per *Janum* intelligit cordatos & prudentes. *A tergo, &c.*] Tria irrrisionum vel sannarum genera ponuntur. Primum, Manu ciconiam significare. Secundum, Apposito ad tempora pollice asininas aures denotare. Tertium, Linguam sitientis canis imitari. *A tergo.*] Illud enim fieri non poterat, nam & in tergo habebat oculos. *Ciconia.*] Refer hoc ad digitos in modum rostri ciconini coactos. *Pinsit.*] Pinsere est avium, dum rostrum alicui rei crebro impingunt, & crebro aliquid percutiunt: ab antiquo verbo *Pindo*, id est, ferio, unde pistor & pistillum. Diomedes legit, *Pinsat.* Lubin.

59. *Nec, &c.*] Secundum irrisionis genus, cui non à tergo manus irrisorum proterva, albas asini aures expressit & capiti apposuit. *Mobilis.*] Notatione significat asini aures ex motu manus, hominis enim aures sunt immobiles. Deinde asini aures interius albis pilis hirsutæ sunt. Tales ergo manus capiti applicatæ movebantur instar asininarum aurium. Respicit autem ad fabulam de Mida. *Idem.*

60. *Nec linguæ, &c.*] Hoc est, tertium genus sannæ, linguam nimirum longissime exserere, quod Saxones vocant, Caput Leonis imitari. *Quantum, sitiat.*] Id est, quantum sitiendo exserit. *Apula.*] Eo dicit, Apulia enim regio est calidissima, unde Siticulosa dicitur ab Horatio. *Tanta.*] Non aliter membranæ: puto tamen scripsisse Persium, *Tantum.* Quæ lectio & elegantior longe est & planior. Ut nimirum quantum canis sitiens linguam extendat, tantæ etiam sint linguæ ardelionum & irrisorum. *Casaub. Lubin.*

61. *Vos.*] Id est, vos nobiles Romani, quibus illa felicitas Jani non concessa est, ut qui in anteriori, non etiam in posteriori parte capitis oculos geritis, ne adulatores post tergum vos ludibrio habeant, sedulo cavete. *Quos vivere, &c.*] Id est, quibus natura nullos oculos in occipitio collocavit, & ita ratio est apodoseos ex adjunctis, quod Romani facile possunt decipi, resipiscite ergo & irrisoribus posthac nolite credere. *Lub.* *Vivere, &c.*] Quos natalium humilitas non cogit spe alicujus commodi scribere ac recitare: sed licet famam iis artibus quæsitam contemnere, & eximere vos eorum cachinnis, qui miseros recitatores palam laudant, clam subsannant. *Vivere occipiti cæco illis fas*, qui nihil coguntur admittere, cujus gratia optare debent Jani oculos, de quo modo dictum. *Casaub.*

62. *Posticæ, &c.*] Id est, obviam ito & resistite illi irrisioni, quæ fit à tergo. *Sanna.*] Sanna, est os cum vultu distortum, per irrisionem. *Lubin.*

63. *Quis, &c.*] Vani Poëtæ prosopopœia, qui adulatorem interrogat: Quid populus de me loquitur? Qui sermo & quod judicium vulgi de me & meis carminibus? *Populi.*] Vanum populi judicium non ex certa ratione, sed ex opinione proficiscens, & quod optimus quisque semper contempsit. *Quis enim.*] Respondet irrisor donis atque muneribus corruptus. Quasi dicat: Quis enim alius de tuis carminibus populi sermo esset, nisi illa adeo polita, adeo perfecta & limata esse, ut vel Momi judicio nihil addi, nihil demi possit? *Nisi carmina, &c.*] Nisi quod carmina tua currant

 & fluant

fimbriato, quo olim soli milites vestiebantur. Penula, pallium cum fimbriis longis.

56. *Qui*, &c.] Tractus sensus ex Græco versu, quo significatur, ex ventre crasso tenuem sensum non nasci.

58. *Nulla*, &c.] Tria genera sannarum, aut manu significare ciconiam, aut opposito temporibus pollice, auriculas asininas, aut linguam sitientis canis. Sanna autem dicitur os distortum cum vultu, quod facimus, cum alios deridemus. Inde sanniones dicti, qui non rectum vultum habeant.

VARIORUM

partum, antequam eos fœtus suxissent resectam. Hinc fiebat genus farciminis, Romæ olim in summis deliciis habitum. *Fabius*.

54. *Scis comitem*, &c.] Id est, clientem vel assectam tuum minus bene vestitum, frigore tremulum & horrentem pannosis vestibus & lacernis donare novisti. *Horridulum*.] Eo dicit, quod frigus male vestitis horrorem incutit. *Trita*.] Id est, vetusta, depexa, obsoleta. *Lacerna*.] Id est, pallio fimbriato, quo olim soli milites tegebantur. *Lubinus*.

55. *Et verum*, &c.] Id est, usque adeo insanus es & demens, ut ab adulatoribus, quos tuis conviviis corrupisti, te veritatem auditurum speres. *Verum nosse*, &c.] Id est, tamen vis videri assentatores odisse. Quasi dicat: Tu verum tamen ab illis audire desideras, quibus non habenda fides, cum corrupti sint. Tradit de his Horatius:

Nec manus auriculas imitata est mobilis albas,
Nec linguæ, quantum sitiat canis Apula, tantæ,
Vos ô patricius sanguis, quos vivere jus est
Occipiti cæco, posticæ occurrite sannæ.
Quis populi sermo est? quis enim? nisi carmina molli
Nunc

VARIORUM.

[illegible] istorum & stuporem admiratur. *Casaub.* *O Jane.*] Est autem Ellipsis, & subintelligendum: Quam tu fœlix & prudens es, qui vides *[illegible]*, ô te beatum. Fuit autem Janus antiquissimus Italiæ Deus, & Latii rex, à quo *Janiculum* dictum. Per *Janum* intelligit cordatos & prudentes. *A tergo, &c.*] Tria irrisionum vel sannarum genera ponuntur. Primum, Manu ciconiam significare. Secundum, Apposito ad tempora pollice asininas aures denotare. Tertium, Linguam sitientis canis imitari. *A tergo.*] Illud enim fieri non poterat, nam & in tergo habebat oculos. *Ciconia.* Refer hoc ad digitos in modum rostri ciconini coactos. *Pinsit.*] Pinsere est avium, dum rostrum alicui rei crebro impingunt, & crebro aliquid percutiunt: ab antiquo verbo *Pindo*, id est, ferio, unde pistor & pistillum. Diomedes legit, *Pinsat.* Lubin.

59. *Nec, &c.*] Secundum irrisionis genus, cui non à tergo manus irrisorum protervа, albas asini aures expressit & capiti apposuit. *Mobilis.*] Notatione significat asini aures ex motu manus, hominis enim aures sunt immobiles. Deinde asini aures interius albis pilis hirsutæ sunt. Tales ergo manus capiti applicatæ movebantur instar asininarum aurium. Respicit autem ad fabulam de Mida. *Idem.*

60. *Nec linguæ, &c.*] Hoc est, tertium genus sannæ, linguam *[illegible]* longissime exserere, quod sacones vocant, Caput Leonis imitari. *Quantum sitiat.*] Id est, quantum sitiendo exseru. *Apula.*] Eo dicit, Apulia enim regio est calidissima, unde Siticulosa dicitur ab Horatio. *Tantæ.*] Non aliter *[illegible]*: puto tamen scripsisse *[illegible]*

Tantum. Quæ lectio & elegantior longe est & planior. Ut nimirum quantam canis sitiens linguam extendat, tantæ etiam sint linguæ [illegible]. *Casaub.* *Lubin.*

61. *Vos.*] Id est, vos nobiles Romani, quibus illa frontis Jani non contigit, ut qui [illegible] a tergo [illegible] parte capitis [illegible], ac adulatores post tergum vos [illegible], sedulo cavete. *Quos vivere, &c.*] Id est, quibus natura [illegible] occipitio collocavit, & [illegible] adulatores, quod [illegible] possunt decipi, [illegible] ergo & irrisoribus posthac nolite credere. *Idem.* *Vivere, &c.*] Quos natura [illegible] cogit [illegible] ac [illegible]: sed licet tamen [illegible] quæstam contemnere, & [illegible] eorum [illegible], qui in [illegible] res palam laudant, [illegible]. *Vivere occipiti cæco* [illegible], *qui* [illegible] *cogantur* admittere, cum [illegible] d [illegible] Jani oculos, de quo supra dictum. *Casaub.*

62. *Posticæ, &c.*] Id est, [illegible] & resistite [illegible] *Sanna.* Sanna, est [illegible] tum, per irrisionem. [illegible]

63. *Quis, &c.*] [illegible]

[illegible]

Scis comitem horridulum trita donare lacerna:
Et, verum, inquis, amo; verum mihi dicite de me.
Qui pote? vis dicam? nugaris, cum tibi calve
Pinguis aqualiculus propenso sesquipede extet.
O Jane, à tergo quem nulla ciconia pinsit,

Nec

VET. SCHOLIAST.

54. *Scis, &c.*] Scis birrum attritum comiti condonare. Lacerna, pallium simbriatum, quo olim soli milites velabantur. Penula, pallium cum fimbriis longis.

56. *Qui, &c.*] Tractus sensus ex Græco versu, quo significatur, ex ventre crasso tenuem sensum non nasci.

58. *Nulla, &c.*] Tria genera sannarum, aut manu significare ciconiam, aut opposito temporibus pollice, auriculas agitare, aut linguam sitientis canis. Sanna autem dicitur os distortum cum vultu, quod facimus, cum alios deridemus. Inde sanniones dicti, qui non rectum vultum habeant.

VARIORUM

portum, antequam eos fœtus suxissent resectam. Hinc fiebat genus farciminis, Romæ olim in summis deliciis habitum. *Lubinus.*

54. *Scis comitem, &c.*] Id est, clientem vel asseclam tuum minus bene vestitum, frigore tremulum & horrentem attritis vestibus & laceris donare novisti. *Horridulum.*] Eo dicit, quod frigus male vestitis horrorem incutit. *Trita.*] Id est, vetusta, depexa, obsoleta. *Lacerna.*] Id est, pallio fimbriato, quo olim soli milites utebantur. *Lubinus.*

55. *Et verum, &c.*] Id est, usque adeo insanus es & demens, ut ab adulatoribus, quos tuis conviviis corrupisti, te veritatem auditurum speres. *Verum mihi, &c.* Id est, tamen vis videri assentatores odisse. Quasi dicat: Tu verum examen ab iis audire desideras, quibus non habenda fides, cum corrupti sint. Recte de his Horatius:

-- Male verum examinat omnis
Corruptus judex

Lubin.

56. *Qui pote?* Septem lineas sequentes interrupte interserit Poëta. *Fund. Qui.*] Quasi dicat. Quomodo fieri potest, ut ab illis verum audias, quos muneribus tuis falsa dicere docuisti. *Pote.* Id est, potest. *Vis dicam.*] Est interrogatio Poëtæ nostri. Quasi dicat: Si veritate aliqua adeo delectaris, visne ut ego illam aperte, & sine fuco dicam, quid de te tuisque carminibus sentiendum sit. *Nugaris.* Unico verbo dicit auctor noster quid sentiat. Quasi dicat: Tu putidas & nullius pretii nugas & ineptias scribis. *Lubinus.* *Cum tibi calve, &c.*] Hoc est Persii de isto judicium. Accipe igitur de te quid sentiam: ego te stultum pronuntio, qui vitam omnem ad canitiem usque traducas in nugis & inutili Poëtices studio, cum sint talia potiora quæ ex studio præteriri debeant: imprimis autem mores emendare, & vitam corrigere, quam per voluptates traducere, in curanda cute plus æquo operatus. *Calumbium Calve, &c.* Perstringit autem hoc loco certum aliquem calvum & crassum Poetam. Quasi dicat: Tu ineptias tantum componis, cum tibi ô Calve, pinguis tuus venter tanquam aqualiculus tanto pondere ultra reliquum corpus promineat. Potestne fieri ut e corpore tam obeso & crasso, & vino ac deliciis pingui, aliquid subtile, acutum & limatum prodeat. *Lubin.*

57. *Pinguis.*] Ponitur hic pro stupido & hebeti. *Aqualiculus.*] Sordida metaphora, sed satis conveniens Satyrico idiotismo. Est autem *Aqualiculus* proprie venter porci, vel etiam pro receptaculo sordium. Ponitur hic pro ventre helluonis & impuri hominis. *Propenso.*] Protenso, extenso, exporrecto. *Sesquipede.* Id est, mensura unius pedis cum semisse vel dimidio. Turnebus lib. 26. cap. 26. *Extet.*] Proemineat.

58. *O Jane, &c.*] Exclamans ergo

quasi

ec manus auriculas imitata est mobilis albas,
ec linguæ, quantum sitiat canis Apula, tantæ,
os ô patricius sanguis, quos vivere jus est
ccipiti cæco, posticæ occurrite sannæ.
uis populi sermo est? quis enim? nisi carmina molli
Nunc

VARIORUM.

...lus istorum & stuporem admi-r. *Casaub.* *O Jane.*] Est autem El-, & subintelligendum: Quam tu & prudens es, qui vides *...orso*, ô te beatum. Fuit autem Janus quissimus Italiæ Deus, & Latii rex, o *Janiculum* dictum. Per *Janum* ligit cordatos & prudentes. *A tergo*,] Tria irrisionum vel sannarum ge-ponuntur. Primum, Manu ciconiam ficare. Secundum, Apposito ad tem-pollice asininas aures denotare. Ter-, Linguam sitientis canis imitari. *A* .] Illud enim fieri non poterat, nam tergo habebat oculos. *Ciconia.*] r hoc ad digitos in modum rostri nini coactos. *Pinsit.*] Pinsere est avi-lum rostrum alicui rei crebro impin-, & crebro aliquid percutiunt: ab anti-verbo *Pindo*, id est, ferio, unde pistor istillum. Diomedes legit, *Pinsat.* in.

. *Nec*, &c.] Secundum irrisionis s, cui non à tergo manus irrisorum rva, albas asini aures expressit & i apposuit. *Mobilis.*] Notatione ficat asini aures ex motu manus, inis enim aures sunt immobiles. de asini aures interius albis pilis tæ sunt. Tales ergo manus capiti catæ movebantur instar asininarum m. Respicit autem ad fabulam de . *Idem.*

. *Nec linguæ*, &c.] Hoc est, ter-genus sannæ, linguam nimirum issime exserere, quod Saxones vo-, Caput Leonis imitari. *Quantum*, .] Id est, quantum sitiendo exserit. *a.*] Eo dicit, Apulia enim regio lidissima, unde Siticulosa dicitur oratio. *Tantæ.*] Non aliter mem-: puto tamen scripsisse Persium, *Tantum.* Quæ lectio & elegantior longe est & planior. Ut nimirum quantum canis sitiens linguam extendat, tantæ etiam sint linguæ ardelionum & irriso-rum. *Casaub.* *Lubin.*

61. *Vos.*] Id est, vos nobiles Romani, quibus illa felicitas Jani non concessa est, ut qui in anteriori, non etiam in posteriori parte capitis oculos geritis, ne adulatores post tergum vos ludibrio habeant, sedulo cavete. *Quos vivere*, &c.] Id est, quibus natura nullos oculos in occipitio collocavit, & ita ratio est apodoseos ex adjunctis, quod Romani facile possunt decipi, resipiscite ergo & irrisoribus posthac nolite credere. *Lub.* *Vivere*, &c.] Quos natalium humilitas non cogit spe alicujus commodi scribere ac recitare: sed licet famam iis artibus quæsitam contemnere, & eximere vos eorum cachinnis, qui miseros recitatores palam laudant, clam subsannant. *Vivere occipiti cæco illis fas*, qui nihil coguntur admittere, cujus gratia optare debent Jani oculos, de quo modo dictum. *Casaub.*

62. *Posticæ*, &c.] Id est, obviam ito & resistite illi irrisioni, quæ fit à tergo. *Sannæ.*] Sanna, est os cum vultu distortum, per irrisionem. *Lubin.*

63. *Quis*, &c.] Vani Poëtæ prosopopœia, qui adulatorem interrogat: Quid populus de me loquitur? Qui sermo & quod judicium vulgi de me & meis carminibus? *Populi.*] Vanum populi judicium non ex certa ratione, sed ex opinione proficiscens, & quod optimus quisque semper contempsit. *Quis enim.*] Respondet irrisor donis atque muneribus corruptus. Quasi dicat: Quis enim alius de tuis carminibus populi sermo esset, nisi illa adeo polita, adeo perfecta & limata esse, ut vel Momi judicio nihil addi, nihil demi possit? *Nisi carmina*, &c.] Nisi quod carmina tua currant & fluant

64. *Molli numero.*] Id est, mira facilitate, dexteritate, in quibus nihil durum, rigidum, asperum. *Fluere.*] Sine ullo labore a te componi. *Lubin.* *Fluere*] Judicia auditorum carpit, qui eam solam orationem probabant, sive ἐμμέτρως sive ἐρρύθμως, quæ tenera quadam elocutionis curæ esset operta. *Casaubon.* Est ergo hic sensus: Adeo polita sunt tua carmina, ut velut in marmoribus, quidquid dextre junctum & coaptatum est, & affabre commissum, & nulla asperitate relicta perlæve & perpolitum est & junctum, si unguibus pertentetur, ungues etiam severos & accurate inquirentes & judicantes, non intromittit, sed effundit, & transmittit, ut nulla junctura sentiatur: ita in compositione versuum tuorum nulla est inæqualitas, & illi exactum Criticorum judicium facile sustinent. Ordo autem est: Ut junctura (vel commissura marmoris) effundit ungues severos *per leve*, id est, per politum & lævigatum marmor transmissos. velut autem unguis non intromittitur in commissuram, ob aptissimam conjunctionem: ita etiam censura vel judicium Criticorum in carmen non admittitur, ob accuratam compositionem. *Lubin.*

65. *Effundat.*] Non intromittat, sed excludat, cum nulla ibi rima, vel juncturæ vestigium appareat. Mallem *Effundit*: Id est, non remoratur vel impedit ungues per marmor transmissos nulla obstante asperitate. *Severos.*] *Severum* vocamus, qui justitiam ad unguem vel ad vivum resecat. *Junctura.*] Allego-

pendiculum rubrica
gnificat optimum e
artificem. *Tendere.*]
collimare, ut & sagi
oculus, ne visus divi

66 *Non secus.*]
faber lignarius opus
lam examinet, & li
ma per rubricam no
nat. *Rubricam.*] S
gnatu amussim rub
mento notare, & ill
terre, ipsa norma
ut designent quid a
quo pacto opus sit
ono.] Uno nimirum
to, ut lineæ rectitu
ne vago amborum
norma rectitudinis
lib. 28 cap. 26.

67. *Sive, &c.*]
tum, à quavis mate
gravissime & politis
bat. Declarat id co
sarum scilicet imp
Opus in, &c.] Τὸ
exponi: sive opus f
vel, sive opus fuerit
adversus mores *opu*
luxum, interpretor
quod videntur ea a
partim carmine hero
tim per satyram mu
su, ut Petronius.
interpreti & aliis qu
accipiunt, *luxum* de
Et prandia regum.] I

Ecce modo heroas ſenſus afferre docemus
Nugari ſolitos Græce, nec ponere lucum
Artifices, nec rus ſaturum laudare, ubi corbes,
Et focus, & porci, & fumoſa Parilia fœno:

Unde

VET. SCHOLIAST.

72. *Palilia, &c.*] Varro: Palilia tam privata quam publica ſunt apud ruſticos: ut congeſtis cum fœno ſtipulis, ignem magnum tranſiliant, his Palilibus ſe expiari credentes.

VARIORUM.

populare & humile ſcriptum eſt. Intelligit autem per *Res grandes*, magnas, & ponderoſas, ſublimes, & verba decoris & gravitatis plena. *Lubin.* *Noſtro dat, &c.*] Huic de quo loquimur: ſunt enim populi verba recentis adhuc e Poetæ cujuſdam recitatione: ſed Neronem præcipue intelligi exiſtimantibus, aſſentimur. *Caſaub.*

69. *Ecce, &c.*] Aliud Poëticæ vanitatis argumentum, quod majora viribus aggrederentur, & cum ne humilibus quidem materiis dextere tractandis ſufficerent, materiis graviſſimis manus admolirentur: Præclare de his Horatius:

Sumite materiam veſtris qui ſcribitis aquam
Viribus, & verſate diu, quid ferre recuſent,
Quid valeant humeri.

Ecce.] Quaſi rem novam & inauditam incepturus. *Heroas ſenſus.*] Intelligit heroicas materias, quales tractant Epici, ſententias & materias graves, ſublimes. poſuit autem *Heroas* pro *Heroas* vel *Heroicos*. *Adferre.*] Proferre, ſcribere, & producere. *Docemus.*] Legitur in aliis, *videmus*. Lubin.

70. *Nugari, &c.*] Qui antea vana quædam Poëmata & Epigrammata Græca ſolebant condere, illi jam omnia tentant ſublimia. *Nugari ſolitos*, id eſt, qui Græce ſolebant verſus ſcribere. *Lubinus.* Vel intelligit puerulos vix adhuc primas litteras doctos. Ea enim ætate Romani, puerorum ſtudia à Græcis literis auſpicabantur. *Caſaubon.* *Nec, &c.*] Pueri cum primum rhetorum Scholam ſalutaverant, egreſſi è Grammatico ludo, exercebant ſtylum in deſcriptionibus ac narrationibus hiſtoricis. *Caſaub.* Qui ne tantum quidem in arte Poëtica profecerunt, ut lucum recte poſſint deſcribere, & rus ſaturum, & ubertate fructuum amœnum laudare. *Artifices ponere* eſt, non ſatis gnari & periti artifices ad ponendum. Turneb. lib. 9. cap. 31. *Lucum.*] Silvam aliquam amœnam & incæduam, alicui Numini conſecratam. *Lubin.*

71. *Nec rus, &c.*] Scilicet ſunt artifices. Id eſt, qui ne poſſunt quidem rus omnis generis fructibus & lætis ſegetibus abundans, recte deſcribere: quod tamen laudare cupientibus, futurum ſit benigna materia. *Ubi.*] Id eſt, in quo rure ſunt corbes, &c. Quæ à Varrone, & Columella deſcribuntur. *Lubin.*

72. *Et focus.*] Scilicet luculentus, culina uncta. *Et porci.*] Species pro genere omnis generis greges & armenta ſignificat. *Et fumoſa, &c.*] Id eſt, in quo rure etiam ſunt loca ſacrificiis deſtinata, in quibus paſtores publicè & privatim 20. Aprilis die, quo Romulus olim urbem fundaverat, magnæ ſuæ Deæ Pali, feſta *Palilia* dicta celebrabant, & illi liba ſacrificabant. Eadem feſta & dicta *Parilia*, quoniam pro partu pecoris eadem fiebant. Athenæus libro 8. capite 16. *Fumoſa fœno.*] Nam pyras ex ſtipulis & fœno exſtructas incendebant, & per excitatum fumum tranſiliebant, ſe hoc ſacrificio expiari credentes, morbos depelli à ſe & à pecore, item lupos abigi. *Lubinus.* Quid aridius aut jejunius fingi poteſt, quam ſi cum inſtitueris rus ſaturum laudare, circa corbes, focum, porcos, & fœnum immoreris? lævia enim iſta ſunt ac nihil, præ Bacchi Cereriſque muneribus, fructuum copia, gregibus atque armentis aliiſque multis, in quibus ſitæ ſunt

Unde Remus, sulcoque terens dentalia, Quinti,
Quem trepida ante boves Dictatorem induit uxor:
Et tua aratra domum lictor tulit, euge poëta,
Est nunc, Brisæi quem venosus liber Accî,
Sunt quos Pacuviusque, & verrucosa moretur
Antiopa

VARIORUM.

agrorum divitiæ ac suavitates. *Casaubonus.*

73. *Unde Remus.*] Id est, ex quo jure futuro Romulus, Remus, & alii auctores Romani generis sunt oriundi, & nati. Unde patres nostri ad imperium prodierunt, & illud virtute sua ampliarunt. Innuens priscos patres non mollitie & luxu vitæ, sed labore & virtute veram sibi gloriam comparasse. *Sulcoque, &c.*] Id est, ex quo jure olim summi Imperatores & Dictatores prodierunt, atque adeo tu ô Dictator Quinti Attili Cincinnate, quem jure arantem, ad Dictaturam contra Samnites S P Q R. per lictorem in urbem vocavit, qui Consulem Romanum à Samnitibus obsessum obsidione liberavit. Vide Liv. lib. 3. *Sulco, &c.*] Arans Nam inter arandum dentale vel lignum cui vomer inducatur, continua aratione atteritur *Quinti.*] Vocandi casus. *Lubin.*

74. *Quem, &c.*] Sudans enim & nudus rusticorum more arabat, cui ob id uxor Racilia trepida & rei novitate perculsa, e vicino tugurio propere vestem attulit, & virum suum Dictatorem jam à Senatu Romano delectum, induit. *Trepida.*] Festinans. Vel metu perculsa: utique cum legatos exponentes audisset, qui terror esset in exercitu. Omnia enim trepidationis plena. *Casaub. Ante boves.*] Et prope aratrum quibus arabat, *Lubin.*

75. *Et tua, &c.*] Id est, cum publicus minister à senatu missus, aratrum tuum domum humeris sublatum reportavit. *Lictor*] A ligando, quod vel fasces virgarum ligarent & Consulibus præferrent; vel quod quem Consules prehendi jussissent, prehenderent & ligarent. *Euge.*] Respexit ad superius illud adulatorum *Euge.* Quasi dicat: Ego etiam tibi adulabor, & tibi acclamabo homo vanissime. Egregios vero Poëtas qui grandia & sublimia aggredi non erubescunt, cum ne hæc quidem tam minuta, tam pusilla recte explicare possint. *Idem.*

76. *Est nunc, &c.*] Aliud Poëticæ vanitatis argumentum à factis, quod affectent obsoleta & antiqua verba, & Poëtas vetustissimos & antiquitate squalentes, Accium, Pacuvium & alios distentur & legant, spretis recentibus, & χαχαζοντες eorum vitia pro virtutibus æmularentur. *Lubin. Brisæi.*] Bacchici & furentis, a Baccho, qui Brisæus dictus, quod Accius scripsit Bacchas Tragœdiam. *Farnab. Brisæi, &c.*] Ita vetus lectio: non *Brisei*, neque *Atti* vel *Atii*. L. Accium veterem Poëtam tragicum Pacuvii ἀντίχρονον intelligit. pro *Brisæi*, ego *Briseis* notissimam fœminæ nomen ex Homero & aliis Poëtis. cujus casus tragœdiæ convenire nemo potest negare *Briseis igitur liber venosus & Antiopa verrucosa*, duarum Tragœdiarum nomina sunt, quarum hanc Pacuvius composuerat, illam Accius figurate vero omnia illorum scripta designabantur duabus, his vocibus *Venosus liber*. Turgens & sufflatus Vel deformis, tuberosus, ut sunt homines macri & senes vieti quibus dedit longa ætas *deformem pro cute pellem.* Illis enim venæ extant, carne senio absumpta: venosus autem omnes membranæ non *nævosas*, ut suspicabatur Hadrianus Turnebus lib. 21. cap. 36. lux & decus suæ ætatis. *Casaubonus.*

77. *Pacuviusque, &c.*] Poëta fuit Tragicus Brundusinus, maximus, antiquissimus, pictor etiam egregius, Ennii Poëtæ ex sorore nepos: Tragicorum omnium princeps apud Latinos. Pauca ejus restant fragmenta *Moretur.*] Detineat, juvet, delectet *Verrucosa, &c.*] Tumida, tuberosa, aspera, horrida, &c, ut supra

Antiopa, ærumnis cor luctificabile fulta:
Hos pueris monitus patres infundere lippos
Cum videas, quærisque unde hæc sartago loquendi
Venerit in linguas? unde istud dedecus, in quo
Trossulus exultat tibi per subsellia lævis?

Nilne

VET. SCHOLIAST.

82. *Trossulus.*] Trossulum oppidum fuit Hetruriæ, non longe à Volscis. Hoc equites Romani sine peditibus expugnaverunt Numio quodam duce. Unde equites Romani Trossuli dicti sunt.

VARIORUM.

pra dixit, venosa. Nam *Verruca* ut & tuber, inæqualitatem gignit. *Casaub.*

78. *Antiope.*] De hac eximia Tragœdia inquit Cicero lib. 1. de Finib. initio: *Quis Ennii Medeam & Pacuvii Antiopam contemnat & rejiciat?* Persius tamen illam ob nimiam duritiam parum probavit. Intelligit ergo Tragœdiam de Antiopa uxore Lyci regis Thebarum, qui eam à Jove sub specie Satyri compressam repudiavit, superinducta Dirce, à qua multis modis cruciata est Antiopa. *Ærumnis cor, &c.*] Nempe cum à Dirce tot calamitatibus vexaretur, tot ærumnæ cor ejus cingebant & angebant, ut illis ipsis ærumnis & miseriis, cor fultum, nixum, & incumbens habere videretur. Et hic Persius de industria duras Pacuvii voces imitatus est. *Cor fulta.*] Synecdoche Grammatica. *Luctificabile.*] Miseriis & ærumnis cor luctuosum habens, miserabile, calamitosum, luctificum. *Fulta.*] Durissima metaph. Fulcimur enim rebus gratis & salutaribus. *Fulcire*, pro cingi & opprimi undique posuit. Turneb. lib. 28. cap. 26.

79. *Hos pueris, &c.*] Id est, cum videas lippos, senes, & cæcos patres, pueris filiis suis hosce monitus proponere & antiquitatem monendo & hortando commendare, & omnibus modis inculcare, nihil mirum est, quod magna sit confusio & miscella Latini sermonis. *Hos monitus.*] Verborum exhortationes intellige. *Infundere.*] Instillare, quasi cum materno lacte, & assiduo inculcare. *Lubin.*

80. *Quærisque, &c.*] Quasi dicat: Non est mirum si pueri corrumpantur, cum hæc à parentibus acceperint & didicerint. *Unde, &c.*] Id est, unde hæc confusio & mixtura obsoletorum & usitatorum in linguam & sermonem Latinum venerit. Ducta metaph. à sartagine, quod ut in illa patella variorum animalium carnes commixtæ friguntur & torrentur, ita nova & vetera, usitata & obsoleta passim ridicule & inepte conjunguntur. Vel sumitur pro locutione confusa, aspera & odiosa instar strepitus sartaginis. *Farnab.* Turnebus libro 28. cap. 26. Alii leg. *farrago.*

81. *In linguas.*] In communem hominum sermonem deveniret. *Unde, &c.*] Illa ratio Latini sermonis fracta, effœminata & viro Romano indigna. *Dedecus.*] Loquendi corruptela. *In quo, &c.*] Qua corrupta loquendi consuetudine Romani mirifice delectantur. *Lubinus.*

82. *Trossulus.*] Ita dicti Equites Romani qui sub regibus *Celeres*; Deinde *Flexumines*; postea *Trossuli* dicti sunt, teste Plinio lib. 32. cap. 2. quod scilicet sine peditibus duce Numio, Trossulum Hetruriæ opidum non procul à Volscis expugnassent. Vel *Trossulus*, ut Nonius ait Torosus, bene habitus, & in cute curanda plus æquo operatus, cujus Deus venter, quasi Torosulus, à torosa & musculosa pinguedine. *Casaubonus* dicit, *Trossulos* vulgo vocari, qui cultu & toto vitæ genere cæteris præstare vellent. *Exsultat.*] Terram pede tundit, plaudit, vehementer delectatur. *Tibi.*] Vano nimirum Poëtæ, veterum sermone obsoleto utenti. *Lævis.*] Mollis, politus, delicatus, glaber. Irrisorie *Per, &c.*] Theatri scilicet vel etiam ædificii in quibus Fabulas recitas. *Lubin. Exultat, &c.*]

Jactita

Nilne pudet, capiti non posse pericula cano
Pellere, quin tepidum hoc optes audire, *Decenter*?
Fur es, ait Pedio. Pedius quid? crimina rasis
Librat in antithetis. doctas posuisse figuras

Lau-

VET. SCHOLIAST.

86. *Librat, &c.*] Antitheta sunt hæc:
Fuscia neglecta velabant colla capillis:
Et per neglecta volitabant colla capilli.
Aut quotiens umbra porrexi brachia mota:
Aut quotiens umbra reduxi brachia mota.
Antitheta autem ista sunt, quæ contra se ponuntur: ut, hinc pudor, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum: illinc fraudatio, illinc fides.

VARIORUM.

Jactitat sese inter eruditos, ut cum in subselliis sedet, aut cum transit per subsellia, habita recitatione. Quid, si hoc accipias de auditoribus? *Lavis.*] Λεῖος, mollis ac τρυφερὸς, proprie. ὁ παρατετιλμένος, vulsus & resinatus. *Casaub.*

83. *Nilne pudet, &c.*] Obiter jam & quasi per parenthesin ad oratores & causidicorum forensium actores & patronos progreditur, in quibus eandem vanitatem exagitat. Id est, nonne te pudet ubi de periculo capitis agitur, te non posse senem canum & miserabilem in judicio defendere, nisi verborum fumos, tuis auditoribus vendas, & illas acclamationes *Euge, belle, recte, decenter*, tibi expetas atque exoptes? *Capiti cano.*] Ibi enim simplicibus verbis fletu & miseratione opus erat, nulla verborum & figurarum sollicita cura. *Cano.*] Vel alieno cujus patronus es. Vel potius tuo ipsius. Quasi dicat: Turpissimum est canos senes ejusmodi ineptias & nugas adhuc consectari. *Lub.* Vel vere *Cano*: quod auget οἶκτον? vel atrato & squallido reorum more: quæ etiam res canitiem solet accelerare. *Casaub. Pericula.*] Crimina objecta & pœnas. *Lubin.*

84. *Pellere.*] Arcere, avertere & profligare. *Lubin. Quin, &c.*] Quin gloriæ tuæ servias, & id præcipua cura agas, ut plausum feras; quod institoris eloquentiæ proprium, non viri sapientis. Vocantur autem *tepida*, dicta moderata, nec primæ notæ. ut sit *audire tepidum decenter*, velle laudari, vel modica laudatione. sensus hic erit: cum defendens reum capitis, carminibus suis infamem, sperare non possis eas acclamationes, quas mereri solet bonæ causæ disertus patronus: tu tamen adeo vecors es, ut ne sic quidem gloriolæ studium ponas: sed omni studio id coneris efficere, ut vel tepide lauderis, si plene ore non potes. *Casaub.* Est enim *decenter*, vox acclamantium, quam in capitalibus etiam sibi quærebant. *Tepidum*, inanes, minus validas, tepidas & frigidas & viles laudes. *Lubin.*

85. *Fur es, &c.*] Quod dixit, exemplo Pedii declarat, qui à Cyrenensibus furti & sacrilegii accusatus, hujusmodi malis artibus se defendit. *Ait.* Adversarius accusator Cyrenensis. *Pedius quid?*] Id est, Pedius, ubi hujusmodi crimen sibi objectum, quid tum respondet, qua ratione se excusat, & defendit? *Crimina, &c.*] Quasi dicat: Ille vero non directe ad crimen sibi objectum respondet, sed missis veris & solidis argumentis, quibus forte destituitur, solummodo verborum flosculis & lenocinius, figuris & Antithetis crimina sibi objecta librat, ponderat, & trutinat, & nescio, qua circumitione a se removet. *Lubin. Crimina &c.*] Ad concinnitatem Periodorum est referendum, quibus includebat, objecta sibi crimina, ut videretur periodos appendere in bilance. Id est, quadam moderatione, verba trutinat, ita ut numerum syllabarum, pedum, casuum, & omnia denique consideret, ne plus sit in uno quam in altero membro. Sperans se his ornamentis simul & una opera & absolutionem & laudem consecuturum.

86. *Rasis.*] Ingenti cura limatis, perpolitis, summa industria. Est metaphora

ec sancte ut poscas, Tiberino in gurgite mergis
ane caput bis, terque, & noctem flumine purgas.
Heus age, responde, minimum est quod scire laboro,
e Jove quid sentis? estne, ut præponere cures
unc. cuinam? cuinam? vis Staio? an scilicet heres?
uis potior judex, puerisve quis aptior orbis?
oc igitur, quo tu Jovis aurem impellere tentas,

Dic

VET. SCHOLIAST.

19. *Vis, &c.*] Staius tutor pupillarius . . . Gutta & Albus, & cæteri præ... ti, fuerunt judices: qui in Juniano ...dicio corrupti, Oppianicum damna... unt.

VARIORUM.

...m ad sepulturam efferat, & retentis ea... um dotibus dives & opulentus evaserit. *Conditur.*] Sepelitur, effertur ad rogum *Ducitur* alias legitur, eodem fere sensu. *Lubin.*

15. *Hæc, &c.*] Verba Poëtæ stulta ...ratorum vota irridentis. Quod impii etiam sancte petere studeant. *Sancte.*] Rite & legibus ac ceremoniis observatis, quibus cautum ne hesterna Venere inquinati Deos adirent, sed prius mane pure lavarent, idque vivo flumine. *Tiberino in, &c.*] In Tiberi flumine bis terve caput tuum abluis. *Idem.*

16. *Et, &c.*] Nocturnum concubitum, illecebras Veneris, sordes è nocturna Venere contractas, purgas. *Bis.*] Binarius numerus olim in sacrificiis usurpatus. *Terque*] Qui numerus perfectus, quo impare Deus gaudet. *Lubinus.*

17. *Heus, &c.* Apostrophe ad avarum, quem jam ad sibi respondendum invitat ex adjunctis, quod id quod rogaturus sit, exiguum sit. *Heus* impie, stolide, flagitiose *Minimum.* Quasi dicat. Non diu te interrogando detinebo, parvum est, quod à te scire expeto. Alii legunt *minimum est* Idem.

18. *De, &c.*] Dialogismus Poëtæ cum avaro, ubi docet impia hominum vota Diis ingrata esse. *Lubin.* *Estne, &c.*] Ito *præponas.* Et distinguendum post vocem *hunc.* Nondum Persius sensum absolverat, cum volentem scire, an ab isto, an non Jovem quovis judice humano putaret justiorem, antevertit petitione sua ille, & ait *cuinam*? quasi stupefactus novitate hujus interrogationis excipit vero Persius, *cuinam?* *Casaubon*

19. *Vis Staio*? Quasi dicat, quæris cui hominum Jovem anteponendum censeam, possem dicere nullum, sed dico quod negare non potes, Jovem Staio saltem præstare. *Casaub.* Fuit autem hic Staius Albius Oppianicus, qui veneficus Oppianicum fratrem & uxorem Cluentiam ejus gravidam, appropinquante partu sustulit. Contra quem Cic. pro Cluentio. *Lubin.* *An scilicet.*] Hæc ita uno spiritu continuanda, sublata interrogationis nota, quæ vulgo ponitur post *heres.* scilicet, inquit, dubitare aliquis potest, hoc est, omnino dubitare nemo potest, quin melior sit futurus judex, quam Staius. *Casaubon.* Et apud se deliberanti, ecquid Jovem etiam Staio vellet præponere, ob id indignatur Poëta. Quasi dicat. An dubitas adhuc, quis inter Jovem & Staium potior & justior judex sit, & pueris orbis, vel pupillis aptior, vel utilior tutor futurus sit? *Lubin.*

20. *Quis, &c.*] Ad scelera Staii respicit. Quasi dicat: Cui dubium, quin Staius omnium judicum & tutorum sit perditissimus, Jupiter vero optimus ac immenso intervallo hic illi præferendus? *Idem.*

21. *Hoc igitur, &c.*] Si ergo illa vota etiam sceleratis ingrata sunt, quo magis Jovi? *Impellere.*] Inducere, persuadere, vel urgere. *Idem.*

Claudere sic versum didicit, *Berecynthius Atys*,
Et qui cæruleum dirimebat Nerea Delphin.
Sic, costam longo subduximus Apennino.
Arma virum, nonne hoc spumosum & cortice pingui?
Ut ramale vetus prægrandi subere coctum.

Quid

VET. SCHOLIAST.

96. *Sic, &c.*] Omnia Epicorum carmina, ita fere sunt composita, ut proximus pes ab ultimo dactylus sit, exceptis admodum paucis, quos σπονδειάζοντας appellant, ut apud Cornelium Severum:

Pinea frondosi coma murmurat Apennini.

97. *Subere, &c.*] suber cortex arboris. Virgilius:

Hunc natam libro, & sylvestri subere clausam.

VARIORUM.

ergo aliud quoddam Poëticæ vanitatis argumentum, quod nimiam soni & concinnitatis verborum, nullam subjectæ sententiæ rationem habeant. Quod confirmat versibus aliquot ex Poëtarum sui temporis libris depromptis. *Crudis.*] Est Metaphora ab incoctis cibis, & immaturis fructibus. Intelligit autem versus temere effusos, nec matura meditatione satis decoctos. Quasi dicat: Immaturis, acerbis, ingratis, incultis. *Numeris.*] Id est, versibus, qui certis numeris & mensuris constant. *Decor.*] Ornatus, Suavitas, & Dulcedo. Non τὸ πρέπον, sed τὸ καλόν. *Junctura.*] Connexio & structuræ coagmentatio æquabilis. Turneb. lib. 28. cap. 26

93. *Claudere, &c.*] Id est, egregius ille Poëta Romanus (Ironice sic loquitur) versum ita didicit concludere & absolvere. *Lubin.* *Claudere, &c.*] Bene mones, inquit respondens Persius: sane enim præclare isti de Musis Romanis sunt meriti, qui non contenti solutam orationem corrupisse, etiam Poëtices sacra polluerunt, invento hoc genere novo versuum rhythmicorum. *Berecynthius Attin.*] Sic legendum est: quod pridem monuit Josephus Scaliger. *Casaub.* *Berecynthius Atys*] videntur ista citari ex Attine Neronis: de quo Dio. Verum hoc hemistichion, ut nimis molle, auctor noster ridet. Notat autem vanum ille quisquis fuit Poëta, fabulam de Aty puero Phrygio formosissimo, à Cybele vel Berecynthia adamato qui ipsi Cybelæ fidem dederat, se nullam unquam aliam amaturum. Vide Ovidium Metamorph. lib. 10. Turneb. lib 28. cap. 26

94. *Et qui, &c.*] Hic etiam versus turgidus & adfectatus. Notat autem fabulam de Arione, quomodo illum Delphin per mare ad littus transvexerit. *Delphin.*] Quos Musicis instrumentis lætari gravissimi auctores testantur. *Dirimebat.*] Pro transnabat, vel nando secabat cæruleum Nerea, vel mare. *Dirimere Nerea*, pro natare in mari. *Lubinus.*

95. *Sic.*] Poetæ verbum est. Quasi dicat: Ejusdem farinæ & hic versus est. *Costam.*] Id est, lateris partem Apennini montis avulsimus & excussimus, perque illam transitum nobis fecimus. Est autem Metaphora inepta & adfectata. Est autem *Apenninus mons*, qui mediam Italiam dividit. *Idem*

96. *Arma, &c.*] Respondet jam Persio, turgidorum ille carminum admirator. Quasi dicat: Sic tibi adeo turgida & vana videntur, quæso quid de illo Maronis carmine statues, cujus est hoc principium, *Arma virumque cano*: nonne hoc quoque inflatum, horridum & scabrum. *Arma virum.*] Synecdoche partis pro toto. Ponitur hoc pro toto Poëmate. *Nonne, &c.*] Id est, vanum turgidumque instar spumæ. *Lubinus.* *Nonne, &c.*] Meminerit lector eius quod ante monebamus, eum qui Persio contradicit, [illegible] sui sensu loqui, ut verbis tamen utatur ex mente Persii. *Casaubon.* *Cortice pingui.*] Crasso, inornato, multa redundantia habente, crassa & minus elaborata. *Lubin.*

97. *Ut, &c.*] Hæc verba sunt Poetæ

Persii

dnam igitur tenerum, & laxa cervice legendum?
va Mimalloneis implerunt cornua bombis,
'aptum vitulo caput ablatura superbo
Bassaris,

VET. SCHOLIAST.

. *Torva, &c.*] Versus Neronis sunt. *alloneis.*] Mimallones dicuntur mi- Liberi patris, ἀπὸ τ̃ μιμεῖσθαι. ıdrus Illyriorum Rex ad Macedo- cum exercitu venit: Macedones parvum exercitum haberent, plu- ı mulieres cothurnis & thyrsis in um Bacchatum ornaverunt. Illi ntes exercitum adventare, discesf- it.

VARIORUM.

i, adversario, tanquam indigno cui aliquid dicat, respondentis. Quasi :: Tu recte judicas, versus ejus crasſ- ıt & pingues, ut annosum aliquod ıle, vægrandi subere, densissima ce & crusta, calore solis coctum & catum. Vel ut Farnabius exponit: ıne ramus vel arbor grandis corti- sed cujus humorem decoxit ætas, t, sublime carmen & solidum est. *ale vetus.*] Id est, annosus ramus te dejectus, qui non facile flectitur. *ındi, &c.*] Alii dicunt, quod par- a *Va* voci præfixa, significationem ıer augeat & intendat, ut *vasanus, llidus.* Alii legunt, *pragrandi Su-*] Suber arbor glandifera, crasso ad- lum cortice, *Kork. Coctum.*] Id est, te solis exsiccatum. *Lubinus.* Quic- laudare vellent, *coctum,* vocabant: ɔntra quæ vituperabant, cruda. *Ca- nus.*

ı. *Quidnam, &c.*] Quoniam ergo, ersi, omnia vana, turgida, & ad ru- es populi aucupandos, tibi com- ta videntur: quidnam igitur tandem rum, molle, minusque asperum & dum. Quasi dicat: Age quidnam em est concinnum & tenerum & tale carmen, quod pinguem corti- habeat. *Laxa, &c.*] Id est, in quo pronunciando, utpote turgido & infla- to, non *pulmo animæ prælargus anhelet.* Id est, quod non sit turgidum, & non tam magnis laterum viribus & magna vocis contentione pronuncietur, sed laxa cervice, non nimis firma, conten- ta & rigida. *Lubin. Laxa, &c.*] Alludit ad recitationes quæ fiebant de scripto. Qui molliter recitabant, etiam cervicem suo quodam & peculiari modo inflecte- bant: is quippe mos ac gestus delicato- rum & τρυφώντων. *Casaub.*

99. *Torva, &c.*] Respondet Persius per Ironiam. Quasi dicat: Tune hoc quæris? Nempe hoc divinum & omni- bus numeris absolutum Poëma ex Ne- ronis officina depromptum. Sunt autem sequentes versus insulsi, turgidi & affe- ctati ex fabula Neronis *Niobe* dicta, deprompti. *Torva Cornua,* pro tibiis in- gentibus & terribilibus, adfectatè & in- epte. *Torva,* pro torta. *Implerunt, &c.*] Pro inflarunt. *Lubinus. Bombis.*] Tuba- rum & instrumentorum sonos Latini *bombos* vocant, aliter quam Græci. *Ca- saubonus. Mimalloneis bombis.*] Pro sono Bacchico, quo tubas inflarunt. Sunt e- nim Mimallones Bacchi sacerdotes, à Mima Asiæ minoris monte, ubi Bacchus colebatur. Vide Strab. lib. x.

100. *Et raptum, &c.*] Id est, Bacchi sacerdos, ipsa furiosa Baccha, ipsi Pen- theo ab irato Baccho in vitulum trans- formato caput ablatura, ipsumque dis- cerptura. Vocat autem Bacchum hoc loco *Bassaridem. Raptum caput.*] Id est, ca- put Penthei à cervice violenter ablatum & revulsum. *Vitulo superbo.*] Id est, Pentheo à Baccho in vitulum transfor- mato, quem furiosa mater vitulum ut Ovidius dicit, Aprum esse existimans, miserrime interemit. *Superbo.*] Eo di- xit, nam superbe Liberi vel Bacchi sacra conviciabatur & contemnebat. *Lubin.* Atque hinc intelligimus Bacchas Nero- nis, ejusdem argumenti fuisse cum Bac- chis Euripidis. *Casaub.*

101. *Bass*

Bassaris, & lyncem Mænas flexura corymbis
Euion ingeminat: reparabilis adsonat Echo.
Hæc fierent, si testiculi pars ulla paterni
Viveret in nobis? summa delumbe saliva
Hoc natat in labris: & in udo est Mænas, & Atys:

VET. SCHOLIAST.

101. *Bassaris.*] Bassarides, Bacchæ: quibusdam videtur à genere vestis, qua Liber pater utitur, demissa ad talos, quam Thraces Bassariam. Quidam à vulpibus, quarum pellibus Bacchæ succingebantur. Vulpes Thraces *Bassares* dicunt.

VARIORUM.

101. *Bassaris.*] Agave mater Penthei. *Bassaris* vero est Bacchi ministra, dicta à Bassareus, quod nomen Bacchi est, à *βάζειν*, id est, vociferando. Alii, à pelle vel genere vestis qua induebantur Bacchi sacerdotes. *Farnab.* *Et lyncem, &c.*] Est descriptio alicujus Bacchæ. Hæc insana Bacchi sacerdos (*Mænas* enim dicitur ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι, furere.) lyncem animal illud maculosum acutissimi visus, Bacchi currum vehentem, corymbis hederarum racemis flexura & currum rectura. Illa *Euion* ingeminat. *Lubin.* *Flexura, &c.*] Fingunt Poetæ currum Bacchi à lyncibus trahi. Nero autem fecerat à lyncibus vehi Bacchas, tantaque facilitate animal ferum ab illis regi, ut pro frenis essent ipsis hederæ nam *flexura* heic est ἀντὶ τοῦ χαλινοῦσα, ut recte quidam sunt interpretati. corymbi συνεκδοχικῶς pro tota hedera, non enim κυρίως accipiendum Hoc autem spectat eo, ut divino afflatu furere Bacchæ probarentur, non impulsu humano ferri. in quam sententiam multa apud Euripidem. *Casaub.*

102. *Euion, &c.*] Id est. Bacchum sublata voce sæpe inclamat. Bacchus *Euius* dicitur, vel quod in pugna contra Gigantes à Jove patre in leonem conversus, Rhœtum Gigantem discerpserit, ad quod factum pater gratulans dixerit εὖ υἱέ, id est, euge fili, vel quod ibi occisus sit, & pater dixerit, hei υἱέ, id est, hei mihi ô fili. *Reparabilis, &c.*] Id est, tanta voce Bacchum ingeminavit Bacchi illa sacerdos, ... gens, ut Echo vel concava ... & montium, sonum reddiderit. ... *rabilis.*] Eo dicitur, qui voces ... matas reparat, hoc est, iterat ... *Adsonat.*] Id est, una sonat. *Echo.*] ... Ovid. Metamorph. lib. 3. dicitur ... fuisse, a Junone vel ob garrulitatem ... quod Junonem delusisset, in vocem ... tatam. *Lubin.*

103. *Hæc, &c.*], Sunt hæc Persi... ba, indignationis, exprobrationis, ... machi plena, quibus vanitatem ... Poëtarum vehementer ulterius ... git. Quasi dicat: Hæc ne tam ... flagitiosa à nobis fierent & ... tur, si vel gutta paterni sanguinis ... litatis, virtutis & sapientiæ in nob... set reliqua? *Pars ulla.*, Alii, ... Id est, si vel exiguæ reliquiæ, ... saltem vestigium, paternæ virilit... gravitatis in nobis superesset. *Testi...* Obscurior Metaphora, qua pate... sanguinem, virtutem & gravitatem ... telligit. *Lubin.*

104. *Summa, &c.*] Hoc vanu... elumbe, nescio qua molli, tenera ... quara voce pronunciare conantur, ... summis labris, & summa saliva re... tibus natat *Delumbe.*] Aitas elu... molle, lascivum, minime virile. ... ligit talia carmina, qualia superiu... tavit. *Saliva.*] Respicit ad supern... *quat.* Lubin. *Elumbe hoc*, id est, ... tuli hujus Poesis. *Natat summa in labris*, nullum habet solidæ eru... nis fundamentum; sed in extrem... bris ex superficiaria doctrina qu... nascitur temere & sine arte, Ve... enervia non petuntur ex imo pe... blæse tantum & tenerè formant... extremis labris & primore Lingua ... saliva scatet. *Casaub. Farnab.*

105. *Hoc natat.*] Hoc vanum ...

...patinæ, tuccetaque crassa
...uère, Jovemque morantur.
...æso bove, Mercuriumque
...inare penates,
...ais fœtum, quo pessime, pacto,
...mis junicum omenta liquescant?
... & opimo vincere ferto

Inten-

...L I A S T.

...] Tucceta apud ...ula dicitur, con- ...crassis oblita, ac ...o anno durat. So- ...dem pare condita ...um jura. Hinc Plo- ...a in eadem regione ...

...O R U M.

...ermissio & concessio. ...a improbo bona, quæ petis. Nam ...et si mens sana in corpore

...asi dicat: Ut vel maxime bona Dei boni largiri, & ...audire, quomodo possunt, ...m valetudinem, quam oras, ...da corrumpas! *Grandes, &c.*] ...e corporis non reficiuntur, ...antur variis opsoniis plenæ. ...tonymia Continentis pro ...id est, ipsæ dapes regales & ...urneb. lib. 1. cap. 18. *Tuceta-* ...ergiæ, ut ait Fulgentius, ge- ...inis, è carnibus suillis minu- ...is. *Crassa.*] Pinguia, copiosa.

...*mure, &c.*] Quis tu contra- ...& contraria facis, lubentes ...ota tua exauditurοs, impe- ...o minus illis, quæ petiisti, fue- ...jiantur. *Idem.*

..., *&c.*] Transit jam ad illos, ...hostiis cæsis divitias exopta- ...e ejusdem stultitiæ damnat, ...ione & profusione pecudum, ...ecudes suas augeri. *Rem.*] ...m, pro opibus & divitiis po- ...nici ... *Agmen,*] Au-


gere, coacervare, amplificare. *Caso bo-ve*] Notabilis contrarietas. Divitias exoptant, sacrificiis patrimonia dilapidant. *Mercuriumque.*] Illum Deum, qui rebus augendis & lucro præesse creditur, fibris & intestinis victimarum, *arcessis*, in auxilium vocas & implorans. *Lubin.* Ut multus tibi quæstus obveniat, vel ex mercimoniis, aut nescio unde ex improviso. *Casaub.*

45. *Arcessis, &c.*] *Fibra*, pro extis & intestinis. *Da, &c.*] Prosopopœia rustici, felicitatem à Mercurio precantis. Id est, concede ut penates vel Dii domestici tes, fortunas & facultates meas secundent, & prosperent. Id est, da, ut penates me fortunatum faciant. *Lubin.*

46. *Da, &c.*] Id est, da pecus numerosum, copiosum, & fœcundum. *Quo, &c.*] Vehemens Persii in rusticum objurgatio, ex Repugnantibus. Quasi dicat: Vis illa amplificari quæ tu ipse minuis. Id est, qui fieri potest ut grex augeatur, cum tu indies illum imminuere & atterere tuis immodicis sacrificiis studeas? *Pessime.*] Sic Græci ... *Idem.*

47. *Tot, &c.*] In tantis inter sacrificandum. *Junicum.*] Junices bobus minores, & vitulis majores, juvencæ teneræ. *Omenta*] Synecdoche partis intestinorum pro ipsis intestinis & extis, quæ in sacrificiis aræ imposita cremabantur. Veterum in sacrificiis consuetudo erat, ut quas hostiæ partes adolerent, eas omento & adipe operirent, ut facilius arderent, pinguedine ignem alente. *Liquescant.*] Consumantur ignis calore. Turneb. lib. 7. cap. 13.

48. *At tamen, &c.*] Quamvis infanis his sacrificiis videat numerum pecudum...



...allidus excusso populum suspendere naso:
...len' mutire nefas, nec clam, nec cum scrobe? nusquam.
...ic tamen infodiam. Vidi, vidi ipse, libelle:
...uriculas Asini quis non habet? Hoc ego opertum,
...oc ridere meum tam nil, nulla tibi vendo
...iade. Audaci quicunque afflate Cratino,

Iratum

VET. SCHOLIAST.

119. *Nec cum, &c.*] Midæ historiam ...ingit.

122. *Nulla, &c.*] Non tibi illud ...em, si mihi Iliada Labeonis, aut Nero...is Troicon tradas. Scripsit Nero Troi...on.

VARIORUM.

118. *Callidus.*] Doctus & ingeniosus ...rtifex alios emuncto naso suspendere, ...t falle irridere & recte, naso in iras & ...risiones non rugato. vide supra vers. 40. ...*xcusso.*] Emuncto & terso. Emunctæ ...aris prudentes, ut mucosi stulti appel...antur. *Callidus suspendere.*] Est Græcis...mus. *Suspendere.*] Ad Horatii istud re...picit:

Naso suspendere adunco.

...ubinus.

119. *Men', &c.*] Mene leviter Ro...manorum vitia tangere, tantum scelus. ...*lutire.*] Hiscere, submissa voce loqui, ...antillum loqui. *Nec, &c.*] Et illud ne ...cculte mihi quidem facere licitum, ...uod alii palam impune fecerunt. *Nec, &c.*] Ut illa vitia Romanorum in hunc ...ibrum, tanquam Midæ tonsor in scro...em vel fossam, turpitudinem heri sui ...lidæ clam insusurrem. *Cum scrobe.*] ...ν βόθρῳ, pro in scrobe. *Casaubonus.* ...*lusquam.*] Verbum vel monitoris, quo ...monet, non tutum esse, ulla ratione Ro...manorum vitia perstringere. Vel etiam ...ersii interrogantis cum indignatione ob ...rohibitionem. *Lubin.*

120. *Hic, &c.*] Concludit se Satyram ...cripturum, quomodocunque eveniat. ...*lic.*] Id est, in hoc carmine, sive hoc ...bro, non autem in scrobe ut ille ton...or. Ideo sequitur, *vidi, vidi ipse libelle.* ...*fodiam.*] Id est, consignabo, & huic ...hartæ credam, deinde eam occulam, ac ...uasi aggesta humo obruam. *Casaubonus.* *Infodiam.*] Notabo & perstringam Romanos principes, qui sunt corrupto judicio. Alludit enim adhuc ad Midæ fabulam. Ponit, *libellum*, pro scrobe. *Vidi, vide ipse.*] O libelle, ut Midæ servus dicebat scrobi. *Lubin.*

121. *Auriculas.*] Hoc autem est quod superius per Aposiopesin obticuit, cum dixit:

Nam Romæ quis non? --

Scilicet habet auriculas asini. Id est, quis non Romæ est corrupto & pravo judicio? Prius scripsisse dicitur:

Auriculas Asini Mida rex habet.

Cornutus vero præceptor, ne Claudius & Nero Impp. in se dictum putarent, ita mutavit. *Hoc, &c.*] Occultum & secretum libello meo do, & infero. *Lubinus.*

122. *Hoc, &c.*] Quod solutiori risu insector, & reprehendo, quod nemo leget. *Meum.*] Quasi solius. Quamvis alios lectores non morer. *Tam nil.*] Quamvis vile meum poëma nullos lectores sit habiturum, tamen illud meo certe judicio Accii Labeonis Iliadi antepono. Id est, hasce meas nugas pluris æstimo, quam insulsam illam Attii Labeonis vel Neronis Iliada. *Idem.*

123. *Audaci, &c.*] Hucusque Persii de scribenda Satyra consilium. Deinceps quem lectorem velit & nolit suarum Satyrarum, indicat ex dissimilibus. Non Polydamantem & Trojades, sed in veteribus Comicis Græcis versatum. Vult aliquem in Cratini, Eupolidis, Aristophanis carminibus versatum, non vitiosum, procacem & superbum. *Afflate.*] Imbute, quasi Enthusiasmo, suo quasi divino instinctu audax Cratinus mentem imbuit, & quasi adflavit. *Afflate, &c.*] Pro, ô tu, quicunque es afflatus Cratino: qui scilicet maxime

 veteris

sium vitia carpebat. Dicitur *afflatus Cratino*, is qui Cratini fabularum lectione assidua fuerit affectus, & amorem virtutis inde conceperit. *Casaubonus.*

124. *Iratum, &c.*] Cogitandum cur Eupolidem vocet *iratum*, quem testantur veteres editi remissiorem & Cratino fuisse & Aristophane, jocis enim ac salibus abundasse, qui non conveniunt iratis. An *iratum* dixit pro tristi ac severo? quod epithetum commune est omnium qui vitia reprehendunt; an ad peculiarem aliquam illius fabulam respicit, cujus scriptionem susceperit iratus? *Casaubon. Eupolidem.*] Vitiis Atheniensium infensum & infestum. Periit pugna navali inter Lacedæmonios & Athenienses, cujus mors tantum luctum urbi attulit, ut publico edicto cautum sit, ne Poëtæ in posterum militare liceret. *Pregrandi, &c.*] Aristophanem intelligit, qui jam ætate grandior Satyras scripsit: vel ad dicendi genus refer. *Palles.*] Diligenter evolvis, & studio nimio tibi pallorem & maciem contrahis. Vel pallorem studio & assiduitate legendi Eupolidis comœdias contractum palles. Turnebus lib. v. cap. 5. in fine. & lib. 2. cap. 5.

125. *Aspice.*] Haece mea Satyras quoque inspicere dignare, si quid limatius, politius, & longo studio & industria decoctum & maturum, & minime crudum, quod cum solertia illa Græcanica comparari queat. *Decoctius.*] Ma-

facta aure, & quasi
ex lectione veteru[m]
purata.] Illorum
potius purgata & pr
Fervere enim neg[o]
urgetur diligenter.
quens & studiosus
dore mea legat. T[...]
pite 26.

127. *Non, &c.*
res velit. Jam dici[t]
Et primo quidem
rum irrisores. *La[...]*
das nominans, to[...]
rum studium [...]
Casaub. Non hic.]
lectorem volo, [...]
qui est rudis & in[...]
pis.] Delectatu[r]
Sordidus.] Vel ad [...]
ferri: vel ad [...]
tiam. *Casaub.*

128. *Et, &c.*] Q[...]
bus natura vitia ali[...]
lia vero corporis vi[...]
reprehendenda. F[...]
mifetatione potius
Nicom. lib. 3. cap. [...]
git, *poscit.*

129. *Sese, &c.*]
quantivis preci vi[...]
in aliquo municipi[o]
honore functus. [...]
Arrogans, & [...]
corporis palam facie[...]
nam superbia infl[...]

Fregerit heminas Areti ædilis iniquas:
Nec qui abaco numeros, & secto in pulvere metas
Scit risisse vafer, multum gaudere paratus,
Cui Cynico barbam petulans Nonaria vellat.
His mane edictum, post prandia Calliroën do.

VET. SCHOLIAST.

133. *Nonaria*] Nonaria dicta meretrix, quia apud veteres à nona hora prostabant, ne mane omissa exercitatione, illo irent adolescentes.

VARIORUM.

130. *Fregerit, &c.*] Ædilium enim erat vendentium rabiem coërcere, annonam curare, de mensura jus dicere, vasa minora frangere. Testatur idem Juvenalis, Sat. 10.

Et de mensura jus dicere, vasa minora
Frangere, pannosus vacuis Ædilis Ulubris.

Heminas.] Ab ἥμισυ, eo quod dimidia pars sextarii: hic pro omni mensura. Turnebus lib. 29. cap 20. *Areti.*] Oppidi in Tuscia. Alii legunt *Eretis*, quod Sabinorum oppidum. Stephano, Ἠρητός.

131. *Nec, &c.*] Id est, qui humaniores artes contemnit, & studia Philosophiæ ridet, & Arithmeticorum numeros. *Abaco.*] Arithmeticorum tabula. Arithmeticos numeros & figuras Mathematicas intelligit. *Secto, &c.*] Geometræ enim stylo in terra vel pulvere figuras Mathematicas depingere solent. Vel quod pulvis ille numeris & figuris sectus, vel divisus sit. hoc autem est extremæ dementiæ & impudentiæ, res per se laudatas deridere velle, artibus & philosophis illudere. *Lubin. Farnab.*

132. *Multum, &c.*] Qui nulla uberiore voluptate afficitur, quam cum videt procacem aliquam meretricem Philosopho procaciter illudere, & barbam vellere. *Idem.*

133. *Cynico.*] Vivebat tum Demetrius Cynicus, cujus singularem ac stupendam virtutem dilaudat Seneca, & apud Arrianum Epictetus, in hujus honorem & similium, qui fuerunt omnibus seculis oppido pauci. *Cynicus* heic ἁπλῶς pro philosopho ponitur. In genere vero de Cynicis, quorum ea tempestate ubertimus erat proventus, male senserunt, non solum isti osores Græcarum disciplinarum, sed etiam è Græcis sapientissimi quique. non enim vera virtute admirationem vulgi colligebant: sed vultus torvitatem & tristitiam ac dissentientem à cæteris habitum pessimis moribus atque impuræ obscœnitati prætendebant. *Cynico.*] Pro Philosopho. Hi Philosophi reliquis patientiores, & injuriarum contemtores. *Barbam vellat.*] Quia indolentiam ac vacuitatem affectuum profitebantur Stoici atque Cynici, propterea quum in publico conspiciebantur, quo specimen darent suæ virtutis ab obviis varie irritabantur. alius eos sannâ excipiebat, alius convitium dicebat, alius vestem trahebat, aut barbam vellebat, aut alio quovis modo molestus erat. *Casaubon.* *Barbam, &c. vellat.*] Id est, extreme contemnat, turpiter illudat. *Nonaria.*] Sic dicta meretrix, quod hora nona in lupanari prostaret, ne mane omissa exercitatione, eo juvenes migrarent. Alludit hic ad Diogenem, cui barbam vellebat Lais. *Idem.*

134. *His, &c.*] Hos omnes virtutum & literarum insulsos contemtores repudio, & his mando, ut mane edictum prætoris ob æs alienum vel culpam audiant; post prandia autem vel horam nonam, famosam meretricem Callirhoën, & alias corporis voluptates concedo, & ab omni honesto exercitio & meis imprimis Satyris, quibus vita & mores emendantur, abstinere jubeo. *Lubin.* *His mane.*] Studia eorum exponit, quibus satyrarum suarum lectione interdicebat: ait istos duo solum curasse: forum, propter avaritiam: & lupanaria,



AULI PERSII

AD

PLOTIUM MACRINUM

DE

BONA MENT

SATYRA II.

ARGUM. Gratulatus Macrino sapientiam, quæ sola recte orare doc impia, stulta & inutilia vota damnat. Illos deinde taxat, qui aliud alind re agere videntur. Eos denique ridet, qui Deos, cupiditatis eos metientes, opimis hostiis & muneribus colunt: cum revera dii sed mentem, non plenas, sed puras respiciant manus.

HUNC, Macrine, diem numera meliore lapill
Qui tibi labentes apponet candidus annos.

VARIORUM.

pecunaria, amore voluptatis. hæc igitur studia se illis relinquere sine invidiâ satyricè ostendit. *Do*, valet, mando: quod apparet ex Horatio:

-- forum putealque Libonis
Mandabo siccis.

Edictum intellige prætoris; specie jurisdictionis cæteras ot manè autem judicia exercebat *Calirrhoes* voce hic (nomen quondam celeberrimi) unive ptuariorum studia atque oc *[illegible]* intelliguntur

VET. SCHOLIAST.

1. HUnc Macrine, &c.] Alloquitur Plotium Macrinum, hominem sane eruditum, & paterno se affectu diligentem, qui in domo Servilii didicerat, à quo agellum comparaverat, indulto sibi pretio aliquanto.

VARIORUM.

HAC Satyra secunda Persius amicum suum Plotium Macrinum virum doctissimum & integerrimum hortatur, ut genio indulgeat & sacrificet, quod natalis dies sit, & ut frugaliter aliud faciat, quod non ut principes Romani, impia vota faciat, nec opus habeat ut magnis sacrificiorum impensis Deos corrumpat. Inscribitur autem DE BONA MENTE, & desumta est ex Platonis Alcibiade, quæ impia & scelerata hominum vota damnat.

1. *Hunc diem.*] Natalem scilicet tuum.

Numera, &c.] Inter dies vita tissimos habe, & candidiore numera. Ex Cretensium vel T more loquitur, qui dies læt tristes nigro lapillo, in cistam indicabant. Postea computatu videbant, quot dies anni læto sent, & eis se tantum vixisse *Meliore.*] Candidiore. Veter omnia alba bona censebant. *Numerare* ergo *albo lapillo*, loc *[illegible]*, ad cujuscunque g gnificationem. *Casaub.*

2. *Qui*, &c.] Qui natalis di dus, felix, & auspicatus tuæ vit labentes & fugaces addit tibi & id est, annum præteritum claud bi reliquis superioribus adjungit *Labentes.*] Pro *lapsis*: nisi eo quod sæpe inchoatus annus pro a numeratur: cum xx. annos natu mus eum, qui agat vigesimum.

SATYRA III.

INCREPATIO DESIDIÆ.

...ub persona Stoici philosophi, monet juvenes, ne desidiæ & mollitiei ...cs, nedum patrimoniis & natalibus freti, philosophiæ studia negligant, ...rum morbis medetur, virtutem & honesta officia docet, animum be... ...um & vitæ felicitatem largitur.

...PE hæc assidue? Jam clarum mane fenestras
...ntrat, & angustas extendit lumine rimas.
...nus, indomitum quod despumare Falernum
...iat, quinta dum linea tangitur umbra.
...uid agis? siccas insana canicula messes

Jam

VET. SCHOLIAST.

Empe, &c.] Hanc satyram Poëta ex Lucilii libro quarto transtu... ...ligantis divitum luxuriam & vi...

VARIORUM.

N*Empe, &c*] Legendum est cum indignatione & reprehensione, ...pronunciationis gestu est adjuvan...m. Juvenum desidia in hac Satyra in... ...tatur, qui tempus illud, quod datum ad virtutem & literas capessendas, ...ulis & somno perdunt. Initium au...m Satyræ Dramaticum. Personæ enim ...qui introducuntur. *Lubin.* Heic ergo ...ducitur Philosophus, juvenes sibi in ...isciplinam datos excitans, & post lon... ...am patientiam irascens illis, quod se... ...tius pro suo more surgerent. *Casaubon.* *Assidue.*] Itane vero semper ad mediam usque diem stertes? Nunquamne flagitiosæ illius socordiæ & inertiæ finis & modus erit? *Assidue.*] Hinc indignatio. Quod assidue illud faciant. *Jam, &c.*] Id est, lucis matutinæ splendor, clara matutina lux cubilis fenestras intrat. *Mane.*] Adverbium pro nomine positum. *Lubin.*

2. *Et, &c*] Latiores apparere facit. Lumen enim extenditur, transmittente Sole radios suos per rimas. *Casaub.*

3. *Stertimus.*] Hoc est, vos juvenes stertitis: ipsa enim ... ...ma persona. Non sunt ergo verba adolescentis, soporem suum defendentis, sed monitoris sunt, indomitum somnum depingentis. *Lubinus.* Facitis ergo sobrii quod ebrios decet, quibus edormienda est crapula. *Casaubon.* *Indomitum.*] Metaph. a belluis quæ domantur. Intelligit autem merum vinum, non limphatum. Vel Meton. causæ. Quod homines bibentes indomitos & intractabiles reddat. Est autem *Falernum vinum* Campaniæ nobilissimum. *Despumare*] Defervescere, digerere, concoquere in stomacho, edormiscere. Metaph. à musto, seu recenti vino, quod, dum excoquitur, spumas agit. *Lubin.*

4. *Quinta, &c.*] Periphrasis horæ quintæ. Dum in solari horologio gnomon quintæ lineæ umbram facit. Et orto sole audiebatur hora prima. Sexta hora erat meridies. Notat ergo illos ad meridiem ferme somnum produxisse. *Lubin.*

5. *Agis?*] Id est, agitis. Cum superiori castigatione correptus nondum surgeret, gravius instat monitor. Quid tu agis interea, quid studii, & negocii hoc tam præclaro tempore tractas? Nempe dormis, & quidem ad mediam usque lucem. *Siccas.*] Ardentissimum meridiei tempus diebus canicularibus Romæ depingit. Quod illo tempore canicula segetes suo æstu ad maturitatem perducat.

à bello, in quo, cadente qui primus est, succenturiatur alius.

14 *Nerio, &c.*] Nerius morte conjugum locupletatur, fœnerator est factus notissimus: de quo Horatius:

Scribe decem Nerio.

Dos enim à cive Romano data, non patrio dicta nomine, si repudium non intervenerit, post mortem uxoris ad maritum pertinet.

VARIORUM.

ut pravos judices muneribus corrumpi. *Sibi.*] Vel, tanquam sibi hæc dicant, cum Dii illa tamen non sint audituri. *Intersum.*] Inter dentes & sub lingua immurmurat. *Sub lingua.*] Ut extra os non prodeat. Græci ὑπὸ ὀδόντα dicere amant, non ὑπὸ γλῶτταν. *Casaub.*

10. *O si, &c.*] Ita membranæ Puteani & aliæ, non *ebullit*, pro ebullierit, ἀρχαϊσμῶς, ut *exim* pro egerim. *Casaub.* *Si.*] Id est, utinam. Horat.

Angulus ô si

Proximus accedat, qui nunc denormat agellum.

Ebullit.] *Bullare* aquarum est, cum in bullas [illegible]unt, & ebullare, cum illæ pereunt, [illegible] ita patruus in modum bullæ evanescat, ad bullæ similitudinem exeat vel expiret, vel ut patruum funus repente se prodat tanquam bulla. Est autem votum avari, ut patruus moriatur. *Lubin.* Porro *Ebullire*, quod proprie in aqua fervente locum habet, ad omnia repentina transferri eleganter solet, varie constructum. *Præclarum funus.*] Hic de morte patrui vota faciens hæreditatem

ria, &c.] Oblong
plenum, & in terr
11. *Sub, &c.*
ptatissimum mihi
Hercule favente
dextra felicia, fin
cata. *Lubin.* *Dext*
pro [illegible].
lucrum præter spe
ventum. *Casaub.*
12. *Hercule.*]
rum prædæ vel
mine decimæ per
pillumve, &c.]
ut pupillus mori
cui hæres proxim
stitutus sum, mo
locum proximo
quat. *Lubin.*
13. *Impello, &c.*
quæ obstant, imp
mus. *Expungam.*
dam & amoveam.
lum è tabula, ut
primus sit, ei mo
ximus succedam.
Testamenti tabuli
ex bello expungi
tio voti ex adjun
cile mori possit,
tius sit, scable ob
tumidus. *Lubin.*
pendebant, scabio
Acri.] Vehemen
lib 6. cap. 25. &
14. *Nerio, &c.*]
ei, ut uxore mort

[illegible]losaque venit arundo.
[illegible]lamo quod pendeat humor,
[illegible]is lympha;
[illegible]fistula guttas.
[illegible]huccine rerum
[illegible]que columbo,
[illegible]m

Poscis,

[illegible] & papyrum [illegible], cum [illegible] fit.

[illegible] pædagogi [illegible] indigna- [illegible], & aptior [illegible], & sapien- [illegible] In dies magis [illegible] perditus, & deplo- [illegible] pe in quo vita, pro- [illegible] non minuentur, sed in- [illegible] ne augmentum capient. [illegible] alterius, & magis ma- [illegible] er. *Huccine.*] Id est, huccine [illegible] aus, ut quidvis potius, quam [illegible] virtutis stant, agere cupiamus? [illegible], an eo recidit spes, quam de te pa- [illegible] ntes & præceptores conceperant. *Ca- saubon.*

[illegible] ra- [illegible] sunt [illegible] adolescen- [illegible] uerela atra- [illegible] *astat.*] Quod [illegible] a lympham adeo [illegible] ut inter scriben [illegible] atque colorem per- [illegible] atramento. Metonymia [illegible]. Est enim *Sepia* piscis, [illegible] o pro atramento utebantur. [illegible] a piscatoribus apprehenden- [illegible] it, effuso atramento aquam [illegible], & sic evadit. Plinius libro IX. 29.

14. *Dilutas, &c.*] Tertia frigida ter- giversatio ignavi juvenis, qui conqueri- tur, & prætendit, quod fistula pennæ, aut scriptorius calamus, guttas atra- menti nimia aqua diluti & dissoluti, ge-

16. *Aut cur non.*] Si ita animo es a- verso à studiis, ut nugarum prætextu ea deseras, cur animi sensum dissimulas? cur amorem virtutis professus es, cum Philosophiæ operam dare cœpisti? cur non potius voluptatibus, quando illas tanti facis, te immergis, & virtuti pa- lam renuntias? Tum tu non in schola apud Philosophum dure ac aspere educa- beris, sed domi in summis deliciis, more columborum, quos puellæ magna cura alunt, &c. *Casaubon.*

17. *Pappare, &c.*] Id est, cibum in- fantium, pupas minutim & frustillatim à nutrice præmasticatum pappare & comedere. Est enim *pappare*, minutos & commanducatos cibos comedere, qua- les nutrices infantibus præbent. *Buas* enim & *pappas*, cibum & potum puero- rum vocabant. Id est, cur non ad pri- mam pueritiam & infantiam redis? *Ca- saub.*

18. [illegible]

Poſcis, & iratus mammæ lallare recuſas?
An tali ſtudeam calamo? cui verba? quid iſtas
Succinis ambages? tibi luditur: effluis amens.
Contemnêre. ſonat vitium percuſſa, maligne
Reſpondet viridi non cocta fidelia limo.

VET. SCHOLIAST.

18. *Lallare.*] Nutrices infantibus, ut dormiant, ſolent dicere ſæpe, Lalla, lalla, lalla. Aut dormi, aut lacte.

21 *Contemnêre.*] Hæc ab Horatio male tranſlata intempeſtiva ſunt:

---*Quin tu*
Invidiam placare paras, virtute relicta?
Contemnêre miſer.

Et ſonat.] Ut Virgil.
Nec vox hominem ſonat.

VARIORUM.

18. *Poſcis.*] Cur non minutos, delicatos, & teneros cibos, more puerorum, appetis [illegible] *Non* [illegible] gnendi [illegible] Græcis [illegible], aviam, matrem, & n[illegible] ſignificat. [illegible] Hei, cur recuſas [illegible] lalla [illegible] nutricum lalla crebro [illegible], id eſt, [illegible] lalla [illegible] vel cantationem [illegible] mammæ, aviæ, matris [illegible] ſomnum dari. Hoc enim [illegible] & [illegible] delicatorum puerorum proprium. Turnebus libro 18. capite. 34 & [illegible] 12.

19. *An,* &c.] Verba ignavi adoleſcentis, [illegible] ſuam calamo minus bono excuſantis. An [illegible] calamo ſtudeam, tali atramento, [illegible] quid ſcribere ſuſtineam? Reſ[illegible] Horatius,

Cum [illegible]

Cui verba?] Verba prætextus, quibus ignaviam [illegible] frigida excuſatione [illegible] *Cui verba?* [illegible] eſt. [illegible] non [illegible] *Idem* [illegible] Tot [illegible], repetis & [illegible] frigidos prætextus.

Metaph. à labyrinthis, qui varias ambages, flexus, & mæandros habent. [illegible] pro verborum circuitu, qualis in excuſandis & velandis criminibus adhiberi ſolet. *Tibi,* &c.] Te ipſum decipis. Quaſi dicat: Tua res agitur, de tua re in ludo [illegible] luditur, tua iſtuc, ut aliquid ſtudeas, & doctus, honeſtusque evadas, refert maxime. *Effluis amens.*] Sic legendum, non *Et fluis.* Comparat enim juvenem mollitie depravatum cum vaſe fictili, multis modis corrupto, primum hoc eſt, quod effluit. hoc de eo accipiendum qui ſit moribus depravatis, & voluptatibus diffluat. *Caſaub.* Vel tu ſtolide & vane, una cum tempore, quod ſolum tuum eſt, & quod tam male collocas, effluis & tranſis. *Lubino.*

21. *Contemnêre.*] Quaſi dicat: Cum [illegible] & labore adquiſitum, [illegible], & laude dignum deprehendatur, non [illegible] ab omnibus vitiis conſtans & prudentibus tanquam *pondus inutile terræ*, contemnêre, & flocci [illegible] fies. *Sonat vitium.*] Gnome eſt. [illegible] & ſtulti homines neutiquam [illegible], & vitia ſua celare poſſunt & tegere, ſed [illegible], non ſecus ac [illegible] vaſa magis [illegible] ſic & vanus tu, [illegible] ſtrepitum edes, & vanitatem [illegible] deteges. Reſpicit ad illud, quod [illegible] ſolet, *Sermo animi index* [illegible] *&* [illegible], &c. Conſtructio & ſententia [illegible] eſt, [illegible] vas, [illegible] ex argilla vel [illegible], & crudo non ſatis probe cocta [illegible], ab emptore [illegible] percuſſa, [illegible] vitium, & [illegible] ſonat, nec [illegible] tinnitu, ſed [illegible], & [illegible] ſonitu, maligne [illegible] prodit vitium ſuum, ita [illegible] & rudi ſermone ignorantiam [illegible] *Marg.* Raucum, non acutum & tinnulum. *Lubin.*

22. *Fidelia.*] Fictile vas, quod [illegible] fideliter

[redacted]

Udum, & molle lutum es, nunc, nunc properandus, & acri
Fingendus sine fine rota: sed rure paterno
Est tibi far modicum, purum, & sine labe salinum.
Quid metuas? cultrixque foci secura patella est:
Hoc satis? an deceat pulmonem rumpere ventis,
Stemmate

VET. SCHOLIAST.

26. *Cultrixque foci.*] Quia delibantiæ dapes in ea positæ ad focum feruntur.

VARIORUM.

[illegible] continens, dicta. *Peronsse.*] Significans hominem nulla è re magis cognosci, quam ex sermone. *Sonat vitium.*] *Vitium* accusandi casus. Sic vox hominem sonat. Id est, repræsentat. *Viridi.*] Quasi dicat, ex crudo, non satis cocto; vel è crudo & viridi limo facta. *Idem.*

23. *Udum, &c.*] Quasi dicat: Cum igitur tu hac juvenili ætate cereus sis, & udo & molli luto, & argillæ similis, quæ in omnes formas fingi & refingi potest, ab accurato sapientiæ & virtutis magistro, tanquam à solerti figulo, propere omni virtute & honestate instituendus, & ad omnem honestatem fingendus, firmandus es & formandus. *Nunc, nunc, &c*] Ut ille:

Dum tener est natus, generosos insere mores.

Properandus.] Magna festinatione instituendus, & formandus ad virtutem. *Properandus* dicit, eo quod in virtutis & sapientiæ studio, nihil differendum, aut in crastinum rejiciendum. *Acri rota.*] Accurata & severa disciplina & institutione. Perseverat in Metaph. à figulo, qui rota vasa sua fingunt.

24. *Sine fine*] Nunquam enim in virtutis informatione ad finem pervenitur: vel *sine fine*, sine mora, sine intermissione & continua opera. *Sed, &c.*] Quasi dicat: Verum tu objicies, quod virtute majorum tuorum dives satis sis, nec honesta disciplina tibi opus sit.

25. *Far, &c.*] Synecdoche speciei pro genere *Modicum.*] Emphatice. Tu habes mediocres divitias, ob id opus non habes, ut aliquid discas. *Purum.*] A majoribus non fraude quæsitum. vel ex argento puro, id est, non cælato. *Farnab. Purum, &c.*] A sordibus, & avaritiæ labe alienum; vel pauper non es. Supellex etiam tibi domi est satis sufficiens, munda, & nitida. *Lubinus.* Vel *Purum*, quia sali vis inest contra putredinem, inde purum vocant Poëtæ. *Casaubonus.*

26. *Quid, &c*] Nimirum tu extra omnem fortunæ aleam positus, fortuna, & invidia major es, adeoque major, quam cui posset fortuna nocere. Nimirum habes quod ventri sufficiat & corpori, ut animi bonis nihil tibi sit opus. *Lubinus.* Possunt hæc Philosopho adscribi, διὰ μέσον orationem juvenis intersanti *Casaubonus.* *Cultrixque foci.*] Est tibi præterea patella foci & laris cultrix, *secura*, & ab omni sollicitudine immunis, ut nulla re indigeas, nihilque metuas, nec sapientia tibi opus sit. *Patella.*] Erat patella vas, in qua delibandæ dapes Diis domesticis offerebantur. Hoc loco pro mediocribus divitiis ponitur, per metonym. effectus pro causa, quod homines securos reddat. *Patella*] Videtur poni pro cibis in patella appositis, qui ad victum sufficiant. *Lubin.*

27. *Hoc satis?*] Quasi dicat: Nonne ad bene beateque vivendum plura requiruntur? Ut, dummodo venter habeat unde victitet, animi nullam omnino rationem habendam putes. *An deceat.*] An te superbire, animos attollere, & intumescere, & sapientiam negligere oporteret, si vel esses nobilissimus. Quasi dicat: Minime. Multo minus cum modicas tantum divitias habeas. *Pulmonem, &c.*] Superbire. Fastuosi enim ita turgescunt, ut pene rumpantur. Turnebus lib. 23. cap. 23. *Ventus* appellat spiritus. *Rumpere, &c.*] Hic est, implere supra modum, [illegible]. *Casaub.*

 28. Stem-

Poscis, & [illegible]
An tali [illegible]
Succinis [illegible]
Contem[illegible]
Respon[illegible]

Scire [illegible] quod Tusco ramum millesime ducis.
Censoremve tuum vel quod trabeate salutas?
Ad populum phaleras: ego te intus, & in cute novi.
Non pudet ad morem discincti vivere Nattæ?
Sed stupet hic vitio, & fibris increvit opimum

[illegible] SCHOLIAST.

[illegible] te oportet te a[illegible] quod in ali[illegible] millesimus [illegible] & ramum [illegible] generationis [illegible] obtineas? [illegible] recognitio[illegible] donis militan[illegible] equitio consequi[illegible] Centoribus erat [illegible] Consulum est officii.

VARIORUM.

[illegible]] Hoc loco pro genea[illegible] consanguinitate, unde Germa[illegible] Tusco] Tusco dicit, quia [illegible] Romanorum ferri e ab He[illegible] [illegible]

[illegible] Ser [illegible] Cen[illegible] [illegible] equites [illegible] censorem, sæpe [illegible] [illegible] Quia [illegible] & [illegible] deres contemnere, quod in fa[illegible] nobiles habeas, ipse tu nob[illegible] Trabeate] In a [illegible] inter imagines [illegible] Vel, in recognitione equitum, ta[illegible] quos trabeatus vide Juvenal. Satyr. 8. vers. 259. [illegible] trabea, [illegible] species & nobilium tantum, & [illegible] olim [illegible] Trabeate,] Vocandi pro [illegible] Lubin.

30. *Phaleras.*] Externa [illegible] & fortunæ ornamenta, quæ [illegible] magni æstimat, ad populum [illegible] populo tua illa bona [illegible] Ego [illegible] moror, cum interna tua bo[illegible] quæ in te non deprehendo. [illegible] *Phaleræ* equorum ornamen[illegible] Fuere & inter ornamenta [illegible] tium, hæc qui erant con[illegible] solentius se jactarent, prov[illegible] tioni locum fecerunt: [illegible] fastuosæ appellantur phal[illegible] *Ergo, &c.*] Animi tui mo[illegible] & scelere inquinatos, per[illegible] Vide proverb. apud Erasm.

31. *Non, &c.*] Te scili[illegible] lissimus videri vis. *Ad mo[illegible]* mores ignobilissimi Nattæ [illegible] *Adem* sive intemperantis. Metaph[illegible] esse [illegible] & la[illegible] [illegible] Roma prodieus & [illegible] Sordidus nequam fallo Natta, qui no[illegible] [illegible] & inscitia peccat [illegible] virtutem ceteris [illegible] significat, tenso [illegible] Senium flagitiorum [illegible] ignorans peccat. Idest, ita [illegible] ut de virtute ne cog[illegible] [illegible]] Idest, opimum [illegible] pingue, altissimas in [illegible] radices, & intimis jecoris [illegible] se que interitur. *Fibris.*] [illegible] sensibus & affectibus *Intr[illegible]* duces egit, callum obduxi[illegible]] Ex naturali causa dicit [illegible] in sensum admitte. Adep[illegible] tenuit, & frigidi est nat[illegible] pere dicit, notans sensum [illegible] *Lucan.*

... caret culpa: nescit quid perdat: & alto
... sus, summa rursus non bullit in unda.
... gne Pater divûm, sævos punire tyrannos
... alia ratione velis, cum dira libido
... verit ingenium ferventi tincta veneno:
... tutem videant, intabescantque relicta.
... ne magis Siculi gemuerunt æra juvenci,

Et

VET. SCHOLIAST.

37. *Ferventi, &c.*] Metaphora à lana, quæ corrupta ad pristinum colorem redire non potest.

VARIORUM.

33. *Pingue.*] Substantive positum, pro vitio & stupore. *Caret, &c.*] Quia ex ignorantia peccat. *Nescit quod, &c.*] Ob suam stupiditatem, ignorat qualium & quantarum rerum jacturam faciat, ut vitæ, famæ, virtutis, &c. *Lubin.* *Et, &c.*] Immenso vitiorum pelago & barathro obrutus, & flagitiorum mole gravatus & sepultus, æternum in profunda vitiorum voragine sepultus manet, nullaque pœnitentia tangitur, propterea etiam sanari non potest. *Alto.*] Pro mari profundissimo. *Immersus.*] Vitiis obrutus, sepultus. *Bullit.*] Emergit, ut aer e fundo aquæ ebullit. Hic igitur emendari nequit, & eo nomine est accusandus. *Idem.*

35. *Magne, &c.*] In virtutis laudem brevis digressio, quod illa sit summum bonum. Quasi dicat, Tu vero deplorate adolescens, non, ut Natta, ignorans peccas, sed prudens & sciens virtutem deseris, olim miserrimus futurus, quippe qui virtutem habentibus, ipse non habens, invisurus sis, & omnium miserrimus futurus. *Magne.*] Apostrophe ad Jovem per imprecationem & exclamationem. *Sævos, &c.*] Quales Busiris, Phalaris, &c. Perstringit forte ipsum Neronem. Nulla alia ratione vel truculentissimos tyrannos puniri, quam petulantem hunc juvenem, nulli rectius monenti obtemperantem puniturus es, ut nempe virtute carentes, invidia contabescant. *Idem.*

36. *Alia, &c.*] Non dissimili pœnarum genere, quam flagello conscientiæ & metu, qui eam necessario sequitur. *Casaubon.* Nihil enim miserius invido, quippe qui sibi ipsi infestus. Et recte Horatius:

Invidia Siculi non invenere Tyranni
Majus tormentum.

Cum, &c.] Descriptio crudelitatis tyrannicæ. Cum tetra, immanis & effrenis animi crudelis cupiditas, ardenti crudelitatis veneno tincta, & imbuta, ingenium tyrannorum triste, & crudele excitaverit, illosque in omnia generis scelera & fraudes præcipitarit, & impulerit. *Lubin.*

37. *Ferventi*] Ardenti, excitato, & inflammato. *Tincta, &c.*] Metaph. à lana, quæ colore tingitur.] *Veneno.*] Animi enim venenum, inhumanitas & crudelitas. *Idem.*

38. *Virtutem, &c.*] Quam ut videant virtutem. Alii legunt *Virtus ut videant.* quam scilicet ab aliis cultam ipsi deseruerint. *Farnab.* Sequitur gravissima illa pœna, nimirum invidia, qua olim ignavus adolescens, afficiendus sit. Ovidius,

--- *Video meliora proboque,*
Deteriora sequor.

Intabescant.] Macrescant, doleant, ringantur, dum alios virtute & doctrina præditos, & se relictos vident. *Idem.*

39. *Anne, &c.*] Id est, an magis Perilaus, vel, ut alii, Perillus, æreo tauro inclusus a Phalaride gemuit, quam invidiæ & conscientiæ stimulis agitatus? *Siculi, &c.*] Siculi tauri. Dixit Siculi ob Phalaridem, qui tyrannus fuit Agrigenti in Sicilia. *Æra, &c.*] Homines æreo tauro inclusi, meton. subjecti pro adjuncto. *Idem.*

insania sua perseverat, & sperat se voti tandem compotem futurum, & tamdiu sperat, & hostias cædit, donec tandem totum gregem suum penitus exhauserit. *Exta.*] Boum, junicum, ovium & victimarum intestinis. *Ferto.*] Sic legendum, non *farto*. Hujus meminit Cato de re rust. cap. 134. Sed Persius ἀνάλας pro re Diis oblata heic accipit, non pro libo. *Casaub.* Sed ut Cato inquit, veteres, struem farris, tritici, fabæ, seminis rapacei, thure & vino additis ante messem parabant in porcæ præcidaneæ immolationem, & Jano, Jovi & Junoni sacrificabant, quæ diversarum rerum congeries *fartum* dicebatur. *Cornutus* dicit esse genus panis vel libi, quod Diis infertur à Pontificibus in sacrificio: dictum à ferendo. *Vincere.*] Deum superare, & sibi obsequentem reddere, vel ad finem perducere, vel illas difficultates superare. *Lubin.*

49. *Jam, &c.*] Satis lepide naturam hominis cupidi exprimit, & simul insani: qui censebant res tum maxime crescere, cum maxime imminuerentur. *Crescit ager.*] Mire exprimit superstitiosorum spem, & mox subtexit eventum. Tamdiu sperat avarus ille superstitiosus, donec splendidis sacrificiis ad paupertatem sit redactus. *Ovile.*] Greges & armenta. *Idem.*

50. *Jam, &c.*] Id quod tanto tempore tot sacrificiorum impensis petis & exspectas. *Jam, jam.*] Epizeuxis, per irrisionem Poëtæ. *Donec, &c.*] Tamdiu

in fundo est parsimo
caph. ab animalibus
in fundo arcæ solus
ingemiscat vel susp
à loculis destitutus &
dolens spes ad nihi
tinnit jam ratior,
prope exhaustæ sacri

52. *Si, &c.*] Qua
officii horum insan
tium sacrificiorum;
tam hominum opini
mines, sic etiam D
crederent. Id est, si
rea & argentea dona
afferrem, tu præ nim
crumas profunderes.
etiam Deorum statuæ
etiam ex solido auro
Dii ut homines, aur
lectentur. *Crateras.*]
Casaubonus *crateras*.
Incusaque, &c.] Do
crasso auro excusa & c
Vasa aurea solidæ ma
bracteæ. Intelligit
crasso sculpta, & in
Salmasius legit, *inclusa*
cap. 14.

53. *Sudes, &c.*]
gaudio, & lacruman
Persius ergo sudorem
est, gravem commoti
illæ quas sequitur su
Pectore lævo.] Perverso
in læva vel sinistra co

...x adductis sudans audiret amicis.
...nim id summum: quid dexter senio ferret,
...at in voto: damnosa canicula quantum
...t, angustæ collo non fallier orcæ:
...uis callidior buxum torquere flagello.
...ud tibi inexpertum curvos deprendere mores,
...que docet sapiens brachatis inlita Medis

Porti-

VET. SCHOLIAST.

Quid, &c.] Senio major missus: ...va, immerito, inquit, ... cum semper laudarem.

VARIORUM.

Quæ, &c.] Quæ parens meus ...vocatis amicis, ob hanc meam reci...onem ingenti lætitia sudans & inca...ens, & præclaram de filio suo spem ...piens, summa cum admiratione ...iret. *Patet.*] Solebant enim illi inter... *Lubin.*

48. *Jure, &c.*] *Jure*, non significat ...te hoc factum à Persio: sed valet con...nienter vitæ quam agebat, puerilibus ...licet annis, & fini quem ob oculos propositum habebat. *Casaubonus.* Id est, puerili ætate non injuria summum bonum & maximum bonum mihi videbatur talorum ludum nosse, & quid cujusque tali casus valeret, scire. *Quid, &c.*] Id est, puer summo voto scire expetebam, quid in talorum jactu senio ille dexter, utilis & fortunatus, lucri adferret. Erant autem apud Romanos tesserarum & talorum ludi. Et tessera sex lateribus (ut apud nos talus quatuor) constabat. *Quid, &c.*] Nam ut quisque talis jactatis senionem miserat, vincebat: sin canem, vincebatur: Ideo *senionem ferre*, dicit, hoc est, lucrum conciliare: at *canem radere*, id est, damno illato rem minuere. *Casaub.*

49. *Damnosa, &c.*] Id est, unitas jacta, quantum de reliquis jactis numeris detraheret, vel quantum lucro adimeret, vel abraderet. *Lubin.*

50. *Raderet.*] Respexit ad vicinitatem & ambiguitatem nominis caniculæ: caninum enim est radere vel abradere. Solebant autem reliquo jactorum talorum numero quinque detrahere, vel quantum ludentes pepigerant. *Angustæ, &c.*] Puerilem nucum lusum intelligit. *Orca* enim fictile vasculum erat procero corpore, in quod pueri in terra defixum mediocri distantes intervallo nuces immittebant. Id est, ne à collo, vel ore angusti illius vasculi inter conjiciendum aberrarem: quascunque enim in Orcam conjecerat, tanquam suas, tollebat. Ovid. de Nuce:

Vas quoque sæpe cavum spatio distante locatur,
In quod missa levi nux cadit una manu.

Alii de pyrgo intelligunt, non rectè. *Idem.*

51. *Neu, &c.*] Ludum turbinis vel trochi intelligit. Dabam operam ne quis omnium puerorum in tota vicinia majore calliditate, & solertia buxum, turbinem vel trochum flagello torquere & agitare posset. *Callidior torquere*] Usitatus Hellenismus. *Buxum.*] Pro turbine vel trocho e buxo facto.

52. *Haud, &c.*] Antapodosis dissimilitudinis: quod adolescens pueritiam prætexere nequeat, cum jam grandis ætatis sit. Id est, vel ætate, vel doctrina experientiam habes, qua pravos à rectis moribus possis discernere. *Inexpertum*] Incognitum, *Curvos.*] Intortos, corruptos, pravos, & ad rectæ rationis obrussam non exactos. *Deprendere.* Cognoscere, & à bonis & probatis discernere. Id est, nec tibi inexpertum vel inexploratum est, quæ & qualia doceat sapiens illa porticus Athenis, quæ illita vel depicta est braccatis Medis, cum Themistocle pugnantibus. Id est, Stoicas disciplinas nosti. *Idem.*

53. *Sapiens, &c.*] Maton. qui ex sub-

Vestalesque urnas, & Tuscum fictile mutat.
O curvæ in terris animæ, & cœlestium inanes!
Quid juvat hoc, templis nostros immittere mores,
Et bona Diis ex hac scelerata ducere pulpa?
Hæc sibi corrupto casiam dissolvit olivo:

VARIORUM.

... [illegible]. *Numa.*] Qui Pythagoræ imitatione vetuit simulacra in templis fieri. Interdixit etiam & vetuit aurum templo inferri. *Saturnia æra*] Ærea vascula, quibus, aureo seculo, Saturno regnante cum nihil uspiam auri esset, utebantur. *Lubin.* *Æra*, in quibus veteris pop. Rom. opes etiam publicæ erant positæ: alludit ad ærarium, quod in æde Saturni. *Casaubonus.* *Impulit*] Imo expulit, & è templis removit, & loco dejecit. *Lubinus.*

60. *Vestalesque, &c.*] Fictiles urnas, quibus virgines Vestales tempore Numæ utebantur. *Tuscum fictile*] Fictilibus enim Thuscia nobilis fuit, in qua plastice exercebatur, & optima fictilia condebantur: possent & fictiles imagines intelligi. *Lubinus.* An eo respicit, quod plerasque ad religionem spectantia habuerunt Romani ab Etruscis? *Casaubonus.*

61. *O curvæ, &c.*] Est exclamatio indignationis, lena, qua vana hæc populi de Diis opinio, quod ut homines, sic & Dii muneribus delectentur, refellitur. *O curvæ.*] Animæ pronæ, bardæ, stupidæ, rerum divinarum expertes, & ad cœlum minime erectæ. *Curvæ.* Quod nihil præter terrena meditentur, nihil cœleste, & Deo dignum concipiant. Metaph. à rebus corporeis ad animam. *Lubin.* *In terris.* Qui non solum terram spectant, sed in illa tota hærent: ne mi[illegible] nimum quidem attollentes se supra humum. *Casaubonus.* *Cœlestium.* Suæ naturæ ignaræ, cum à cœlestibus originem duxerint. Inanes ejus cognitionis ac scientiæ, quæ docet quid sit Deus, & quomodo adoretur. *Lubin.*

62. *Quid, &c.*] Quid prodest, ex nostro ingenio & moribus Deos spectare, & templis ad Deos nostros mores, avaritiam, & auri cupidinem [illegible] re, cum illa inde potius deberemus ferre. *Lubinus.* *Immittere.* [illegible] cupiditates & alia vitia nostra. [illegible] quem finem hoc facimus, quod [illegible] ptelam nostrorum inferimus [illegible] gionis? Nam sic erga Deos nos [illegible] mus, quasi & illi essent, ut nos. [illegible] *Mores.* A quibus Deus est alienissimus. *Templis, &c.*] Dum nimirum [illegible] tiose Diis sacrificamus, Deorum [illegible] instituimus munera eis offerimus. Quod revera est malos hominum mores [illegible] plis immittere. *Lubin.*

63. *Bona ducere*] Id est, docere [illegible] existimare illa Diis esse grata, quæ [illegible] leratæ huic pulpæ sunt grata. *Pulpa.* Proprie in corpore pars carnosa; [illegible] loco pro corpore & carne accipitur, [illegible] mnibus vitiis obnoxia, & pravis voluptatibus & cupiditatibus polluta. [illegible] Hæc pulpa, id est, carnalis corruptio non contenta naturali rerum simplicitate, miscet & vitiat omnia: his tamen ita vitiatis utitur, saltem fruitur, diis tamen nulli sunt usui. Quorsum itaque diis hæc dicamus? emaci nempe nundinatione, ut meliora ab iis accipiamus. *Farnab.*

64. *Hæc, &c.*] Id est, hæc pulpa, vel caro nostra *sibi*, ad suam pulchritudinem & decorem; ut nempe cuticula splendidius nitcat, & jucundius oleat, casiam corrupto olivo dissolvit. & inde pretiosum unguentum, & fucum facere docuit. Diis vero hæc respuunt. Ex casia enim & oleo unguenta fiebant. *Dissolvit*] Diluit, ut cutis eo magis tersa & nitida appareat. *Corrupto*] Commutatus enim oleum, cum fucus fit. *Lubin.* Quicquid enim desinit illud esse quod fuit, corrumpi dicitur. *Casaub.* *Casia.*] Est frutex aromaticus, ex quo unguentum fiebat. *Sibi.*] Ut se nitidiorem faciat. *Lubin.*

65. Et

Calabrum coxit vitiato murice vellus:
Hæc baccam conchæ rasisse, & stringere venas
Ferventis [illegible] crudo de pulvere jussit.
Peccat & h[illegible]: vitio tamen utitur: at vos
Dicite pontifices, in sancto quid facit aurum?
Nempe hoc, quod Veneri donatæ à virgine puppæ.
Quin damus id superis, de magna quod dare lance
Non

VET. SCHOLIAST.

[illegible] *Donatæ, &c.*] Solebant virgines [illegible] nuberent, quædam virginitatis dona Veneri consecrare. Hoc Varro scribit.

VARIORUM.

65. *Et, &c.*] Nempe hæc delicata [illegible] caro, ut eo speciosius ornetur, Calabrum vellus, vel lanas Tarentinas, vitiato murice vel conchylio corrupto, & cocto, infecit, & purpuræ colorem ipsi indidit. *Calabrum, &c.*] Lanas Tarentinas. Tarentum enim civitas Calabriæ, ubi lana optima, teste Plin. lib. 8. cap. 48. *Vitiato,*] Sic præcedenti versu, corrupto olivo. *Murice.*] Murex è genere conchyliorum, cujus sanguine tingitur color, purpuræ similis. *Lubin.*

66. *Hæc, &c.*] Id est, hæc caro imperavit conchæ margaritam, baccam, unionem, vel gemmam radere, polire, & lævigare, & vestibus in corporis ornamentum [illegible] & intexere. *Baccam.*] Proprie [illegible]ribus lauro, myrto. Hic Metaph pro unione. *Stringere.*] In unum cogere & conflare, vel malleo tundere, ut eliciantur stricta, hoc est, [illegible]. Hinc ferri massæ vel laminæ, strictura dicuntur. *Lubin.* *Stringere* ergo de auro usurpavit, quod igne liquatum in unam massam conflatur & coit. *Salmas.* *Venas.*] Proprie in corpore. Per Metaph. Subterranei meatus ubi aurum. Cum illæ venæ, id est, rudis materia ex venis eruta, inque fornace cocta, in massam, [illegible] coquitur, ferventem & ignitam redigitur. *Rasisse.*] E concha radere conchæ enim adhærescunt, neque [illegible]li queunt, nisi lima. Plin. 9. l. 35. c. *Lubin.*

67. *Crudo.*] Quia quando jam primum ex montibus erutus, & nondum decoctus est, crudus quodammodo est. Id est, hoc corpus, hæc caro, fuco, preciosis vestibus, gemmis & auro se [illegible], iisque delectatur. [illegible]

68. *Peccat, &c.*] [illegible] scilicet omnis mali auctor, dum ipsa sequitur mala, & animam secum trahit, & eadem de Diis sibi quoque persuadet. *Lubin.* Vel, illa luxuria qua homines in cultu suo utuntur, vitium est & peccatum. *Casaubon.* *Vitio, &c.*] Quamvis peccet, & se peccare sentiat, meliora tamen monenti non obtemperat, sed assidue in suis vitiis perseverat. Casaubonus, uti, hic [illegible] profrui.

69. *Pontifices.*] Emphatice. Quibus fas erat Deos rectius cognoscere, & colere, vos rudi illa plebecula nihilo sapientiores. Reddite, rationem, quid opus in templis faciant? Casaubon. legit, *In sacro.* Meton. adjuncti pro subjecto, In sacro templo. *Sacrum* enim [illegible] Deo sacra.

70. *Nempe hoc.*] Hoc est, [illegible] pe tantundem aurum in templis vel statuis prodest, quantum Veneri [illegible] vel cereæ pupæ, & imagunculæ [illegible] à virgine nuptum consecratæ. Solebant autem Virgines nupturæ suas pupas, imagunculas puellares vel sigillaria Veneri offerre, tanquam jam puerilibus ineptiis valedicturæ: sic sponsi mariti nuces spargebant: & pueri virilem togam induturi, bullam puerorum insigne, laribus suspendebant. *Lubin.*

71. *Quin, &c.*] Conclusio Satyræ. Quænam Diis grata sint munera, quidque illis offerendum, docet ex collatione dissimilium; nempe non qualia vulgus, aut Messalæ filius, aut improbissimus

VET. SCHOLIAST.

19. *Insque, &c.*] Sodes, antiquæ affectationis est: adeo ut soluto eo quidam usi sint: ut Plautus, qui per solutionem sic ait:

Dic mihi, si audes, quæ est, quam ducere vis uxorem?

VARIORUM.

81. *Hic, &c.*] Id est, hæc nugæ sunt, quas tamen scire nec juvat, nec Prodest. [illegible]] Id est, quas nugas tantopere demiraris, tanto studio effectas, ut inde pallorem tibi contrahas? [illegible], &c. [illegible]. Ob hasce nugas insipraosi & incœnati [illegible] ob rem ingentis pretii se traceffunt, minimoque cibo contenti vivent [illegible].

86 *Hic.*] De talibus Philosophorum verbis, populus Romanus tanquam [illegible] & inceptis ridet. *Alii legunt, Hinc Multumque.* [illegible] corpu[illegible], & torosa. *Torosa*] Valde corpulenti, & torosi, id est, fortes & robusti [illegible] [illegible] carnis [illegible].

87. *Ingeminat*] [illegible] [illegible] soluti [illegible] Id est, ita vehementer [illegible] cachinnos, ut totum [illegible] concutiat, & [illegible] in rugas contrahat [illegible]. Vel [illegible] habitum ipsius [illegible] respexit, quo il[illegible] [illegible] sæpe tremula voce repeti[illegible] *Naso crispante.*] Ob effusum risum,

SATYRA III.

INCREPATIO DESIDIÆ.

ARGUM. Sub persona Stoïci philosophi, monet juvenes, ne desidiæ & mollitiei indulgentes, nedum patrimoniis & natalibus freti, philosophiæ studia negligant, quæ vitiorum morbis medetur, virtutem & honesta officia docet, animum bene conscium & vitæ felicitatem largitur.

NEMPE hæc assidue? Jam clarum mane fenestras
Intrat, & angustas extendit lumine rimas.
Stertimus, indomitum quod despumare Falernum
Sufficiat, quinta dum linea tangitur umbra.
En quid agis? siccas insana canicula messes

Jam

VET. SCHOLIAST.

1. N*Empe, &c.*] Hanc satyram Poëta ex Lucillii libro quarto transtulit, castigantis divitum luxuriam & vitia.

VARIORUM.

1. N*Empe, &c.*] Legendum est cum indignatione & reprehensione, & pronunciationis gestu est adjuvandum. Juvenum desidiam hac Satyra insectatur, qui tempus illud, quod datum est ad virtutem & literas capessendas, epulis & somno perdunt. Initium autem Satyræ Dramaticum. Personæ enim loqui introducuntur. *Lubin.* Heic ergo inducitur Philosophus, juvenes sibi in disciplinam datos excitans, & post longam patientiam irascens illis, quod serius pro suo more surgerent. *Casaubon.* *Assidue.*] Itane vero semper ad mediam usque diem stertes? Nunquamne flagitiosæ illius socordiæ & inertiæ finis & modus erit? *Assidue.*] Hinc indignatio. Quod assidue illud faciant. *Jam, &c.*] Id est, lucis matutinæ splendor; clara matutina lux cubilis fenestras intrat. *Mane.*] Adverbium pro nomine positum. *Lubin.*

2. *Et, &c.*] Latiores apparere facit. Lumen enim extenditur, transmittente Sole radios suos per rimas. *Casaub.*

3. *Stertimus.*] Hoc est, vos juvenes stertitis: apta enim objurgationibus prima persona. Non sunt ergo verba adolescentis, soporem suum defendentis, sed monitoris sunt, indomitum somnum depingentis. *Lubinus.* Facitis ergo sobrii quod ebrios deceat, quibus edormienda est crapula. *Casaubon.* *Indomitum.*] Metaph. à bestiis quæ domantur. Intelligit autem merum vinum, non limphatum. Vel Meton. causæ. Quod homines bibentes indomitos & intractabiles reddat. Est autem *Falernum vinum* Campaniæ nobilissimum. *Despumare.*] Defervescere, digerere, concoquere in stomacho, edormiscere. Metaph. à musto, seu recenti vino, quod, dum excoquitur, spumas agit. *Lubin.*

4. *Quinta, &c.*] Periphrasis horæ quintæ. Dum in solari horologio gnomon quintæ lineæ umbram facit. Et orto sole audiebatur hora prima. Sexta hora erat meridies. Notat ergo illos ad meridiem ferme somnum produxisse. *Lubin.*

5. *Agis?*] Id est, agitis. Cum superiori castigatione correptus nondum surgeret, gravius instat monitor. Quid tu agis interea, quid studii, & negocii hoc tam præclaro tempore tractas? Nempe dormis, & quidem ad mediam usque lucem. *Siccas.*] Ardentissimum meridiei tempus diebus canicularibus Romæ depingit. Quod illo tempore canicula segetes suo æstu ad maturitatem

 perducat:

Jam dudum coquit, patula pecus omne sub ulmo est,
Unus ait comitum, Verumne? itane? ocyus adsit
Huc aliquis. nemon'? turgescit vitrea bilis:
Findor ut Arcadiæ pecuaria rudere credas.
Jam liber, & bicolor positis membrana capillis,

Inque

VET. SCHOLIAST.

10. *Bicolor, &c.*] Bicolor, quod pars crocea, pars glutinata apud antiquos erat.

VARIORUM.

perducat. *Insana.*] Æstuosa, vehemens & quæ in rabiem agat canes. *Lubinus.* *Canicula.*] Sol in Cancro, cujus indicium est ortus stellæ Canicularis. *Farnabius.*

6. *Coquit.*] Maturas facit, urit, arefacit. Non ipsum quidem canis sydus, sed Sol potius coquit messes, & æstu omnia adurens, rabiem canibus immittit. *Casauben.* *Et, &c.*] Meridiem describit. Tempus quo pecudes umbras & frigora captant. Ut Virgil. ait

— *Pecudes, umbras & frigora captant.*

Ulmo.] Arbor ista viti amica intelligitur, unde virgas, quibus servos percutiebant, confecerunt. *Lubin.*

7. *Unus, &c.*] Id est, hæc unus comitum vel condiscipulorum. *Comites* enim hic sunt condiscipuli. Traducuntur autem qui ad Philosophos referunt, quos proceres Romæ in suo comitatu soliti erant habere. *Casaub.* *Verumne?*] Mire stuporem exprimit: nam stupet ille quod audit de alto jam Sole. *Ocyus, &c.*] Ocyus hic famulorum quisquam mihi adsit cum vestimentis, quasi paratus jacturam temporis diligentia sarcire. *Lubinus.*

8. *Nemone?*] Scilicet vocanti mihi adest, nemone meum imperium curat? Sic iracundi suos solent inclamare. *Turgescit, &c.*] Ibi si vocanti non adeo propere aliquis adsit, vitrea, clara & splendida bilis ipsi surgit, intumescit, effervescit, & omnes iræ & furoris habenas laxat & effundit, & adeo furioso, & insano clamore finditur, & rumpitur, ut ipsum vociferantem audiens, Arcadiæ pecuaria, ingentes, & decumanos asinos rudere credas, & clamorem suum attollere. Turneb. lib. 23. cap. 21.

9. *Findor.*] Ira cogor in vociferationem. Hactenus juvenis: quem deinde subdit Persius, vel Philosophus ut, *Arcadiæ, pec. rud. c.* Quasi dicat: Verum est quod ais findi te, & ita supra modum esse concitum: sic enim clamas, ut asinos rudentes & [illegible] sis stimulis. *Casaubon.* *Arcadiæ, &c.*] Asinorum periphrasis est subjectis, Arcadia enim ab Arcade Jovis & Callistonis filio dicta, & in medio Peloponnesi sita, abundat asinis. *Rudere.*] Hic prima producitur, quam Virgilius corripit, cum ait:

— *graviterque rudentes.*

Declarat maximam vociferationem. *Lubinus.* Vel legi posse credit Farnabius, *Finditur Arcadiæ, &c.* ex persona pædagogi vel philosophi dicentis. Juvenis indignatur & discruciatur, vociferans instar asini rudentis.

10. *Jam liber.*] Sane juvenes quos alloquitur, non erant id ætatis, ut ista dicerent puerilia: sed Persius hoc significare voluit, quæcunque tandem essent, quæ ad velandam ignaviam afferri solent, tanti facienda esse, quanti ista puerorum nugatoria. *Casaub.* *Jam.*] Tandem scilicet, ubi vix magno labore & molestia excitatus, & lecto excussus est. *Liber.*] Unde aliquid in charta describitur, illi in manus venit. *Liber.*] De arboris cortice proprie dicitur, in quo ante repertum chartæ vel papyri usum veteres scribebant. *Et bicolor.*] Membrana ergo in qua scribebant erat bicolor: alba ab interiore parte: ab altera in qua fuerant pili, crocea. Cave confundas hanc membranam cum ea pelle qua libros operiebant. *Capillis.* Poëta καταχρηστικῶς posuit de pilis. *Casaubon.* Turneb. lib. 23. cap. 23. *Positis.*] Quidam explicant pro compositus, quasi prius capillos adolescens

...pite induto subiêre Quirites.
...miser, venas, & pone in pectore dextram:
...nic: summosque pedes attinge, manusque.
...ent. visa est si forte pecunia, sive
... vicini subrisit molle puella.
...i rite salit. Positum est, algente catino

Durum

...ET. SCHOLIAST.

Hesterni, &c.] Hesterni, ait à ...pridie manumissi, id est, liberti ...es Romani facti. *Capite, &c.*] ...numissi ante manumissoris cor... ...iti incedebant.

VARIORUM.

...o5. *Illum.*] Qui paulo ante me... ...um objurgabat, & se ægrotum ... *Lubin.*

Hesterni, &c.] Admodum novi ...omani. Heri vel pridie civitate ... servi, postea inter Quirites vel ...omanos adscripti. *Capite, &c.*] ..., pileati. Notat servos, qui ...apite incedebant, jam pileum ...isse, libertatis indicium. *Sub...*] Hoc est, patroni sui phe... ...ovi liberti subiere. *Casaubonus.* ...int cadaver ad rogum. Moris ...at, ut libertate donati servi do... ...i funus curarent, & ad se[pulchrum] ...erent. *Subire*, significat inter ...s dorso suscipere. *Lubin.*

Tange, &c.] Objecit enim mo... ...dolescens se ægrum non esse, nec ...i comparetur, similem. *Tange.*] ...ieat: Quod si miser id credere re... ...tuaeso, tange venas, & in pectus ...a tuam colloca ... palsum cordis ... Et hæc verba sunt juvenis. Pot... ...tum monitori attribui, quibus ...admoneat, ut diligenter apud ... ..., num aliquis morbus in se ...: Et sequentia [illegible], & *non* ...juvenis responsionem essent, & ...um negantis. *In, &c.*] Sinistro ...& cordis palpitationem explora, ...calor detineat. *Idem.*

108. *Nil, &c.*] Si prior versus juveni petulantia attribuatur, Medici verba hæc essent: Sin monitori attribuatur, verba juvenis sunt. *Summosque.*] Extremas partes manuum & pedum, quos omnium primo frigus invadit.

109. *Non, &c.*] Verba vel juvenis vel medici. *Visa est.*] Respondet jam monitor; forte corpore non ægrotas, nec nimius tibi calor vel frigus ex febri adest. At nunquid etiam animo bene & recte vales: Nulli animi morbo detineris, avaritia, libidine, ira, &c. Id est, si forte ingens pecunia, aut maxima auri & argenti copia à te conspicitur; ecquid tunc etiam cor tibi rite & recte salit? *Idem.*

110. *Sive, &c.*] Secundus morbus libido voluptatis. Id est, si vicini tui virgo, candida, formosa & amabilis, te præsente mollius & blandius tibi adriserit; ecquid tunc etiam cor, & venæ tuæ recte micant? Docet ergo Poëta non sanum esse eum, qui animi perturbationibus sit obnoxius. *Lubin.*

111. *Rite, &c.*] Composite. Per interrogationem legendum [illegible] Turneb. libro 23. capite 23. *Positum.*] Tertius morbus mollities, id est, si tibi in catino vel patina algenti, vili, & sordida, durum & tenue olus, & vilis brassica apposita est in cibum, & ..., plebeius, & secundarius panis, ex farina populi, & paupertina cribro decussa, multo adhuc furfure immixto: [illegible] tuas fauces tentemus an sane adhuc sint, & recte se habeant. *Algente.*] Olus ipsum in catina algenti, id est, frigidum. Vel: Vili, sordido, & egeno. Sic catina frigida, in qua nihil coquitur. Et hic *Algente* pro mundo (?) est. *Catino.*] *Catinus* vas immensum escarium, in quo pultem, aut juru lenti quid ponebant. *Idem.*

112. Durum

Dartmolus, & populi cribro decussa farina.
Tentemus fauces: tenero latet ulcus in ore
Putre, quod haud deceat plebeia radere beta.
Alges, cum excussit membris timor albus aristas:
Nunc face supposita fervescit sanguis, & ira
Scintillant oculi: dicisque, facisque, quod ipse
Non sani esse hominis, non sanus juret Orestes.

VET. SCHOLIAST.

112. *Populi, &c.*] Farinam, panem non delitiosum cribro decussum, sed plebeium, de populi annona, id est, sordidum dicit.

VARIORUM.

112. *Dartmolus.*] Tenues herbæ, aut viles brassicæ, urtica, & alia id genus olera. *Populi, &c.*] Significat panem cibarium & pene furfureum. Nam cribrum populare transmittit multos furfures. Est materia pro materiato. *Lubin.*

113. *Tentemus, &c.*] Id est, age videamus quomodo placeant tibi hæc victus. Sumit per Allegoriam *victus* pro animi vitio & morbo luxuriæ, quod accurate notandum, eo enim hæc omnia spectant, ut demonstret, ipsum animo ægrotare. *Tentemus.*] Id est, videamus an sanæ sint. *Tenero*] Ibi in gula, & faucibus tuis adeo tenellis & delicatis, putre aliquod, & insanabile delitiarum & mollitiei hulcus. *Lubin.*

114. *Putre.*] Non unquam sanabile, quod te totum corrupit & infecit, & quod populari cibo, radere & exasperare minime decet. *Radere*] Offendere, fatigare vili cibo. *Beta.*] Synecdoche speciei pro genere, pro vilissimo cibo: Est enim *beta* herba nullius saporis & precii: unde beta, pro vilissimis, & nauci hominibus sumitur. *Idem.*

115. *Alges.*] Quartus juvenilis animi morbus. Timiditas, id est, ob levissimum quodque & nullum periculum frigore concuteris, trepidas, inhorrescis & alges. *Alges.*] Hoc dicit, quia superius se ægrotum negarat, & de membris suis dixerat: *Non frigent. Excussit.*] Concussit, commovit, erexit. Timor enim pilos erigit & stantes inhorrescere facit. Virg.

Obstupui, steteruntque comæ.

Timor albus.] Timor enim homines albos & pallidos facit, ob sanguinis abscessum. *Aristas*] Meta h. à spicis: quod capilli aristarum more inhorrescant, quod appellant horripilationem. *Lubin.*

116. *Nunc, &c.*] Quintus animi morbus, iracondia, quæ ex adjunctis describitur: quo & ipso juvenem non recte valere convincit. Quia autem, *Nil calet hic & non frigent*, dixit hic eum falsi coarguit. *Face.*] Tanquam igni subjecto. *Fervescit*] Iræ nulla alia causa est, quam ebullitio sanguinis circa cor. *Et ira.*] Id est, præ furore, & rabie ex universo corpore crudelitas emicat. *Lubinus.*

117. *Dicisque, &c.*] Concludit Monitor jam adolescentem insanum & ægrum esse & sapientiæ medicina opus habere. Demonstrat illud ex factis: Quia ea dicat, & faciat, quæ insani hominis sint. Quod testimonio Orestis insani confirmat. Id est, ea dicis & facis quæ ipsis etiam furiosis furiosa videantur. *Idem.*

118. *Non, &c.*] Animi ægroti, nec rationis compotis. *Juret.*] Maximum enim insaniæ argumentum, quod Orestes etiam & insani juramento adfirmant. *Orestes.*] Hic Agamemnonis & Clytemnestræ filius, matrem cum Ægystho adultero occidit, patrem suum ultus, qui dolo à matre, & Ægystho occisus erat. De hoc vide Eurip. in Oreste. *Idem.*

SATYRA IV.

GUM. Sub persona Socratis, Alcibiadem objurgantis, invehitur in Nero-m, qui nobilitatis suæ ostentatione & populi assentatione inflatus, rempubl. aggressus: ad cujus administrationem (bene licet ad tempus dissimules) nul-prudentiæ civilis, ne scientiæ quidem moralis sit remis instructus.

Em populi tractas. barbatum hæc crede magistrum
Dicere, sorbitio tollit quem dira cicutæ.
o fretus? dic hoc, magni pupille Pericli.
licet ingenium, & rerum prudentia velox

Ante

VARIORUM.

Em populi, &c.] Principium abruptum, per Apostrophen ad biadem, cum interrogatione & in-itione, per admirationem legendum. so ô magni illius Pericli Pupille Al-ades, dic mihi hoc: Tune Rem-administras? Tune imperium A-iensium regendum capescis? Quæso, nam fretus, qua fronte, talem & am rem in te suscipis? *Barbatum.*] us est: O Alcibiades, quæ hoc loco ntur tibi, Socratem tuum magistrum te existima, quem dirus cicutæ hau-e medio sustulit & peremit. *Barba-*] Primum Socratis adjunctum. Di-utem barbatum: vel quod vere bar-ut reliqui Philosophi aluerit. *Lubin.* quod Romani cum majores lauda-, soliti dicere, *cascis barbatis* Casaub. *gistrum.*] Secundum adjunctum. enim Alcibiadis pædagogus. *Lubin.*

. *Sorbitio.*] Tertium adjunctum mor-entis efficiente causa declaratum. autem *Socrates* Sophronici & Pha-tæ obstetricis filius, Philosophorum, Apollinis oraculo, sapientissimus. a.] Deorum ira immissa, illos enim temserat. *Cicuta.*] Quæ herba noxio ine, & frigore extinguit. *Lubinus.* tam enim probe tusam ac dilutam pinabant in calice, more medicamen-um: idque τὸ φάρμακον diceba-*Casaub.* Cicuta enim publice serva-r Athenis ad puniendos sontes. *Lub.*

3. *Quo, &c.*] Prosopopœia Socratis mortui. Id est, qua virtute, prudentia, & auctoritate, tantam imperii molem in te suscipis. *Dic hoc.*] Διηγηματικῶς describit hic Alcibiadem, qui Atheniensium imperator summus, forma corporis incomparabilis, summis ingenii dotibus egregie ornatus, insuper adeo disertus, ut nemo ei dicendo resistere posset. Rursus tanto vitiorum agmine deformatus, ut si vitia virtutibus penses, merito addubites, laudene an vituperio dignior fuerit. *Magni, &c.*] Fuit Pericles, patruus, vel avunculus Alcibiadis. *Magni* dicit. Novies enim hostes superavit, & inter alia Samios Ionum potentissimos devicit, illorumque urbem dejecit. De quo vide Justinum. Potest autem legi *Periclis* & *Periclis.* *Pupille.*] Emphatice. Quia enim pupillus adhuc, administrandæ Reipub. inhabilem notat. *Idem.*

4. *Scilicet.*] Sequentes decem versus Ironice legendi. Aggreditur autem disputationem, demonstraturus, Alcibiadem (per quem Neronem intelligit) nulla sapientia præditum, & Reip. administrandæ inutilem esse. *Lubinus.* *Ingenium.*] Hoc loco liberalium artium notitiam interpretor. *Casaubonus.* *Rerum, &c.*] Multarum rerum usus & experientia. *Velox.*] Quasi solito citius, & celerius, quam aliis, illi contigerit, quia ante legitimum tempus imperium occuparit. *Velox.*] Præcox, ante ætatem, præmatura. *Lubin.*

e magno auctore numereris, & ramum aliquem ac lineam successionis a genealogo in stemmate numeratus obtineas? vel in equitum Romanorum recognitione trabeatum censorem donis militaribusq; insignis salutas? Cognitio enim equitum Romanorum Censoribus erat ... , quæ nunc Consulum est offic...

VARIORUM.

28. *Stemmate.*] Hoc loco pro genealogia, vel consanguinitate, unde Germanicum *Stam*. *Tusco.*] *Tusco* dicit, quia nobilissimi Romanorum ferme ab Hetruscis orti. *Ramum.*] Respexit ad affinitatis arborem, & *ramum* pro successionis linea ponit. *Millesime.*] Vocandi casu. Notat antiquissimam genealogiam, in qua à principe generis millesimus sis. *Ducas.*] Obtineas millesimum gradum, ab origine stirpis. vide Sat. 8. Juvenal. vers. 1. *Lubin.*

29. *Censoremve.*] Scribendum, *Censoremque tuum.* Quo enim duplex disjunctiva? Eo ne tibi places, quod ortus es genere equestri? equites in transvectione trabeati, censorem præteribant ac salutabant. *Casaub.* *Censorem tuum.*] Ex tua familia & origine exortum. Quasi dicat: Non ob id superbire, & honestas litteras debes contemnere, quod in familia tua nobiles habeas, ipse tu nobilis. *Trabeate.*] In atrio inter imagines majorum. Vel, in recognitione equitum, tu eques trabeatus. vide Juvenal. Satyr. 8.

...
quæ in te non dep...
Vadera equorum ...
Fuere & inter orn...
tium, hæc qui er...
solenntus se jactare...
tioni locum fecer...
calluosæ appellant...
Intro, &c.] Anim...
& scelere inquinat...
Vide proverb. apu...

31. *Non*, &c.] ...
lissimus videri via...
mores ignobilissim...
ldos sive intemp...
Metaph. à veste di...
discinctus, ...
Alii *Nata*, alii *Na*...
quidam Romæ ...
proprie sic vocab...
exercebant, ut ...
lib. 33. cap. 33.

32. *Sed*, &c.] ...
nequam ... Natu...
ignorantia & ...
sciensque vitup...
A *vox Suleh* signific...
bere. Sentom ...
ignorans peccat. ...
fidetur, ut de vitu...
Et, &c.] Id est, ...
rum pingue, alti...
radices, & intim...
vit, seque inseruit.
[illegible]
dices egit, callun...
&c.] Ex naturali ...

Curva subit, vel cum fallit pede regula varo:
Et potis es nigrum vitio præfigere theta.
Quin tu igitur summa nec quicquam decorus
Ante diem blando caudam jactare popello
Desinis, Anticyras melior sorbere meracas?

Quæ

VET. SCHOLIAST.

13. *Nigrum, &c.*] Judices literam Thetam apponunt ad eorum nomina, quos supplicio afficiunt. Merito Θῆτα λέγεται τοῦ θανάτου, eo quod quasi habeat telum suum, ideoque triste intelligitur, vel mortis signum: unde quidam ait:

O multum ante alias infelix littera Theta.

VARIORUM.

curvis se inserit, & abscondit, quæ speciem ejus obscurent, & pari vitio pravitateque deforment. *Lubin.*

12 *Subit, &c.* Latet, & se abscondit. *Nec, &c.*] Ironia amara. Id est, si regula curva tibi in manum detur, quæ aliorum judicia fallit, & quod rectum est, curvum mentitur, tu solus illam coarguere potes: ostendit magni cum ingenii & prudentiæ esse, qui vera & recta falsis & curvis admixta, possit discernere. *Pede varo.*] Intorto, curvo, pravo. *Vari* dicuntur, quorum pedes introrsum, vel crura obtorta sunt. *Fallit, &c.*] Cum regula ob necessarias exceptiones sit vara. Exempli gratia. Depositum redde, juris regula est, sanus apud me ensem deposuit: insanus repetit hic fallit regula. *Regula pede varo*, est regula quæ obliquatur, flectitur & incurvatur. *Regula* hic est norma seu γνώμων. *Casaub.* Turneb. lib. 30 cap. 8.

13 *Et, &c.*] Sextum argumentum. Quod nesciat vere noxios condemnare, innocentes defendere. *Vitio.*] Id est, Vitiosis hominibus. Adjunctum pro subjecto. *Nigrum, &c.*] Id est, damnationis literam, mortiferum illud & infelix signum θ præponere. Quo θανάτου, id est, mors præcipiebatur. & etiam infausta nota erat, & alicui præfixa laqueum mandabat; quia laqueum refert.

Nigrum.] Ut alba & candida fausta, ita nigra infelicia & infortunata credebantur. *Præfigere.*] Apponere in tabulas suis suffragatoriis, vel notam damnatoriam annotare. *Lubinus.*

14. *Quin, &c.*] Hic Ironiæ finis, qua sex argumentis Socrates Alcibiadem, vel potius Persius Neronem imperio Romano administrando ineptum demonstrat. Sensus est: Quin tu igitur juvenum stolidissime, qui per ætatem nulla adhuc prudentia, auctoritate, eloquentia præditus es, nec quid dicendum, quid tacendum, nec quæ pœnæ, quæ præmia bonis vel malis debeantur, scis, adeoque extrinsecus tantum comtus & decorus, cur Imperium Romanum affectare non desistis? *Summa, &c.*] Hæc de forma corporis, & superficie corporis externa intelligenda sunt. Frustra autem imperator pulcher & formosus, nisi animo virtus adsit. *Lubin.*

15. *Ante diem.*] Ante tempus & ætatem maturam. *Blando, &c.*] Desine populi favorem captare, & Elleborum potius bibe, ut insanus, ad sanitatem redeas. Insanus enim es, dum cupis, quæ non capis. *Blando.*] Qui tibi nunc blanditur. *Caudam, &c.*] Metaph. à canibus, qui adblandientes dominis, caudam movent & agitant. *Jactare, &c.*] Quod Græci dicunt ἀγλαΐζεσθαι, & καλλωπίζεσθαι: cum si quid laude dignum facimus in oculis hominum, id facimus gloriæ avidi, qua etiam cupide nimis fruimur. *Casaub.* Turneb. lib. 9. cap. 6.

16 *Anticyras, &c.*] Qui longe digniores, ut mentis insaniam Elleboro purges, & insaniam illam regnandi libidinem ejicias. *Anticyras.* Metonymia subj. pro adj. Insulam enim Anticyram pro Elleboro ponit. *Meracas.*] Id est, meras, puras, non aliis mixtas. *Meracas* dicit, ut insaniæ vehementiam notet. *Lubin.*

 17 Quæ

45. *Moriture*, *&c.*] Mento, inquit, mihi lippitudinem arcessebam, ne Catonis deliberativam orationem recitarem, utrum moriatur an non: aut quibus verbis uti potuit, cum se destinaret interficere.

VARIORUM.

40. *Et*, *&c.*] De auratis laquearibus. Est autem *laquear* superius cubiculi vel cor[illegible] conventum. Quod variis picturis, & sculpturis ornari consuevit, & à quibus lychni dependi solent. *Pendens.*] De seta equina dependens, singulis momentis periculum fovet, ne seta illa rupta, ensis ille fulgens in caput subjecti Damoclis decideret. *Lubin.*

41. *Purpureas*, *&c.*] Damoclis, scilicet [illegible] vestimentis induti, *Subter.*] E[illegible] fulgenti gladio suppositus & sub[illegible] *terruit.*] Exanimaverit, & confecerit. *Imus*, *&c.*] Ordo est: *quam si sibi dicat. Imus, imus praecipites* in vitia & exitium, nullâ virtute sustentandi, omni salutis spe destituti. *Farnab.*

42. *Imus*, *&c.*] Id est, nunc ullum Phalaridis, vel Dionysii supplicium gravius unquam fuit, quam si quis invidiæ & conscientiæ stimulis de mente deturbatus dicat: Perimus, urimur, absumimur. *Imus*, *imus*, inquam, in exitium, & perniciem praecipites, & omni salutis spe miserrime destituimur. *Quam si*, *&c.*] *Sibi*. Emphatice. Intra se, in ani-

interna, ob vitiorum
pavore extimescat,

43. *Quod*, *&c.*]
scelerum pœnam
conjunctissimis, &
re, & aperire eru
quod proxima, & [illegible]
Lubin.

44. *Saepe*, *&c.*]
adhuc, quod puer
oculos oleo intinge
ita fluentes oculos,
alios morbos simu
sum discendi labo
Est enim lippitud
tium, vel lacuma,
ille oleo imitatus e
taph. ab infectorib
tendit legendam e
interioris oculi tu[illegible]
ver.] Emphatice. P
alienior à studiis a
aetatem puerilem, q
ficorum impatientia

45. *Grandia*, *&c.*
grandia illa, sublimi
tonis Uticensis de m
scholis loco exercitii
dire, & ediscere ac
verba.] Est Chriam
tulo. *Casaub.* *Mori*
Catonis Discere. Del
faciunt tunc sibi mo
inferre, quam se fi
conservare. *Lubin.*

46. *Dicere.*] Alii
Insane.] Id est, pie

mo in sese tentat descendere, nemo!
ecedenti spectatur mantica tergo.
ris, Nostin' Vectidî prædia? cujus?
arat Curibus quantum non milvus oberret,
is? hunc, Dis iratis, genioque sinistro,
andoque jugum pertusa ad compita figit,
Seriolæ

T. SCHOLIAST.

..., &c.] Secundum pro-
... milvi volant.
...sa, &c.]. Compita sunt lo-
...triviis, quasi turres, ubi fa-
...nita agricultura, rustici cele-
. Merito, pertusa, quia per o-
...uor partes pateant, vel vetu-
...ompita non solum sunt in urbe
...etiam viæ publicæ ac diverti-
...orum confinium, ubi ædicu-
...rantur patentes. In his juga fra-
...ricolis ponuntur, emeriti &
...i operis indicium.

VARIORUM.

& vendiderit. Ocyma.] Herbam
s intelligit, quod recentioribus
βασιλικὸν dicitur, quæ ita à ce-
: nascendi dicta. Discincto.] In-
ranti, dissoluto, libidinoso ne-
Verna.] Servo; per Synecdochen
pro genere. Lubin.
Ut nemo.] Est hoc loco digressio
n ab instituta insolentis juvenis
tione; cujus digressionis scopus
bet ab ultimis verbis illis, sic ne-
Casaubon. Ut, &c.] Est autem
la ut, hoc loco admirantis, idem
, quod quomodo, vel quantopere.
licat: Quonam hujus seculi fato
tam, quod nemo seipsum potius,
lium nosse desideret? Tentat.]
vult, studet, desiderat. In se, &c.]
n cognoscere, se & suam vitam
, & introspicere. γνῶθι σεαυτόν.
In pectus, & cordis intima. Lu-

Sed, &c.] Alludit autem Socra-
Æsopi fabulam, qui unumquem-
os sacculos vitiis plenos secum
in anteriori aliena, in posteriore
itia reponi. Unde fit ut nostra
ipsi non videamus, aliena vero semper
ob oculos habeamus. Præcedenti.] Præ-
cedentium, quia vitia cernuntur à se-
quentibus. Lubin.

25. Quæsieris.] Instituitur Dialogi-
smus, id est, si tu aliquem Romanum
verbis compelles, & ex ipso quæras:
Heus tu: nostine prædia Vectidii? Ve-
ctidi.] Sic enim legendum, non Venti-
dii. Fuit autem Vectidius Sabinus agro-
rum ditissimus, sed extremè avarus.
Idem.

26. Dives.] Id est, qui dives & lo-
cuples, & tantum agri possidet, quan-
tum milvus non circumvolare possit.
Arat.] Tantum agrorum scilicet possi-
det. Curibus.] In, vel circa Sabinorum
oppidum, Cures dictum, non procul à
Roma. Quantum, &c.] Proverbialis
hyperbole, de homine supra modum
locuplete. Oberret.] Volando circumeat.
Turneb. lib. xv. cap. 3.

27. Hunc, &c.] Id est, de hoccine
Vectidio quæris? qui natus est Diis ad-
versis, vel vivit infeliciissime, quamvis
ditissimus. Avari enim homines sunt o-
mnibus exosi. Hunc.] Hunc dico scili-
cet, & de hujus prædiis quæro. Genio-
que, &c.] Adverso & infelici. Quia
avarus ne sibi quidem est amicus: sed
genium suum misere defraudans, vitam
pro pœna habet. Casaub.

28. Quandoque.] Quandocunque vel
quotiescunque. Ad compitalia referen-
dum, ut compitaliorum periphrasis sit:
ubi rustici finita agricultura ad compita
aratris suspensis, magna animi relaxatio-
ne, laribus, quæ in compitis celebraban-
tur, sacrificabant, & genialiter vivebant.
Casaub. censet, Persium hic tangere
ritum aliquem compitaliorum, cujus
ignoratione, obscura nobis esse ipsius
verba. Jugum.] Ligneum instrumen-
tum

Porticus, insomnis quibus & detonsa juventus
Invigilat siliquis, & grandi pasta polenta.
Et tibi quæ Samios deduxit litera ramos,
Surgentem dextro monstravit limite callem.
Stertis adhuc? laxumque caput compage soluta
Oscitat hesternum, dissutis undique malis?
Est aliquid quo tendis, & in quod dirigis arcum?

VARIORUM.

subjecto adjunctum notatur. Eo quod sapientes Stoici in illa disputarint. *Braccatis, &c.*] In qua depicta est à Polygnoto & Mycone pugna Xerxis, & Darii regum Persarum. Hæc porticus, ποικίλη, ob picturæ varietatem dicebatur. *Braccatis Medis.*] *Bracca*, vel *bracha* peculiaris Medorum vestis à lumbis usque ad talos protensa. *Lubin.*

54. *Insomnis.*] Quibus juvenes vel discipuli Stoicorum, somni expertes omni studio & cura, die ac nocte invigilant. *Insomnis.*] Emphatice. Nimirum qui ita somno non indulgent, ut vos ignavi, & somnolenti. *Et, &c.*] Sic enim legendum, non *in leton ac [illegible]* Turnebo lib. 25. cap. 13. Erant enim Stoici ad cutem usque tonsi. Porro de [illegible] comam alebant, & calamistrati incedebant. *Lucus.*

55. *Invigilat.*] Emphatice. Tu contra dormis, & quidem ad mediam lucem. *Siliquis.*] Commendat victum facilem, & frugalitatem Stoicorum. Porro illi cibis naturalibus, leguminibus & farre utebantur, ut Pythagorici, non vero carne, quod nefas putabant. Est autem synecdoche speciei pro genere. *Siliqua* enim folliculus leguminis. *Grandi.*] Quæ crassa polenta, tenui, facili cibo, victu parco utitur, & alitur. *Lubin.* Vel *grandi*, quia multo pane vescuntur, quibus solus panis cibus est. Signum etiam valetudinis bonæ, grandem panis quadram posse comedere. *Casaubon.*

56. *Et, &c.*] Alia causa efficiens cognitionis honesti, & turpis, Pythagorica nimirum disciplina. Id est, nec via virtutis, modo eam velis insistere, tibi ignota. Nam littera illa Y Pythagoræ Samii, quæ duos ramos in utrumque latus diduxit, virtutis viam dextro limite surgentem tibi monstravit: vitiorum viam, sinistro. *Samios.*] Ob Pythagoram ejus literæ inventorem, qui Samius fuit, dixit. *Deduxit, &c.*] Metaph. ab arboribus, id est, ab utraque parte expandit.

57. *Surgentem.*] Dixit, quia dexter ramus qui virtutis viam vel tramitem denotat, arduus, sublimis, & difficile adsurgit, & se attollit. *Idem.*

58. *Stertis adhuc?*] Interrogat. Quem æquum erat vigilare, & insomnem esse Stoicorum exemplo. *Lubin.* Vel tu qui Philosophiæ pridem operam das, cur Philosophice non vivis. *Casaub.* *Laxumque caput.*] Id est, tu tamen adhuc somnitas, & laxum tuum caput in utramque latus somnolentorum more dependens, & dissolutum se non sustinens, quasi compagibus ejus, & juncturis fractis & solutis. *Compage.*] Commissura, junctura labiorum & maxillarum soluta, & diducta, id est os in rictum extensum, & diductum. Describit autem oscitationem. *Lubin.*

59. *Oscitat, &c.*] Id est, ob hesternam crapulam, ignavus, torpidus, & marcidus adhuc more somnolentorum oscitat, id est, hesternam crapulam oscitando exhalat, edormit, evaporat, oscitando concoquit. *Dissutis, &c.*] Id est, maxillis vel genis ab utraque parte male consutis, vel quod oscitantes faciunt, fœde labris distortis, & in rictum diductis, & distractis.

60. *Est aliquid.*] Ita accipienda ejus interrogatio. quid mirum si dissolute vivis? quod ante omnia faciendum tibi fuerat, ut de summo bono decerneres & finem certum tibi proponeres, ad eum needum

An passim sequeris corvos, testaque, lutoque,
Securus quo pes ferat, atque ex tempore vivis?
Helleborum frustra, cum jam cutis ægra tumebit,
Poscentes videas: venienti occurrite morbo.
Et quid opus Cratero magnos promittere montes?
Discite ô miseri, & caussas cognoscite rerum,

Quid

VARIORUM.

necdum cogitasti. *Casaubon.* *Est aliquid, &c.*] Quasi dicat: Non tu, ut sagittarii certum scopum sibi præstituunt, certum vitæ genus tibi deligis, sed corvos, rem vagam, & incertam sequeris. *Et in quod, &c.*] Allegoria à sagittariis. Proposuistine tibi aliquam metam, vel scopum, ad quem collimes, vel in quem arcum dirigas. *Lubin.*

61. *An, &c.*] Eum ergo, qui ita vivit similem illi esse dicit, qui corvos & id genus aves sectetur, capereque intendat, non arcus, sed testæ lutive jaculatione: quod quia per rerum naturam, nec solet, nec potest fieri, qui id tentant Græco proverbio notati sunt τὰ πετόμενα διώκειν; quod in stultos & frustra laborantes dictitabant. *Casaub.* *Testave lutove.*] His utimur quoties non certo consilio ad capiendas aves prodiimus, sed temere ac per lasciviam aves obvias, eo arrepto quod primum in manus venerit, petimus. *Casaub.* Vide proverb. *Nullo scopo jaculari.* Lubin.

62. *Securus, &c.*] Parum sollicitus quo te pedes ducant: cum corvum in aëre volantem secteris. More eorum qui sine proposito vagantur. *Atque, &c.*] Id est, in diem, sine omni futurorum sollicitudine vivis. Sine omni cura. Hujusmodi vitam Græci χαθημέριον βίον vocant. *Lubin.* Vel, αὐτοσχεδιάζειν τὸν βίον, id est vivere sine proposito & ultimo fine, & ut loquitur Seneca, *aliud agendo vivere.* Casaubon. Vide proverb. *In diem vivere.* Quod dicitur de illis, qui ne de crastino quidem cogitant. *Lubinus.*

63. *Helleborum, &c.*] Quemadmodum morbis corporis in tempore remedio subveniendum est, sic animi morbis & vitiis, in tempore præceptis sapientiæ occurrendum. Quasi dicat: Ut cum quis hydropis habitum sibi contraxit, jamque cutis ægra & languida, aqua inflatur, & intumescit, & jam incurabilis reddita est; frustra postmodum Medici opem, & remedia Ellebori implorat: sic qui vitiorum habitum contraxit, frustra postea per sapientiam ad virtutem reverti nititur. *Elleborus* pro omni remedio; & *hydrops* hoc loco pro omni morbo ponitur. *Cum jam, &c.*] Ubi jam ad ἀκμὴν pervenit, id est, ubi invaluit, & incurabilis redditus est. *Idem.*

64. *Poscentes.*] Cum amplius remedio locus non est. *Venienti, &c.*] Egregium Epiphonema, id est, incipienti animi vel corporis morbo, in tempore remediis occurrite.

65. *Et, &c.*] Quid prodest te Medicis quantumvis præstantissimis, ut sanitatem restituant, multa magnifica & auri montes polliceri, ubi jam sis deploratæ sanitatis & desperatæ valetudinis. Quod autem de corpore dixit, de animo accipe. *Cratero.*] Synecdoche speciei pro genere. *Montes.*] Metaph. Id est, ingentia præmia: ut sanitatem deploratam restituat. *Idem.*

66. *Discite, &c.*] Quare ô miseri, somnolenti, & vagi juvenes, discite aliquid, & animum honestis studiis, contra tot ingruentia vitia & mala confirmate. *Miseri.*] Quia sine virtutis & sapientiæ studio vita hominum miserrima. *Et, &c.*] Quæ à Physicis explicantur. Sic Virgil.

Felix qui potuit rerum cognoscere caussas.

Vel discite omnium rerum causas finales, ob quam rem unaquæque res condita: atque ideo quare vos ipsi conditi sitis. *Idem.*

67. Quid

67. *Quid*, *&c.*] Commendatur sui cognitio, & illud γνῶθι σεαυτόν. *Quidnam.*] Id est, ad quem usum. *Ordo*, *&c.*] Quo ordine, ratione, modo, vita cujusque instituenda. *Casaubonus* de fato hoc accipit. nam ita passim *ordo*, aut rerum ordo est *fatum*.

68. *Qua*, *&c.*] Quæ sit optima, & expeditissima ratio cursum vitæ humanæ flectendi & dirigendi, ut commodissime ad metam vel finem vitæ humanæ perveniamus. *Lubin.* Per *flexum metæ* intelligit autem moderandæ vitæ humanæ. *Mollis* hic *flexus* dicitur, qui cito & rapide peragitur. *Casaub.* Turneb. lib. 23. cap. 23. *Et unde.*] Ex quo loco & tempore flexus ille co[illegible]dissime instituendus sit. Vel und[illegible] nempe à natura. *Casaub.* *L*[illegible] *unde*, quidam *unde*. ut sit quasi meta ad quam circumflectenda est rendigatio in navali certamine. *Farnab.*

69. *Quis*, *&c.*] Ne more avarorum illis adcumulandis insomnes incumbamus: nec prodigorum more inutiliter consumamus. *Argento.*] Inquirendo. Modus autem ex Stoicorum doctrina is est optimus ac legitimus, qui naturæ conveniat. *Quid*, *&c.*] Quid [illegible] optandum sit. [illegible] est, quænam vere bona sint. *Quid*, *&c.*] Quid divitiæ [illegible] opes hominibus recte utentibus, [illegible] honeste dispensantibus, commo[illegible] afferant

tentibus, cognati[illegible]
vel divitiis compar[illegible]

71. *Quem*, *&c.* [illegible]
tione, vel officio [illegible]
catus sit, discat, [illegible]
dulo ornare, & [illegible]
diligenter obire stu[illegible]

72. *Qua*, *&c.*] [illegible]
plus minusve facia[illegible]
ferat. *Lubin.* *Loca*[illegible]
ne positus, quam c[illegible]
deserere, nisi ju[illegible]
Casaub.

73. *Disce.*] [illegible]
quis sua sorte cont[illegible]
contrarium explic[illegible]
tionibus invideat. [illegible]
Id est, noli putare [illegible]
tanta contentione [illegible]
bona. Illa igitur nu[illegible]
si uberior copia [illegible]
sit potius, quam tibi[illegible]
Omnis generis vasa [illegible]
copiam nimiam, e[illegible]
raro exhauriuntur, [illegible]
rumpatur, & puten[illegible]

74. *In*, *&c.*] Di[illegible]
tonym. adjuncti p[illegible]
penuaria, in qua co[illegible]
penus. *Defensis*, *&c.* [illegible]
divites illos Umbro[illegible]
derit, attonitis, vel [illegible]
[illegible]tem *Umbris* antiqu[illegible]
[illegible] lib. 14. cap. [illegible]

75. [illegible]

Mænaque quod prima nondum defecerit orca.
Hic aliquis de gente hirtoſa Centurionum
Dicat, Quod ſapio ſatis eſt mihi: non ego curo
Eſſe quod Arceſilas, ærumnoſique Solones,
Obſtipo capite, & figentes lumine terram,
Murmura cum ſecum, & rabioſa ſilentia rodunt,
Atque exporrecto trutinantur verba labello,
Ægroti veteris meditantes ſomnia, gigni
De nihilo nihilum, in nihilum nil poſſe reverti.

Hoc

VARIORUM.

na vilis marinus piſcis. *Lub.* Plin. lib. 9. cap. 26. Cauſſidicis enim ſolitæ donari lagenæ vini & ſalſamenta, atque ejusmodi tenuia munuſcula, quorum hic meminit Perſius. *Caſaub.*

76. *Quod*, &c.] Orca bellua marina appellatur, balænis infeſta, quam in fruſta diſſectam ſalſamentarii in vaſis aſſervabant. *Prima Orca* pro priori vaſe ponitur, quod in illo piſces illi nondum defecerint, nec illud exhauſtum ſit: cum inſuper adhuc alia offerantur, & jam alia donarentur. Vel pro parte prima ac ſuperiore Orcæ. *Lubin.*

77. *Hic aliquis.*] Impatiens meæ ſeriæ admonitionis, & libertatis, vel Philoſophiæ ſtudium irridens. *Hirtoſa.*] Hiſpida, hirſuta, inculta, illuviem illorum & δυσοδμίαν notans. Vel *hirtoſa*, turpia & fœda, quod fœdum odorem ſpirarent. Turneb. lib. 23. cap. 23. *Centurionum.*] Et recte militum heic meminit, propter contrarium ſtudium. Nihil enim refragatur Philoſophiæ magis, quam vita militaris; ubi & ipſa virtus exulat. *Idem.*

78. *Quod*, &c.] Proſopopœia militis vecordiam ſuam & mentem à Philoſophia alienam excuſantis: primo quidem ex adjunctis, quod ſatis ſibi ſapiat. *Idem.*

79. *Eſſe*, &c.] Id eſt, nunquam Arceſilao, Soloni, & reliquis miſeris & ærumnoſis Philoſophis ſimilis eſſe volui. fuit autem Arceſilas, vel Arceſilaus Scythi filius ex Pitane civitate Æolica, Crantoris diſcipulus. *Ærumnoſique*, &c.] Eo quod [illegible] &

laboribus ad ſapientiam perveniant. *Solones.*] Solon Athenienſis unus è ſeptem ſapientibus, & legiſlator; & *Solones* pro Philoſophis dixit. *Idem.*

80. *Obſtipo*, &c.] Deſcriptio Philoſophorum, quos vanus & rudis Centurio ridet. *Obſtipo.*] Id eſt, rigido collo & cervice, & in humerum capite inclinato; quod attenti & cogitabundi ſignum eſt. *Obſtipare.*] Contorquere, incurvare. *Et*, &c.] Oculorum lumine intentè terram intuentes: Quod illi faciunt, qui attentius quid apud ſe meditantur. *Idem.*

81. *Murmura.*] Tacitas meditationes, quas verbis ſubmiſſis apud ſe murmurando exprimunt. *Secum.*] Soli. Qui tanquam inſani ſoli ſecum diſputant. Vel quod fere in rabiem agantur, cum non inveniunt quod quæſierunt. *Rodunt.*] Quod murmura & meditationes, & inventiones cum ſilentio ſecum rodant, attenuent, expendant atque expoliant. *Idem.*

82. *Exporrecto.*] Per Metaph. Exprimens Philoſophorum geſtum, qui dum ſecum meditantur, ita labia extendunt, ut illis verba adpendere videantur. *Trutinantur.*] Tanquam in libræ lance penſitant. Metaph. à trutina vel libra. *Idem.*

83. *Ægroti*, &c.] Quod Philoſophi talia animo agitent, & rimentur, qualia ægroti ſomniant, id eſt, ridicula & nugacia. *Veteris.*] Ad ſenum & ægrotorum inſomnia reſpicit, quæ ab Horatio pro delitiis ponuntur. *Idem.*

84. *Gigni de nihilo*, &c.] [illegible] Phyſicum vulgatiſſimum. *Lubin.*

85. *Hoc*,

Cæcum vulnus habes: sed lato balteus auro
Prætegit: ut mavis, da verba, & decipe nervos,
Si potes. Egregium cum me vicinia dicat,
Non credam? Viso si palles improbe nummo,
Si facis, in penem quicquid tibi venit amarum,
Si puteal multa cautus vibice flagellas.

Nequic-

VET. SCHOLIAST.

44. *Cæcum, &c.*] De gladiatoribus tractum, qui accepto vulnere, inaurato balteo tegunt.

49. *Puteal.*] Fœneratores ad puteal Scribonis Libonis, quod est in porticu Julia ad Fabianum arcum, consistere solebant.

VARIORUM.

Ilia.] Partes sunt imi ventris inter coxam & pubem positæ. Hoc loco intimos illos & abditos cordis & animi recessus & penetralia intelliguntur. *Lubin.*

44. *Cæcum, &c.*] Hac igitur ratione interiorem tuam vitam cognovimus, & flagitia tua, quæ jam in publicum erumpere incipiunt, quamvis diu à te dissimulata, habemus nota. *Vulnus cæcum sub veste* [?], appellat libidinem & flagitia clam solita à Nerone committi. *Casaub.* *Sed lato, &c.*] Id est, militare cingulum ex corio bubulo, bullis aureis late inductum, & exornatum. Diversorum rerum hic symbolum est, potentiæ & divitiarum, quæ duo sunt vitiorum magna tegumenta. *Casauben.*

45. *Prætegit.*] Tegit, abscondit, celat. *Ut, &c.*] Concessio. Ut tibi libitum & complacitum est. *Da, &c.*] Non aliis solum, quod facillimum, cum te non norint, sed tibi ipsi etiam. *Decipe, &c.*] Esto, si ita vis tu qui animo periculosissime ægrotas, pro sano te jacta & vendita. Id est, nunc & temperantiæ & modestiæ laudem affecta. *Decipe, &c.*] Translatum ab iis qui nervorum infirmitate laborantes & morbis articularibus, &c. sanos tamen se fingunt, quo liberius & Baccho & Veneri serviant. *Casaub.*

46. *Si potes.*] Quasi diceret, atqui non poteris; & dum aliis te verba dare putabis, dabis tibi: tandemque hujus stultitiæ tuæ pœnas meritas dignas lues: quod etiam evenit. *Casaub.* *Vicinia.*] Pro omnibus vicinis, id est, universus populus & cives. Dum adhuc latebant flagitia Neronis, omnes illum laudabant. *Lubin.*

47. *Non, &c.*] Famæ scilicet hominum de me. Omnes enim famam, pauci conscientiam curant. *Viso, &c.*] Respondet jam Persius, & refutat hanc objectionem, vel hanc hominum famam, & testimonium. Et docet conscientiæ suæ, quam alienæ famæ potius credendum esse. *Si palles.*] Nummi desiderio. Si homo sordidus sis & avarus. *Lubin.*

48. *Si facis*] Id est, si Cinædus, & Draucus es turpissimus & libidinosissimus, & libidini tuæ morem geris. *Lubin.* Si nullum est tam fœdum, tam obscœnum genus libidinis, quo te quotidie non inquines. *Amarum* dixit propter amariorum amara, quia vere ... aiunt Poetæ. Vel propter tristes casus, qui luxuriosis sæpe contingunt. *Casaub.* Tunch. lib. 15. cap. 3.

49. *Si, &c.*] Non audiendus vir magnus qui *Puteal*, pro Tribunali & ... accipit. Immo de fœneratore exponendus. Ad Puteal Libonis consistebant Toculliones Romani, & qui argentum bonis nominibus & idoneo sponsu locare quærebant. De more autem fit, ut qui frequentes ad locum aliquem conveniunt, ibique diu desident, per otium sæpe dum aliud agunt & loquuntur, vel stylo parietem conscribillent, vel unguibus deradant, vel aliquid nugarum faciant. Hinc lepide dictum & ..., de fœneratore, qui totum diem ad Puteal contriverat, exspectans qui pecuniam accipere vellet, multa vibice cum Puteal flagellare. *Salmasius*

Plin.

Lenia loturo sibi Surrentina rogavit.
Heus bone, tu palles. Nihil est. Videas tamen istud,
Quicquid id est. surgit tacite tibi lutea pellis.
At tu deterius palles! ne sis mihi tutor:
Jampridem hunc sepeli: tu restas. Perge, tacebo.
Turgidus, hic epulis, atque albo ventre, lavatur,
Gutture sulfureas lente exhalante Mephites.

Sed

VARIORUM.

balneum properat. *Modice*, &c.] Quæ [illegible] mediocriter sitit, plus etiam aliquanto capit & pro capaciori ponitur, [illegible] describitur lagena mediocris capacitatis.

93. *Loturo*, &c.] Sibi ad balneum properanti. Nihil autem ægrotis periculosius, quam balneum. *Lubin.* *Surrentina.*] Vina intelligit ex Campaniæ oppido Surrento, quod à Græcis conditum. *Idem.*

94. *Heus bone*, &c.] Verba medici, qui ex improviso intervenire fingitur, & ægrotum secus, ac [illegible] erat, agere, [illegible] balnea, & vina adhibe[illegible]. *Tu palles.*] Ægrotum adhuc esse denotat ex adjuncto pallore. *Nihil est.*] Respondet ægrotus, suum pallorem excusans. *Videas*, &c.] Respondet medicus: Quamvis hic pallor nihili tibi esse videatur: tibi tamen prospicere debes, id est, quæso videas & consideres quod tacite, sensim, & paullatim *lutea* illa & flava *pellis tibi* [illegible], & corpus tuum sensim intumescit, quæ signa hydropisos. *Idem.*

95. *Surgit.*] Intumescit, & turgescit. *Tacite.*] Sensim & paulatim. *Lutea.*] Dixit luteam, quia hydropicis color luteus est, & subcroceus: nam luteus color, pallidus & albus passim confunduntur. *Casaub.*

96. *At*, &c.] Respondet stomachans, & iratus ægrotus, ægre ferens sibi à medico veritatem esse dictam. Quasi dicat: Tu longe deterius palles, quam ego, quare te ipsum cura, mihi molestus ne sis, nec tutor vel patruus esse velis. Idem faciunt perditi, qui correpti maledicta ingerunt. *Tutor.*] Qui datur ei, qui [illegible] tenerum [illegible] à [illegible] piscit. Noli mihi esse curator, [illegible], aut patruus censor, qui mihi tanquam pupillo præscribas quid facere, quid omittere debeam. *Lubin.*

97. *Jampridem*, &c.] Ergone duos tutores habui, [illegible] ille jam tutor, qui mihi relictus erat, jam [illegible] mortuus est, & à me sepultus. Id est, non amplius sub tutore me esse existimavi, quia quem habui, sepelii. *Tu restas?*] Est interrogatio Ironica. Ignoravi, quod tu mihi adhuc tutor restares? Vel sine interrogatione. Quasi dicat: Quantum video, tu mihi adhuc tutor restas. *Hunc.*] Hunc, ait Philosophus, incontinentem ægrum, medicos contemnentem, jamdudum sepelis, efferesque mox mortuus tam scio, quam si jam extulissem. *Tu restas.*] Tu contemtor Philosophorum restas efferendus. *Farn.* *Perge.*] Verbum medici, qui, quia ægroti pertinaciam videt, ad vina & balnea pergere jubet, ut nimirum brevi moriatur. Est ergo Ironica permissio. *Tacebo.*] Verbum medici. Quasi dicat: Ego vero tacebo & abibo. Nam quid hic agam, ubi, si quid bene præcipiam, nemo est qui obtemperet. *Idem.*

98. *Turgidus*, &c.] Jam Poëta demonstrat, quomodo adolescens ægrotus ob intemperantiam perierit. *Turgidus*, &c.] Qui [illegible] incontinentia tot epulis se distendit. Et Juvenal.

Turgidus, & crudum pavonem in balnea portas;
Hinc subita mortes.

Albo ventre.] Id est, hydrope pallido.

99. *Gutture*, &c.] [illegible] Hydropicis adjunctum, balnea [illegible]. Id est, cum interim guttur ejus lente [illegible] exhalat & exspirat [illegible] mephites, graves, & teterrimi odoris, & exhalatio[illegible],

Sed tremor inter vina subit, calidumque triental
Excutit è manibus; dentes crepuêre retecti;
Uncta cadunt laxis tunc pulmentaria labris.
Hinc tuba, candelæ: tandemque beatulus alto
Compositus lecto crassisque lutatus amomis,
In portam rigidos calces extendit: at illum
Hestern

VET. SCHOLIAST.

103. *Tandemque, &c.*] Ambitionem irridet, non quia κεῖσθαι & κηδεύεσθαι dicuntur mortui. non est enim Romanæ consuetudinis. sed quia pretiosa in funeribus veste stragula, cæterique etiam pauperculi exponebantur. Beatulus autem, qui nunquam splendidiore habitu fuit. aut certe, quia Romanæ consuetudinis fuit simpliciter sepelire.

VARIORUM.

Est autem *Mephitis* propriè terræ putor ex aquis maxime corruptis & sulphuratis proveniens. *Lubin.*

100. *Sed, &c.*] Id est, inter potandum, dum genio indulget, pavor & tremor jam instantis & imminentis mortis illum juvenem intemperantem subit & invadit. *Calidumque, &c.*] Id est, manus trepidatio, calidum triental vel calicem manibus ægri excutit. *Calidum.*] Potione calida plenum. *Triental.*] Alii trientem legunt, intellige poculum, quod tertiam partem sextarii capit. *Idem.*

101. *Excutit, &c.*] Languidis & morte futura trepidantibus. *Dentes, &c.*] Id est, dentes nimio rigore retecti, stridorem excitarunt. *Lubin.* Vel *retecti*, excisis gingivis. *Crepuere* autem ob tremorem capitis & laxa labra, ut subjicit, hoc est, ob corporis totius compagem solutam. *Casaub.*

102. *Uncta, &c.*] Describitur vomitus ægroti, id est, omnis generis lauta, *uncta* & delicata fercula, paulo ante devorata, necdum digesta, per vomitum ex gutture, ore & laxis, pendulis, languidisque *labris excidunt*. Lubin.

103. *Hinc, &c.*] Morbum ex intemperantia natum sequitur mors: quam indicat descriptione funeris. describit autem ὕστερον πρότερον ὁμηρικῶς. Nam tuba ad ἐκφορὰν spectat. [...] autem quam efferantur, humi deponebantur, lecto ubi animam egerant extracti, deinde lavabantur, ungebantur, componebantur, lecto ferali [...] tum autem collocati in vestibulo, [...] aliquot dies complorabantur, [...] dicentibus amicis & præficis cum [...] quos funus pertinebat. postremo efferebantur. *Casaub.* *Tuba.*] Quæ in nobilium funeribus adhiberi solebat, ut in plebeiorum tibia. *Candelæ.*] Quæ in sepultura ante mortuos præcedebant. *Tandemque, &c.*] Scoptice & Satyrice, [...] tandem tam præclaro habitu [...] & beatulus, dum in alto superbo [...] setro, & lecto compositus, & crassis multis & pretiosis amomis aliisque [...]ratis herbis, & unguentis largiter [...]tus, unctus, & imbutus, rigidos & gelidos pedum calces in januam versus urbis portam extendit. *Lubinus.*

104. *Crassis.*] *Multis, copiosis*, largiter, & abunde adhibitis. *Lutatus.*] Unctus, delibutus, unguentatus. *Amomo.*] Erat amomum frutex labruscæ similis in Syria, & Armenia proveniens. *Lubin.* *Amomis.*] Amoma hic pro quibuslibet unguentis posuit, quibus ungebant corpora mortuorum. Inde *Ammiam* recentiores vocaverunt illud omne quo medicabantur corpora defunctorum & condiebantur. *Mumiam* & Mumiam jam vocant. *Salmas.* Turnebus libro 23. capite 23.

105. *In, &c.*] Id est, extra portam urbis prolatis pedibus ad rogum effertur. Vel cadaver in feretro compositum, versus domus januam pedes protendebat, & facie januam respiciebat: quo habitu extremam & ultimam abitionem denotabant Turneb. libro 23 cap. 25. *Rigidos.*] Frigidos, gelidos, & præ frigore

Tu neque anhelanti, coquitur dum massa camino,
Folle premis ventos: nec clauso murmure raucus
Nescio quid tecum grave cornicarit inepte,
Nec scloppo tumidas intendis rumpere buccas.
Verba togæ sequeris: junctura callidus acri,
Ore teris modico, pallentes radere mores

Doctus,

VET. SCHOLIAST.

do domino ejus, pro parte dimidia, quam possidebat, sestertiorum tercentis millibus. Hic fuit staturæ longæ, fusci corporis, labio inferiori demisso: antequam subornaretur deformis: nescius jocari, propter quod eum insulsum Persius dixit.

14. *Verba*, &c.] Toga est purum pallium, forma rotunda & fusiore, atque inundante sinu; de sub dextro veniens; super humerum sinistrum ponitur; cujus similitudinem in operimentis simulacrorum, vel picturarum aspicimus, easque statuas togatas vocamus. Toga vero Romani in pace utebantur, in bello paludamentis. Mensura togæ justæ senas ulnas habebat.

VARIORUM.

benda est. *Sæpe*, &c.] Qualis fervens, & ebulliens olla insulso & fatuo illi Tragœdo Glyconi sæpe cœnanda, agenda & repræsentanda est. *Lubin.* *Cœnare* hic est agere fabulam cupiditate cœnæ sive mercedis, unde se ipse alat.

10. *Tu*, &c.] Id est, Tu materias mediocres conscribis, nec cum scribis, inflas te ut follem. *Lubin.* Id est, tu non & ambitione tumidus, sicut folles concepto vento tument, ab illa impelleris ad scribendum. *Casaub.* Porro *anhelanti*, ad *folle* referendum, quod illa crebris singultibus ventum spiret. *Coquitur.*] Allegoria à ferrarii fabri officina, in qua ferri massa agitatione follium liquescit, & emollitur, id est, non scribis Tragœdiam, cujus pronunciatio multum spiritus requirit. *Lubin.*

11. *Ventis*, &c.] Ventosum, inflatum & turgidum carmen, tumido ore pronuncias. *Nec*, &c.] Graphice illos depingit, qui Poëmata grandia moliuntur: interim enim dum cogitant, dum cogitantes & imprudentes raucum sonum & strepitum inepta voce edunt, quod hoc loco *inepte cornicari* vocat. *Clauso*, &c.] Rauco, confuso & absono sono. *Raucus.*] Voce enim submissiore & depressa utuntur. *Lubin.*

12. *Grave.*] Sublime, tumidum, ut Tragicorum meditata. *Cornicaris*] Garris, & cornicum more obstrepis, & obmurmuras. Vel cornicari, est solum ambulare more cornicis. Virgil.

Et sola in sicca secum spatiatur arena. Casaubonus.

Inepte.] Adverbialiter, non vocandi casu. *Lubin.*

13 *Nec sclopo.*] Nec inter recitandum inflatas, & tumidas buccas rumpere studes, & intendis. Est autem *scloppus* sonitus ex buccarum inflatione erumpens: Casaubonus legit *stloppo* vel *stlopo*. *Intendis.*] Proponis. Id est, non talia scribis, quæ ventosis & inanibus verbis inflata sunt.

14. *Verba*, &c.] Sed tu, ô Persi, vegrandia illa & tumida vanorum Poëtarum adspernaris & aversaris, & *verba togæ*, quibus in communi, populari, & quotidiano utimur, sequeris & imitaris. Vel quibus utuntur oratores in foro. *Verba*, &c.] Paci convenientia, non bellorum formidabiles eventus. *Callidus.*] Acutus, ingeniosus. *Junctura*, &c.] Allegoria à marmorariis, qualis fuit Satyra 1.

——— *Et per leve severos*
Effundat junctura ungues. ———
Lubinus.

15. *Ore*, &c.] Verba togæ scilicet, quæ acri junctura sequeris, & modico ore teris, id est, non plenis & nimis inflatis buccis, sed ore modesto, & non nimis turgido sermone. *Teris.*] Expolis. *Ore teris*, &c.] Ore scribimus cum medi-

112. *Populi, &c.*] Farinam, panem non delitiosius cribro decussum, sed plebeium, de populi annona, id est, siliginem dicit.

VARIORUM.

112. *Durum olus.*] Tenues herbæ, aut viles brassicæ, urtica, & alia id genus olera. *Populi, &c.*] Significat panem cibarium & pene furfureum. Nam cribrum populare transmittit multos furfures. Est materia pro materiato. *Lubin.*

113. *Tentemus, &c.*] Id est, age videamus quomodo placebit tibi hic victus. Sumit per Allegoriam *ulcus* pro animi vitio & morbo luxuriæ, quod accurate notandum, eo enim hæc omnia spectant, ut demonstret, ipsum animo ægrotare. *Tentemus.*] Id est, videamus an sanus sis. *Tumor.*] Ibi in gula, & faucibus tuis adeo tenellis & delicatis, putre aliquod, & insanabile delitiarum & mollitiei ulcus. *Lubin.*

114. *Putre.*] Non unquam sanabile, quod te totum corrupit & infecit, & quod populari cibo, radere & exasperare minime decet. *Radere.*] Offendere, fatigare vili cibo. *Beta.*] Synecdoche speciei pro genere, pro vilissimo cibo; est enim *beta* herba nullius saporis & pretii; unde beta, pro villissimis, & nauci hominibus sumitur. *Idem.*

115. *Alges.*] Quartus juvenilis animi morbus, Timiditas, id est, ob levissimam quodque & nullum periculum frigore concutieris, trepidas, inhorrescis & alges.

commovit, erexit. ... erigit & stantes inhor...

Obstupuit, steteruntq... *Timor albus.*] Timor... bos & pallidos facit... cessum. *Aristas.*] ... quod capilli ariftaru... scant, quod appella... *Lubin.*

116. *Nunc, &c.* ... morbus, iracundia... describitur; quo & ... recte valere convinci... *calet hoc*; & *non frigu...* falsi coarguit. *Face.*] ... justo. *Fervescit.*] Int... quam ebullitio ... *ira.*] Id est, per ... universo corpore ... *bimus.*

117. *Dicisque, &c.*] ... tor jam ... esse & sapientiæ ... Demonstrat illud ... cat, & facit, quæ i... Quod testimonio Or... mat. Id est, ea dich... etiam furiosus furiosi...

118. *Non, &c.*] ... rationis compotis. ... enim insaniæ argumen... stes etiam & insan... mens. *Orestes.*] Hi... Clytemnestræ filius ... gistho adultero occ... ultus, qui dolo ... occisus erat. De hoc

Pars tua sit, Cornute, animae, tibi dulcis amice:
Ostendisse juvat: pulsa dignoscere cautus,
Quid solidum crepet, & pictae tectoria linguae.
His ego centenas ausim deposcere voces,
Ut quantum mihi te sinuoso in pectore fixi,
Voce traham pura: totumque hoc verba resignent,
Quod latet arcana non enarrabile fibra.
Cum primum pavido custos mihi purpura cessit,
Bulla-

VARIORUM.

23. *Cornute.*] Fuit Philosophus Stoicus, Persii praeceptor, quarto post Persii mortem anno à Nerone in exilium pulsus. *Lubin.*

24. *Ostendisse, &c.*] Quam vere amice erga te adfectus sim. *Pulsa, &c.*] Quasi dicat: Si minus haec credis, tantum fac pulsando periculum, & explora, qui satis doctus es, fictum amicum à vero discernere. *Pulsa.*] Allegoria ab illis, qui tinnitu & pulsu, fictilium integritatem explorant. *Dignoscere, &c.*] Satis doctus, & peritus dignoscere, & discernere. *Idem.*

25. *Solidum, &c.*] Quod integrum & sincerum sonet. Fictilium enim sonus rimosa sunt, surdus & raucus: sin sincera, acutus. *Et, &c.*] Altera allegoria ab expolitionibus parietum, quibus opus tectorium ad ornamentum illinitur. *Tectoria.*] Tegumenta, & fucati colores. *Idem.*

26. *His, &c.*] Ficta & consilium poeti hic exprimitur. Ut minimum, quanto amore summo praeceptorem suum prosequatur, pura & non fucata oratione, eloqui & proferre possit. *His.*] Ob hoc, vel ob hanc causam. *Lubinus.* Alii legunt: *his*, ad ista, ad declarandum nimirum hunc animum & judicium de te. *Casaub.*

27. *Sinuoso, &c.*] Hoc est, in omnibus etiam intimis animi recessibus. *Casaubonus.* *Fixi.*] Firmiter, & ita ut non inde extirpandum infixi. *Lubinus.*

28. *Voce, &c.*] Candida, sincera. Respicit ad illud superius, *pictae tectoria linguae.* Lubin. *Traham.*] In publicum producam & palam faciam. *Trahere* pro dicere. *Casaub.* *Totumque, &c.*] Id est, universum hoc quodcunque quantum est. *Resignent.*] Aperiant, ex operto in apertum proferant. *Lubin.*

29. *Quod.*] In arcanis cordis mei penetralibus, & jecoris fibris, latet, & absconditum est eousque ut id nulla orationis vis possit exprimere. Quocirca *non enarrabile* dicit, magnitudinem amoris exprimens. *Idem.*

30. *Ut, &c.*] Hactenus quasi praefatio & praelusio, qua amorem suum ergà Cornutum praeceptorem declaravit. Jam hujus amoris causas explicat, & beneficia Cornuti in se collata enumerat. Describit autem primo tempus, quo se praeceptori Cornuto instituendum tradidit. *Pavido.*] Ob aetatem, timorem, & magistrorum. Nam ad annum aetatis 14. usque sub disciplina paedagogorum erant. *Lubin.* *Custos, &c.*] Quando primum posui *purpuram*, id est, togam praetextam, quae puero mihi, pro custode fuit. Ea enim vestis sacra habebatur, dicebaturque [illegible]. Quare qui purpura utebantur, eo ipso nomine venerabiles & sancti habebantur: ut si quis contumeliae causa purpura insignitos attrectasset, non hominum tantum, sed & Deorum jura violasse intelligeretur. *Casaubonus.* *Praetexta* autem erat genus vestimenti oblongum, & talare, quod nobiliores pueri cum bulla gerebant, ad annum aetatis 16. *Cessit.*] Abiit, depositus est, locum dans virili togae. Vide Macrob. lib. 1. Saturnal. cap. 6.

VET. SCHOLIAST.

10. *Scis*, &c.] Revera scis justitiam in lance pensare, & ipsius lancis dubiæ rectitudinem calles discernere, & curvam regulam mathematice, ubi inter curva subire, donec in liquido fiet sententia. Regulam dicit ipsam *momentanea* stylum. vel pedibus, *commentaria*.

VARIORUM.

5. *Ante*, &c.] Antebarbam. Nam, ut Ovid. ait 6.

-- *seris venit usus ab annis.*

Dicenda, &c.] Secundum argumentum; quod Alcibiades imperio inutilis sit, ex repugnantibus; quia, quod maxime prudentem principem decent, quæ dicenda & quæ tacenda sint, ignoret. *Lubin.*

6. *Ergo*, &c.] Tertium argumentum. Ex partibus civilis prudentiæ, quod illa ætate, nondum illa auctoritate sit, ut tumultuanti, & seditioso populo silentium possit indicere, ac proinde imperio inutilis. *Commota.*] Incitata, tumescente. *Fervet.*] Seditione & ira æstuat, sævit, agitatur. *Ira* enim bilis commotio, & ebullitio sanguinis est. *Idem.*

7. *Fert animus.*] Desiderat, vel fiduciam habes eam tui, ut hoc te posse præstare speres. *Casaub.* *Calida*, &c.] Fervido, & ira inflammato populo. *Rescis*, &c.] Rabiosum & tumultuantem

facerent. *Casau*
argumentum, .
ætate adhuc de
rio inutilis. *Q*
sub Alcibiadis
indicio est. Qui
ses cives, sed
Est autem Pro
spondentis. *L*

9. *Hoc puto.*
gendum hic est
O Romani Qui
ut ab ejusmodi
credo, quod h
ssum est: Illud
mo, & illud r
& puerilis orat
orator non debe

10. *Scis*, &c.
tum: Quod ju
in tanta ætate d
Allegoria à libr
quæ lancibus e
tur Quod ille j
que norma ac r
minet, ut ponde
examinantur.
normam & reg
dere] Perpender
Vascula illa in lib
uno pondus, a
ponitur. *Idem.*

11. *Anceptis*
scis in quam par
cis rectitudinem

Curva subit, vel cum fallit pede regula varo:
Et potis es nigrum vitio præfigere theta.
Quin tu igitur summa nec quicquam decorus
Ante diem blando caudam jactare popello
Desinis, Anticyras melior sorbere meracas?

Quæ

VET. SCHOLIAST.

13. *Nigrum, &c.*] Judices literam Theta apponunt ad eorum nomina, quos supplicio afficiunt. *Merito* Θῆτα *dicitur* τὸ Θανάτῳ, eo quod quasi habeat telum suum, ideoque triste intelligitur, vel mortis signum: unde quidam ait:

O multum ante alias infelix littera Theta.

VARIORUM.

curvis se inserit, & abscondit, quæ speciem ejus obscurent, & pari vitio pravitateque deforment. *Lubin.*

12. *Subit, &c.*] Latet, & se abscondit. *Nec, &c.*] Ironia amara. Id est, si regula curva tibi in manum detur, quæ aliorum judicia fallit, & quod rectum est, curvum mentitur: tu solus illam coarguere potes: ostendit magni eum ingenii & prudentiæ esse, qui vera & recta falsis & curvis admixta, possit discernere. *Pede varo.*] Intorto, curvo, pravo. *Vari* dicuntur, quorum pedes introrsum, vel crura obtorta sunt. *Fallit, &c.*] Cum regula ob necessarias exceptiones fit vara. Exempli gratia: Depositum redde, juris regula est, sanus apud me ensem deposuit: insanus repetit. hic fallit regula. *Regula pede varo,* est regula quæ obliquari patitur & incurvatur. *Regula* hic est norma seu γνώμων. *Casaub.* Turneb. lib. 30. cap. 8.

13. *Et, &c.*] Sextum argumentum. Quod nesciat vere noxios condemnare. innocentes defendere. *Vitio.*] Id est, Vitiosis hominibus. Adjunctum pro subjecto. *Nigrum, &c.*] Id est, damnationis literam, mortiferum illud & infelix signum θ præponere. Quo Θανατὸν, id est, mori præcipiebant. θ etiam infausta nota erat, & alicui præfixa laqueum mandabat; quia laqueum refert.

Nigrum.] Ut alba & candida fausta, ita nigra infelicia & infortunata credebantur. *Præfigere.*] Apponere in tabulis tuis suffragatoriis, vel notam damnatoriam annotare. *Lubinus.*

14. *Quin, &c.*] Hic Ironiæ finis, qua sex argumentis Socrates Alcibiadem, vel potius Persius Neronem imperio Romano administrando ineptum demonstrat. Sensus est: Quin tu igitur juvenum stolidissime, qui per ætatem nulla adhuc prudentia, auctoritate, eloquentia præditus es, nec quid dicendum, quid tacendum, nec quæ pœnæ, quæ præmia bonis vel malis debeantur, scis, adeoque extrinsecus tantum comtus & decorus: cur Imperium Romanum adfectare non desistis? *Summa, &c.*] Hæc de forma corporis, & superficie corporis externa intelligenda sunt. Frustra autem imperator pulcher & formosus, nisi animo virtus adsit. *Lubin.*

15. *Ante diem.*] Ante tempus & ætatem maturam. *Blando, &c.*] Desine populi favorem captare, & Elleborum potius bibe, ut insanus, ad sanitatem redeas. Insanus enim es, dum cupis, quæ non capis. *Blando.*] Qui tibi nunc blanditur. *Caudam, &c.*] Metaph. à canibus, qui adblandientes dominis, caudam movent & agitant. *Jactare, &c.*] Quod Græci dicunt ἀγλαΐζεσθαι, & καλλωπίζεσθαι: cum si quid laude dignum facimus in oculis hominum, id facimus gloriæ avidi, qua etiam cupide nimis fruimur. *Casaub.* Turneb. lib. 9. cap. 6.

16. *Anticyras, &c.*] Qui longe digniores, ut mentis insaniam Elleboro purges, & insaniam illam regnandi libidinem ejicias. *Anticyras.*] Meton. subj. pro adj. Insulam enim Anticyram pro Elleboro ponit. *Meracas.*] Id est, meras, puras, non aliis mixtas. *Meracas* dicit, ut insaniæ vehementiam notet. *Lubin.*

Quæ tibi summa boni est? uncta vixisse patella
Semper, & assiduo curata cuticula sole.
Expecta; haud aliud respondeat hæc anus. I nunc
Dinomaches ego sum. Suffla. sum candidus. Esto:
Dum ne deterius sapiat pannucea Baucis,
Cum bene discincto cantaverit ocyma vernæ.

Ut

VET. SCHOLIAST.

18. *Curata, &c.*] Curata, scilicet à Chromatiariis. Nam Chromatiani, dicuntur colorarii, vel qui toto die in arenaria sunt, vel in sole. Antiqui enim ungebant se, & in sole erant, ut oleum corpus imbiberet: ut Juvenalis:

Nostra bibat vernum contracta cuticula Solem,
Effugiatque togam.

VARIORUM.

17. *Quæ, &c.*] Quærit Persius ex Nerone, quidnam summum hominis bonum putet. *Summa.*] Bonorum finis, quo omnia referuntur. Et de summo Bono Varro 280 sententias fuisse, id est, tot philosophorum sectas tradit. *Summa.*] Hic pro re principali & præcipua ponitur. *Uncta, &c.*] Responsio Neronis. Nempe voluptas summum mihi bonum videtur & vivere uncta patella, id est, lautis & delicatis cibis, quæ patella continentur. *Lubin.*

18. *Et, &c.*] Id est, toto die in sole se apricari, & cuticulam probe curare. Ex antiquo more dixit. quo ἀλειψαμένοι gaudebant, & sole cutem curabant, quod ἡλίωσιν vel insolationem vocabant, & inter remedia numerabant. *Idem.*

19. *Exspecta, &c.*] Sensus est. certe si volueris tantisper diu iram deponere & exspectare, & anum hanc prætereuntem audire, invenies eam interrogatam nihil aliud responsuram: & te non minus desipere, & insanum esse quam anus decrepita. *Haud aliud.*] Quam summum bonum in voluptate corporis esse situm. *Hæc anus.*] Δειξικῶς. Fingit enim eam transire. *I nunc.*] Postquam ostendit, non plus sapere illum, quam decrepitam vetulam, jam, oteris eam abeuntem facit. *Idem.* Poteratne magis latiam retundere insolentis juvenis, quam cum illum æstimat aniculæ olitrici. *Casaub.*

20. *Dinomaches, &c.*] Poterat enim hæc in se dicta existimare Nero. Ideo statim reprehensionem ad Alcibiadem iratum jam convertit, ita respondentem. Atqui scio tamen, me esse Dinomaches filium generosissimum. Sic Nero a Julo & Ænea, genus deducebat. *Suffla.* Verbum Poëtæ. Tu vero hac tua nobilitate intumesce, buccas infla, & altos spiritus gere. *Sum, &c.*] Subdit Alcibiades. sum vultu elegans, formosus. Fuit enim formosissimus Alcibiades; ut supra dictum. *Esto.*] Verbum Poetæ. Concessio est. Esto, hoc facile concedo nobilitate generis, & pulcritudine neminem tibi parem esse, dum tu sis interea homo nihili. *Lubin.*

21. *Dum ne.*] Dum ipse mihi concedas vicissim, bonis animi, quæ vera sunt & sola bona, non magis te esse instructum, quam quæ vel omnium minime. *Casaubon.* *Deterius, &c.*] Te sapientia æquet. *Pannucea.*] Pannosa, pannis & annis obsita. Vel, ut Casaubonus vult, quæ panem & olera in foro vendit. *Baucis.*] Pro quavis anu vilissima. Turnebus lib. 15. cap. 3.

22. *Cantaverit, &c.*] Poëtice dictum. pro dicere atque ingerere servulo opprobria, & ea quæ solent cantari cum ocima seruntur, hoc est, maledicta. Plin. libro 19 cap. 7. *Nihil ocimo fœcundius: cum maledictis & probris serendum præcipiunt, ut lætius proveniat.* Casaubonus. ... referendum credit ad mulierem olerum venditricem, quæ olera, ocyma & alias herbas odoratas & hortenses alta & clara voce ementibus quasi occinit, & cum clamore ad opus emendum servos invitat. *Bene, &c.*] Elata voce, tanquam canens suas merces commendat.

Ut nemo in sese tentat descendere, nemo!
Sed præcedenti spectatur mantica tergo.
Quæsieris, Nostin' Vectidî prædia? cujus?
Dives, arat Curibus quantum non milvus oberret.
Hunc ais? hunc, Dis iratis, genioque sinistro,
Qui quandoque jugum pertusa ad compita figit,

Seriolæ

VET. SCHOLIAST.

26. *Quantum, &c.*] Secundum proverbium :

Quantum milvi volant.

28. *Pertusa, &c.*] Compita sunt loca in quadriviis, quasi turres, ubi sacrificia, finita agricultura, rustici celebrabant. Merito, pertusa, quia per omnes quatuor partes pateant, vel vetusta. vel compita non solum sunt in urbe loca, sed etiam viæ publicæ ac diverticula aliquorum confinium, ubi ædiculæ consecrantur patentes. In his juga fracta ab agricolis ponuntur, emeriti & elaborati operis indicium.

VARIORUM.

darit, & vendiderit. *Ocyma.*] Herbam vel olus intelligit, quod recentioribus Græcis *βασιλικὸν* dicitur, quæ ita à celeritate nascendi dicta. *Discinctus.*] Intemperanti, dissoluto, libidinoso nequam. *Verna.*] Servo; per Synecdochen speciei pro genere. *Lubin.*

23. *Ut nemo.*] Est hoc loco digressio quædam ab instituta insolentis juvenis increpatione; cujus digressionis scopus peti debet ab ultimis verbis illis, *sic novimus.* Casaubon. *Ut, &c.*] Est autem particula *ut*, hoc loco admirantis, idem valens, quod *quomodo*, vel *quantopere.* Quasi dicat : Quonam hujus seculi fato fieri dicam, quod nemo seipsum potius, quam alium nosse desideret? *Tentat.*] Cupit, vult, studet, desiderat. *In se, &c.*] Seipsum cognoscere, se & suam vitam intueri, & introspicere. *γνῶθι σεαυτόν.* *In se.*] In pectus, & cordis intima. *Lubinus.*

24. *Sed, &c.*] Alludit autem Socrates ad Æsopi fabulam, qui unumquemque duos sacculos vitiis plenos secum gerere, in anteriori aliena, in posteriore nostra vitia reponi. Unde fit ut nostra ipsi non videamus, aliena vero semper ob oculos habeamus. *Præcedenti.*] Præcedentium, quia vitia cernuntur à sequentibus. *Lubin.*

25. *Quæsieris.*] Instituitur Dialogismus, id est, si tu aliquem Romanum verbis compelles, & ex ipso quæras: Heus tu : nostine prædia Vectidii? *Vectidi.*] Sic enim legendum, non *Ventidii.* Fuit autem Vectidius Sabinus agrorum ditissimus, sed extremè avarus. *Idem.*

26. *Dives.*] Id est, qui dives & locuples, & tantum agri possidet, quantum milvus non circumvolare possit. *Arat.*] Tantum agrorum scilicet possidet. *Curibus.*] In, vel circa Sabinorum oppidum, *Cures* dictum, non procul à Roma. *Quantum, &c.*] Proverbialis hyperbole, de homine supra modum locuplete. *Oberret.*] Volando circumeat. Turneb. lib. XV. cap. 3.

27. *Hunc, &c.*] Id est, de hoccine Vectidio quæris? qui natus est Diis adversis, vel vivit infelicissime, quamvis ditissimus. Avari enim homines sunt omnibus exosi. *Hunc.*] *Hunc* dico scilicet, & de hujus prædiis quæro. *Genioque, &c.*] Adverso & infelici. Quia avarus ne sibi quidem est amicus: sed genium suum misere defraudans, vitam pro pœna habet. *Casaub.*

28. *Quandoque.*] Quandocunque vel quotiescunque. Ad compitalia referendum, ut compitaliorum periphrasis sit: ubi rustici finita agricultura ad compita aratris suspensis, magna animi relaxatione, laribus, quæ in compitis celebrabantur, sacrificabant, & genialiter vivebant. *Casaub.* censet, Persium hic tangere ritum aliquem compitaliorum, cujus ignoratione, obscura nobis esse ipsius verba. *Jugum.*] Ligneum instrumentum

Cultor enim es juvenum, purgatas inseris aures
Fruge Cleanthea. petite hinc juvenesque senesque
Finem animo certum, miserisque viatica canis.
Cras hoc fiet. Idem cras fiet. quid? quasi magnum.
Nempe diem donas: sed cum lux altera venit,
Jam cras hesternum consumsimus: ecce aliud cras
Egerit hos annos, & semper paulum erit ultra.

Nam

VARIORUM.

quem juvat humanioribus disciplinis, dies & noctes immori & immorari. *Te.*] Emphatice, qui longe alia quam vulgus doctes. *Nocturnas, &c.*] Libris Stoicorum, quos nocturno etiam tempore evolves. Sic Horatius:

— *Vos exemplaria Graeca*
Nocturna versate manu, versate diurna.

Impallescere.] Nocturnis vigiliis & studiis pallorem contrahere. *Labin.*

63. *Cultor, &c.*] Tu enim juvenum praeceptor, cultor, & unico studio illorum aures ab omnibus sordibus & opinionibus [illegible]

[illegible] Vos omnes [illegible]

65. *Finem.*] Hoc enim comprimis Philosophia docet, ne jactemur, sed aliquid certi, voto expetamus. Horatius:
Certum voto pete finem.

Miserisque.] Senibus canescentibus. *Miseris*, quia senes nisi sapientiae viatico muniti sint, miseri sunt futuri. *Viatica.*] Philosophiam & sapientiam. Alludit ad apophthegma Biantis: *Certe aptemus vitae viaticum.* Labin.

66. *Cras, &c.*] Inseritur jam desidis cujusdam juvenis dialogismus, dicentis: Quod jubes, cras exsequar, & cras virtutis & sapientiae studium serio [illegible] capessam. *Idem.* [illegible] jam venit, [illegible] idem [illegible] factum polliceatur, [illegible] Quid [illegible] Quasi [illegible] & [illegible] factum, a te [illegible] Nempe unicam tantum diem [illegible] Sic juvenes admo[illegible], studiaque virtutis & literarum [illegible] diem ex die [illegible] unus vitae vel [illegible] ideo jacturam [illegible] pro nihilo pendant. *Casaub.*

67. *Sed cum lux.*] Respondet Persius, cum jam ex illo cras hodie factum, & lux alia altera, qua te incepturum promittebas, venit, tu nondum incipis, & aliud atque illud cras tibi postulas. *Casaub.*

68. *Cras, &c.*] Cras enim cum transit, [illegible] hodie fiat. Sic crastina dies [illegible] habet.

69. [illegible] *Egerere* hic est de totius [illegible] absumere [illegible] ut qui [illegible] pro[illegible] *Ca*-[illegible]

Runcantem, populo marcentes pandere vulvas.
Tu cum maxillis balanatum gausape pectas,
Inguinibus quare detonsus gurgulio extat?
Quinque palæstritæ licet hæc plantaria vellant,
Elixasque nates labefactent forcipe adunca,
Non tamen ista filix ullo mansuescit aratro.
Cædimus, inque vicem præbemus crura sagittis:
Vivitur hoc pacto; sic novimus. Ilia subter,

Cæcum

VARIORUM.

Cinædum, & Pathicum exsecrabilem, qui, (ut amatoribus tuis glaber, lævis & imberbis pusio videaris) penem, & virile tuum membrum depiles, & reliqua lumbi & natium arcana & pudendas partes, trunces, & pilos inde radicitus exstirpes; & te universo populo Romano horrendo & nefario concubitu, contra naturam prostituas *Lubin.*

36. *Runcantem.*] Pilos inde stirpitus evellentem. *Runcare* enim significat proprie herbas inutiles, & frutices noxios evellere ex agro. *Marcentes.*] Horrendo illo concubitu putridas & contabescentes. Anum intelligit illa nefaria venere attritum. *Pandere.*] Abutendas exhibere multitudini. *Vulvas.*] Podicem & anum, tanquam vulvas, & membra muliebria. *Idem.*

37. *Tu cum.*] Reprehendit ipsum ulterius, demonstrans eum hominem esse turpissimum, argumento à repugnantibus. Quasi dicat: cum natura virum te fecit, quare te ipsum effœminasti? *Maxillis.*] In mento & genis tuis. *Balanatum.*] Id est, Barbam tanquam gausape. Casaubonus, capitis comam per gausape intelligit. *Gausape* enim vestis militaris, & straguli villosi genus est, quo in castris utebantur. *Balanatum.*] Oleo, ex balano facto, vel oleo balanino inunctum. *Idem.*

38. *Inguinibus.*] Inguina proprie pro pudendis virorum & fœminarum ponuntur: hic autem significant concavas illas partes utriusque pubi vicinas, cum ipsa pube, in quarum medio membrum virile, vel muliebre eminet. *Curculio.*] Pro virili membro. Sic autem dicitur caruncula illa vel columella, quæ in fine palati inter tonsillas dependet. Persius respicit ad curculionem vermem frumentis inimicum, qui se contrahens & extendens, membri virilis formam repræsentat. *Detonsus.*] Ut amatoribus tuis mollis appareas. *Extat*] Proëminet. *Idem.*

39. *Quinque, &c.*] Sed frustra operam impendis. Quamvis enim vel quinque robusti palæstritæ & Athletæ, pubis tuæ plantaria purgent, & ibi pilos & setas, tanquam inutiles herbas evellant & runcent, & nates tuas assiduis balneis pene elixas & coctas, adunca, & incurva forcipe labefactent, & assiduo dolore afficiant, & pilis spolient: non tamen illa pilorum plantaria & pili, tanquam filix in agro, multo aratro mansuescent, nunquam penitus exstirpabuntur, & eradicabuntur. *Idem.*

41. *Filix.*] Herba agris maxime inimica. *Aratro.*] Nulla forcipe tanquam aratro penitus evellitur. *Mansuescit.*] Suam feram naturam deponit, mitescit & domatur. *Idem.*

42. *Cædimus.*] Quasi dicat: Omnes in aliorum vitam & mores inquirimus, & in nostram rursus aliis inquirendi ansam præbemus: & ita hostes cædimus, & invicem ab illis vulneramur, & sagittis crura præbemus. *Inque vicem.*] Et invicem rursus. *Præbemus, &c.*] Id est, nostra membra & crura, nostram vitam & mores aliorum sagittis, calumniis & maledictis ferienda & proscindenda præbemus & exponimus. *Idem.*

43 *Vivitur, &c.*] Hoc modo, vel ratione. *Sic, &c.*] Sic didicimus vivere, ut alter alterius vitam & mores carpat, ille rursus idem ab altero experiatur.

Ilia.]

[illegible] farragine mendax.
[illegible], momento turbinis exit
[illegible] Marco spondente, recusas
[illegible] Marco sub judice palles? 80
[illegible] assigna Marce tabellas.
[illegible], hoc nobis pilea donant.
[illegible] alius liber, nisi ducere vitam
[illegible] licet, ut volo, vivere: non sim
[illegible] Mendosè colligis, inquit 85
[illegible], aurem mordaci lotus aceto.

Hoc

[illegible]

Sunt verba velut parasiti, qui illorum un[illegible] adulabatur, *Casaubon.* Turnebu[illegible] lib. [illegible] cap. 19. *Spondente.*] Fidem suam pro alio interponente. *Idem.*

[illegible] *Marco*, etc.] Tunc palles, & trepidas, & injustam sententiam suspectas [illegible] tam sapiente & accurato? *Idem.*

[illegible] Est et aim testis [illegible] nemo unquam re[illegible] Potest etiam Marcus [illegible] argumentum con[illegible]

[illegible] Hæc enim [illegible] & vera liber[illegible] ea ac[illegible] Feroniæ [illegible] traducebant. [illegible]

[illegible] An quis[illegible] licet etiam cen[illegible] qui [illegible]

[illegible] dogma [illegible]

[illegible] Men[illegible] syllogis[illegible] admittit,

[illegible] Vel [illegible] etiam de [illegible] accep[illegible] redactace[illegible] & in[illegible]

genut

Nequicquam populo bibulas donaveris aures,
Respue quod, non es, tollat sua munera cerdo,
Tecum habita; noris, quam sit tibi curta supellex.

VARIORUM.

Plin. Exerc. Turnebus libro. 13. cap. 5. *Cautus.*] Acutus, & callidus, cui debitor non facile imponat. *Puteal.*] Pro debitoribus qui ad fœneratores ad puteal conveniebant, quod locus erat Romæ, ut ait Varro, in porta Basilica, juncta curiæ Hostiliæ, non procul ab arcu Fabiano. *Multa, &c.*] In debitorum obæratorum bonis & fortunis ejusmodi cicatrices & vulnerum vestigia relinquis, quæ non facile postea integritati queant restitui. Est enim proprie *vibex*, cicatrix & vestigium, quod relinquit scutica. *Lubin.*

50. *Nequicquam.*] Si tibi ipse vitiorum & flagitiorum conscius es, frustra assentatorum vocibus aures accommodaveris, ut illis potius, quam tibi de te credas. *Populo.*] Falsas tuas laudes prædicanti. *Bibulas.*] Hoc est, avidas laudationis, quia ἥδιστον ἀκρόαμα ἔπαινος. *Casaub. Donaveris.*] Exhibueris, porrexeris. *Lubin.*

51. *Respue.*] Claudit jam Satyram Epiphonemate proverbiali. id est, quicquid fama hominum & populus de te loquitur & sentit, & quicquid tu non es, nec in te non habes, nec agnoscis, illud respue, & repudia, nec pro tuo agnosce. Alii legunt *respice*, sed minus bene. *Tollat, &c.*] Laudes immeritas vocat *munera* assentatorum: ipsum nominat *Cerdonem*: quia parasitum agere, & per assentationem laudare, proprium est abjecti hominis & nullius rei. *Casaub. Cerdo.*] Proprie artifex sordidus, qui omnibus rationibus lucrum querit, ἀπὸ τοῦ κέρδους. *Lubin.*

52. *Tecum, &c.*] Egregia & Persio digna sententia, ΓΝΩΘΙ ΣΕΑΥΤΟΝ. Sic Sat. 1.

Nec te quæsiveris extra.

Nosce quam sis præsidiis necessariis ad vitam bene agendam, & administrandam Rempub. destitutus. *Casaub. Curta.*] Metaphora ab angusta re familiari, ad inopiam virtutum, & quanta veræ laudis tibi sit penuria. *Lubin.*

SATYRA V.

AD

CORNUTUM,

MAGISTRUM EQUITUM.

ARGUM. Gratum erga Cornutum præceptorem suum testatur animum. Deinde quæ sit vera libertas ostendit, idque juxta Stoïcorum paradoxon: *Solum sapientem liberum esse.*

VAtibus hic mos est, centum sibi poscere voces,
Centum

VARIORUM.

1. *VAtibus.*] Hujus Satyræ duæ sunt partes: Prior Encomiastica; qua Cornuti præceptoris Persii Encomia continentur; altera Satyrica, qua captata ex elogio Cornuti occasione, de vera servitute, & libertate ex sententia Stoicorum egregie disputat, & demonstrat omnes stultos servos esse, omnes sapientes liberos. *Hic mos est.*] Ut Poëtæ res grandes scripturi, centum ora, linguas & voces sibi dari postulent, sic ego mihi, ut præceptoris mei elogia digne descri-

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[...]feri rudis, exclamet Melicerta periisse
[...]ntem de rebus. Tibi recto vivere talo
[...]s dedit? & veri speciem dignoscere calles,
[...]e qua subærato mendosum tinniat auro?
Quæque sequenda forent, quæque evitanda vicissim,
[...]la prius creta, mox hæc carbone notasti?
Et modicus voti, presso lare, dulcis amicis:
Jam nunc astringas, jam nunc granaria laxes:
Inque luto fixum possis transcendere nummum,

Nec

VET SCHOLIAST.

104. *Frontem, &c.*] Pudorem. Templum enim pudoris est frons.

VARIORUM

103. *Luciferi rudis.*] Astrorum, stellæ polaris, & Cynosuræ ignarus & imperitus. hic pro omnium stellarum cognitione ponitur. *Exclamet.*] Præ ira & indignatione. *Melicerta.* Fuit Inus & Athamantis regis Thebarum filius, qui, cum pater Athamas furiosus, matrem persequeretur, una, cum matre se in mare præcipitem dedit, & miseratione Deûm in marina numina transmutati. Quasi ille ægre ferat suam ditionem, mare, ab rudibus adeo, & imperitis navigari. *Periisse.*] Remotum & ablatum esse. *Casaub.*

104. *Frontem.*] Id est, pudorem. Hinc *perfricare frontem* Id est, pudorem & verecundiam removere. *Tibi, &c.*] Sensus est. si ars vitæ humanæ tibi recto talo vivere, id est, certo, excelso & erecto gradu in virtutis & honestatis via incedere, dedit, & concessit, liber es. *Recto, &c.*] Metaph. ab illis qui non sunt Scauri, nec obtortis pedibus incedant, ad animum. Græcis ὀρθοποδεῖν ἐν τῷ βίῳ. Est enim *talus* hic ima pars pedis, sive os quod juxta calcaneum exuberat. Turnebus lib. 18. cap. 12

105. *Ars.*] Ratio & Sapientia, ars vitæ humanæ. *Et, &c.*] Id est, ita verum a falso, bonum à malo discernis & dignoscis, ut falsa veritatis & vitia virtutis specie, nulla ratione te possint decipere tibique imponere. *Lubin.*

106. *Subærato.*] Quod subtus vel interius, æs loco auri habeat. *Mendosum, &c.*, Id est, non solidum crepat, sed maligne respondet percussum, ut Sat. 3. dixit, & absurdum sonum edat. Ut & tu ita quid verum aut fictum, quid genuinum, & adulterinum, possis discernere & internoscere. *Idem.*

107. *Quæque, &c.*] Id est, si in omnibus rebus quid bonum, quid malum, quid faciendum, quid demittendum exacte adeo discernere, & dignoscere novisti. Solebant enim bona tanquam candida, albo lapillo, mala tanquam atra & adversa, nigro signare. *Vicissim.*] Id est, & contra, vel rursum. *Idem*

108. *Illa, &c.*] Quæ sequenda nimirum, colore albo, & benigno. *Mox hæc.*] Mala nimirum & fugienda, nigro. *Idem.*

109. *Et, &c.*] Id est, si moderata à Diis exoptas, & tua sorte contentus vivis. *Presso lare.*] Re domestica non nimis magnifica, sed mediocri, & humili. *Dulcis, &c.*] Facilis, benignus, & liberalis. *Idem.*

110. *Jam, &c.*] Definitio liberalis hominis, ex effectis: Ut jam granaria & horrea, quibus frumenta condis, astringas, nec nimis patefacias: jam nunc eadem laxes, & liberalius inde largiaris. *Jam, &c.*] Id est, modo. *Idem.*

111. *Inque, &c.*] Id est, si nullum avaritiæ & sordium signum in te appareat, & adeo es excelsi animi, ita ut in trivio nummum fixum in luto à pueris, ut sordidos cognoscant, & irrideant, possis transcendere & præterire. *Lubin.* Vel, si is es, tu, qui possis contemnere

luctum

Doctus, & ingenuo culpam defigere ludo.
Hinc trahe, quæ dicas: mensasque relinque Mycenis
Cum capite, & pedibus: plebeiaque prandia noris.
Non equidem hoc studeo, bullatis ut mihi nugis
Pagina turgescat, dare pondus idonea fumo.
Secreti loquimur: tibi nunc hortante camena
Excutienda damus præcordia: quantaque nostræ

Pars

VET. SCHOLIAST.

22. *Quandoque, &c.*] Sententiâ Pythagora tracta, dimidiam animæ suæ partem dicit Cornutum, ut Horatius Virgilium:

Et serves animæ dimidium meæ.

VARIORUM.

membranis Jac. Bongarsii. *Teres* enim *oratio*, Horatio est, *ore rotundo loqui*. Sin vero *teris*, legas; erit *ore terere verba*, idem ac loqui, verba usurpare sive scribendo, sive loquendo. *Casaub.* *Pallentes.*] Sensus est, tu, Persi, didicisti Satyram scribere, & doctus es, virtutem & sapientiam, ejusque majestatem commendare, & mores hominum pravos & ob malam conscientiam pallentes & trepidantes radere, mordere, & insectari. Sic Horatius:

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Radere.] Perstringere, notare. *Lubin.*

16. *Doctus.*] Ingeniosus & potest esse Particip. pro didaxbele. *Et ingenuo.*] Aliorum culpam & crimina, non petulanter & rustice, sed ingenuo, liberali & urbano joco & salibus defigere & notare, quasi ridens ludensque vitia carpere. *Defigere*] Notare, vel potius ferire, & transfodere. Salibus & acrioribus jocis ceu colaphis petere. *Casaub.*

17. *Hinc, &c.*] *Hinc* ex corruptis & depravatis hominum moribus, tuæ Satyræ convenientia deprome, & illas tragicas materias, cœnam & mensas Thyesteas & Procnes, cum capite & pedibus, aliis grandibus & tumidis Poëtis relinque. *Relinque, &c*] Ne sume tibi Tragœdiam, quæ describit mensam, in qua caput & pedes, & reliqua membra filiorum, patri Thyestæ in cibum apposita fuere. *Mycenis.*] In civitate Laconiæ, ubi Atreus Thyestæ fratri, filium epulandum patri apposuit. Alii legunt *Mycenas*, quod esset pro *Mycenam*. *Lubin.*

18. *Plebeiaque.*] Quicquid ad vitam communem & populum emendandum spectat. Omitte ergo argumenta tragica & omnem orationis vanum tumorem. *Casaub.*

19. *Non, &c.*] Respondet Persius jam ad Cornuti sui præceptoris objectionem. Non hoc ago, ut centum ora & linguas nactus, grandia, & sublimia deliramenta Poëtarum describam. *Bullatis.*] In modum bullæ inflatis, & turgidis, & inanibus. *Lubin.* In MSS. quibusdam legitur *pullatis*. pullatæ nugæ, quæ lubricæ vanitatis & vilis popelli judicio sint probatæ. Nec male vetus interpres quisquis is fuit, de tragicis argumentis interpretatur; semper enim in tragœdiis reges pullati, hoc est, mœsti & aliquo ingenti casu tristes inducuntur. *Casaub.*

20. *Pagina, &c.*] Carmen. *Dare, &c.*] Quæ pagina fumum & res leves & vanas extollat. Turneb. lib. 20. cap. 1

21. *Secreti, &c.*] Hæc non omnibus, sed tibi dico. Ne scilicet quis existimet me aliquid auribus tuis daturum, & te coram aliis laudaturum, quod adulationis speciem haberet. *Tibi, &c.*] Sensus est; Intima pectoris mei penetralia tibi, ô Cornute, idque Musa exhortante & instigante, nunc excutienda & exploranda exhibeo, meque tibi totum pando & aperio. *Camena.*] Musæ, quasi casmenæ præsides. *Lubin.*

22. *Excutienda.*] Examinanda, inspicienda. *Præcordia* pro animo, *Quantaque, &c.*] Quantum ego tuus sim, ut demonstrem, hic mihi tot ora, tot voces & linguas exopto.

23. Cor

Sambucam citius caloni aptaveris alto.
Stat contra ratio, & secretam garrit in aurem,
Ne liceat facere id, quod quis vitiabit agendo.
Publica lex hominum, naturaque continet hoc fas,
Ut teneat vetitos inscitia debilis actus.
Diluis helleborum, certo compescere puncto
Nescius examen? vetat hoc natura medendi.
[illegible]

[illegible]

VARIORUM.

[illegible]

temperare [illegible]

[illegible] Perone [illegible] calceamen

Luciferi rudis, exclamet Melicerta perisse
Frontem de rebus. Tibi recto vivere talo
Ars dedit? & veri speciem dignoscere calles,
Ne qua subærato mendosum tinniat auro?
Quæque sequenda forent, quæque evitanda vicissim,
Illa prius creta, mox hæc carbone notasti?
Et modicus voti, presso lare, dulcis amicis:
Jam nunc astringas, jam nunc granaria laxes:
Inque luto fixum possis transcendere nummum,

Nec

VET. SCHOLIAST.

104. *Frontem, &c.*] Pudorem. Templum enim pudoris est frons.

VARIORUM

103. *Luciferi rudis.*] Astrorum, stellæ polaris, & Cynosuræ ignarus & imperitus. hic pro omnium stellarum cognitione ponitur. *Exclamat.* Præ ira & indignatione. *Melicerta.* Fuit Inus & Athamantis regis Thebarum filius, qui, cum pater Athamas furiosus, matrem persequeretur, una, cum matre se in mare præcipitem dedit, & miseratione Deûm in marina numina transmutati. Quasi ille ægre ferat suam ditionem, mare, ab rudibus adeo, & imperitis navigari. *Perisse.*] Remotum & ablatum esse. *Casaub.*

104. *Frontem.*] Id est, pudorem. Hinc *perfricare frontem* Id est, pudorem & verecundiam removere. *Tibi, &c*] Sensus est: si ars vitæ humanæ tibi recto talo vivere, id est, certo, excelso & erecto gradu in virtutis & honestatis via incedere, dedit, & concessit, liber es. *Recto, &c.*] Metaph. ab illis qui non sunt Scauri, nec obtortis pedibus incedant, ad animum. Græcis ὀρθοποδεῖν ἐν τῷ βίῳ. Est enim *talus* hic ima pars pedis, sive os quod juxta calcaneum extuberat. Turnebus lib. 18. cap. 12

105. *Ars.*] Ratio & Sapientia, ars vitæ humanæ. *Et, &c.*] Id est, ita verum a falso, bonum à malo discernis & dignoscis, ut falsa veritatis & vitia virtutis specie, nulla ratione te possint decipere ubique imponere. *Lubin.*

106. *Subærato.*] Quod subtus vel interius, æs loco auri habeat. *Mendosum, &c.*] Id est, non solidum crepat, sed maligne respondet percussum, ut Sat. 3. dixit, & absurdum sonum edat. Ut & ita ita quid verum aut fictum, quid genuinum, & adulterinum, possis discernere & internoscere. *Idem.*

107 *Quæque, &c.*] Id est, si in omnibus rebus quid bonum, quid malum, quid faciendum, quid demittendum exactè adeo discernere, & dignoscere novisti. Solebant enim bona tanquam candida, albo lapillo, mala tanquam atra & adversa, nigro signare. *Vicissim.*] Id est, & contra, vel rursum. *Idem*

108. *Illa, &c.*] Quæ sequenda nimirum, colore albo, & benigno. *Mox hæc.*] Mala nimirum & fugienda, nigro. *Idem.*

109 *Et, &c.*] Id est, si moderata à Diis exoptas, & tua sorte contentus vivis. *Presso lare.*] Re domestica non nimis magnifica, sed mediocri, & humili. *Dulcis, &c.*] Facilis, benignus, & liberalis. *Idem.*

110. *Jam, &c.*] Definitio liberalis hominis, ex effectis: Ut jam granaria & horrea, quibus frumenta condis, astringas, nec nimis patefacias: jam nunc eadem laxes, & liberalius inde largiaris. *Jam, &c.*] Id est, modo. *Idem.*

111. *Inque, &c.*] Id est, si nullum avaritiæ & sordium signum in te appareat, & adeo es excelsi animi, ita ut in trivio nummum fixum in luto à pueris, ut sordidos cognoscant, & irrideant, possis transcendere & præterire. *Lubin.* Vel, si nec, tu, qui possis contemnere lucrum

VET. SCHOLIAST.

52. *Mille, &c.*] Et Horatius:

Quot capitum vivunt, totidem studiorum Millia.

Et Terentius:

Quot capita, tot sententia.

53. *Velle suum, &c.*] Et Virgilius:

Trahit sua quemque voluptas.

54. *Sub, &c.*] Et hic sensus ab Horatio tractus:

Hic mutat merces surgente à sole.

VARIORUM.

Iterum animorum demonstrandam, eligit sidera æqualia, ut libra & Gemini. Plures sunt constellationes quæ inter se homines jungunt; sed duæ illæ præcipuæ, quarum hic fit mentio. *Casaubon.* *Libra.*] Æqua lance, & libratione suspendit, trutinavit, & æquavit. *Tempora.*] Nativitatis, vel conceptus potius. *Idem.*

42. *Parca.*] Pro fato ponitur. *Tenax, &c.*] Id est, firma & immutabilis. Horatius:

Parca non mendax.

Seu, &c.] Ita dicit ex opinione Astrologorum, qui censent, horam illam qua Gemini oriuntur, fidelissimis amicis nascendis maxime accommodatam. *Lubinus.*

49. *Dividit, &c.*] Vitas & studia nostra, quæ ex fatis dependent, inter se æqualia, in Geminos dividit, ut quamvis diversis temporibus, sub eodem tamen sidere nati. *Distribuit.*] Dividit, & ad Geminos consulto derivat, vel divi-

gravitatem, & in
nignitate & clem
& pariter mitiga
cum. *Nostro.*] N
dyabeurais, ut
pud Firmicum fi
diationibus Jov
temperare Astrol
rem usitatæ, cu
sideris, impedi
Casaub.

51. *Nescio, &c.*
gua, hanc tanta
conciliarunt: v
nam omnium a
nostræ amborum
pendent, & inte
conspirant. *Tem*
jungit, *συ...*
Sydus propria ex
dem tamen & j
Lubin.

52. *Mille, &c.*
dium Philosophi
alii aliis studiis d
sapientiæ studium
proposita vitæ,
homines profite

Quot capita to
mos est.

Et, &c.] Variu
variis rebus in v
git artes diversa
res versantur. *Id*

53. *Velle suum*

...? sed nullo ture litabis,
ut semuncia recti.
cum sis cætera fossor,
..ros satyri moveare Bathylli:
n hoc sumis tot subdite rebus?
, nisi quem vindicta relaxat?
..rispini ad balnea defer.

Si

... T.
...lus panto-
...us.

...t.

... tamen fiul-
...e minimum
... movere po-
...ehensionem
...ap. 1.
...llige, vel in
...] Sensus est:
...itabis, nullis
à DEO impe-
...emuncia rectæ
...s, & sapientiæ,
...s hæreat. Ca.
... non accipienda
...nulla argumento-
...umbose. Trans-

.] Ut sapiens ulla
...toris sapit: Ratio
...tures se mutuo con-
...dium est inter vit-
...aub. Semuncia, &c.]
... sapientiæ. Est autem
...cia, ponituque hoc
...lum exigua. Lubin.
[Id est, non miscen-
, &c.] Ut quicunque
& rusticus, tantum
...onum, & artificiolum
...ur, ut ne quidem ad
...eros, tonos, & ryth-
...thylli Pantomimi Sa-
, & congruenter sal-
e tu, cum malus, &
...in minimis secundum
Cætera.] Id est, in
...bus. Locutio Græca.


Nam Græci κατὰ subintelligunt. Id est, quo ad cætera. *Fossor.*] Homo agrestis, servus, imperitus, idiota. *Idem.*

123. *Tres, &c.*] Ita dicit, ut exiguitatem rei exprimat. Id est, non obtinebis, ut qui reliqua tota vita pro insipiente ac stulto te geras: in quibusdam tamen actionibus sapiens dicaris. *Numeros.*] Ita dicit, quod in hujusmodi saltationibus sunt certæ pedum dimensiones. *Satyri, &c.*] Fuit Bathyllus Chironomus Pantomimus, & saltator gesticulatione utens, & fuit Mæcenatis libertus, quem à Satyra saltatione, & pedum agilitate, cum eximius saltator esset, Satyrum vocat, non qui saltat Satyrum, sed qui non minus bene quam Satyrus aliquis saltat. *Casaub. Tres, &c.*] Ubi satyrum Bathyllum vocat pantomimum Bathyllum. Ita omnes antiqui libri in eo versu legunt: at doctissimi viri *saturum* ibi malunt. *Salmasius.*

124. *Liber ego.*] Altera Damæ prolepsis, qui nullis Persii argumentis edomitus, liberum tamen se esse contendit. *Unde, &c.*] Quæso unde hoc tibi sumis & usurpas, quod te liberum dicas, cum tot rebus, tot imperiosissimis dominis subditus & subjectus sis. *Lubin.*

125. *An, &c.*] An tu adeo bardus & stupidus es, ut existimes nullum alium esse dominum, nisi à quo vindicta prætoris te liberat. *Dominum.*] Alium scilicet, quam corporis. Corporis domini sunt homines: animi, vitium & affectus. *Vindicta, &c.*] Cujus dominatum virga, servi caput tangens, dissolvit. *Idem.*

126. *I puer.*] Sensus est: Ubi ego vel alius quisquam dominus imperiosa voce pronuncio: I puer, & strigiles defer ad balnea Crispini. Cesses adhuc nugaris



Nam quamvis prope te, quamvis temone sub uno,
Vertentem sese, frustra sectabere canthum,
Cum rota posterior curras, & in axe secundo.
Libertate opus est, non hac, ut quisque velina
Publius emeruit, scabiosum tesserula far
Possidet. Heu steriles veri, quibus una Quiritem
Vertigo facit. hic Dama est non tressis agaso,

Vappa,

VET. SCHOLIAST.

73. *Quisque, &c.*] Velina tribus numero aliarum tribuum accessit, & qui circa Velinum lacum habitabant, Romam translati sunt. Romæ autem erat consuetudo, ut qui ex manumissione cives Romani efficiebantur, in numero civium Romanorum frumentum publicum acciperent.

75. *Quibus, &c.*] Quos manumittebant, eos alapa percussos circumagebant, & liberos confirmabant. Unde manumissio dicta, quod manu mitteretur. Quiritem autem singulariter abusivè dixit, licentia Poëtica. Nam sicut pater conscriptus non dicitur, ita nec Quiritem dicere possumus.

VARIORUM.

hoc cras, paullum tuæ vitæ, ac ætatis ultra, prætерlapsum & præteritum erit, quod nunquam rursus adsequi possis. *Lubinus*. Vel, paulatim semper erit tibi ætas grandior, & propius ad metam accedes. *Casaub.*

70. *Nam, &c.*] Sensus est: Cras illud paullo ante prius vel ultra erit, & tibi nunquam apprehendi potest. Non magis quam rota in curribus posterior, priorem quamvis assiduè sequitur, nunquam tamen assequitur. Quanto enim posterior magis progreditur, hoc prior magis præcedit. *Temone sub uno.*] Lignum est currus inter equos intermedium, jugum continens. *Canthum.*] Ferrum, quo rotæ extremitates vinciuntur, & apsides muniuntur. *Lubin.*

73. *Libertate, &c.*] Indicat, quidnam Philosophorum votum & illud adeo sit, quod Sapientiæ studio affectetur: Nimirum vera libertas. *Libertate.*] Animi scilicet non corporis. Id est, ad libertatem homo, si verus homo es, adspires oportet. *Non hac.*] Non hac corporis libertate, quam per manumissionem etiam vilissima quæque mancipia consequuntur. *Ut.*] Id est, *ubi*, vel *cum*. *Quisque, &c.*] Jam factus Publius, qui jam prænomen, utpote liber adeptus est. Non soli liberi prænominibus utebantur. Servi autem cum liberabantur, solebant familiæ prænomen accipere, & consequebantur tria nomina, ut reliqui Romani liberi. Prænomen enim familiæ & patroni capiebant, & suum retinebant, & à fine *tribus* nomen solebat adjungi, ut P. Licinius, Velina. *Velina.*] Solebant manumissi in tribus distribui, ut in Tarentinam, Stellatinam, Fabiam, Velinam, & alias. Erat autem hæc tribus, vel circa Velinum lacum, aut Velium collem. Est autem auferendi casus, id est, in tribu Velina. *Lubin.*

74. *Emeruit.*] Meruit, nactus est, simul ac servitutem exuit, & servus esse desiit. *Scabrosum.*] Vile, asperum, vel etiam corruptum, qualia illa frumenta publica. Solebat autem civibus Rom. frumentum publice per tesseram dari, & quidem gratis in singulos modios, Publii Clodii beneficio. *Tesserula.*] Signo frumentario, quo exhibito frumentum à principe dabatur. *Lubin.*

75. *Heu, &c.*] Id est, heu cives Romanos, veritatis steriles & inanes, ac à vero & recto alienissimos. *Quibus una.*] Ratio, cum veritatis ignari sint. Id est, quibus vel una vertigine pessimus quisque circumactus, & in gyrum ductus Quiris, & civis Romanus, redditur. *Lubinus.*

76. *Vertigo.*] Inter alios manumissorum ritus, fuit, quæ hic *vertigo* dicitur, Græcis [illegible] & [illegible], cum manumittendus dextra prehensus, à domino in urbem rotabitur. inde *circumagi*, pro liberari. *Casaubonus.*

Liberior Bruto? Mendose colligis, inqui
Stoicus hic, aurem mordaci lotus aceto,

VARIORUM.

Hic, &c.] Sensus est : Si hæc libertas vera est, quid obstat quo minus etiam vilissima quæque mancipia libera sint. Etenim hic Dama vilissimus est agaso, insulsus, stupidus, & mendax : simul dominus eum in gyrum circumverterit, & circumduxerit, à vestigio in ipso temporis articulo liber exit. *Dama.*] Pro quovis vilissimo servo. *Non, &c.*] Ne trium quidem assium æstimandus, vilis, nihili. *Agaso.*] Est equorum vel asinorum agitator, *Lubin.*

77. *Vappa.*] Proprie quod neque vinum, neque acetum est. Hoc loco pro h[illegible]o & insipido nebulone ponitur. *Et, &c.*] Conjungit vitia corporis, vitiis animi, ut ipsum minoris, & denique nihili ostendat. Est autem *lippus* cui oculi fluunt. Turnebus lib. 26. cap. 14. pro improbo. *In, &c.*] In re vilissima, ac nullius precii. Est proprie *farrago*, quadrupedum pabulum. *Mendax.*] Fraudulentus, perfidus, qui jumentorum cibariis se non temperet. *Lubin.*

78. *Verterit, &c.*] Subintellige *simul*, vel *ubi*, in gyrum verterit & circumegerit. *Hunc, &c.*] Damam, mancipium nequissimum. *Momento, &c.*] Puncto illo temporis, quo turbo ille, vel gyrus, & circumactio fit, liber evadit. *Idem.*

79. *Marcus Dama.*] Manumissis enim

sunt verba vilis pa
turpiter adulabem
lib. 2. cap. 19. [illegible]
pro alio interpo

80. *Marco, &c*
pidas, & injustian
judice tam lapiem

81. *Marcus, &*
Marcus noster, qu
jecere. *Assigna.*
tabellas obsignare
dere. *Idem.*

82. *Hac, &c.*]
dubio est sola, [illegible]
tas, quæ nobis [illegible]
cipimus. Illud po
templo caso capi
autem libertatis in

83. *An, &c.*]
quam alius liber e
leri potest, nisi ill
perio & dominio
Idem.

84. *Licet, &c.*
est, quam possea

85. *Bruto, &c.*
mus fuit, & po
Regibus, libertati
dose, &c.] Respo
mum Persius. F
adsumtionem neg

86. *Stoicus hic.*

Hoc reliquum accipio: LICET illud, & UT VOLO, tolle.
Vindicta, postquam meus à Prætore recessi,
Cur mihi non liceat, jussit quodcunque voluntas,
Excepto, si quid Masurî rubrica vetavit?
Disce: sed ira cadat naso, rugosaque sanna,
Dum veteres avias tibi de pulmone revello.
Non prætoris erat stultis dare tenuia rerum
Officia, atque usum rapidæ permittere vitæ.

Sam-

VET. SCHOLIAST.

88. *Vindicta.*] Virga est, qua manumittendi à Prætore in capite pulsantur: ideo dicta, quod eum vindicat libertati. Masurius autem hic Sabinus legis consultus fuit: & Rubricas, vocat minium, quo tituli legum annotabantur.

VARIORUM.

genii sagacitate, lotæ, purgatæ ac eruditæ sunt. *Lubin.*

87. *Hoc, &c.*] Verba Stoici, vel Persii. Majorem propositionem accipio, & concedo: sed quod inde colligis, *quod tibi vivere liceat ut velis*, illud pernego, & cum tuum non sit, tu illud tolle. *Idem.*

88. *Vindicta, &c.*] Assumptionem liberti negarat Persius, quare ipsam probare Dama libertus adnititur ex adjunctis, quod vindicta prætoris liber pronunciatus, jam ut velit, & libeat, sibi liceat etiam vivere. *Vindicta.*] Pro genere illo manumittendi. Erat enim *virgula lignea*, qua caput manumittendi percutiebatur, cum his verbis. *Liber esto.* Dicitur autem *vindicta à vindicare*, id est, in libertatem asserere. *Meus.*] Liber, mei juris & arbitri. *Idem.*

89. *Cur mihi, &c.*] Hæc, ut dictum, de libertate civili intelligenda. *Lubin.*

90. *Excepto.*] Omnia facere mihi licet, unico excepto, ne in leges peccem. Est autem hic *excepto*, non nomen auferendi casu, sed verbum. *Masuri.*] Masurium Sabinum JCtum intelligit, qui Tiberii tempore doctissimus & eques Romanus. *Rubrica.*] Pro legibus, cujus initia minio, aut rubrica notabantur. Turneb. lib. 4. cap. 5.

91. *Disce, &c.*] Quando, quid vera libertas sit, ignoras, *disce*, sed ut discere possis, anilia deliramenta, adfectus, iram, & dolorem, qui veritati officiunt, tam diu depone, & exue. *Naso.*] Alludit ad canum naturam, qui corrugatis naribus iram indicant. *Rugosaque, &c.*] Sanna, ut Sat. 1. dictum, est nasi corrugatio. *Lubin.*

92. *Dum, &c.*] Tam diu illa depone, dum te meliora & veriora edoceo, & *veteres avias*, inveteratas, & diu conceptas animo opiniones, aniles ineptias, quas tanto tempore animo concepisti, & fovisti, tibi de pulmone, pectore & præcordiis, in quibus illæ altas radices egerunt, extraho & evello. *Avias.*] Quæ tanto tempore in animo ejus habitarint, ut jam aviæ censeri possint, & alias atque alias opiniones è se produxisse. vel quas puer ex *avia* didicerit. Casaubonus per *veteres avias* intelligit opinionem nobilitatis & arrogantiam ventosam, cujus sedes in pulmone. *Lubinus.*

93. *Non, &c.*] Refutat jam Damæ objectionem, quod non prætoris sit, hominibus stultis, sapientiam, & hominibus animo servis, libertatem animi concedere, sed sapientum & philosophorum. *Lubin. Tenuia, &c.*] Scelera & majora flagitia vetant leges. *Officia rerum*, id est, servanda in rebus agendis, non docent leges nisi παχυμερῶς. Philosophi vero accurate explicant, quæ boni viri sint officia, in omni re etiam minima: puta victu, vestitu, aliisque etiam minutioribus. *Casaubon.* Vel *tenuia* quæ subtiliter, & acute justum ab injusto, decorum ab inhonesto discernere possint. Turneb. lib. 20. cap. 1.

94. *Atque, &c.*] Id est, artem & scientiam permittere, & concedere. Id

Sambucam citius caloni aptaveris alto.
Stat contra ratio, & secretam garrit in aurem,
Ne liceat facere id, quod quis vitiabit agendo.
Publica lex hominum, naturaque continet hoc fas;
Ut teneat vetitos inscitia debilis actus:
Diluis helleborum, certo compescere puncto
Nescius examen: vetat hoc natura medendi.
Navem si poscat sibi peronatus arator

Luc

VET. SCHOLIAST.

100. *Certo, &c.*] Non ad trutinam, sed ad stateram retulit, quæ punctis, & uncus signatur.

VARIORUM.

est, rationem qua aliquis sciat hac veloci vita recte uti. *Lubin.*

95. *Sambucam, &c.*] Longè citius & facilius sambucam, aut aliud quodvis Instrumentum Musicum, alto, prægrandi, & vasto alicui militum servo, & caloni (qui tamen Musicam nunquam didicit) aptaveris, & vel asinum lyræ & [illegible] canendis aptum reddideris. *Sambucam.*] Nos nablum vel harpam vocamus [illegible] potest etiam intelligi de Machina bellica, quæ cytharæ in morem fun[illegible] intendebatur, qua utebantur in expugnatione oppidorum. *Caloni.*] Calones militum servi, qui vallum, aquam & ligna ferebant. κᾶλον enim lignum significat. *Alto.*] Procero, longo, & bardo. Illi enim magni plerumque stupidiores. *Idem.*

96. *Stat, &c.*] Sensus est: Quin ipsa etiam humana ratio contra stat, & repugnat, & unicuique in secretam aurem tacite garrit, & insusurrat, ne illud facere cuiquam liceat, & ne quis illud tentet, quod ignorat, & nunquam didicit, & quod si quis tentet agere, illud agendo vitiabit. Est enim *gannio*, vulpium proprium. Hic pro secreto admonet, & in aurem immurmurat & insusurrat. *Lubin.*

97. *Quod, &c.*] Egregie dixit: Quod quis agendo contaminat, & fœdat, ut si Medicus fabulia tractet. Ita etiam Prætor, si ipse fortè stultus, stultis [illegible] tiam conetur impartiri. *Idem.*

98. *Publica lex.*] Publica hominum lex non scripta, sed nobiscum nata, & ipsa natura hoc fas, id est, hanc justitiam & æquitatem continet & unicuique dictitat, ut unusquisque artem quam didicit, exerceat. *Continet.*] In se complectitur. *Lubin.*

99. *Ut, &c.*] Naturæ gentium jus constitutum est, ut *debilis inscitia* cuicunque artis imperitus, & propterea impotens ad illam exercendam: nam imperitia ἀδυναμία quædam est, *teneat vetitos*, id est, habeat pro vetitis [illegible] interdictis, *actus* nempe quos nescit. *Casaub. Teneat.*] Id est, contineat, [illegible] hibeat, & quasi [illegible] & [illegible] *Ut teneat*, substituere. *Vetitos actus.*] Sublimes, difficiles, viris humeris & viribus majores, & ob ignorantiam tibi prohibitos & vetitos. *Idem.*

100. *Diluis, &c.*] Confirmat superiorem propositionem adhuc similibus ab arte medica, & navem agendi. *Diluis.*] Cum aliis pharmacis commisces & temperas. *Elleborum.*] Quo insanus vel ægrotus purgetur. Hic pro quovis medicamento ponitur. *Certo, &c.*] Metaph. à statera. Id est, debito pondere, mensura, & proportione, ad stateram examinata, ne plus minusve medicamenti, quam par est, ægroto propines. *Compescere.*] Temperare, corrigere, emendare. *Idem.*

101. *Natura medendi.*] Ars & ratio medicinæ. *Idem.*

102. *Peronatus.*] Perone calceatus. Est autem pero genus calceamenti rustici. *Idem.*

103. *Luci-*

Luciferi rudis, exclamet Melicerta periisse
Frontem de rebus. Tibi recto vivere talo
Ars dedit? & veri speciem dignoscere calles,
Ne qua subærato mendosum tinniat auro?
Quæque sequenda forent, quæque evitanda vicissim,
Illa prius creta, mox hæc carbone notasti?
Et modicus voti, presso lare, dulcis amicis:
Jam nunc astringas, jam nunc granaria laxes:
Inque luto fixum possis transcendere nummum,

Nec

VET. SCHOLIAST.

104. *Frontem, &c.*] Pudorem. Templum enim pudoris est frons.

VARIORUM.

103. *Luciferi rudis.*] Astrorum, stellæ polaris, & Cynosuræ ignarus & imperitus. hic pro omnium stellarum cognitione ponitur. *Exclamat.*] Præ ira & indignatione. *Melicerta.* Fuit Inus & Athamantis regis Thebarum filius, qui, cum pater Athamas furiosus, matrem persequeretur, una, cum matre se in mare præcipitem dedit, & miseratione Deûm in marina numina transmutati. Quasi ille ægrè ferat suam ditionem, mare, ab rudibus adeo, & imperitis navigari. *Periisse.*] Remotum & ablatum esse. *Casaub.*

104. *Frontem.*] Id est, pudorem. Hinc *perfricare frontem.* Id est, pudorem & verecundiam removere. *Tibi, &c.*] Sensus est: si ars vitæ humanæ tibi recto talo vivere, id est, certo, excelso & erecto gradu in virtutis & honestatis via incedere, dedit, & concessit, liber es. *Recto, &c.*] Metaph. ab illis qui non sunt Scauri, nec obtortis pedibus incedunt, ad animum. Græcis ὀρθοποδεῖν ἐν τῷ βίῳ. Est enim *talus* hic ima pars pedis, sive os quod juxta calcaneum extuberat. Turnebus lib. 18. cap. 12.

105. *Ars.*] Ratio & Sapientia, ars vitæ humanæ. *Et, &c.*] Id est, ita verum à falso, bonum à malo discernis & dignoscis, ut falsa veritatis & vitia virtutis specie, nulla ratione te possint decipere tibique imponere. *Lubin.*

106. *Subærato.*] Quod subtus vel interius, æs loco auri habeat. *Mendosum, &c.*] Id est, non solidum crepat, sed malignè respondet percussum, ut Sat. 3. dixit, & absurdum sonum edat. Ut & tu ita quid verum aut fictum, quid genuinum, & adulterinum, possis discernere & internoscere. *Idem.*

107. *Quæque, &c.*] Id est, si in omnibus rebus quid bonum, quid malum, quid faciendum, quid dimittendum exactè adeo discernere, & dignoscere novisti. Solebant enim bona tanquam candida, albo lapillo, mala tanquam atra & adversa, nigro signare. *Vicissim.*] Id est, & contra, vel rursum. *Idem.*

108. *Illa, &c.*] Quæ sequenda nimirum, colore albo, & benigno. *Mox hæc.*] Mala nimirum & fugienda, nigro. *Idem.*

109. *Et, &c.*] Id est, si moderata à Diis exoptas, & tua sorte contentus vivis. *Presso lare.*] Re domestica non nimis magnifica, sed mediocri, & humili. *Dulcis, &c.*] Facilis, benignus, & liberalis. *Idem.*

110. *Jam, &c.*] Definitio liberalis hominis, ex effectis: Ut jam granaria & horrea, quibus frumenta condis, astringas, nec nimis profundas; jam nunc eadem laxes, & liberalius inde largiaris. *Jam, &c.*] Id est, modo. *Idem.*

111. *Inque, &c.*] Id est, si nullum avaritiæ & sordium signum in te appareat, & adeo es excelsi animi, ita ut in trivio nummum fixum in luto à pueris, ut sordidos cognoscant, & irrideant, possis transcendere & præterire. *Lubin.* Vel, si is es, tu, qui possis contemnere lucrum

Nil tibi concessit ratio: digitum exere,

VET. SCHOLIAST.

112. *Mercurialem.*] Ideo dixit, quia ipsum Deum lucri dicunt. Unde & cum sacello pingitur, & à negotiatoribus plurimum colitur.

119. *Digitum*, *&c.*] Digito sublato ostende, victum te esse à vitiis. Tractum à gladiatoribus, qui victi, ostensione digiti veniam à populo postulabant.

VARIORUM.

lucrum turpe & quod lucatur. Hinc *lutreum lucrum* apud Augustinum. *Casaubonus.*

112. *Nec*, *&c.*] Id est, si non immensa & incredibili opum cupiditate & lucri desiderio teneris; nec *glutto* gulosus, & inexplebilis (non secus ac helluones, & famelici, ubi edulium aliquod lautius viderunt, salivam deglutiunt, quasi illud jam spe devorent) *Glutto sorbere*, qui avide glutit. Gluttus est pars colli qua cibi transmittuntur: ficta vox per Onomatopoeiam: nam *glut* est imitatio soni, quem edit liquor per angustum tramitem means. *Saliva Mercurialis*, cupiditas devorandi lucri. *Casaub.* *Salivam*, *&c.*] Periphrasi lucrum notat, cui Mercurius præest. *Lubin.*

113. *Hæc*, *&c.*] Sensus est: Si has omnes virtutes enumeratas tibi vendicare potes, & dicere: Hæc mea bona sunt, hæc ego teneo & possideo: Tum demum esto vere liber: vere sapiens

stræ farinæ, eju[...] linæ nobiscum [...] bus. *Ejusdem far*[...] ejusdem saporis [...] dixit, modestiæ[...]

116. *Pelliculæ*[...] goria ab illis, q[...] vestimentis tegu[...] induunt, veteri [...] Transferendum [...] Externo corpori[...] faciem tuam vide[...] litus, syncerus, [...] mus. *Idem.*

117 *Astuta*[...] calliditatem & [...] buloso, turbido[...] vitiorum plen[...] do. *Idem.*

118. *Quæ*, *&*[...] attributam vena[...] tiam, illud jam [...] que adimo, & f[...] tutis, quæ tibi la[...] co, retraho, & [...] enim supra:

Esto liberque & sa[...]

Repeto] Sic om[...] *relege*, quod & [...] loco. *Casaub.*

119. *Nil*, *&c.*] [...] tio, quod nihil [...] gar, sed in omni[...] & sapientia, un[...]

Labra moves tacitus, recutitaque sabbata palles.
Tunc nigri lemures, ovoque pericula rupto:
Hinc grandes Galli, & cum sistro lusca sacerdos,
Incussere Deos instantes corpora, si non
Prædictum ter mane caput gustaveris allî.
Dixeris hæc inter varicosos centuriones,

Conti-

VET. SCHOLIAST.

184. *Recutitaque, &c.*] Infantiam Judæorum significat, propter circumcisionem, quam, auctores suos secuti, faciunt.

185. *Ovoque, &c.*] Sacerdotes, qui explorandis periculis sacra faciebant, observare solebant ovum igni impositum, utrum in capite, an in latere desudaret. Si autem ruptum effluxerat, periculum ei portendebat, pro quo factum fuerat, vel rei familiari ejus.

186. *Cum, &c.*] Sistrum sacerdotes Isidis portant. Lusca autem, ideo, quod nubiles deformes cum maritos non invenerint, ad ministeria Deorum se conferant.

VARIORUM.

184. *Labra, &c.*] Id est, tacito murmure preces tuas superstitiosas concipis & emittis. *Lubinus.* Vel frequentas Judæorum proseuchas & una cum ipsis, murmure vota tua ibi concipis. *Casaub.* *Recutita, &c.*] Recutita dicit ob Judæos apellas, circumcisos, recutitos & præputiatos. *Lubin.*

185. *Tunc, &c.*] Id est, postquam pervasit & occupavit animum hoc vitium: nigri lemures, supplet inventur. *Casaub.* Mox una, mox alia superstitio servum te sollicitat: Tunc enim nigri Lemures, & spiritus nocturni mortalibus adversi & noxii, & pericula ovo in sacrificiis vel inter sacrificandum rupto: Tunc grandes illi venerandi, & longævi Cybeles matris magnæ Deûm sacerdotes & lusca Isidis sacerdos alia superstitione te anxium habent, &c. *Ovoque, &c.*] Sacerdotes, qui explorandis periculis sacra faciebant, observare extrema aliqua superstitione solebant ovum igni impositum, utrum in capite, an in latere desudaret. Si autem ruptum effluxerat, periculum ei portendebat pro quo factum fuerat, vel familiæ ejus. *Lubin.*

186. *Hinc, &c.*] Galli sacerdotes Cybeles erant, à Gallo Phrygiæ flumine, cujus aquam qui bibissent, reddebantur insani. Et in illo furore genitalia sibi amputabant. *Grandes.*] Pingues sacrificiis, vel grandævi. *Lubinus.* Postquam animus superstitione depravatus est, tunc adeuntur Matris Deûm sacerdotes, & Isiaci. utrumque genus hominum male audiebat. *Casaubonus.* *Et, &c.*] Crepitaculum erat Isidis sacerdotum, [illegible] [illegible], a quatiendo. *Lusca*] Nam nubiles deformes vel aliquo corporis defectu vitiatæ, cum maritos non invenirent, ad ministeria Isidis se conferebant. *Lubin.*

187. *Incussere Deos.*] Inculcaverunt & denunciarunt unicuique iram & pœnas Deorum, vel pericula a Diis, qui hujusmodi superstitiosis remediis se non præmunivissent. *Lubinus.* *Deos, &c.*] Deos Syrios intelligit, Venerem & ejus filium, fortasse etiam Adonidem, qui Veneri [illegible] *Salmas.* Turneb. libro 20 cap. 1.

188. *Si non.*] Vel ter à te, antequam gustes, nominatum. Allii enim caput a jejunis gustatum, contra artem magicam valere credebatur. *Lubin.*

189. *Dixeris, &c.*] Si hæc inter dilatos milites, & varicosos & corruptos centuriones dixeris, continuo Pulfenius bardus ille Centurio, illa cachinno excipit, & crassum & immane ridet, & omnem Philosophiam vix uno centussi emerit: & centum Græcos Philosophos & sapientes vix curto centusse, centum curtatis, & imminutis assibus licetur, & æstimat. *Varicosos.*] Propter illi, qui venas tumidiores habent, *Idem.*

G 4 190. *Crass-*

[illegible]

Heic


...pore esse. *Meum, &c.*] ...m intelligit. ...navigiis vacat. ... amœnitas de... portu, id est, ubi ...as, qua nimirum ...us ab utraque parte ...nt. *Qua.*] Id est, ubi ... est, ingentes sui par... brachia ab utraqu parte ... porrigunt. *Idem*

... Id est, ubi littus in fo... ...am vallem, & planiciem & ...ntis & frigore quasi [illegible]um, & ... *Multa, &c.*] Videtur valeum ... cur. aturam lunati littoris, unde ... dictus. *Casaubonus*

... *...mus, &c.*] Inserit versum Ennii, qui ...ne hunc portum collaudavit, & com...ndavit: & cives ad mercaturam invi...t. *Est, &c.*] Precium scilicet. *Lubin.*

10. *Cor, &c.*] Pro Ennio cordato, & ingenioso. *Desterruit.*] Id est, somniandi finem fecit. Obiter Ennii vanitatem perstringit. Id est, postquam expergefactus non amplius delirat, sed jam cor habet; id est, cordatus & sapiens est. Quamvis sint qui cordis mentione respiciant ad illud Ennii, quo dixit sibi tria corda esse, quia tres linguas calleat, Latinam, Græcam & Oscam. *Idem.*

11. *Mæonides.*] Homerus. Somniarat autem Ennius se Homerum esse factum. *Quintus.*] Non numeri, sed Ennii prænomen est. Id est, jam rursus, Quintus Ennius ex pavone Pythagoreo factus. Ansles Pythagoricæ nugæ. Tertu. lib. 3. cap. 7.



…um inrorans patinæ piper: hic bona dente
… magnanimus peragit puer. utar ego, utar,
…mbos ideo libertis ponere lautus,
…uem solers turdarum nosse salivam.
…us propria vive: & granaria (fas est)
… quid metuas? occa: & seges altera in herba est.
Ast

…, SCHOLIAST.

… arum, &c.] Cognoscere tur-
…ues. Solent enim quidam gu-
…antes subtilitatis habere pa-
… lignoscant turdos, an cella-
… tiroque sit: an masculus, an
Turdarum dixit abusive, cum
… lebuerit, ut Horatius ponit:
…, crisp, … in

…ARIORUM.

…ue diebus profestis aliquid fu-
…uria autem & familia in calice
…oris fuit. Lubin.
…ft, &c.] Id est, adeo avarus,
…s, ut piper tanquam rem fa-
…ligiosam minimeque tangen-
…e admodum, & minutatim
…illet, & quasi irroret. Ipse.]
Alius enim hæc non con-
…is, &c.] Exemplum prodigi-
…m, vel alter puer ex geminis
magnanimus bonorum suorum
grandia bona, ingentes opes,
…, peragit, dilapidat & absu-

…animus.] Avari enim pusil-
…ut qui habeantur, non habeant
Lubin. Puer] Hic pro stulto,
… sed moribus. Casaub. Utar,
…, ego autem contra utar meis
…, utar inquam illis, sed ta-
…e illis abutar, & in luxuriæ
…dam, nec nimis lautus & de-
…ntis meis & servis, rhombos,
…s pisces per extremam luxu-
…tam. Lautus.] Liberalis ni-
…mis, prodigus. Lubin.
…bos.] Piscis plani genus, Ro-
…s delitiis habitus. Eos Turbot.
… cibum apponere.
…, &c.] Id est, nec more ex-

tremè delicatorum & luxuriosorum ni-
mium solers sim, & subtilis meo palato,
ut salivam tenuem, & saporem minimo
discrimine differentem turdorum juni-
peris pastorum, & aliorum possim di-
gnoscere, & discernere. Dixit autem tur-
darum abusive pro turdorum. Lubin.
Salivam.] Salivam pro gustu ponunt.
Hinc salivam movere Latini dicunt, quæ
gustum excitant & provocant. Salmas. Tur-
neb. lib. 30. cap. 7. Salivam, &c.] Et maxima
lo etiam internoscam & discernam. Lubin.
25 Messe, &c] Id est: faciendus
est sumtus pro ratione facultatum, &
sumtus messe propria vel annuis pro-
priorum agrorum proventibus metien-
dus sit. Lubin. Vivere messe tenus; nihil
quicquam de reditu reliquum facere, id
enim est tenus, totum enim semper in-
cludit illud de quo dicitur. Casaubonus.
Et, &c.] Contra parsimoniam nimiam.
Fas est quod terra nascitur, granaria, &
frumenta tua emolere, & panes inde
conficere, vel ad alios usus adhibere.
Granaria pro frumento in granario re-
condito. Lubin. Fas, &c.] Quid cogi-
tas, inquit, ô stulte, dum assidue bo-
na congeris in horrea & granaria? quin
potius promis quæ servas condita, &
amicis pan; eribus illa elargiris? Casaub.
26. Emole, &c.] Pro exhauri mo-
lendo, ac quotidie liberaliter insumen-
do. Casaub. Quid, &c.] Occurrit ob-
jectioni avari At metuo, ne consumto
illo frumento, paupertate premar. Re-
spondet Persius: Tu tantum officia tua
ac munia fideliter exsequere, & nihil
tibi defuturum est: tu tantum ara, sere,
occa, & rustica opera diligenter obi, &
altera messis, altera seges, aliud frumen-
tum tibi in herba est, tibi in agro reina-
get & crescet. Recte autem dixit: avari
enim cupiunt & metuunt, unde pusil-
lanimes;

... et

... expers,

... asignem
... sin habet.
... ondebant.
... Vide Plin.
... &c.] Id
... matina &
... a *Lubinus*.
... fœminata.
... docemur.
... *Casaubonus*.

... m secantes.
... ento. Sole-
... am deesset,
... uti. *Vitru-*
... unt. *Lubinus*.
... itus delitus,
... est, eximia.
... accipiendus,
... nam Romani
... unt, non unreto
... verum iis negle-
... expeteverunt. Ca-

... quid heres de te sentiet:
... honorifice sepeliaris.
... sine interrogatione: ut
... ironica, ad irridendam co-
... atem, qui vivunt misere, suum
... ium defraudantes, eo impulsi
... ne cœnam funeris iratus heres
... negat. Hoc sane, ait Persius, jure
... cras. sed tum cum eris *cinere ulterior*,
... olo- id est, cum fueris fato functus. *Aten,*
... n- *&c.*] Heus tu, quisquis meus hæres fu-
... &c.] turus es, illa quæ dicturus sum aliquanto
... entia à turba seductior, & remotior audi, &
... cum ausculta. *Lubin.*
... a fratris 42. *A turba,*] Remotis arbitris. *Idem.*
43. *Missa, &c.*] Sensus est Nam tu
ignotas,

Tantum animas, nobis animum quoqu[e] ...
Adfectus petere auxilium, & præstare ...
Dispersos trahere in populum, migran[e] ...
De nemore, & proavis habitatas linqu[ere] ...
Ædificare domos, Laribus conjunger[e] ...
Tectum aliud, tutos vicino limite sum[...]
Ut collata daret fiducia: protegere arm[is]
Lapsum, aut ingenti nutantem vulne[re] ...
Communi dare signa, tuba, defendier ...
Turribus, atque una portarum clave ...
Sed jam serpentum major concordia: p[...]

VET. SCHOLIAST.

150. *Et, &c.*] Homines.

151. *Dispersos, &c.*] In unum colligere in civitate.

154. *Tutos, &c.*] Securos, vicinitate aliorum confidentes.

155. *Protegere, &c.*] Defendere bello. [illegible] Pro, cives. [illegible] Custodia portarum. [illegible]

[illegible] nec serpens [illegible] nec fera sui generis [illegible] Canis caninam non [illegible]

VARIORUM.

[illegible] intelle[illegible] homines [illegible] & tenti[illegible] gimus [illegible] Eo [illegible] donatisu[illegible] tapimusque [illegible] & amo[illegible] necessitatis ad [illegible] auxilium vici[illegible] Et sic dicunt, [illegible] Ut mutuus amo[illegible] dispersos, [illegible] in unum populum [illegible] in civitatem con[illegible] societatem conve[illegible] Respicit ad prisca [illegible] *Fuit quondam tempus.* [illegible]

cum in agris pas[sim] vagabantur, [illegible] pagabant. Vi[...] cap. 23.

152. *Et, &c.*] [illegible] & deserere, [illegible] *Lubin.*

153. *Æd[ificare]* [illegible] plus in curti[...] *Laribus, &c.* [illegible] societatem co[...]

154. *Tu[tos]* [illegible] propter limen [illegible] & adaucta, tu[...] starent *Idem.*

155. *F[...]* confisa. Ut n[...] gerentur, & u[...] [illegible] ris adjecdum [illegible] lib. 2 cap 8.

156. [illegible] lo accepto n[...]

157. *Comm[uni]* vexillo tubæ [illegible] gnam sub ar[...] *Defendi, &c.* civitatum [illegible] *Idem.*

158. *T[urribus]* civitatis c[...] *dem.*

159. *Se[d]* etiam Dra[...]

Labra moves tacitus, recutitaque sabbata palles.
Tunc nigri lemures, ovoque pericula rupto;
Hinc grandes Galli, & cum sistro lusca sacerdos,
Incussere Deos instantes corpora, si non
Prædictum ter mane caput gustaveris allî.
Dixeris hæc inter varicosos centuriones,

Conti-

VET. SCHOLIAST.

184. *Recutitaque, &c.*] Instituta Judæorum significat, propter circumcisionem, quam, auctores suos secuti, faciunt.

185. *Ovoque, &c.*] Sacerdotes, qui explorandis periculis sacra faciebant, observare solebant ovum igni impositum, utrum in capite, an in latere desudaret. Si autem ruptum effluxerat, periculum ei portendebat, pro quo factum fuerat, et rei familiari ejus.

186. *Cum, &c.*] Sistrum sacerdotes Isidis portant. Lusca autem, ideo, quod nubiles deformes cum maritos non invenerint, ad ministeria Deorum se conferant.

VARIORUM.

184. *Labra, &c.*] Id est, tacito murmure preces tuas superstitiosas concipis & emittis. *Lubinus.* Vel frequentas Judæorum proseuchas & una cum ipsis, murmure vota tua ibi concipis. *Casaub.* *Recutita, &c.*] Recutita dicit ob Judæos appellas, circumcisos, recutitos & præputiatos. *Lubin.*

185. *Tunc, &c.*] Id est, postquam pervasit & occupavit anile hoc vitium: nigri lemures, supplet imentur. *Casaub.* Mox una, mox alia superstitio servum te sollicitat: Tunc enim nigri Lemures, & spiritus nocturni mortalibus adversi & noxii, & pericula ovo in sacrificiis vel inter sacrificandum rupto: Tunc grandes illi venerandi, & longævi Cybeles matris magnæ Deûm sacerdotes & lusca Isidis sacerdos alia superstitione te anxium habent, &c. *Ovoque, &c.*] Sacerdotes, qui explorandis periculis sacra faciebant, observare extrema aliqua superstitione solebant ovum igni impositum, utrum in capite, an in latere desudaret. Si autem ruptum effluxerat, periculum ei portendebat pro quo factum fuerat, vel familiæ ejus. *Lubin.*

186 *Hinc, &c.*] Galli sacerdotes Cybeles erant, à Gallo Phrygiæ flumine, cujus aquam qui bibissent, reddebantur insani. Et in illo furore genitalia sibi amputabant. *Grandes.*] Pingues sacrificiis, vel grandævi. *Lubinus.* Postquam animus superstitione depravatus est, tunc adeuntur Matris Deûm sacerdotes, & Isiaci. utrumque genus hominum male audiebat. *Casaubonus.* *Et, &c.*] Crepitaculum erat Isidis sacerdotum, ἀπὸ τοῦ σείειν, à quatiendo. *Lusca.*] Nam nubiles deformes vel aliquo corporis defectu vitiatæ, cum maritos non invenirent, ad ministeria Isidis se conferebant. *Lubin.*

187. *Incussere Deos.*] Inculcaverunt & denunciarunt unicuique iram & pœnam Deorum, vel pericula à Diis, qui hujusmodi superstitiosis remediis se non præmunivissent. *Lubinus.* *Deos, &c.*] Deos Syrios intelligit, Venerem & ejus filium, fortasse etiam Adonidem, qui Veneri πάρεδρος. *Salmas.* Turneb. libro 20. cap. 1.

188. *Si non.*] Vel terà te, antequam gustes, nominatum. *Allii* enim caput a jejunis gustatum, contra artem magicam valere credebatur. *Lubin.*

189. *Dixeris, &c.*] Si hæc inter stultos milites, & varicosos & corruptos centuriones dixeris, continuo Pulfenius bardus ille Centurio, illa cachinno excipit, & crassum & immane ridet, & omnem Philosophiam vix uno obulo emerit: & centum Græcos Philosophos & sapientes vix curto centusse, centum curtatis, & imminutis assibus licetur, & æstimat. *Varicosos.*] Proprie illi, qui venas tumidiores habent, *Idem.*

Sum tibi Mercurius: venio
Pingitur, an renuis? vin' tu
Deest aliquid summæ. minui
Quicquid id est. Ubi sit, fuge qu
Legarat Tadius, neu dicta opp
Fœnoris accedat merces: hinc
Quod reliquum est? reliquum
Unge puer caules. Mihi festa
Urtica, & fissa fumosum sinci

VET. SCHOLIAST.

63. [illegible]] Tractum est hoc à [illegible] qui ducunt [illegible] hoc, quod [illegible] de fœnore accessit, ad [illegible], id est, ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] integrum.

VARIORUM.

vitæ humanæ. Lampada.] Allegoricè, pro ipsis bonis & facultatibus. Lubin.

62. Sum, &c. Dialogismus Persii & hæredis ad sensum aliquem. Sensus est: ego sum tibi hæres, tanquam lucri Deus, qui mea bona gratuito tibi offeram. Ego hæc ad te, ut ille Mercurius, dextra tenens marsupium pingitur, cum bonis meis tanquam Deus venio, eaque tibi gratis, sine tuo merito, offero. Mercurius.] Lucri Deus. Idem.

63. Pingitur, Pingebatur Mercurius dextra marsupium tenens, quod supra caput hæres jactat, sinistra caduceum tenebat. Ad pedes hircus & gallus erant. [illegible], &c.] An recusas accipere quicquid ego tibi gratis offero? Gaudens.] Hilari animo accipere, tanquam lucrum adventitium. Idem.

64. Deest, &c.] Verba hæredis Persii hæreditatem adire recusantis, et adjungentis, quod summa bonorum Persii aliqua parte imminuta sit. Minuta.] Respondet Persius: si aliquid deest, mihi deest, non tibi; mihi minus, non tibi: tibi autem quicquid id est, quod reliqui, totum & integrum est, nihilque tuæ summæ deest, nam nihil tibi debebatur. Idem.

65. Ubi, &c.] Id est, si sapis ô hæres,

iste nepos olim satur anseris extis;
orosa vago singultiet inguina vena,
e immeiat vulvæ. mihi trama figuræ
qua, ast illi tremat omento popa venter.
e animam lucro, mercare, atque excute solers
latus mundi, ne sit præstantior alter
adocas rigida pingues plausisse catasta.
duplica. Feci, jam triplex: jam mihi quarto,

Jam

VET. SCHOLIAST.

Cappadocas, &c.] Gladiatores dicNatæ apud antiquos venales gladiain catasta ponebantur, ut in eis ent omnia membra inspici. Vel quia padoces dicerentur habere studium rale ad falsa testimonia proferenda: nutriri in tormentis, à pueritia, equleum sibi facere dicuntur, ut in eo se vicem torqueant, & cum in pœna rdurarent, ad falsa testimonia se bene nundarent. *Pavisse.*] Legitur & *plausisse* quoniam venales antequam in catasta imponantur, cantant universi pariter more gentis suæ.

VARIORUM.

71. *Nepos.*] Ambigue & ingeniose dixit. Aliquis ex posteris tuis nepos & luxuriosus hæres *Anseris.*] Quæ olim in summis delitiis habebantur. Intelligit autem jecur. *Lubin.*

72 *Cum, &c.*] Ut cum cœperit fastidire plebeiam & vulgivagam Venerem, pecuniæ vi irrumpat in thalamos nobilium virginum ac matronarum. non dicit hoc Persius ex doctrina Stoicorum, quibus peccata omnia paria; sed ex vulgi opinione, quæ latum discrimen inter ista ponebat. *Singultire*, hic est, fastidire copiam alicujus rei. *Casaubonus.* Vel palpitabit. *Vago.*] Varia vel concessa & licita Venere.

73. *Patritia, &c.*] Rem habeat cum nobili fœmina. *Mihi, &c.*] Egone ut me macerem ac fiam ossa ac pellis, iste nepos ventrem ingluvie promittat? *Trama* heic quæ Prudentio *nervorum textura*, Een Geraemte. *Casaubon.* Turneb. lib. 30. cap. 7.

74. *At, &c.*] Mariti, vel nepoti.

Omento.] Pinguedine, qualis in omento. Sunt autem *popæ* victimarii, qui se hostiarum visceribus prope cumbant *Lubinus.*

75. *Vende, &c.*] Concludit Satyram Ironica concessione, ut avarus per fas nefas hinc inde opes accumulet, nullumque finem accumulando inveniat. *Casaubon.* Vel, redime omnes lucri faciendi occasiones, vel jactura animæ, id est, vitæ *Idem.* *Excute, &c.*] Pervagare, penetra *Solers*] Ad lucrum prudens, & circumspectus, *Lubin.*

76 *Omne, &c*] Extremos indos, ultimam Thylen. *Ne sit.*] Argumentum à fine, ne quis alter ditior & opulentior videatur, & ne quis mango præstantior & numerosior sit Cappadocas pueros pingues & bene habitos, & inania in machina, in qua venales exponuntur pavisse, & majores quæstus fecisse. *Præstantior, &c.*, Hellenismus.

77. *Cappadocas*] Synecdoche, pro omnibus mancipiis. Magna enim servorum multitudo inde ex Cappadocia Romam advehebatur *Lubinus.* *Plausisse*] *Plaudere*, palpo percutere, aut plana manu ferire: quod videntur fecisse mangones, ad ostentandam ἀκμὴν & bene curatam cutem suorum mancipiorum: & confirmat hanc interpretationem, vox *pingues.* Casaub. Turneb. lib 22. cap. 8. & lib. 30. cap. 7. Regio Armeniæ finitima. *Lubin.* *Catasta.*] Pegma ligneum, in quo suos venales collocabant, cum illos vendebant, aut ad venditionem parabant. *Casaubon.* *Rigida.*] Inamœna vel robusta. *Lubin.*

78. *Rem, &c.*] Verba Persii ad avarum, opes tuas conduplica. *Feci.*] Respondet

Jam decies redit in rugam. [illegible]
Inventus, Chrysippe, [illegible]

VET. SCHOLIAST.

[illegible] inventus, &c.] Chrysippum philosophum Stoicum. Syllogismum [illegible] vocare, quem per adjectionem & detractionem ex acervi [illegible] similitudine ostendit.

VARIORUM.

[illegible] avarus. Redit, &c.] Quasi in plicam, ut decuplex sit. Metaph. a vestibus. [illegible]. Vel quae nondum tendit neque capit [illegible] sed adhuc hians & [illegible] est [illegible]. Casaub.

[illegible] Depunge, &c.] In editione [illegible] est depunge, quod perplacet. Translatum a librae scapo: ubi puncta notata sunt ponderum mensurae. Heic igitur Persius avarum heredem urget, doceat [illegible] ubi sistat: nimirum id voluit paucis

F I N I

[redacted]

Ipse sacrum inrorans patinæ piper: hic bona dente
Grandia magnanimus peragit puer. utar ego, utar,
Nec rhombos ideo libertis ponere lautus,
Nec tenuem solers turdarum nosse salivam.
Messe tenus propria vive: & granaria (fas est)
Emole. quid metuas? occa: & seges altera in herba est.

Ast

VET. SCHOLIAST.

24. *Turdarum, &c.*] Cognoscere turdorum sapores. Solent enim quidam gulæ dediti, tantæ subtilitatis habere palatum, ut dignoscant turdos, an cellarius, an terranius sit: an masculus, an fœmina. Turdarum dixit abusive, cum turdorum debuerat, ut Horatius posuit:
Pone macros, arsit, dum turdos versat in igne.

VARIORUM.

lo parce, ne diebus profestis aliquid superesset. Muria autem & similia in calice emere, moris fuit. *Lubin.*

21. *Ipse, &c.*] Id est, adeo avarus, & sordidus, ut piper tanquam rem sacram & religiosam minimeque tangendam, parce admodum, & minutatim patinæ instillet, & quasi irroret. *Ipse.*] Εἰρωνικῶς. Alius enim hæc non concredit. *Hic, &c.*] Exemplum prodigi. At hic alius, vel alter puer ex geminis tanquam *magnanimus* bonorum suorum possessor, *grandia bona*, ingentes opes, *dente*, gula, *peragit*, dilapidat & absumit. *Idem.*

22. *Magnanimus.*] Avari enim pusillanimes, ut qui habeantur, non habeant divitias. *Lubin. Puer.*] Hic pro stulto, non ætate, sed moribus. *Casaub. Utar, &c.*] Id est, ego autem contra utar meis facultatibus, utar inquam illis, sed tamen ita ne illis abutar, & in luxuriæ vitium incidam, nec nimis lautus & delicatus libertis meis & servis, rhombos, & preciosos pisces per extremam luxuriam apponam. *Lautus.*] Liberalis nimis, delicatus, prodigus. *Lubin.*

23. *Rhombos.*] Piscis plani genus, Romæ olim in delitiis habitus. *Een Tarbot. Ponere.*] In cibum apponere.

24. *Nec, &c.*] Id est, nec more extreme delicatorum & luxuriosorum nimium solers sim, & subtilis meo palato, ut salivam tenuem, & saporem minimo discrimine distantem turdorum juniperis pastorum, & aliorum possim dignoscere, & discernere. Dixit autem turdarum abusive pro turdorum. *Lubinus. Salivam.*] *Salivam* pro gustu ponunt. Hinc *salivam movere* Latini dicunt, quæ gustum excitant & provocant. *Salmas.* Turneb. lib. 30. cap. 7. *Solers, &c.*] Et maxime locutus intelligam & discernam. *Lubin.*

25. *Messe, &c.*] Id est: faciendus est sumtus pro ratione facultatum, & sumtus messe propria vel annuis propriorum agrorum proventibus metiendus. *Lubin. Vivere messe tenus*; nihil quicquam de reditu reliquum facere, id enim est *tenus*, totum enim semper includit illud de quo dicitur. *Casaubonus. Et, &c.*] Contra parsimoniam nimiam. Fas est quod terra nascitur, granaria, & frumenta tua emolere, & panes inde conficere, vel ad alios usus adhibere. *Granaria* pro frumento in granario recondito. *Lubin. Fas, &c.*] Quid cogitas, inquit, ô stulte, dum assidue bona congeris in horrea & granaria? quin potius promis quæ servas condita, & amicis pauperibus illa elargiris? *Casaub.*

26. *Emole, &c.*] Pro exhauri molendo, ac quotidie liberaliter insumendo. *Casaub. Quid, &c.*] Occurrit objectioni avari. At metuo, ne consumto illo frumento, paupertate premar. Respondet Persius: Tu tantum officia tua ac munia fideliter exsequere, & nihil ibi defuturum est: tu tantum ara, sere, occa, & rustica opera diligenter obi, & altera messis, altera seges, aliud frumentum tibi in herba est, tibi in agro adnascet & crescet. Recte *metuas* dixit: avari enim cupiunt & metuunt, unde pusillanimes.

Ast vocat officium: trabe rupta, Bruttia saxa
Prendit amicus inops: remque omnem, surdaque vo[ta]
Condidit Ionio: jacet ipse in littore, & una
Ingentes de puppe Dei: jamque obvia mergis
Costa ratis laceræ. nunc & de cespite vivo
Frange aliquid: largire inopi, ne pictus oberret
Cærulea in tabula. Sed cœnam funeris, heres
Negliget iratus, quod rem curtaveris: urnæ

Ossa

VET. SCHOLIAST.

30. *Ingentes, &c.*] Navium tutelam dicit, quam in puppibus habent, vel pingunt.

VARIORUM.

lanimes; ut contra prodigus, magnanimus superius dicitur. *Occa.*] Grandes glebas cadere, & ligonibus frangere. *In, &c.*] Vide Proverbium:

tua messis in herba est.

Turneb. lib. 30 cap. 7.

27. *At, &c.*] Hæc sequentia interpretes, Persii verba, esse censent. Sed sunt avari, persimoniam suam defendentis, eique honestissimam rationem prætexentis, qui simulat se accumulare opes, ut olim amicis egentibus possit benefacere. Sensus est: Ego quidem libenter liberalius mea bona insumerem, At hominis officium mihi contradicit, & vocat, exigit & requirit, ut egenti At vocat, exigit & requirit, ut egentibus & naufragis amicis opituler. *Trabe, &c.*] Descriptio naufragii. *Amicus* meus *inops*, calamitosus, & naufragus, *trabe rupta*, & navi fracta, vix enatando evadens, *saxa Bruttia*, & scopulos Lucani, & Bruttii maris, *prendit*, & ne submergatur, amplectitur. Et sic *rem suam omnem* & *spem* & *vota* sua *surda*, & Diis tanto naufragio non audita, Ionio mari *condidit*, & naufragio amisit, & perdidit. *Lubin.*

29. *Ionio*] Pars maris mediterranei, quæ supra fauces Adriatici inter Siciliam & Cretam expanditur. *Jacet, &c.*] Naufragus amicus. *Et, &c.*] Dii in quorum tutela navis fuit. Quorum statuas & simulacra de puppe ablata, secum e naufragio eripuit, & ad littus detulit. Turneb. lib. 19. cap. 2.

30. *Dei, &c.*] Ex consuetudine veterum, qui in puppi sacrarium, velut lararium quoddam habebant. *Jamque, &c.*] Id est, ratis laceræ, & fractæ pars, & costa ipsis mergis & avibus marinis, dum se aquis immergunt, obvia est. *Lubinus.*

31. *Costa, &c.*] Pro parte tota. *Nunc, &c.*] Verba avari. Hic jam opus est in tanta calamitate amici, ut liberalitatem exerceas; nunc opus est ut non tantum ex messe, reditibus & fructibus, sed & de vivo cespite, & virenti agello aliquid auferas & frangas, particulam aliquam fundi & prædiorum amico inopi largiaris, & distribuas, unde vitam, victum & amictum sibi sustentet. Est autem *Cespes vivus*, proprie herba una cum terra avulsa. *Idem.*

32. *Ne, &c.*] Naufragi casum suum in tabula depictum, stipem mendicantes, circumferebant. *Oberret.*] Ut mendicantes, ab uno ad alium erret. *Idem.*

33. *Cærulea.*] In qua aqua pelagi cærulea depicta. *Sed, &c.*] Si liberalius vestitaveris, heres tuus infensus & iratus, quod rem, hereditates, & opes tuas imminueris & curtaveris, ubi mortuus fueris parum honorifice te sepeliet. *Cœnam, &c.*] Silicernium intelligit, quæ cœna in mortuorum solatium Diis manibus inferebatur, & una cum funere cremabatur. *Sic ernium.*] Quasi silentes umbræ eam cernerent. *Idem.*

34. *Curtaveris.*] Imminueris, consumseris. *Urna ossa.*] Vetus sepeliendi ratio innuitur, qua crematis cadaveris reliquiæ, ossa, vel cineres, multis odoribus, aromatibus, & unguentis perfundebantur, & condebantur. *Idem.*

35. In-

Ossa inodora dabit: seu spirent cinnama surdum,
Seu ceraso peccent casiæ nescire paratus.
Tune bona incolumis minuas? Sed Bestius urget
Doctores Graios. Ita fit, postquam sapere urbi
Cum pipere, & palmis venit nostrum hoc, maris expers,
Fœnisecæ crasso vitiarunt unguine pultes.
Hæc cinere ulterior, metuas? at tu, meus heres
Quisquis eris, paulum, à turba seductior audi.
O bone num ignoras? missa est à Cæsare laurus

Insignem

VET. SCHOLIAST.

35. *Ossa*, *&c.*] Sine unguentis: vel inhonora, sepulturæ honore carentia.

40. *Crasso*, *&c.*] Solent rustici cum oleum defuerit, adipe pecudum in pultem misso, pro oleo uti.

VARIORUM.

35. *Inodora.*] Quæ nullum odorem emittunt, & surdum spirant. *Dabit.*] Ad sepulturam exhibebit. *Cinnama.*] Synecdoche. pro omni aromate, cinnama & casia hic ponuntur: Vel, pro unguentis ex illis. *Surdum*, *&c.*] Quorum odor obtusus, surdus, & insensibilis. *Spirent.*] Rodoleant, fragrent. *Lubin.*

36. *Casia.*] Quibus nos pro cinnamomo utimur. Quod hic vocat: *Peccent ceraso*, id est, ceraso admixto adulteratæ sint. *Nescire*. *&c.*] Dissimulans, negligens, nihil curans. *Idem.*

37. *Tunc*. *&c.*] Verba futuri hæredis, indignatione plena: Tune opes, & bona tua adhuc salvus & incolumis, imminues & atteres, cum ea servare deberes in apparatum funeris tui. *Casaubonus*. *Bestius.*] Nomen hæredipetæ, aut avari cujusdam, quem per prosopopœiam loquentem introducit. *Urget.*] Accusat, damnat, & reprehendit. Turn. l. 30 c. 7.

38. *Doctores.*] Periphrasis Philosophorum. *Ita fit.*] Verba Bestii cum indignatione proferenda. *Postquam*, *&c.*] Id est, postquam hæc nostra sapientia maris expers & Romana, nobis cum peregrinis mercibus venit, & admissa est in urbem. *Lubin.*

39. *Cum*, *&c.*] Emphasin habet. Illo enim delicatiores cibos condiebant. *Palmis.*] De arbore intelligit. Vide Plin. libro 13. capite 4. *Nostrum*, *&c.*] Id est, nostra hæc sapientia cismarina & Romana, non amplius Græca. *Lubinus*. *Maris*, *&c.*] Id est mollis & effœminata. Vel sapientia quam vulgo docemur, transmarina, id est, Græca. *Casaubonus*. Turneb. lib. 30. cap. 7.

40. *Fœnisecæ.*] Rustici fœnum secantes. *Crasso*, *&c.*] Pingui condimento. Solebant enim rustici, cum oleum deesset, adipe pecudum olei loco uti. *Vitiarunt.*] Infecerunt, condierunt. *Lubinus*. *Crassum unguen*, pro exquisitis delitiis, ut supra crassa amoma, id est, eximia, aliter autem locus hic accipiendus, quam ut verba sonant: nam Romani cum luxuriæ assueverunt, non unxere impensius pultes suas: verum iis neglectis, lautiores cibos expetiverunt. *Casaubonus*.

41. *Hæc.*] Vel quid heres de te sentiat: vel ut mortuus honorifice sepeliaris. Malim hæc legi sine interrogatione: ut concessio sit ironica, ad irridendam eorum fatuitatem, qui vivunt misere, suum assidue genium defraudantes, eo impulsi metu, ne cœnam funeris iratus heres negligat. Hoc sane, ait Persius, jure metuas: sed tum cum eris *cinere ulterior*, id est, cum fueris fato functus. *At tu*, *&c.*] Heus tu, quisquis meus hæres futurus es, illa quæ dicturus sum aliquanto à turba seductior, & remotior audi, & ausculta. *Lubin.*

42. *A turba.*] Remotis arbitris. *Idem.*

43. *Missa*, *&c.*] Sensus est: Num tu ignoras,

Insignem ob cladem Germanæ pubis, & aris
Frigidus excutitur cinis: ac jam postibus arma,
Jam chlamydes regum, jam lutea gausapa captis,
Essedaque, ingentesque locat Cæsonia Rhenos:
Dîis igitur, genioque ducis, centum paria, ob res
Egregie gestas, induco: quis vetat? aude.
Væ, nisi connives. Oleum, artocreasque popello
Largior: an prohibes? dic clare: Non adeo, inquis:
Exossatus ager juxta est. Age, si mihi nulla

Jam

VARIORUM.

ignotis, quod à Claudio Caligula Cæsare laurus victoriæ index, cum litteris ad senatum missa est, ob egregiam Romanorum victoriam, & insignem cladem, & stragem Germanæ pubis. Cui victoriæ jam sacrificia & victimæ in triumphum parantur, & ab omnibus aris vetus & frigidus cinis, & pulvis excutitur, & altaria ad sacrificia præparantur. *Laurea.*] Pro laureata Epistola qua [illegible] victoriam, S. P. Q. imperatores [illegible] [illegible] *Idem.*

44. [illegible]] Pro G[illegible] pubertibus *Idem.*

45. *Frigidus*, &c.] Vetus [illegible] longo tempore igni sacrificiorum non incaluit. *Excutitur.*] Ad nova sacrificia reparanda [illegible]. *Postibus.*] Quibus capti [illegible] in judicium victoriæ adn[illegible]

[illegible]] *Chlamys* erat milita[illegible] [illegible] astrictior, & brevior [illegible] vestes militares villosæ, [illegible] hybernis. *Idem.*

[illegible] vehicula Gallica [illegible] panno coopertâ. [illegible] [illegible] Germa[illegible] [illegible] uxor, [illegible] Cali[illegible] [illegible], quo [illegible]

[illegible]

paria gladiatorum in theatrum & arenam inducere & producere constituo. Munera autem gladiatoria, & ludos adeo cruentos in religionis parte numerabant. *Genio.*] Naturæ Deo, cujus ductu & auspicio res tam feliciter cessit. Turneb. lib. 30. cap. 7.

49. *Quis*, &c.] Scilicet quo minus hæc faciam. *Aude.*] Tu autem hæres sume tantam animi confidentiam, & aude mihi contradicere. Eo magis & majoribus sumptibus hæreditatem, cui in[illegible] [illegible]

[illegible] nisi [illegible] [illegible] Quin etiam [illegible] atque a [illegible] & cong[illegible] populo largior. *Idem.*

51. *An*, &c.] An tu, ô heres, [illegible] vetas & prohibes. *Dic*, &c.] Quam hæres negare ad hæc & [illegible] ideo dicit, [illegible] quid [illegible] ecquid hæc res tibi in [illegible] N[illegible] &c.] Verba hæredis, & dicit, se non adeo impedire, vel prohibere, quominus animo morem gerat. Et sequentia Persii sunt: Et enim ager exossatus & satis fertilis soli, ut facile hæredem inveniare possim. *Idem.*

52. *Exossatus*, &c.] Fœcundus & fertilis, & probe cultus a lapidibus & saxis repurgatus. Turnebus lib. xxx. c[illegible] *Age*, &c.] Sensus est. Age si jam nullus mihi cognatus, nullus, qui mihi consanguinitate conjunctus sit, non in[illegible] tamen omni hærede destituor: [illegible] Appiam peto, & ad pauperem [illegible] Bovillas, & in valle Aricina a[illegible] [illegible] accedo: ibi vero Mani[illegible]

hæres

Jam reliqua ex amitis, patruelis nulla, proneptis
Nulla manet, patrui sterilis matertera vixit,
Deque avia nihilum superest: accedo Bovillas,
Clivumque ad Virbi: praesto est mihi Manius heres,
Progenies terrae: quaere ex me, quis mihi quartus
Sit pater, haud prompte, dicam tamen: adde etiam unum,
Unum etiam, terrae est jam filius: & mihi ritu
Manius hic generis prope major avunculus exit.
Qui prior est, cur me in decursu lampada poscas?

Sum

VET. SCHOLIAST.

55. *Accedo, &c.*] Bovillae sunt vicus ad undecimum lapidem Appiae viae: quia aliquando in Albano monte ab ara fugiens taurus jam consecratus, ibi comprehensus est. Inde Bovillae dictae.

56. *Clivumque, &c.*] Quatuor millibus ab urbe est Virbii clivus, qua iter est ad Ariciam, & ad nemus Dianae, ubi Virbius colitur, id est, Hippolytus, quod bis in vitam prolatus sit. Nota autem apud Virgilium fabula est. *Manius.*] Manium dicit deformem & ignotum hominem, eo quod Maniae dicuntur indecori vultus personae, quibus pueri terrentur.

61. *Qui, &c.*] Apud Athenas cum juvenes ludos cursu celebrabant, qui victor esset, primus facem tollebat: deinde sequenti se tradebat, & secundus tertio: similiter omnes, donec currentium numerus impleretur.

VARIORUM.

[illegible] alter mihi praesto est. *Bovillas.*] [illegible] vicus erat Romae proximus, ubi Clodius à Milone interfectus est. MSS. *Bovilla*, non *Bobilla*. Lubin.

56. *Clivumque, &c.*] Qui quatuor millibus ab urbe aberat, qua ad Ariciam & Nemus Dianae, ubi Virbius, vel Hippolytus colebatur, ibant. *Manius.*] Hic [illegible] Manius, cujus posteri hic habitabant, [illegible] locum Dianae consecrarat. Vide Erasmum in Proverbio *Multi Manii* [illegible]. Dicit autem hic Manium pro [illegible] ibi habitante. Turneb. lib. [illegible]

[illegible] *Progenies, &c.*] [illegible] ille est terrae filius, homo obscuro loco natus, & à tua familia alienus: qualem haeredem scribere absurdum est. *Quaere, &c.*] Respondet Persius: Et si terrae filius est & ignotus, non tamen est alienus, quia atavus meus itidem ignotus est, & terrae filius: nam & ejus genus incertum est. His adde etiam unum, & adhuc etiam unum, & quaere quis quintus vel sextus pater & atavus, aut tritavus meus fuerit, ille vero jam mihi aeque est ignotus & obscurus. *Quartus pater*, est atavus. *Lubin.*

59. *Ritu, &c.*] Ratione, vel ordine cognationis, si stemma spectemus. *Idem.*

60. *Manius.*] Ista ratione Manius mihi cognatus probatur esse, non ille quidem proximus; sed tamen cognatus. *Casaubon.*

61. *Qui, &c.*] Reprehendit jam haeredipetam, cujus impudentiam perstringit, qui major natu ac senior, senioris mortem avide ejusque bonis inhiare non erubescebat. *Qui, &c.*] Omitto Manium, inquit, sed tu mi haeres, quem naturae priorem mihi fecit, quam ille Manius, & ad quem lege naturali mea haereditas prius perventura est quam ad illum, cur de haereditate mea, vivente adhuc es sollicitus? Tum in agonibus, posterior cursor facem poscebat priorem. non contra. quare inepte tu à me poscis, qui prior es in cursu. Lampades autem tradebant non currentes, sed decurso spatio: sicut haereditatem non capit, qui vivit, sed qui vixit. *Casaubon. Prior.*] Natu major, annosior. *In* [illegible] *&c.*] In [illegible], vel [illegible]

vim

Sum tibi Mercurius: venio Deus huc ego, ut ille
Pingitur, an renuis? vin' tu gaudere relictis?
Deest aliquid summæ. minui mihi: sed tibi totum est,
Quicquid id est. Ubi sit, fuge quærere, quod mihi quond
Legarat Tadius, neu dicta oppone paterna.
Fœnoris accedat merces: hinc exime sumtus:
Quid reliquum est? reliquum? nunc nunc impensius u
Unge puer caules. Mihi festa luce coquatur
Urtica, & fissa spumosum sinciput aure:

VET. SCHOLIAST.

67. *Fœnoris, &c.*] Tractum est hoc à patribus qui dicunt filiis suis: hoc, quod vobis lucri de fœnore accessit, ad fructum, id est, ad usum vitæ vobis proficiat: reliquum vero pecuniæ reservate integrum.

VARIORUM.

vitæ humanæ. *Lampada,*] Allegorice, pro ipsis bonis & facultatibus. *Lubin.*

62. *Sum, &c.*] Dialogismus Persii & hæredis ad finem usque. Sensus est: ego sum tibi hæres, tanquam lucri Deus, qui mea bona gratuito tibi offeram. Ego huc ad te, ut ille Mercurius, dextra tenens marsupium pingitur, cum bonis meis tanquam Deus venio, eaque tibi gratis, sine tuo merito, offero. *Mercurius.*] Lucri Deus. *Idem.*

63. *Pingitur.*] Pingebatur Mercurius dextra marsupium tenens, quod supra caput hirci jacebat, sinistra caduceum tenebat. Ad pedes hircus & gallus erant. *An, &c.*] An recusas accipere quicquid ego tibi gratis offero? *Gaudere.*] Hilari animo accipere, tanquam lucrum adventitium. *Idem.*

64. *Deest, &c.*] Verba hæredis Persii hæreditatem adire recusantis, ex adjuncto, quod summa bonorum Persii aliqua parte imminuta sit. *Minui,*] Respondet Persius: si aliquid deest, mihi deest, non tibi; mihi minui, non tibi: tibi autem quicquid id est, quod reliqui, totum & integrum est, nihilque tuæ summæ deest, nam nihil tibi debebatur. *Idem.*

65. *Ubi, &c.*] Id est, si sapis ô hæres, cave & fuge illud ex me quærere, illud sit, vel ubi illud reliquerim, Tadius mihi olim in testamento re Non enim teneor tibi rationem re *Idem.*

66. *Neu, &c.*] Nec patruus esto, nec dicta imperiosa, censori paterna, quibus uti solent patres in tenda rerum filiis credita mihi pro meis facultatibus quas tibi linquo, repone, & retribue. *Idem.*

67. *Fœnoris.*] Olim cum relictam à hereditatem administrabis, rem ampl fica, & fœnoribus auge tuam sorten *Fœnoris merces,* est merces mutuo da pecuniæ. *Hinc, &c.* Hinc ex fœnor non ex sorte. Sumptus, τὰ ἀναλώματα ἀφαίρει *Casaub.* Turneb. lib. XXX. c.

68. *Quid, &c.*] Verba hæredis h reditatem imminutam esse molestissi ferentis. *Reliquum.*] Verbum Persii cu stomacho pronunciandum. Heus pu nunc delicatiora fercula mihi compar jam cibos meos lautos pingues impe sius unge. Quasi dicat. Nihil tibi re linquere, & omnia ante morter consumere, stat sententia. *Lubinus.* *Nunc, &c.*] Quando video divitias me pluris à te fieri, quam vel amore meum, vel etiam virtutes. *Casaub.*

69. *Mihi, &c.*] Egone, ut olere die & salsamentis misere victitem, qu filius tuus partas servatasque opes sudo meo, abdomini serviens, dilapidet? ho placet mi heres? *Casaub.* *Festa.*] Cu lautius vivendum. *Lubin.*

70. *Urtica.*] Ex qua tenuioribus v lissimum olus. *Lubin.*

71. Nepo.

Insignem ob cladem Germanæ pubis, & aris
Frigidus excutitur cinis: ac jam postibus arma,
Jam chlamydes regum, jam lutea gausapa captis,
Essedaque, ingentesque locat Cæsonia Rhenos:
Dis igitur, genioque ducis, centum paria, ob re
Egregie gestas, induco: quis vetat? aude.
Væ, nisi connives. Oleum, artocreasque popello
Largior: an prohibes? dic clare: Non adeo, ing
Exossatus ager juxta est. Age, si mihi nulla

VARIORUM.

ignotum, quod à Claudio Caligula Cæsare laurus victoriæ index, cum litteris ad senatum missa est, ob egregiam Romanorum victoriam, & insignem cladem, & stragem Germanæ pubis. Cui victoriæ jam sacrificia & victimæ in triumphum parantur, & ab omnibus aris vetus & frigidus cinis, & pulvis excutitur, & altaria ad sacrificia præparantur. *Laurus.*] Pro laureata Epistola qua suam victoriam, S. P. Q. imperatores annunciabant. *Lubinus.*

44. *Germanæ, &c.*] Pro Germanis pubertibus. *Idem.*

45. *Frigidus, &c.*] Vetus, qui longo tempore igni sacrificiorum non incaluit. *Excutitur.*] Ad nova sacrificia reparanda removetur. *Postibus.*] Quibus captivorum arma in judicium victoriæ adfigebantur. *Lubin.*

46. *Chlamydes.*] *Chlamys* erat militaris vestis, pallio astrictior, & brevior. *Lutea, &c.*] Vestes militares villosæ, quibus utebantur in hybernis. *Idem.*

47. *Esseda.*] Erant vehicula Gallica vel Belgica, corio vel panno cooperta. *Locat.*] Accommodat ducibus Germanis captivis. *Cæsonia.*] Caligulæ uxor, effrenatæ libidinis mulier. Hæc Caligulæ poculum amatorium porrexit, quo ille in furorem versus. *Rhenos, &c.*] Germanos, Rheni accolas. *Idem.* Dorleans legit, *raedas.*

48. *Dis, &c.*] Quare Dis immortalibus hujus victoriæ & triumphi auctoribus, & Caligulæ ducis Genio, ob res præclare & egregie gestas, centum paria gladiatorum in theatr nam inducere & producere co Munera autem gladiatoria, & lud cruentos in religionis parte nom *Genio.*] Naturæ Deo, cujus du spicio res tam feliciter cessit. lib. 30. cap. 7.

49. *Quis, &c.*] Scilicet qu hæc faciam. *Aude.*] Tu sume tantam animi confidenti aude mihi contradicere. Eo magis toribus sumptibus hæreditatem, c is, exhauriam. *Casaub.*

Væ, &c.] Væ tibi, nisi m *Oleumque, &c.*] Qu um, & artocreas, cibum ex carne, atque adeo epulum, & co num populo largior. *Idem.*

51. *An, &c.*] An tu, ó heres fieri vetas & prohibes. *Dic,* Quasi hæres tingatur ad hæc & mu ... adeo dicit, *dic clare*, quid m ... quid hæc res tibi molesta est? &c. Verba hæredis, & dicit, se adeo impedire, vel prohibere, qu ... animo morem gerat. Et seque Persii sunt: Est mihi ager exossat satis fertilis soli, ut facile hæredem ... posim. *Idem.*

52. *Exossatus, &c.*] Fœcundi fertilis, & probe cultus à lapidib saxis repurgatus. Turnebus lib. xxx *Age, &c.*] Sensus est. Age si jam lus mihi cognatus, nullus, qui consanguinitate conjunctus fiet, no terea tamen omni hærede destituo viam Appiam peto, & ad pauperes cum Bovillas, & in valle Aricin clivum Virbii accedo: ibi vero M

Jam reliqua ex amitis, patruelis nulla, proneptis
Nulla manet, patrui sterilis matertera vixit,
Deque avia nihilum superest: accedo Bovillas,
Clivumque ad Virbi: præsto est mihi Manius heres,
Progenies terræ: quære ex me, quis mihi quartus
Sit pater, haud prompte, dicam tamen: adde etiam unum,
Unum etiam, terræ est jam filius: & mihi ritu
Manius hic generis prope major avunculus exstat.
Qui prior est, cur me in decursu lampada poscas?

Sum

VET. SCHOLIAST.

55. *Accedo*, &c.] Bovillæ sunt vicus ad undecimum lapidem Appiæ viæ: quia aliquando in Albano monte ab ara fugiens taurus jam consecratus, ibi comprehensus est. Inde Bovillæ dictæ.

56. *Clivumque*, &c.] Quatuor millibus ab urbe est Virbii clivus, qua iter est ad Ariciam, & ad nemus Dianæ, ubi Virbius colitur, id est, Hippolytus, quod bis in vitam prolatus sit. Nota autem apud Virgilium fabula est. *Manius.*] Manium dicit deformem & ignotum hominem, eo quod Maniæ dicuntur indecori vultus personæ, quibus pueri terrentur.

61. *Qui*, &c.] Apud Athenas cum juvenes ludos cursu celebrabant, qui victor esset, primus facem tollebat: deinde sequenti se tradebat, & secundus tertio: similiter omnes, donec cuncti cursum numerum implerent.

VARIORUM.

homo ultro mihi præsto est. *Bovillas.*] Propter vicus erat Romæ proximus, ubi Clodius à Milone interfectus est. MSS. *Bovilla*, non *Bobillæ*. Lubin.

56. *Clivumque*, &c.] Qui quatuor millibus ab urbe aberat, qua ad Ariciam & Nemus Dianæ, ubi Virbius, vel Hippolytus colebatur, ibant. *Manius*] Hic Manius, cujus posteri hic habitabant, Aricinum lucum Dianæ consecrarat. Vide Erasmum in Proverbio. *Multi Manii Ariciæ.* Dicit autem hic Manium pro quovis ibi habitante. Turneb. lib. xxx. cap. 7.

57. *Progenies*, &c.] Objectio Veteris ille est terræ filius, homo obscuro loco natus, & à tua familia alienus: qualem heredem scribere absurdum est. *Quære*, &c.] Respondet Persius: Et si terræ filius est & ignotus, non tamen est alienus, quia atavus meus itidem ignotus est, & terræ filius: nam & ejus genus incertum est. His adde etiam unum, & adhuc etiam unum, & quære quis quintus vel sextus pater & atavus, aut tritavus meus fuerit, ille vero jam mihi æque est ignotus & obscurus. *Quartus pater*, est atavus. *Lubin.*

59. *Ritu*, &c.] Ratione, vel ordine cognationis, si stemma spectemus. *Idem.*

60. *Manius.*] Ista ratione Manius mihi cognatus probatur esse, non ille quidem proximus; sed tamen cognatus. *Casaubon.*

61. *Qui*, &c.] Reprehendit jam hæredipetam, cujus impudentiam perstringit, qui major ætate ac senior, senioris mortem avide ejusque bona inhiare non erubescebat. *Qui*, &c.] Omitto Manium, inquit, sed tu mi heres, quem naturæ propiorem mihi fecit, quam sit Manius, & ad quem lege naturali mea hereditas prius perventura est quam ad illum, cur de hereditate mea, viventis adhuc es sollicitus? Tum in agonibus, posterior cursor facem poscebat priorem, non contra. quare inepte eam posceris, qui prior es in cursu. Lampades autem tradebant non currentes, sed decurso spatio: sicut hereditatem non tradit, qui vivit, sed qui vixit. *Casaubon.* *Prior.*] Natu major, annosior. *In* &c.] In hereditate, vel successione

vitæ

Sum tibi Mercurius: venio Deus huc ego, ut ille
Pingitur, an renuis? vin' tu gaudere relictis?
Deest aliquid summæ. minui mihi: sed tibi totum est,
Quicquid id est. Ubi sit, fuge quærere, quod mihi quondam
Legarat Tadius, neu dicta oppone paterna.
Fœnoris accedat merces: hinc exime sumtus:
Quid reliquum est? reliquum? nunc nunc impensius unge,
Unge puer caules. Mihi festa luce coquatur
Urtica, & fissa fumosum sinciput aure:

VET. SCHOLIAST.

67. *Fœnoris, &c.*] Tractum est hoc à patribus qui dicunt filiis suis: hoc, quod vobis lucri de fœnore accessit, ad fructum, id est, ad usum vitæ vobis proficiat: reliquum vero pecuniæ reservate integrum.

VARIORUM.

vitæ humanæ. *Lampada.*] Allegorice, pro ipsis bonis & facultatibus. *Lubin.*

62. *Sum, &c.*] Dialogismus Persii & hæredis ad finem usque. Sensus est: ego sum tibi hæres, tanquam lucri Deus, qui mea bona gratuito tibi offeram. Ego huc ad te, ut ille Mercurius, dextra tenens marsupium pingitur, cum bonis meis tanquam Deus venio, eaque tibi gratis, sine tuo merito, offero. *Mercurius.*] Lucri Deus. *Idem.*

63. *Pingitur*] Pingebatur Mercurius dextra marsupium tenens, quod supra caput hirci jacebat, sinistra caduceum tenebat. Ad pedes hircus & gallus erant. *An, &c.*] An recusas accipere quicquid ego tibi gratis offero? *Gaudere.*] Hilari animo accipere, tanquam lucrum adventitium. *Idem.*

64. *Deest, &c.*] Verba hæredis Persii hæreditatem adire recusantis, ex adjunctis, quod summa bonorum Persii aliqua parte imminuta sit. *Minui,*] Respondet Persius: si aliquid deest, mihi deest, non tibi; mihi minui, non tibi: tibi autem quicquid id est, quod reliqui, totum & integrum est, nihilque tuæ summæ deest, nam nihil tibi debebatur. *Idem.*

65. *Ubi, &c.*] Id est, si sapis ô hæres, cave & fuge illud ex me quærere, ubi illud sit, vel ubi illud reliquerim, quod Tadius mihi olim in testamento reliquit. Non enim teneor tibi rationem reddere. *Idem.*

66. *Neu, &c.*] Nec patruus mihi esto, nec dicta imperiosa, censoria, & paterna, quibus uti solent patres in repetenda rerum filiis creditarum ratione, mihi pro meis facultatibus quas tibi relinquo, repone, & retribue. *Idem.*

67. *Fœnoris*] Olim cum relictam à me hereditatem administrabis, rem amplifica, & fœnoribus auge tuam sortem. *Fœnoris merces*, est merces mutuo datæ pecuniæ. *Hinc, &c.*] Hinc ex fœnore, non ex sorte Sumptus, τὸ ἐπιτήδεια καθ' ἡμέραν. *Casaub.* Turneb lib. xxx c. 7.

68 *Quid, &c.*] Verba hæredis hæreditatem imminutam esse molestissime ferentis. *Reliquum.*] Verbum Persii cum stomacho pronunciandum. Heus puer nunc delicatiora fercula mihi compara, jam cibos meos lautos pingues impensius unge. Quasi dicat: Nihil tibi relinquere, & omnia ante mortem consumere, stat sententia. *Lubinus.* *Nunc, &c.*] Quando video divitias meas pluris à te fieri, quam vel amorem meum, vel etiam virtutes. *Casaub.*

69. *Mihi, &c.*] Egone, ut olere duro & salsamentis misere victitem, quo filius tuus partas servatasque opes sudore meo, abdomini serviens, dilapidet? hoc placet mi heres? *Casaub.* *Festa.*] Cum lautius vivendum. *Lubin.*

70 *Urtica.*] Ex qua tenuioribus vilissimum olus. *Lubin.*

71. Nam.]

Ut tuus iſte nepos olim ſatur anſeris extis;
Cum moroſa vago ſingultiet inguina vena,
Patriciæ immeiat vulvæ. mihi trama figuræ
Sit reliqua, aſt illi tremat omento popa venter.
Vende animam lucro, mercare, atque excute ſolers
Omne latus mundi, ne ſit præſtantior alter
Cappadocas rigida pingues plauſiſſe cataſta.
Rem duplica. Feci, jam triplex: jam mihi quarto,
Jam

VET. SCHOLIAST.

77. *Cappadocas, &c.*] Gladiatores dicit. Nam apud antiquos venales gladiatores in cataſta ponebantur, ut in eis poſſent omnia membra inſpici. Vel quia Cappadoces dicerentur habere ſtudium naturale ad falſa teſtimonia proferenda: qui nutriti in tormentis, à pueritia, equuleum ſibi facere dicuntur, ut in eo ſe invicem torqueant, & cum in poena perdurarent, ad falſa teſtimonia ſe bene venundarent. *Pavisse.*] Legitur & *plausisse*: quoniam venales antequam in caſta imponantur, cantant univerſi pariter more gentis ſuæ.

VARIORUM.

71. *Nepos.*] Ambigue & ingenioſe dixit. Aliquis ex poſteris tuis nepos & luxurioſus hæres. *Anseris.*] Quæ olim in ſummis delitiis habebantur. Intelligit autem jecur. *Lubin.*

72. *Cum, &c.*] Ut cum ceperit faſtidire plebeiam & vulgivagam Venerem, pecuniæ vi irrumpat in thalamos nobilium virginum ac matronarum. non dicit hoc Perſius ex doctrina Stoicorum, quibus peccata omnia paria; ſed ex vulgi opinione, quæ latum diſcrimen inter iſta ponebat. *Singultire*, hic eſt, faſtidire copiam alicujus rei. *Casaubonus.* Vel palpitabit. *Vago.*] Varia vel conceſſa & licita Venere.

73. *Patritia, &c.*] Rem habeat cum nobili fœmina. *Mihi, &c.*] Egone ut me macerem ac fiam oſſa ac pellis, iſte nepos ventrem ingluvie promittat? *Trama* heic quæ Prudentio *nervorum textura*, Een Geraemte. *Casaubon.* Turneb. lib. 30. cap. 7.

74. *At, &c.*] Hæredi, vel nepoti. *Omento.*] Pinguedine, qualis in omento. Sunt autem *popæ* victimarii, qui ſe hoſtiarum viſceribus prope curabant. *Lubinus.*

75. *Vende, &c.*] Concludit Satyram Ironica conceſſione, ut aliquis per fas nefas hinc inde opes accumulet, nullumque finem accumulando inveniat. *Casaubon.* Vel, redime omnes lucri faciendi occaſiones, vel jactura animæ, id eſt, vitæ. *Idem.* *Excute, &c.*] Pervagare, penetra. *Solers.*] Ad lucrum prudens, & circumſpectus. *Lubin.*

76. *Omne, &c.*] Extremos Indos, ultimam Thylen. *Ne sit.*] Argumentum à fine, ne quis alter ditior & opulentior videatur, & ne quis mango præſtantior & numeroſior ſit Cappadocas pueros pingues & bene habitos, & inamœna machina, in qua venales exponuntur paviſſe, & majores quæſtus feciſſe. *Præstantior, &c.*] Helleniſmus.

77. *Cappadocas*] Synecdoche, pro omnibus mancipiis. Magna enim ſervorum multitudo inde ex Cappadocia Romam advehebatur. *Lubinus.* *Plausisse.*] *Plaudere*, palpo percutere, aut plana manu ferire: quod videntur feciſſe mangones, ad oſtentandam εὐεξίαν & bene curatam cutem ſuorum mancipiorum: & confirmat hanc interpretationem, vox *pingues*. Caſaub. Turneb. lib. 22. cap. 8. & lib. 30. cap. 7. Regio Armeniæ finitima. *Lubin.* *Catasta.*] Pegma ligneum, in quo ſuos venales collocabant, cum illos vendebant, aut ad venditionem parabant. *Casaubon.* *Rigida.*] Inamœna vel robuſta. *Lubin.*

78. *Rem, &c.*] Verba Perſii ad avarum, opes tuas conduplica. *Feci.*] Reſpondet

Jam decies redit in rugam. Depunge, ubi sistam,
Inventus, Chrysippe, tui finitor acervi.

VET. SCHOLIAST.

80. *Inventus, &c.*] Chrysippus philosophus Stoicus. Syllogismum σωρείτην vocavit, quem per adjectionem & detractionem ex acervi frumentarii similitudine ostendit.

VARIORUM.

spondet avarus. *Redit, &c.*] Quasi in plicam, ut decuplex sit. Metaph. à vestibus *Lubinus.* Vel quæ nondum tendit neque explet marsupium; sed adhuc hians & laxum est os illius. *Casaub.*

79. *Depunge, &c.*] In editione Pithœi est *depunge*, quod perplacet. Translatum à libræ scapo: ubi punctis notatæ sunt ponderum mensuræ. Heic igitur Persius avarum heredem urget, doceat [illegible] ubi sistat; nimirum id volens paucis ostendere, avaros finem consequi [illegible] quam. *Casaubonus.*

80 *Inventus, &c.*] Specie [illegible] hoc dicitur quasi diceret: Doce [illegible] nem tuæ avaritiæ: atqui modum imponere tuæ avaritiæ non magis poteris quam olim potuit Chrysippus [illegible] invenire, & ubi resistendum esset definire. Ait vero Persius, *tui Chrysippe acervi:* quia multum in eo Chrysippus [illegible] daverat, ut finitorem acervi inveniret [illegible] frustra. *Casaub.* Turnebus lib. 30. cap. [illegible] *Chrysippe.* Stoicus hic Philosophus Cleanthis discipulus. *Acervi* Syllogismi acervalis vel soritis, qui cum esset captiosus infinitis quæstionibus, excogitavit Chrysippus rationem, quomodo illi respondendum esset. Dixerat enim oportere ἡσυχάζειν, quiescere: quod hic Persius vocat *sistere*, priusquam in immensum [illegible]. *Lubin.*

FINIS.

INDEX

INDEX
VERBORUM PERSII OMNIUM

Quæcunque in Satyris extant.

p. prodromum significat, numeri virgulâ (,) stipati Satyram, reliqui Satyræ versus.

H.

INDEX.

INDEX.

INDEX.

I N D E X.

G.

grande-


UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 02121 4690

INDEX.

laxa

INDEX.

INDEX.

nequeat

INDEX.

INDEX.

INDEX.

I N D E X.

solers


INDEX.


INDEX.


I N D E X.


F I N I S.













MICHIGA


ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
CIRCUMSPICE
BEQUEST OF
JOHN S. LAWRENCE